CONSILIA SIVE RESPONSA CELSI HVGONIS DISSVTI CAVILLONI CELTAE, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS CELEBERRIMI,

Nunc denuo postrema hac omnium editione ab erroribus quibus scatebant emendata, & diligentissimè castigata.

ADIECTVS EST INDEX LOCVPLETISSIMVS rerum & verborum.



VENETIIS,

APVD HÆREDEM HIERONYMI SCOTI,

M D L X X V.

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM TAM RERVM QVAM VERBORVM

scitu & notatu dignorum quæ in hoc Celsi Hugonis Dissuti habentur, ordine alphabetico digestus.

Clericus

E

Feudum

Maritus

N

O

Officia

Q

R

Relicta

T

F I N I S.

CONSILIA CELSI HVGONIS DISSVTI CAVILLONI CELTAE IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS,

QVÆ DEGENS IN HISPANIIS Ad consultationem diuersorum confecit.

SVMMARIVM.

1 *Possessione sola quando agitur, nõ dicitur causa magna, etiã si res, cuius possessio petitur, sit maximi valoris. Consilij indecisiuis responderi potest absq; iurium & rationum allegationibus.*

2 *Remedium l. fina. C. de edicto diui Adr. tollend. potest intentare, qui scriptus est hæres in testamento, si tamen huiusmodi testamentũ produxerit tale quod prima sui figura careat omni suspitione, & 3. vide num. 4.*

5 *Transumptum simplex testamẽti auctoritate iudicis exemplatum si exhibeatur, an fidem faciat.*

6 *Testamentum coram quo iudice debeat aperiri. nu. 8.*

7 *Legato de latere, vel nuntio apostolico de his quæ ad suum officium spectant attestantibus, vel de his quæ solent ipsis communiter committi creditur.*

8 *Iudicio quo beneficium l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. intentatur, probatio semiplena sufficit.*

9 *Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem quæ sunt et quales & in quo iudicio reseruntur.*

10 *Agens remedio l. fina. de edicto diui Adria. probet defunctum bona, quorum possessionem petit, mortis tẽpore possedisse. & nu. 11. Idem in hæreditatis petitione nu. 12.*

13 *Alienare prohibitus, non prohibetur illius rei possessionem in alium transferre.*

14 *Possessio defuncti, quam statutũ defert in hæredem, aut aliũ quemuis, ficta est. Et iste in quem ex dispositione statuti translata est possessio, potest d. l. fi. C. de edicto. beneficiũ intentare. nu. 16. Et ipso defuncto hæres illius.*

15 *Fictiones duæ quando concurrere possunt.*

17 *Remedium l. fi. C. de edicto. in iudicio intentatum, sapit. effectum interdictorum recuperandæ et adipiscendæ ideo nõ admittit exceptionem dominij, Idem si postea contradictor fuerit adeptus possessionem nu. 18. & 19.*

21 *Contradictor legitimus non est, in iudicio beneficij l. fina. C. de edict. diui Adria. offerens probare de dominio maximè si vitiosè possidet, n. 22. & quid si possidet absque vitio sed habuit ab alio quam à defuncto titulum. Et quid si ab eodem defuncto titulũ habuit, sed est diuersus ab eo cui agens innititur. nu. 23. & 24.*

25 *Depositum, siue realis oblatio qualiter fieri debeat; & numero. 26. 27.*

28 *Intestatus dicitur decedere quis quo ad illa bona, de quibus specialiter non disposuit testando, ubi specialem dispositionẽ exigebant illa bona. Et idem quando de bonis huiusmodi non potuit ordinare.*

Primigenito, vel aliis filiis alicuius matrimonij si fuerit aliquid stipulatum, concurrunt alij filij.

Hæres cum inuentarij beneficio non est proprie dominus hæreditariorum bonorum, nec est proprie hæres. quo differt hæres iste ab hærede vero.

19 *Filia vel extraneus instituti hæredes mitti debent in possessione hæreditariorum bonorum ex d. l. fin. C. de diui Adr. beneficio, etiã si aliqua bona dicantur esse feudalia.*

20 *Libellus necessarius non est in iudicio, quo beneficium d. le. fi. C de edicto diui Adria. intentatur, & si in huiusmodi iudicio, aut in alio, in quo necessarius non sit libellus, offeratur libellus ineptus, non redditur ex hoc iudicium illud nullum. & in additione nu. 44. & consi. 2. nu. 1.*

33 *Possessor mutare potest causam possessionis ex causa noua extrinseca accedente. & 34.*

36 *Iurisdictionem non probant testes singulares. Et quid vbi contestes adsunt.*

38 *Proxeneta & mediator non admittuntur in testes nisi partes consentiant.*

39 *Solẽnitas quæ ad actus alicuius constructionem requiritur, necessaria esset ad destructionem illius.*

40 *Vassalli iuramentum fidelitatis alteri quam domino præstare non possunt, nisi dominus antea relaxauerit illis iuramentum, quod sibi præstiterant.*

41 *Vsufructuarius licet feudum, aut vasallus possideat, attamẽ proprietarius directus.*

42 *Testamentum in scriptis notarij subscriptionem non requirit. Et quid in testamento inter liberos? 43.*

45 *Beneficium l. fi. C. de edicto. potest intentari, quando producitur instrumentum quod iudex confici mandauit ex dictis & depositionibus testiũ, coram quibus aliquis extremam suam volũtatẽ exposuit, cum notarium nõ haberet.*

46 *Instrumenta quæ confecit ille, qui communiter habebatur, & reputabatur pro notario valent.*

48 *Notarius actorum non debet illorum copiam dare, nisi de iudicis mandato, & non probatur commissio per attestationem notarij dicentis sibi fuisse commissum à iudice. ibid. & 49.*

50 *Qualitas quæ est causa quòd quis admittatur, aut repellatur debet ante omnia probari.*

52 *Constitutio Cathaloniæ, de qua in causa figuratione, locum habet etiam si dos soluta non fuerit. Et constitutionis huius vigore vidua statim possidet: aut hæres illius etiam aliter non docto de dotis solutione. Et nõ potest vxor ista cogi dictorum bonorum possessionẽ relinquere, donec dos fuerit eidem integre restituta cum augmento illius. Et idem sit in vxoris hærede? Et an deponens in pecunia dotem & augmentum dicant satisfacere constitutioni? numero. 53.*

53 *Dictionum confestim, & incontinenti, natura & effectus.*

54 *Appellari an poſſit à ſententia in iudicio poſſeſſoria, lata li-
cet aliqui dubitent, attamen quod poſſit ab illa ſupplica-
ri, omnes admittunt. Et poteſt & de nullitate dici.*
*Verbum cenſeatur, quando fictionem, & quando verita-
tem importet.*

CONSILIVM PRIMVM.

SPECTABILIS & egregius do
minus Petr⁹ de Cardona Gu
bernator Cataloniæ. ab Illu-
ſtriſsima eius matre domina
Aldoncia entriquez, Illuſt. ēt
Raimūdi Folch Cardonę du
cis vxore, quę villas, caſtra, &
loca de Calaff, & de Tora ꝓ
dote ſua viginti mille flore-
norum, & pro ſemptem mil
lem & quingentis florenis auri pro augmento dotis poſ-
ſidebat, hæres vniuerſalis inſtitutus, beneficium, l. fin. C.
de edicto diui Adriani tollendo intentans, petijt ſe mitti
in poſſeſsionem villarum, caſtrorum, & locorum prę-
dictorum, tanquam hæres vniuerſalis dictę quondam Il
luſt. eius matris, quæ, vt eſt præmiſſum, in vim certorum
inſtrumentorum, de quibus infrà in conſil. ſequenti, tene
bat & poſſidebat & ex beneficio conſtitutionis Regis
Petri tertij, in curijs Perpiniani edita, quę incipit, Hac no
ſtra. Qua cauetur, vxorem ſtatim poſt ſui mariti obitum
cēſendam eſſe poſsidere bona in quibus aſsignatio ſibi fa
cta fuit pro ſuis dote & augmēto vel (huiuſmodi aſſigna
tione ceſſante) poſsidere cenſeatur omnia mariti ſui bo-
na. Ita quòd vxor illa finito anno luctus, & illa defuncta,
hæredes illius faciant dictorum bonorum fructus ſuos.
donec eis fuerit ſatisfactum integrè de dote, & augmen-
to prædictis. Cui petitæ immiſsioni ſe oppoſuit Illuſtris
dux Cardonę dicti domini gubernatoris frater, dominū
ſe dicens eſſe directum villarum, caſtrorum, & locorum
prędictorum, & depoſuit ac cōſignauit ſeptem mille flo
renos, quos duntaxat aſſerit ſupereſſe ſoluendos de dote
prædicta certas reſeruationes apponens in tali depoſito,
de quibus infra quęrit à me dominus Iudex, quę ſint par
tes eius in ferenda ſentētia attētis his quę hinc & inde fue
1 runt ab vtraque parte allegata. † Excelſus dominus humi
lia reſpiciens ſenſus noſtros ad veritatis indaginem ape-
riat. Conſultationis huius perplexitas ſatis me debuerat
admonere, vt ego cui (vt ait Maro) Nunc oblita mihi tot
carmina, præſentis cauſæ deciſioni me non immiſcerem
quam etiam peritiſsimus quiſque, niſi cum multo ſtudio
reſoluere non deberet. Non quidem quod cauſa magna
dici poſsit in qua de ſola poſſeſsione contenditur, quam-
uis res quæ petitur ſit maximi valoris, vt probat per Bar.
in l. admonendi. col. pen. de iureiu. Anto. de But. in c. fin.
col. 7. extrà. eod. & notat Math. de Matheſi. in ſuo ſingul.
3. incipiente, Nota quòd in iudicijs, per tex. in l. vnica. C.
ſi de momen. poſſeſ. fuerit appel. & in l. momentaneæ. C.
qui legitimā perſon. hab. ſtan. in iud. ſed quia præſens ver
titur iudiciū inter partes tales quæ inter partes tales, quæ
inter collaterales proximiores non admittunt, cum ſint
fratres, & inter illuſtres, & magnates poſt principem, qui
etiam arcto conſaguinitatis gradu iūcti ſunt nulli ſunt in
Cataloniæ principatu ſecundi. Rogatus attamen atq; im
portunatus à præfecto qui in dicta cauſa ſentētiam ferre
debeat & amicorum etiam iuriſperitorum fractus preci
bus, paucis (non conſulērium more, ſed inſtar eorum qui
conſilia deciſiua reddunt) verbis agam. ne ſi multiloquio
abundem illud præſenti paginæ ſcribatur à tergo, nedum
finitus Oreſtes, præſertim ꝙ in conſilijs deciſiuis, (qua-
le eſt quòd à me exigitur) Speculator optimus practicus
in tit. de diſput. & allega. §. porro. ver. in ſumma voluerit
eſſe procedēdum abſq; iurium & rationū allegationibus.

Præſentis igitur conſultationis dubium ſolum conſi-
ſtit, vtrum ſpectabili & multum magnifico domino Gu
bernatori prædicto competat beneficium. l. fi. C. de edi-
cto diui Adr. tollen. Et ſi competat, an Illuſtriſ. Dux Car
donæ ſit, aut dici poſſet legitimus contradictor, ita quod
miſsionem in poſſeſsionē per dictum dominum Guber
natorem Catalonię. de villis & caſtris de Calaff, & de To
ra, petitā ex capite, ſiue beneficio d. l. fi. poſsit impedire.
Excelſus igitur dominus humiliter imploratus nobis
adſiſtat. Breuiter viſis quæ hinc & inde per clariſsimos di
ctarum partium aduocatos ſubtiliter & copioſè ſunt ad-
ducta, dico indubitāter partes dicti magnifici vicarij cō
ſulentis eſſe in pronunciando & ſententiando dominum
Gubernatorem agentem, debere mitti in poſſeſsionem
dictarum villarum, caſtrorum, & locorum de Calaff, de
Tora, prout & ita per ſuam ſententiam pronunciare de-
bet. non obſtantibus in contrarium adductis per illuſtrē
ducem prædictum, quę in rei veritate dicti domini gu-
bernatoris intentionem nō infringūt. Vnde & in expen
ſarum mulcta debet Illuſtr. dux prædictus condemnari.
Et licet in cōſilijs deciſiuis poſsit (vt eſt pręmiſſum) Iuriſ
peritus ſe reſoluere abſque iurium & rationum allega-
tionibus, & conſilium quod redditur ad conſultationem
iudicis Abb. conſi. 2. incip. Dum eſſet materia conſulta-
tionis, volu. 1. & Philip. Corn. conſi. 280. incip. in quibuſ-
dam proceſsibus in litera v. volu. 3. dicant eſſe deciſiuum
attamen ne illotis (vt aiunt) in huiuſmodi cauſa proceſ-
ſiſſe videar manibus, aliquas ex plurimis rationibus, quas
2 tamen ſufficere putauerim, in medium proferam. † Con-
ſtat in primis ex dicti domini Gubernatoris libello & cō
cluſione, ꝙ nitur beneficio dictæ l. fi. C. de edicto. cōſtat
ex eiſdē actis fuiſſe in dicto iudicio exhibitū teſtamētū
pręfatæ quon. Illuſtris non raſum, non vitiatū, imo in ip-
ſa forma, quā l. fi. prędicta videtur exigere, prout ipſe in-
dex atteſtatur dictis actis, quæ id probant, vt notant ēt in
fortioribus terminis Imol. c. bonę, primo. extrà de elect.
& in c. quia vero, extra de iudeis. Rom. & Ioan. de Imol.
in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Dyn. conſ. mihi 14. incip.
Ptolemęus. Pau. de Ca. conſi. 3. & conſi. 145. ſecundū an
tiquam impreſsionem. Bal. cōſi. 136. incip. quod ex priui
legio. & ita tenuit in tractatu clauſularū, in clauſulis ſenten
tiarū, in ver. viſo cōpromiſſo, & in apoſt. ad Bar. in l. ſcien
dū. in verſi. viſo & lecto. de verb. obl. & in apoſtil. ad Lan
fran. de Oria. poſt eundem in repeti. capit. quoniam con-
tra falſam. §. interlocutoriæ & appella. in verbo, viſo man
3 dato. extrà de probationibus. † Nec obſt. ꝙ in ſua cedula
die 12. Aprilis anni. 1531. & in alia. 17. aprilis dictorū mē
ſis & anni deducitur per Illuſtr. dominum prædictum, ꝙ
in ſecundo folio conſilij in fauorem dicti Illuſtr. Ducis
facti, mihique exhibiti, deducitur in verſi. ſecundo. aduer
tat iudex, in quibus quidem cedulis, & conſilio, viſus eſt
impugnare teſtamentum prædictum tanquam nuncupa
tiuum. ex quo enim redactum eſt in ſcriptis per notariū,
facit fidē in huiuſmodi iudicio, vt voluit glo. not. in d. l. fi.
C. de edicto, quam glo. ibi referunt & ſequuntur Barto.
Bald. Salicet. Paul. de Caſt. & communiter omnes. Nec in
4 hoc habet gl. prædicta cōtradictorem. † Imò etiam ſi di-
ctum teſtamentum non fuiſſet in ſcriptis redactum per
notarium (prout tamen eſt) aut etiam ſi notarius non eſ-
ſet notarius, prout ex aduerſo prætenditur ex quo con-
ſtat ex dictis actis. fol. 20. & 22. ſufficientē teſtium nume
rum (in quos nulla ſuſpicio poteſt obijci) fuiſſe in dicto
teſtamēto diſcriptum, & ſua ſigna & ſigilla in eodem ap
poſuiſſe, prout iuris ſolennitas expoſtulabat. Nec nō & te
ſtes prædictos ſua ſigilla & ſubſcriptiones recognouiſſe
coram magnifico Martino de goy conſiliario in magio-
re conſiſtorio Cæſareæ & Catolicæ maieſtatum, & archi
prætor in regnis regiæ ciuitatis Pampilonēſis Regni Na
uarrę, coram quo velut ordinario inſtātibus Illuſtriſsimo
& Reuerendiſs. domino Henrico de Cardona, Montis
Regalis Archiepiſcopo, & ſpectabili & magnifico domi
Alphonſo

Alphonso de Cardona Illustris testatricis filijs, apertum
fuit & publicatum testamentum quondam dictæ Illustris
testatricis, ac etiam publicatum præcedente testium in
eadem descriptorum attestatione, quòd illa scriptura ex-
hibita erat testamentum prædictæ quondam Illustr. testa-
tricis, & per eam clausum, prout in dictorum actuum fo
lio 20. & 22. & seque. constat quod ad præsens iudicium
satis est, vt voluit præalleg. gloss. not. in versic. depositio-
nibus, quam sequitur Cyn. Petrus de Bellapertica compa
triota meus Guill. de Cug. Alberic. de Rosate & Bal. in d.
l. fi. & ibi illam opin. vt communem tenui in apostil. col.
18. tertio quæritur. an testimonijs publicatis. & in verb. sit
absque vlla scriptura. & dixi etiam in apostil. ad Salic. col.
3. in versi. quod doctores non diffitentur, & de hoc (vt di-
5 cit ibi) non est dubium apud doctores. † Quod autem de-
buerit aperiri testamentum prædictum coram dicto do-
mino Archipræatore docet Specul. in titu. de instru. edi. §.
ostenso, versic. in quib. & versi. nota, quod æquitas admo
net propter periculū quod ex morte testiū procedit, quando-
quidem si ante publicationem testamenti morerentur, &
facta non esset recognitio singulorum dictorum testium
huiusmodi testamentum non probat, vt voluit Bald. post
Specul. prædictum, vbi suprà in ver. si decessit. & in l. 3. C.
de fideicommiss. notat Bart. post gloss. in l. 2. in versi. obsi-
gnātur. C. quemadmodum testa. ape. & in l. 2. in prin. ff. eod. tit. vbi
6 doct. ponunt quis dicatur iudex competens. † Auderem
etiā dicere, quod et si testamētum in hmōi iudicio productū
esset simplex authenticū dicti testamēti exemplatū ad pe
titionem illorū, qui vt filij dictæ quondā Illustr. testatri-
cis sua putabant interesse, posset in hoc iudicio ex huius-
modi testamento missio petita fieri, vt in hoc casu, etiam
in fortioribus terminis cōcludit Guido Pap. cōs. 28. incip.
consilium pro illustre domino Duce Babariæ. col. 3. vers.
ex quibus videtur. per l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & l.
nam ita diuus. ff. de adopt. per quas leges limitatur glossa. in
authent. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & ita
etiam limitat illam Bart. in l. chirographis. incip. ff. de adm.
tutorum. Ita etiam notant Iac. Butr. & Cynus in dicta au-
then. Si quis in aliquo & Imol. c. fi. vbi etiam Felin. & c. si
7 cautio. extra de fide instrum. † Nec etiam obstat quod con
tra personā notarij dictus illustris Dux obijcit, per ea quæ
suprà dixi: quæ, posito pro firmo, quod non sufficerent, dico
quod in processu est probata dicti notarij potestas, & hoc ex
solo instrumento creationis dicti notarij, quāuis aliter nō
cōstet de potestate creantis, quam per solam suam attesta-
tionem. & pondero quòd dictus Reuerendissi. dominus
creans est Archiepisco. & sedis apostolicæ nuntius, qui as
serit inter cætera se potestatem habuisse à sede apostoli-
ca, cuius est nuntius, creandi notarios, & quod illos solet
palam & publicè creare, quodque solet nuntijs apostolicis
semper concedi gratia similis à Ro. Pont. maximè quādo
ad gentes extraneas & remotas proficiscuntur. Vnde quā-
uis non inseruerit in literis creationis prædictæ, dictus do
minus nuntius suę potestatis literas: illius attestationi stan
dum est, attentis supradictis. Ita notant domini Tholo-
sani in suis decisionibus, quæst. 463. Alexand. consil. 106.
columna. 7. versiculo. & de commissione Abba. consilio.
94. columna. 3. secundo dubio. volumine. secundo. & Phi
lip. Corn. consi. 148. in litera b. & h. volu. 3. vbi volunt cre
di legato, vel Cardinali, aut pœnitentiario, ac etiam apo-
stolico nuntio dicentibus se à Papa certam commissionē
habere, etiam si dicant quod viuæ vocis oraculo illam habēt,
quādo illa de quib. attestantur concernunt suum officium,
vel solent talibus communiter cōcedi. Et si fingeremus di
ctum dominum nuntium de præmissis potestatem nō ha
bere adhuc quòd gestum est valeret ratione cōis erroris et
præsumptæ veritatis. Ita notat Bald. in l. exemplo. & ibi
secutus sum eum in apostillis ad eundem in verb. publicè.
C. de probat. & in l. si qua per calumniam. colum. 3. versi-
culo. deinde quæro. C. de episcop. & cler. & in capit. ex li-
teris, extra de restitut. spoliato. Sal. post Guil. de Cugno. &
Alber. de Rosate in d. l. exemplo. Bar. in l. 1. C. de superin-
dicto. libr. 10. Alexand. in l. a. de offic. præfecti præto. & Fe
lin. in c. cum deputati. col. 23. versicul. extrinseca solenni-
tas. ibi, fallit primo extrà de iudic. & ad hoc est gloss. in ca
8 pitul. sicut nobis. extra, de iudæ. † Pondero etiam quod in
hoc iudicio, etiam in substātialibus, sufficit semiplena pro-
batio. per Bartol. & doctor. in d. l. finali. C. de edict. & hoc
vsque adeo verum est, quòd non sit necesse probare testa-
toris mortem aliter quam, per solam testamenti sui produ
ctionem, vt tradit notabiliter dominus meus Iason post
9 alios in d. l. fin. † Omitto, quòd in hoc iudicio non potest
exceptio huiusmodi examinari, nec admitti debuit. cum
altiorem indaginem requirat, cuiusmodi exceptiones in
hoc iudicio repelluntur, quandoquidem satis est quod te-
stamētum omni suspicione careat, quo ad cācellationem
& rasuram in locis suspectis & legitimum testium nume
rum habeat, ad hoc vt agens beneficio d. legis fina. debeat
mitti in possessione bonorum quæ testator mortis suæ
tempore possidebat. Ita notant Salicet. & Bald. post Bart.
& alios in l. quamuis. eod. titul. C. de edicto. vbi per illum
tex. ad literam concludunt, quòd, per vitium testamenti
inuisibile, non impeditur missio in possessionem ex bene
ficio d. l. fin. Quoniam, vt dixit Bald. in fi. d. l. qualitercun
que testamentum tolerari possit, semper præsumitur pro
eo. Allegat l. si post diuisionem. C. de iuris & facti igno-
rantia & l. scriniarijs. C. de testa. milit. Et quod huiusmodi
exceptio requirat altiorem indaginem probatur auctori-
tate Doct. in l. si is à quo. ff. vt in possess. leg. & Lanfrā. de
Oria in repeti. Clemen. sæpe. in versic. simpliciter. in quar
ta conclusione. de verborum signific. vbi dicunt tunc de-
mum exceptionem aliquam dici altiorem indaginem re-
quirere, quando non potest expediri causa infrà tantum
tempus infra quātū expediretur causa principalis, si non
10 fuisset opposita dicta exceptio. † Producto igitur prædictis
domini Gubernatoris procuratorem testamento prædi-
cto, in legitima forma, consequens est suam intentio-
nem fundari. cum probatum fuerit in processu, dictam illu
strem testatricem tempore suæ mortis villas, & castra, ac
loca prædicta possedisse, quinimo cōstat de adeptione po
ssessionis sæpe dictę illustris testatricis, & de iuramēto fide
litatis per vassallos eidem præstito, cū prius dictarum vil-
larum & locorum vassallis, fuisset relaxatum fidelitatis iu-
ramentū, quod illustri. Comiti Pratcarum, & inde Comiti
Cardonę postea Duci Cardonæ prædicto ac dictæ illustr.
testatricis marito præstiterant: & cōstat de continuatione
possessionis dictæ testatricis in dictis villis, & locis vsq; ad
extremos dies & obitum illius. Cōstat etiā in processu, quod
dicta testatrix ex capitulis nuptialibus possidere debebat
& tenere dictas Villas, castra, & loca, pro suis dote & aug-
mento donec esset eidem de ipsius integrè satisfactū, Cum
ergo tempore dictæ illustris testatricis, non fuerat eidem
plenariè satisfactum (sicut nec diffitetur Dux illustris) cla
rum est quod sæpedicta testatrix mortis suę tempore villas
& castra & loca supradicta possidebat quod etiam dictus
domi. Dux in multis suis scedulis & maximè in vltimis cō
fitetur fol. 2. versi. 3. aduertat iudex. ibi: quòd dicta illustris
11 defuncta, mortis suæ tempore tenebat. † Adducuntur etiā
per sæpedictū illustrem Ducē cōtra dicti domini Guber-
natoris petitionem alia multa, nedum ad ipsum repellen-
dum ab intentata actione, verum etiam ad ostendendum,
quòd dictę quondam Ducissæ ius nullum competebat in
bonis contentiosis. & inter alia excepit dotem nunquam
fuisse solutam integre & sic quod nec ex dictis capitulis
matrimonialibus, sed nec ex regia constitutione pręmen-
tionata, dicta bona contentiosa possedit illustris defuncta.
Quod vbi liquidatū nō esset, admitteretq; iudiciū hoc,
exceptionē illam (quòd non facit) satis fuit domino agēti
dominæ testatricis possessionem probare tempore suæ
mortis vt prædixi, & voluit glo. nota. quam sequuntur ibi
Bartolus, Baldus, Albericus, Salicetus, Paulus de Castro, &
cōmuniter omnes scribentes in dicta l. final. in versiculo

fuerint.vbi volunt,quòd in hoc iudicio petēs missionem
non tenetur de dominio probare, sed est satis ꝙ ostendat
illa bona,quorum possessionem petit,fuisse penes testato-
rem etiam sola detentione,& ad hæc videatur Barth. Soc.
12 suo tractatu.fallen.regul. 109.fallen.quinta.† Si enim in pe
titio hæreditatis ita fiat,multomagis licitum erit in hoc iu
dicio possessorio, cum in hæreditatis petitione sit iudiciū
petitorium.l.& non tantum.ff.de hære.peti. & notat Gof-
fred.in sua summa,eodem titulo versic.53.quæritur de eo
13 quod dicitur,quòd mittatur in possessionem,&c. † Cum
itaque constet ex processu, dictam dominam testatricem
dum viueret,ac etiam mortis suæ tempore, prædicta ca-
stra & loca cōtentiosa possedisse pro suis dote & augmen
to,tum vigore capitulorum matrimonialium prędictorū,
cum etiā ex Regia constitutione Petri tertij,quæ incipit,
hac nostra, &c.non obstabit obiectum pro parte domini
Ducis factum,quamuis illud magni faciat aduocatus eius
scilicet ꝙ d.villæ castra & loca sint incorporata Comita-
tui Cardonæ, qui postea fuit in Ducatū erectus à quo sepa
rari,tum non possunt,per regū priuilegia,cū per testamētū
Comitis Hugonis,& prohibitionem in suo testamento fa
ctam,de qua constat in actis fol. 103.Quoniam, vt vnico
verbo satisfaciam. admisso quòd hoc iudicium exceptio-
nem illam admittat,dico quòd non obstauit exceptio illa,
quia possessorij causa qua agiť in hoc iudicio separata est
à iudicio ꝓprietatis.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de
acquir.posses.& ideo licet res alienari sit prohibita posses-
sio attamen illius trāsferri nō prohibetur, vt tradit Bal.in
l.2.ad fi.versic.ex hoc infero.ff.de iurisd.omn.iudic.Alex.
post Rom.in l.is cui.ff.de verbo.oblig. & dominus meus
Philip.Decius.cōsi.56.incip.Diuino,&c. in causa appella-
tionis.vol.1.ꝓ quo facit tex.in l.1.§.si vir.ff.de acq.posses.
Cū ergo prohibitio alienationis prędictæ facta per dictū
Comitē Hugonē limitata sit respectu dominij:nō impedi
tur quominus possessio potuerit per varias manus trāsire.
Cū etiam si esset quæstio de dominij trāslatione illorum
bonorum,sustentari posset:quoniā dictus Hugo in huius
modi alienationis prohibitione nō reseruauit sibi, vel suc
cessoribus eius,ius in dictis bonis, in casu quo alienarētur,
nec alia fecit quæ pro huiusmodi prohibitione alienatio-
nis & securitate tradunt Barto.& docto.in l.filiusfamilias.
§.diui.de lega.1.l.si creditor.§.fin.ff.de distra. pigno. Bart.
& Bald.in l.ea lege. C.de condi. ob causam. & in authent.
res,quæ.C.communia de lega.Innocen.& doctor. in cap.
Raynaldus. extra de testam. Et sic quo ad primum du-
bium resoluo dicti spectabilis Gubernatoris intētionem
fundatam esse dum petit se mitti in possessione bonorum
prædictorum quæ defuncta illust. eius mater tum vigore
capitulorum nuptialiū,cum ex constitione patriæ prædi-
ctę,viuens & moriens possidebat.Non obstat quòd ex di
spositione constitutionis prædictæ in dictum dominum
agentem transierit beneficium dictæ constitutionis, cum
esset elapsus annus à tempore obitus quondā illustris Du
cis Cardonæ,quoniam vt prædixi,possidens ex beneficio
legis,vel statuti,non prohibetur intentare remedium di-
ctę legis fina.C.de edicto.Et secundum istam conclusio-
nem consuluit Bald. consil. tricentesimo quadragesimo-
quarto,incipien.quanquam,&c.& consilio 400.incipien.
vobis,&c.volumine primo,& consilio 117.incipien.do-
mina Caterina,volumine secundo.Alexand. consili. 102.
incip.visis omnibus,&c.volum.2.Angel.consi.135.incip.
Paucius.Anchar.consilio.145.incip.prædicta quæstione.
14 Fundata actoris intentione secundum dubium resoluēdo
superest demonstrare ea quæ per dictum illustrem Ducē
opponunť huiusmodi missionē in possessione non impe-
dire.Ad quod ostendēdum antequam ad obiectorum con
futationem condescendam.Præmitto quòd vltra ius com
mune, quod vt dixi, prouidet quòd hæres mittatur in
possessionem rerū,quas defunctus possidebat ex sola in-
spectione testamenti legitimi, Regia præallegata consti-
tutio disponit,quòd possessio, quæ erat apud defunctum
in casu d. constitutionis censeatur in continenti & imme-
diatè esse transmissa in hæredem & iuris quadam fictione
hæres cēseatur illā possessionem apprehendisse,& de simi
li constitutione, vel statuto notat cōpatriota & cōmilito
meus Barthol.de Chassenai, in suo commento consuetu-
dinū patriæ nostræ Burgundiæ,in titulo de iure dot.14.in
glossa in versic.*meubles*,vbi cum si generalis cōsuetudo,ꝙ
mulier post sui mariti decessum remanet saizita & vestita
(quod latine sonat in possessione esse,& tenētia)de media
parte bonorum mobiliū,& eorum quæ per dictū eius ma
ritū & ipsam constante eorū matrimonio fuerunt acquisi
ta.Si dicta mulier post obitū mariti decesserit ante adeptā
actualem possessionem dictorum bonorum, tenet quòd
transmittit nihilominus hæredes possessionem dictorum
mobilium & acquisitorum pro dicta media parte ex quo
pars illa sibi prouenit ex dispositione legis illius municipa
lis & titulo singulari,& ita notant in casu simili.Saly.Paul.
de Cast.Alexand. & dominus meus Iason. in l. cum anti-
quioribus.C.de iure delib.idem Bal.& dominus meus Ia-
son.in l.si arrogator. colu.7. ff.de adoptio. vbi dicūt quòd
iura singularia & quæ titulo singulari deueniunt ad hære
des transmittūtur etiā ante aditionem. Hinc(dicunt)stan
te statuto,quod vxore præmoriente sine liberis, maritus
lucretur dotem,aut dotis partē, si vxore defuncta super-
uiuat maritus,qui dotem illam in uita nō aliter acceptauit
attamen illam ad hæredes trāsmittit.Et ad hoc facit quod
notat Alexand.consilio.150.incip.viso themate &c. volu
mine.vbi allegans Bartol.in l.si arrogator. prædicta dicit,
quod ea quæ non iure hæreditario perueniunt ad aliquē,
transmittuntur ad hæredes etiam ante aditionem. Et sic
ex beneficio dictæ constitutionis mulier quæ non fuerat
actualiter adepta possessionem cēsetur iuris quadā fictio-
ne bonorum illorum apprehēdisse possessionem eādem-
que ad hæredes transmisisse. Et ad hoc est doctrina Bart.
& Doct.in l.titius de excusa.tutor.& gloss.in l.4. in prin-
cip.ff. de seruit. titu. generali. Bald. & modern. post Bar-
tol.in l.centesimis.ff.de verbor.obligat.Cardin.in clem.1.
§.1.vbi plenissimè,de ætate & qualitate, & nota. abundè
idem dominus Bartholomeus de Cassenai,in dicto consue
tudinario Burgundæ,in titulo.de successio. §.*le mort sayzet le vif*.& his addantur quæ scripsit egregius Didacus de
Segura,in repetit.l.quemadmodum.columna.4.versiculo
reperimus tamen.ff.de acquiren.possess. vbi prosequitur
15 abundè.† Nec prędictis obstat quo hoc casu duę fictiones
simul concurrerent,contra theoricam glossa. in l. 1. C.de
dote promis.& l.is qui.ff.de vsucap.& l.qui substituti.ff.de
solutio.& quæ notantur in l.super longi.ad fin.C. de lon-
gi temporis pręscrip.& notat dominus meus Iason. in §.
fuerat.Instit.de acti.vbi dicit quod licet soleat allegari pro
singulari glossa in præal.leg.1.C.de dot.promis. addit ni-
hilominus eidem sociā in l.cum post.§.gener.in ver.pla-
cuit.ff.de iure.dot.quam gl.allegat Alex.in cōs.13.incip.ex
his quæ in themate.col.3.vol.1.repetito consi. 96.eodem
vol.1.& consi.19.volum.4.sed sic est,quod possessio quæ
transfertur per constitutionē prædictam est ficta,vt volūt
Doctor.pręalleg.vnde si huiusmodi cōstitutio extendere
tur ad hæredes mulierum,essent duæ fictiones,prior scili-
cet mulier,& alia in hæredibus, cōtra iura prædicta. Di-
co enim dictum obiectū in terminis nostris cessare : quia
illust.quōdam Ducissa possidebat verè & realiter & actua
liter . cū bonorū prædictorū possessionē apprehenderit,
vt est præmissum,vnde cū sola superesset fictio de hære-
dū possessione,cessat dictum obiectum . Quinimo etiam
si non fuisset adepta possessionem corporalem dictorum
bonorum contentiosorum illust.Ducissa prædicta, adhuc
nō obstarēt dicta contraria,nec essemus in terminis dictæ
copulæ:quia in casu isto nō cōcurrūt simul duæ fictiones,
sed concurrūt diuersis temporibus,quod non prohibetur
& per Felin.omnino in cap.cum M.Ferariensis. colum. 7.
extra de cōstituti. vbi limitat dictam regulam , vt fallat in
dicto casu,& in alijs,quos ibi enumerat. Aliunde locum
non haberet

non haberet dicta regula, quia.istæ duę fictiones ex du-
plici fonte oriuntur, vnde non procedit, vt notat dominus
meus Iasun.in l.quoniã in prioribus.ad finem. C. de testa.
Alia potest assignari respõsio ex dictis Guil.de Cugno, Ia
cob.Butr.& Salic.in d.l.1. C.de dotis promissione, qui vo
lunt, quod vbi duæ sunt fictiones circa idẽ, vel ex eodem
facto, si vna principaliter venit, alia verò accessoriè & con
tinuatiuè, tunc plures fictiones tolerantur. & ita intelliga
tur.l.sub conditione.ff.de solut.& l.cum duæ species. ff.de
capti.& postlim.reuersis.ita notat Franc. de Aret. subtilita
tum princeps, consi.64.incip.diligenter & maturè col.an-
tepenult.versi.nõ obstat, quod in casu nostro, & ita ẽt con
cordãdo distinguit egregius Doctor Hispanus Didac⁹ de
Segura in repet.l.filius dũ ciuitatis.ff.de verb.obli.fol.51.
col.3.verb.sed nõ obstãte. Ponit ẽt alias ad obiectũ huius-
modi respõsiones Salic.in d.l.1.C.de dotis promiss. Præ-
ter quas est attẽdendum, quod quando concurrunt plures
fictiones circa diuersas personas tunc tolerantur.ita nota.
Sali.in l.si ab hostibus, suprà alleg.per illũ tex.& Soci. con
si.223.incipiente, multum abũdè. versi.postremo.volu. 2.
& consi.241.incipiente, instrumenti, vers. septimo ad idẽ
eod.vol.addit alias limitationes ad quas curiosus recurre
re põt.† Nec tamẽ impedit possessio huiusmodi, q̃ ex con
stitutione, vel statuto transfertur in hæredem, quo minus
possit etiam petere, quod mittatur in possessionem ex be
neficio dictæ legis si.ita notabiliter dicit Bald.in rubr.ex-
tra de causa posses.& propriet.pen.versi.quæro, quæ pos-
sessio sit ista vbi inquit, quod talis possessio est ciuilis cau
sata à lege absq; pręsentia corporali, & est ficta possessio,
quę non impedit quominus possit etiam d.l.si.remedium
intentari, cum fiat talis missio in executionem statuti, vel
constitutionis vt qui est in possessione ficta sit in vera, vt
in simili habetur in l.apud Iulianũ.§.1.ff.ad Trebel. & di-
cit ibi Bal.ꝙ ita practicatur Mediolani, & idipsum in ter-
minis tradit idẽ Bal.in rubr.extra de cõstit.col.5.versi.sed
potest consuetudo, not.Salic.post Pet.de Bellapertica in l.
1.C.de donat. quæ sub modo.allegat d. l.apud Iulianũ.§.
1.cuius effectus secundũ Guido.Pap.consi.140.incip.cõsi
lium pro nobili Aymõdo.nu.7.versi.sed videtur.vol.2.ꝙ
si possideat actualiter non sibi traditur possessio, sed con-
firmatur sibi sua possessio, per l.4.§.nullum. ff. de Carbo.
edicto.& dicit ibi ita tenere Bar.& allegat Sali.in d.l.1.C.
de donat.quæ sub modo.not.dominus meus Philip. De-
cius consi.84.incipien.excellentissimi doctores, post prin
cip.vol.1.idem not.Barbat.consil.88.incip.sapienter.&c.
col.10. versicul.capio aliam dubitationem. volumine. 2.
vbi hunc passum abunde prosequitur. notat Alex.cõs.37.
incip.in causa mota.col.3.volum.1.& in patria mea Bur-
gundiæ virtute præmentionatæ consuetudinis, ꝙ mortus
sayziat viuum, quod Itali dicunt, aperit mortuus oculos vi
uentis, & dat ei possessionem per manus, intentatur reme
dium retinendæ possessionis per hæredẽ. Et ita dicit prę-
fatus dominus Bartholomeus de Challen.ibi fuisse deci-
sum anno 1507.in senatu Diuionensi, in causa hæredum
Guilielmi de Humbelot, contra viduam & executores te
stamenti, quamuis testator in suo testamento dedisset suis
executoribus potestatem accipiendi bona sua propria eo-
rũ auctoritate, nec tenerentur restituere donec testamen-
tũ præfatum esset executioni demandatũ: præsertim quo
ad legata & donationes inter viuos, quæ erant facta filijs
cuiusdam Nazarij, qui etiã realiter tenebant dicta bona, q̃
à dictis executoribus acceperant, & de hoc per Guido.Pa
pi.in decisionibus Delphinalib.q.452.& Io.Fab.Instit.de
hęred.quali.& differ.§.fi.& §.1.In titu.de interdic.ad prin
cip. Attamen ꝙ in dicto casu si aliquis realiter, possideret,
deberet citari, nõ obstante quo agẽs possessorio fictè pos-
sidet, vt prædixi, ad hoc est l.1.§.necessario.ff. si vẽtris no
mine mulieri in possess.mit. † Præmitto & secundo quòd
in casu præsenti edictum diui Adria.cessante dicta consti
tutione habet duplex effectum scilicet possessionis recu-
perandæ & adipiscendæ. Ideo non potest et obijci etiã per
possessorem, exceptio proprietatis, quam plures Doctor.
tenẽt ꝓponi posse in puris & nudis terminis, d.l.fi. vbi do
minij probatio esset in promptu probabilis, de quo subde
mus inferius. ita singul.not.Bal.in c.contingit.col.2.extra
de loco.& contu.&c.item cum quis.in 2.col.extra de re-
stit, spoliat. Idem in l.ea le.col.5.vbi etiã Cynus.col.3.ver.
& illud est ad argumentum.C.de condi.ob causam. idem
Bal.in authen.defuncto.C.ad Tertullia.& in l.2.C. de ap-
pel.& in c.1.de cõtro.inuesti.tit. vsib. feud. & apertius in
rubr.extrà de caus.poss.& propr.ad finẽ, quod dictũ refert
& sequitur dominus meus Philip.Decius in præalleg.con
sil.84.col.2.versi.secundo quia non obstat.allegat gloss.&
Doctor.in l.si diui ff.de iudic.& not.in l.2.pręalleg. de edi
cto diui Adria.& gloss.& Doctor.in capitu. primo de re-
stitut. spoliat. quam etiam opinionem sequitur in termi-
nis Segnorellus de Homedeis consil. 158. super dubio,
in principio. incipien. quem hoc citat pręfatus dominus
meus Decius, vbi suprà concludens in casu nostro exce-
ptionem proprietatis (etiam si incontinenti probetur)
18 non impedire missionem huiusmodi. † Nec coadiuua-
tur dicta dominij allegatio ex possessione quam præfa-
tus dominus Dux se dicit habere. cum enim constet illu-
stri. testatricem vsque ad eius obitum villas & loca prædi
cta possedisse, vt præmissum est, & sic in prædictum spe-
ctabilem gubernatorẽ eius hæredẽ, tum vigore dictorum
capitulorum, cum vigore constitutionis sæpe dictæ posses
sionem dictæ quondam testatricis trãsfusam fuisse. quare
tum præfatus illustr. Dux cum alijs quicunque prohibi-
tus fuit ex apprehensione præfata possessionem dictorũ
bonorum acquirere, cum in hæredem continuata fuerit,
vt est dictum, & duo insolidum possidere non possunt.l.
3.§.econtrario.ff.de acq.poss. Ita in terminis nostris cõsul
uit Rapha. Fulg.in consil.130.incip.quæst.huius statuti,
quem refert & sequitur dominus meus Philipp. Deci. in
dic.consi.84.hanc esse sententiam (etiam in vtroque casu
scilicet possessionis & proprietatis) tenet Philip.Cor.con-
sil.suo 136.incip.in hac.versi.ad tertium quęsitum. vol.3.
& Andr.Siculus, vulgò Barba.consi.136. incip.difficultas
19 nõ parua † Quòd etiam verum est, vbi Dux.illustris esset
verus dictorum bonorum possessor: cum tamen sit vitiosa
eius possessio, vt per supradicta constat. & maximè, quia,
ipse confitetur in pluribus suis cedulis, ac etiam in allega-
tionibus sui causidici.fol.2.versi.3.aduertat iudex, illã au-
ctoritate propria adeptus est, vnde nullo modo põt impe
20 dire missionẽ prædictam, & ista sunt nota in iure. † Sed fin
gamus (quatenus apertius ostẽdatur sæpe allegati domini
Gubernatoris iustitia) ꝙ in huiusmodi iudicio cesset con
stitutio Regis Petri præallegata, ac etiã ꝙ possessoriũ sim
plex adipiscendę possit dũtaxat intentari, adhuc dico obie
cta per dominũ ducẽ præfatũ hanc missionem impedire
nõ posse, cuius dicti rationem assigno, satisfaciendo sigilla
21 tim dictis obiectis. † Et pręsupposita veritate resolutionis
meæ primæ videlicet quòd spectabilis Gubernator pos-
sit hoc beneficium l.fi.C.de edicto diui Adr.intentare: de
quo non dubito. quia fuit apertissimè dicta conclusio ro-
borata. Comperio, ꝙ inter cęteras causas ex quibus illust.
Dux se prætendit legitimum esse cõtradictorẽ vltra fidei
commissum quod in dictis bonis fuisse prætendit apposi-
tum per suos prædecessores, ex quo etiam dicit se in eis-
dem succedere præter id ꝙ dicto contrario satisfaciendo
suprà diximus nu.13.versi.cũ itaq; constet, excipit, domi-
nus Dux de domino suo proprio quod prætendit esse pro
batum, tũ ex donatione Illus.quondam Ducis eius patris
cũ per testamentũ eiusdẽ, quæ sunt in actis fol. 516. & fol.
920.ac etiam per tacitam cõfessionẽ dicti domini Guber
natoris, vt allegat dicti domini Ducis aduocatus in suis al
gationibus. fol.4.versi.quid demum, Et posito ꝙ cõstet
ex actis pręedictis (prout etiam nec inficias eo) de dicti do-
mini Ducis dominio in bonis contentiosis adhuc illa so-
la dominij exceptio, etiam in promptu probãda, nõ fecit
eum legitimũ in hoc iudicio contradictorẽ, vt est omniũ

Doctor.in d.l.fi.ſententia & ita not.Bald. in l. t.vbi etiam
Alex.plenius.C.ſi de momen.poſ.agatur,& hoc à nullo re
uocat in dubiú,ad φ ē tex.in d.l.fi.ibi,ſiue q antea detinés.
22 †Nec etiam obſtat prætenſa per illuſtr.Ducem poſſeſsio,
quã ex actis prædiximus apparere eſſe vitioſam, nec hoc
diffitetur eius adnocatus in dictis allegationibus iuris, in
alleg.verſi.tertio aduertat iudex.oportet autem in huiuſ-
modi caſu φ vitioſa nó ſit opponētis poſſeſsio, p quã cũ
exceptione dominij ſe prætendit eſſe legitimum contra-
dictorem.ita not.Bar.& doc.in d.l.fi.C. de edict. Nemini
etenim licet ſibi ipſi ius dicere.C. ne quis in ſua cauſa.& l.
ſiquis in tantũ.C.vnde vi.& ita tenet Bar.in l. filiam fratri
bus.quem ibi Angel.& Alex.& cómuniter alij ſequũtur,
per illũ tex.ff.ad Trebellia.idē Bar.Salycet.Paul.de Caſtr.
& Moder.poſt Guill.de Cugno in d.l.fin. argumen. l. 1.§.
rediguntur.ff.quorum legatorum.& refert & ſequitur do
minus meus Philippus Decius vbi ſupra, verſiculo.ſecun-
23 do quia non obſtat.colum. 2.in d.conſilio. 84. †Plus dico,
quòd etiam ſi probaretur Illuſtr. Ducis poſſeſſio abſque
vitio,& probaſſet titulum dominij. nihilominus non eſ-
ſet legitimus contradictor, vt concludit Bartol. in dicta le.
final.in ſua diſtinctio.& melius Bald.ibidem colum.mihi
duodecima verſi.tertio pro inſtrumēto. Albericus de Ro
ſate ibidem colum.7.verſi. reſtat quærere. vbi etiam Sali
cet.col.4.ver.iuxta hoc quęro.& nouiſſimè dominus me⁹
Iaſon poſt Guil.de Cugno,& antiquos in d.l.finali.colum
na.1 t.uerſicul.item in quantum Bartolus in ſecundo, vbi
concludũt quaſi vno ore, quòd non eſt legitimus cõtradi-
ctor, qui poſſidet etiam ſine vitio, habens tamen titulum
24 ab alio quã à defuncto, à quo habet agens. †Quinimo có-
munis eſt doctorum opinio ibidem, φ etiam ſi titulũ ha-
beret ab eodem defuncto, ſi eſſet diſſimilis ab actoris titu
lo: niſi fortè, vt voluit practicus ille Alberic. de Roſate in
d.l.fina.non eſſet ob id legitimus contradictor. Vnde ceſ-
ſat obiectum Ducis illuſtris, dũ ait, quòd etiam ſi illuſtris
teſtatrix eius mater titulum habuiſſet in dictis bonis con-
tentioſis habet etiam eundē ab ea ſępe dict.dominus Dux
per electionem patris in capitulis nuptialibus, ex quibus
prætendit ſe vocatum eſſe ad augmentum ſupradictum,
de ſeptem mille & ſeptingētis florenis: quãdoquidem, po
ſito quòd vocarentur ad dictum augmentum (cuius con-
trarium infrà verſ. 28.monſtrabimus) attamen eſſet iſte
titulus & ſimilis & particularis, ſcilicet in augmento dotis
qui multum differt ab eo cui innititur ſpectabilis agens.
25 †Vnde ſimiliter non releuatur dominus Dux per oblatio
nem,& actuale depoſitum, ſeu cõſignationem illorũ quin
que mille florenorũ, de qua in actis cõſtat, cũ in illa quãti
tate ſolũ prætenderet dotē nó fuiſſe illuſtri eius matri re-
ſtitutã,& ſic pro illa dũtaxat quãtitate ius haberet hipothe
cæ ex ſuprà allegatis capitulis.nuptialibus & conſtitutio-
nis prædictę beneficio, quoniam vt prædixi, iudicium nó
26 præſens non patitur hoc examen. † Sed ponamus admit-
tere, dico adhuc non releuari dominum Ducem ex huiuſ
modi depoſito: ſiue quia ſpectabilis dominus agens non
petebat illorum bonorum poſſeſſionem tanquam hypo-
thecatorum dictę illuſt.eius matri pro dote & augmento
ſæpe dictis: ſed intentauit ſimpliciter dictæ l.fi.remedium
dicens illuſtrem eius matrem bona prædicta mortis ſuæ
tempore poſſediſſe,& ſe vt ſcriptum eius hæredē vniuer-
ſalem, ex producto in actis teſtamento mitti debere in bo
norum prædictorum poſſeſsionem, ex dict. l.fi.C.de edi-
cto, diui Adriani beneficio.vnde talis cõſignatio nihil ope
rata eſt in hoc iudicio, ac ſi pecunia prædicta manſiſſet pe
27 nes illuſtrem Ducem domini illius. † Quinimo etiam ſi
ſpectab.dominus agens titulum poſſeſſionis quondam il-
luſtr.eius matris (hypothecã videlicet in dictis bonis pro
dote & augmento ipſius,& in qua ſucceſſerat eidem) deſi
gnaſſet: & quo non conſignauit dominus Dux illos vigin
timille florenos dotales, & ſeptem mille quingentos pro
dote & augmento pro quibus hypothecata ſibi fuerant di
cta bona, non profuit eidem conſignatio illa, vel depoſi-
tum, tanquam minus integrum, prout no.Bart.& Alex.in
l.ſi creditor.ff.de pignor.diſtract.idem in l.acceptam.C.de
vſur.& in l.ſi inſulam. & in omnino Alber.de Roſate, &
Modern.ff.de verb.oblig.vbi concludunt, debitorem par
28 tem debiti offerentē actualiter, nó excuſari à mora.† Nec
obſtat, φ dominus Dux prætendit ius ſpõſalicij ſiue aug-
menti defuncta eius matre prædicta ad ſe deuolutum eſ-
ſe pro eo quòd fuerit à patre hæres inſtitutus vniuerſalis.
Reſpondendo enim dico quòd cum nó fuerit in dicta ge
nerali inſtitutione ſpecialiter inſtitutus in illo iure, quod
in dictis capitulis fuerat ſtipulatum illi filiorum in quem
pater diſpoſuiſſet (etiam ſi hoc iudicium examen illud pa-
teretur) nó videtur Dux in ius illud ſucceſsiſſe.pro quo eſt
nota.deciſio Delphinalis in ordine meo.505.incipien. Fa-
ctum eſt pactum,&c.quæ decidit, quòd ſi in capitulis ma-
trimonialibus fuerit aliquid ſtipulatum filio primogenito,
vel alijs dicti matrimonij, quod in illo caſu ſuccedunt om-
nes filij: ſi pater expreſsè nó declarauit in quē vellet rem
illam ſtipulatam deuenire, per l.Cum quidam. quē ad hoc
alleg.ff.de legat.2.& l.vtrum.§.Cũ quidam: ff.de reb.dub.
& facit d.lex.Cum quidam. in principio. & l.cum pater.
§.penult.ff.de legatis ſecundo. Et in hãc ſententiam reſol
uit Iacob.Marquiles, poſt longã diſputationem in vſatico
incip.de inteſtatis quæſt.28.& ita etiam concludit Andr.
Siculus conſilio 64.incip.illud in medium. vbi concludit,
quòd ſi aliquid fiendum eſt ſpecialiter non ſufficit quòd
fiat per verba generalia, quod etiam voluit Socin.conſilio
92.incipien.in cauſa domini Antonij.col. 12. verſic.ſuc-
cedit.volum.3.vbi dicit, quòd ille dicitur inteſtatus dece-
dere quoad certa bona, qui tamen fecit hæredem: ſed nó
quoad illa bona quòd etiam tenuit Raphael Fulgoſ.in le.
generaliter.in fi.princi.& in l.ſi mater.ff.de inſtitut. & ſub
ſtitut.ſub cond.factis.ad quod eſt tex.optimus in l.inteſta
to.ff.de legit.tut.& in §.quod autē.Inſtit, de legi.agna.tu-
te.de quo dixi infrà conſi.24.verſi. 10.

Et hoc principaliter, quia dominus Dux non eſt ſimpli
citer vniuerſalis hæres Illuſtris eius patris, ſed cum be-
neficio inuentarij: & dominus meus Iaſon in leg.patris &
filij.vbi etiam Franciſcus de Are. ff.de vulgari & pupil.di
cit quod hæres cum beneficio inuentarij non dicitur pro
priè dominus.& gloſſ.in d.l.fin.§.in computatione. in ver
bo, confunditur.appellat eum quaſi hæredem.& prælle-
gatus dominus Bartolomæus de Chaſſan. in commento.
Conſuetudinum Burgundiæ pręallegato, in titulo, de iure
retractus.in glo. in verb.ſon heritage.ad principium, aſſi-
gnat multas differentias inter hæredem cum inuentarij
beneficio,& legitimũ hæredē: & per cõſequēs nó eſt vſq;
ad eo certũ, ſi dominus Dux ſucceſſerit in dicto augmen
to ex illo capite, φ fuit hæres inſtitutus à patre: præſertim
quia in inuentario quod fecit vt hæres vniuerſalis non de-
ſcripſit illam quantitatem ſeptem mille & quingentorũ
florenorum dicti augmēti, in quo ſe pręteudit eſſe vocatũ
tanquam hæres prædictus, prout quantitatem illã deſcri-
bere tenebatur, vt tradit omnino Guido Papæ conſi.qua-
drageſimoſecundo, ad principum, volumine primo. Ex
quibus infero, quod cùm in verò & legitimo depoſito li-
quida & certa conſignari debeant, & alia, quorũ nó appa-
ret, vel nó eſt liquidata certa quantitas, cõſignari debeant
in aliqua certa re, cũ fideiuſſorũ præſtatione: vt cócludunt
gl.& Docto.in l.acceptã.C.de vſu.vbi etiam Baldus. & in
l.ſi reſiduum.C.de diſtrac. pigno. & in l. creditor. vbi do-
minus Alexand.& moderni, ff.eodem.& in l. 5. C. ne lice.
tertiò prouo.& Ioan.de Imo.in l.prætor.§.ſi quis ipſi prę
tori. ff.de noui oper.nuntia.nihil operata fuit talis imper-
fecta oblatio, vel depoſitũ. Quandoquidē depoſitum nó
operatur effectũ verę ſolutionis, quando cognoſcitur cer
tus creditor: vt per Alex.conſi.ſuo quadrageſimoquinto,
incipiēte, in cauſa & lite penultima col. volumine quinto.
præſertim quòd factum fuit non purum, ſed cum pactis
& reſeruationibus, cuiuſmodi depoſitũ non excuſat à mo
ra, prout notabiliter concludit Frãci.de Curte ſenior con

ſilio ſuo

filio suo quadragesimotertio, incipiente, vsis &c. colum. tertia, verliculo, demque. per l. si soluturus. ff. de solut. & l. mora. in prin. ff. de vsur. quantu magis in terminis nostris, in quibus debet vxor, vel eius hęredes possidere bona pręd icta, donec fuerit sibi satisfactum integra, vt suprà diximus. & de hoc etiam dicemus infra in additione, versi. 53.

9 † Accedat quod lingulariter notat Albericus de Rosat. in dict. l. finali, columna quarta, ver. sed nûquid mittetur, vbi resoluit quòd extraneus hęres institutus vniuersalis mittatur in possessionem rerum & bonorum feudalium, quę tamen clarè non apperens esse feudalia, ex quo testator illa possidebat, quamuis natura recti feudi sit, vt feudum quando non extant filij, vel descendentes ad dominum reuertatur, vt per Baldum in le. quoties. C. de suis. & legitimis. & capitulo primo, in titulo, quib. mod. feudum consti. & dominum meû Franciscinû de Curte in suo tractatu feudorum. parte tertia, quæstio. secunda. idem voluit in filia institutta à patre hærede vniuersali. subdês, quòd agnati non sunt côtradictores legitimi ad huiusmodi missionê impediendum. allegat singularem decisio. Ioan. Andrææ in additione ad Specu. titul. de feudis. §. penultimo in fine, quam etiam decisionem Ioan. Andrææ refert pro singulari & sequitur eandem dominus Alex. in dicta l. finali. C. de edend. Mouentur Doct. præallegati per optimum tex. in capitulo secundo, in præallegat. titul. si de feudo fuerit côtrouersia inter dom. & agna. in vsibus feudorum. & notat Baldus in c. s. versi. vel dic quarto in titulo de côtrouersia inter masculum & fœminam de beneficio & tamê opinion. prædicta fundari non potest super dominio, quia fœmina regulariter in feudo non succedit, vt prædixi, & est sextus in capitu. 1. §. & quia vidimus. & ibi Bal. & omnes Feudistæ, in titulo, qui feudum dare possunt, in vsibus feudorû. sed fundatur dûtaxat super nuda possessione † Omitto vel sponte, impugnationê illustris Ducis de ineptitudine libelli actoris. Est enim vulgaris doctrina Bar. & scribêtium in dicta l. finali, colum. 3. versiculo, sumus expediti. C. de edendo. & Spe. in titu. de libelli concep. §. decimo, versiculo 28. asserentium in huiusmodi iudicio nô esse necessarium libellum. Sed ego habeo, quòd libellus ineptus productus in causa summaria in qua non est de substantia, vel necessitate iudicij, non vitiat huiusmodi iudicium. ita notat Abb. Panor. in capitulo bonæ, primò, vbi secutus fui eundem in apostillis ad ipsum, in versi. non vitiat. extrà de elect. notat Antonius de Butrio in capitulo primo, de libelli obla. Bartolus in l. vinum. ff. si certum petatur. & in l. 1. & ibi posui in apostil. ad ipsum ff. de officio assesso. Idê notat Alexand. & Rom. post glossam in dicta. l. vinum. ad fi. Bald. & Imola in l. 1. ff. de liberis & posthumis. per glossam in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testa. pro quibus est alia glos. multum notabilis (quam tamen non allegant) in. §. multis modis. in versi. per contrarium. Instit. de libertinis quam ad hoc multum allegat Innocentius in c. eum sedem, extra de restitutione spoliatorû. quibus addo etiam glossam singularem secûdum Baldum in l. vinum. in glossa finali. ff. de rebus creditis, & si certum petatur. quæ vult, quod vbi non requiritur libellus, nec etiam illius aptitudo requiritur. sed qualitercunque fuerit petitum, iudex debet facere iustitiam, non obstante ineptitudine libelli. & bonum textum in l. vnica, in princip. cum fin. & ibi Baldus C. de rei vxor. actione. & in Catalonia determinatum est per côstitutionem Regis Petri tertij editam in Curijs Perpigniani capit. 13. per quam repellitur expressè exceptio ineptitudinis libelli etiam in iudicio ordinario. Reliqua quæ parte dicti Illustris Ducis fuerunt adducta satisfacere mea sponte prætermisi: siue quia vera non sunt, quale est de illegitimitate procuratoris spect. domini agêtis siue quia nô possunt in hoc iudicio examinari, quorû tamê in petitorio (fateor) aliqua locû haberent. † Resoluendo igitur totius huius consilij summá, concludo spect. dominum agentê debere mitti in possessionem villarum & castrorû ac locû de Calaff, & de Thora, táquam hæres vniuersalis præfatæ quondam Illustris Ducissæ, dum viueret possessoris dictarum villarum, castrorum & locorû, ex beneficio di. l. fi. cui innittitur spect. Gubernator, nô obstâte deposito, siue consignatione præmentionata de quinque millibus florenis, cum ea quę interuenit forma, cęterisque parte Ducis Illustris in contrarium adductis non obstantibus mandando restitui dictum depositum sæpe dict. Illustr. Duci, quemq; in huiusmodi iudicio declaret non esse legitimum contradictorem ad impediendum immissionem petitam vnde & suam dominationem Illustrem debet in expensis côdemnare. Ita vt côclusum est & decisum resoluebá & determinabá, saluo melius sentiêtis iudicio, Cæsar augustæ. 1521. ad laudê & gloriá Dei. ego Cels.

Additio eiusdem super eadem materia.

33 † Excelsus dominus, &c. Recolo me superioribus dieb. consultû à magnifico vicario Ceruariæ, tunc iudice ordinario causæ de qua in præcedenti consilio mentionê feci, resoluisse in fauorem spectab. domini Petri de Cardona pro S. C. & Catbolica maiestate Gubernatoris totius Cataloniæ prout in dicto in eo consi. decisiuo continetur. verû quia post redditû meum consilium & determinationê prædictam fuit ferme biennio causa prædicta in regia audientia Cataloniæ (ad quá fuerat euocata) ventilata: in cuiusquidê processus & causæ prosecutione côperio inter cætera Ducê Illustrê præfatû probare contendisse, ꝙ illustris Ducissa eius mater d. bona possidebat tanquá gubernatrix & administatrix totius Ducatus Cardonæ, nomine dicti domini Ducis eius filij & ad instâtiam ipsius: deducêdo, (quod etiam nisus est probare) quod dicta quôdam Ducissa nullá fecit differentiam in administratione dictorum locorû & totius ducatus Cardonæ, ab illa quam viuente Illustri Duce eius marito, & post eius obitum gerebat, & exercebat, cuius contrarium esse probatum constat, non modo per testes dicti spect. Gubernatoris, verum etiá per testes dicti Ducis, in quo maximè post despôsationê Ducissę Segorbij filio primogenitę dicti Dom. ducis rei côuenti decimus tertius testis super 6. articulo dicti Ducis, decim⁹ quartus super primo articulo, decimus sextus super sexto articulo, vicesimus super quinto, vcesimusquintus super 6. vicesimus septimus super 24. & vicesimus octauus super 6. articulis primo loco per dictû Ducê prædictû oblatis & super 13. & 14. articulis per eundê secûdo loco oblatis, qui omnes veluti vno ore (quod & faciunt alij multi testes dicti Ducis) dicût ꝙ præfata quondá Ducissa à têpore dispôsationis pfatæ Ducissę Segorbij fecit magnam differentiá in administratione, q̃ têpore vitæ quondá dicti Ducis eius mariti exercebat in dictis villis contentiosis. quoniam, vt dicunt testes prædicti, ipsa deposuit officiales antiquos & creauit nouos recepit (vt dicunt) reditus & fructus locorum prædictorû nomine ꝓprio, ꝑ quêdá AEgidium, quê côstituit generalê suû receptorê & ipsum officiû exercuit dictus AEgidius vsq; ad dictæ quôdá Ducissæ obitû vt omnes fatentur. quo etiá têpore probatur in dicto processu, quòd in locis prędictis sæpe nominata quôdá Ducissa iurisdictionê exercuit. Et sic probatur per testes êt à domino Duce prędictos, possessio, qualê prætêdit specta. dominus agens, quod satis est in hoc iudicio, etiam si nô probasset, quòd dictam possessionem fuisset assecuta legitimè, prout & fuisse monstrauimus in consilio præcedenti, prout docet abundè dominus meus Phil. Decius consi. 56. incip. in causa appellationis. per totum, vol. 1. † Nec ex eo redditur infructuosa possessio quondam dominæ Ducissæ, quod ex aduerso prætendatur dicta loca administrasse iure familiaritatis, quia etiá si nô côstaret sępe dictá Ducissam adeptá fuisse locorum prædictorû possessionê, prout tamê fecit (vt prædixi) accedente hac extrinseca causa iustè fundata in di. côsti. regis Petri. tertij quę incipit, hac nostra, cuius in consi. præcedenti meminimus abundè, licuit Illustri quondam Ducissæ sibi causam possessionis mutare, per ea quæ ponit Baldus in l. prima, C. de pigno. act. &

diximus supra quinimò visa fuit reuocare nouam causam
possidendi legis ministerio, etiam absque hominis facto,
etiam si solo animo cõstituisset se possidere velle ex noua
causa p̃dicta.l.qua ratione.§.interdũ.ff. de acquirẽdo rerũ
dominio.l.3.§.si rem.& ibi copiosè Socinus post moder
niores.ff.de acquirend. possess. & Iacobus Marquiles in
vsatico vidua, in 5.notabili.maxime ex quo de tali animo
constat: quoniã si dicamus (prout visus est dixisse Dux Il-
lustris) q sæpe dicta quondam domina Ducissa tempore,
dicti Ducis eius viri, possidebat loca cõtentiosa iure fami
liaritatis, iuxta l.qui iure familiaritatis.ff. de acqui. possess.
cõstat p supra dictos testes dicti Ducis partis reç & signã
ter per tricesimum secũdum, qui erat baiulus villæ de To
ra, q est iustitiæ, sup 5. & 13.articulis de animo quẽ dicta
quondam Ducissa habuit mutãdi causã & formã possiden
di in quo sunt contestes, testis 28. illustris. Ducis soper 7.
articulo, & septimus testis spect. agentis super quinto di-
cti domini actoris articulo, vbi testificantur de actu qui
non potuit exerceri citra ius & nomen verę possessoris.
35 †Nec etiam obstat quòd ad infirmãdam possessionem sæ
pè dictę quõdam Illustr. Ducissæ deduxerit pars Illustris
aduersa, quòd etiam tempore quo dicta quondam Ducis-
sa nouos, creauerat officiales. Martinus Perex, qui erat of-
ficiarius Ducis exercebat actus iurisdictionis, qm, licet ali
qui testiũ Ducis desuper fuerint producti, nihil tamẽ pro
bant, qui dicere debuerant, quos actus iurisdictionis exer
cuit, vel quatenus ad concordiam reducatur dicti testes il
li loqui cẽseantur de tempore illo intermedio, q fuit in-
ter Illustris, quondã Ducis obitũ, & desponsationẽ Ducis
sæ Segorbij. quoniã esse potest q vsq; ad tẽpus illud quo
dicta quondã Ducissa mutauit officialios, præfatus Mar-
tinus Perez, qui erat pro domino duce Vicarius generalis
ducatus etiam in locis contentiosis quæ sunt in dicto du
catu iurisdictionem exercuisset, cũ dictæ quõdã Ducissæ
voluntate aut consensu, quemadmodum dicũt aliqui te-
stes, q homines dictorũ locorum iuerãt ad bellum de Va
ga, cum armis, ad mandatum præfati Martini Perez, qui
decimus tertius testis super 6. 14. 15.& 21.super 4.24.25.
teste. Illustr. Ducis super secundo eiusdem articulis dicũt,
q iuerant ad dictum locum aut Villam de Vaga, ex man-
dato dictæ quondã Ducissæ cui cũ dixissent q dominus
dux eius filius vocabat eos vt irent ad dictum bellum iter
rogantes quod iubebat sua dominatio. quæ respondens,
mandauit eidẽ quod irent. vnde constat q nõ ad manda-
tum dicti Martini Perez iuerunt homines dictarũ villarũ
de Calaff & de Thora ad locũ de Vaga prædictum: sed ex
36 præcepto dictæ quondam Ducissę. †Similiter non est pro
batum contra possessionẽ prædictã per depositionẽ Ioan.
Mora Illustr. Ducis præfati à secretis quãuis super. 5.arti
culo Ducis dicat q vidit multa acta iurisdictionis, q̃ exer-
cuit dict. Martinus perex. Ex quo.n.est singularis nõ pro
bat, vt p Fel. omnino in c.veniens.col.7. & seq. de testib.
Quinimo si cõtestes haberet adhuc nõ probaretur, nisi &
producerẽtur acta prædicta exercitij iurisdictionis quorũ
meminit dictus Mora, per ea quæ not. Bar. in l.1.col. ante-
pen.ff.si certũ pet. vbi p auth. si quis in aliquo documẽto.
C. de ẽdendo. dicit quòd si testes reddant causam sciẽtiæ,
quia ita viderant contineri in aliquo priuilegio, vel instru
mento quod ipsi referunt, nihil probant, nisi tale priuile-
gium, vel instrumẽtum aut tale quid ostendatur quod per
inde habeatur ac si publicum instrumẽtum ostenderetur.
37 †Sed nec obstat. quòd in 8.& 9. articulorum suorum al-
legat Illustr. Dux, scilicet quod illustr. eius mater ex pa-
cto & conuentione quod cum ipso Duce eius filio pepi
git, & renuntiauit hypothecæ, quam habebat ex capitulis
matrimonialibus, & Constitutione hac nostra prædictis,
pro certa annua pecuniarum summa, quam eidem assigna
uit illustris Dux eius filius super redditibus locorum
38 contentiosorum, & super dicto Martino perex † Prædi-
ctum, etenim obiectum quod de directo videtur elidere
sæpedicti domini Gubernatoris intentionem, mirandum
est, quòd in toto biẽnio quod durauit ista causa coram Vi
cario Ceruariæ, non fuerit oppositum. cum tamen testes
qui super illo deponunt sunt continui partis illi aduersæ,
vnde non potest dici quòd de nouo ad partis aduersæ noti
tiam deuenerit præsentim quòd dicta concordia præten-
ditur facta interdictum præfatum illustrem & etiam illu
strem eius matrem cum tamen in processu Ceruariæ &
in eo qui fuit in Regis audientia ductus opposuerit illu-
stris dux exceptiones vsque adeo leues, vt neque quidem
dignæ sintquę scribantur. prout in pręcedenti cõs. deduco.
Sed à diuerticulo repetẽdo materiã dico prætẽsam cõcor
diã & conuentionem minimè probari, nec super illa de-
ponunt testes concludenter, exceptis perfato Ioanne Mo
ra, & Andreas Ferrer, q sunt secretarij dicti illustris Ducis
quos vt vno verbo repellam præter illa quæ generaliter
contra eorũ dicta, & personas, possunt obijci, dico nõ pro
bare dictũ præfati Io. Mora, quoniã tamen ex ipsius depo
sitione cũ ex dicto pręfati Andreæ Ferrer constat dictum
Mora interuenisse in cõcordia prædicta vt proxenetã, &
mediatorem, quorum neuter admittitur ad testificãdum,
nisi de partis vtriusque consensu, vt est gl. notab. in c. fi. in
ver. in testam. de testi. li. 6. allegat. tex. in auth. eo. tit. §. quo
niã. Ita notat. Bart. in l. deferre. ff. de iure fisci & in l. omni-
bus. C. de testibus. Antho. de Butrio. c. cũ nobi. extra. de
testi. & omnino Lanfran. de Oria. in repeti. c. quoniã con
tra falsam. in ver. testium depositiones. vnde Andreas Fer
rer, qui sup dicta cõuentione deponit remanet singularis
& per consequens nõ probat, vt supra dixi. & illorũ dicta
si rectè inspiciãtur cõperietur q dicti duo testes nedũ ad-
uersantur vnus alteri, verum etiam, q sibijpsis repugnant.
39 †Sed fingamus, citra vera præiudicium, esse probatũ di-
ctam conuentionem, aut cõcordiam adhuc nihil obsicere
dictæ quondã Ducissæ possessioni, quam ex processu con
stat adeptam fuisse relaxato priua iuramento fidelitatis à
Vassallis, quod dicto domino Duci prælliterãt anteą vt su
pra deduximus in consil. præcedenti. Sed est regula com-
munis, q solennitas requisita ad aliquem actum faciendũ
requiritur etiam in eo destruendo. tex. est notabil. in auth.
econtra si filij. C. de repudijs. & in authenti. de defenso. ci
uit. §. non habente. & Ange. consi. 230. vnde cum præfati
Vassalli fuerint per quondam illustrem Ducem absoluti à
iuramento fidelitatis quod prælliterãt eidẽ & ab omagio
in quo sibi tenebãtur, cũ aliàs non potuissent præstare al-
teri, vt per Alex. in l. si nõ sortem. §. libertus. ff. de condict.
indeb. Bar. in l. a. in priu. ver. & p̃dicta sunt arg. & ibi Bal.
in fi. & in l. vsufructu. versi. eorũ autẽ quæ sunt inseparabi
lia. ff. sol. mat. & notat. Bal. in l. 1. in fi. C. de ope. libe. & in l.
si libertus. vbi est de hoc casus. ff. eo. quod quidẽ iuramẽ-
tum præcedenter relaxatione præmissa præstitum dictæ
quondã testatrici effecit quòd ipsa vel eius hæredibus vo-
lentib. præstare nõ potuerũt alteri domino iuramentũ &
homagiũ prædicta, per ea quæ notat idẽ Bal. in l. 2. versic.
sed pone, pater meus. C. de ope. liber. et omnino, dominus
meus Iacobus de sancto Georgio, in suo tract. homagio-
rum & Bal. in c. 1. ad princ. in tit. quo tẽpore miles, & c. in
vsib. feudo. addantur qui dicuntur infrà cõs. 120. versi. 44.
Et si non probantur dicti vassalli relaxati à iuramento, q
q. Ducissæ prędictæ præstiterãt, vel q eorum iuramẽtum
fuerit temporale, et tempus illius ex expirauerit credo nõ
posse dictos vassallos licitè præfato Duci præstare dictum
fidelitatis iuramentũ & homagium per supra dicta & per
consequẽs apparet de possessione, quę in dictũ spect. agen
tem diriuata est, pront diffusius in cons. præcedẽti demon
40 stro † Non obijciat aliquis iuramentum quod postea vas-
salli prædictæ illustr. Ducissæ Segorbij pręstiterunt: quan-
doquidem vt 16. testes deponunt super secundo articulo
illustr. Ducis. & 25. super 14. articulo eiusdem, fuit de vo-
luntate sæpe d. quondã illust. Ducissæ, & præcedente pro-
testatione, quod non fieret ex eo præiudicium suo iu-
ri, de quo etiam constat per publicum instromentum
quod sæpe dicta quondam illustr. testatrix possidebat loca
contentiosa

contentiosa nomine suo,& non iure familiaritatis, & sic
quod est danda possessio dicto spect.agenti,qualem habe
bat dicta quondam illustris Ducissa testatrix, vt plenius
supra in præcedenti consilio roborauimus. † Omitto ꝙ
friuole fuit per illustr.partem articulatum,ad demonstrã-
dum quòd illustris quondam Ducissa possidebat nomine
dicti domini Ducis eius filij, quòd loquens vassallis de
dicto illust.eius filio dicebat,filius meus dominus videtur
hoc dicit & hoc, &c.ex quibus verbis 30.testis, qui sutor
est,& rusticus.& 32.qui eiusdem status est(non attenden-
tes prohibitum esse sutori vltra calceum iudicare) in suis
depositionibus inferunt audacter, quòd ex hoc denotat
quondã Ducissa, quòd illust.dux eius filius possidebat di-
cta loca,cuiusmodi illationem non fecisset peritus aliquis
sciẽs proprietarium dominum esse directum.l.j.ff.,si ager
vectig.vel emphi. vendi.& nota.Bart. in l.si quis.§.diffe-
rentia.vbi omnino Are.& Moder.ff.de acqui poss. & Bal.
in l.proprietas.C.de proba.† Comperio similiter partis il-
lust.aduocatos,cum viderent supradicta fundamenta fra-
giliora esse, vel quouis arundineo baculo. ad alia quæ mi-
nus habent firmitatis condescendisse, dum etenim exce-
ptionẽ opponũt inhabilitatis Ioannis Morel.notarij, quã
nouiter ad suam notitiam peruenisse dicit,illust.pars non
mihi videtur attendere probè naturam testamenti dictæ
quondam testatricis.etenim dictum testamentũ cui præ-
fatus spectabilis dominus agens innititur, est testamentũ
in scriptis quod ad sui validitatẽ & essentiam notarij sub-
scriptionẽ non exigit, sed erat satis ꝙ firmatũ fuisset per
quond.testatricẽ & per legitimi testiũ numeri sigilla fuis-
set roboratum . ad hoc vt ipsius testatricis voluntas nota
non fieret, donec post ipsius mortem, vt in l.hac consul-
tissima. in princ. C. de testa. & Iust.de pupil.substitu. §.si
autem.& deduxi latius in consilio præcedenti.† Aliunde
si consideretur,quòd quondam domina testatrix inter li-
beros testamentum prædictum fecit,in quo postquã eius
& testium erat subscriptio ,notarij non exigebatur præ-
sentia,vt est tex.in auth.quod sine. C. de testa. & in l.hac
consultissima.§.ex imperfecto.& ibi.Bar.& in §.per nun
cupationem,vbi Bal.eo.tit.idem Bal.post glo.in alleg.au-
then.quod sine versi.quæro, nunquid sufficiant & expres
sius versi.quæro,nunquid inter liberos.idem in l.fi.col.pe.
C.de fideicom.& in l. ñ.C.fam.hercisc. & Alex.consi.86.
4 vol.4.† Cum ergo notarius non fuerit de substantia in di-
cti testamenti confectione,nihil officit si fuerit adhibitus
inhabilis prout in simili dicebam in dicto consil. præce-
dẽti.num. 30. ad quod est glo. & doct.in l. qui testamẽto.
§.per contrarium.ff. de test. & his accedant quæ in dicto
versic.30. sunt allegata de quo videatur omnino didacus
de Segura,doctor hispanus in l.ab exhæredati. in princip.
5 de leg.3.fol.38. † Quinimo perseuerans in his quæ in d.
consi.dixi,cum fuerit huiusmodi testamentũ post sui pu-
blicationem & aperturam reductũ in scriptis ex commis-
sione iudicis,qui dictum testamentum publicauit per aliũ
notarium , qui non fuit impugnatus,dico satis esse in hoc
iudicio , in quo sufficeret etiam si coram septem testibus
quondam illust.Ducissę suam voluntatem expressisset,&
iudex ex illorum dispositionibus confecisset instrumẽtũ,
vt voluit glo.in præalle.l.si.in ver.depositionib.C.de edi-
cto diui adri.tol.quam sequitur ibi Petrus de bella pertica
compatriota meus,Cynus,Gui.de Cug.Albe.de Rosate,
Bar.Bal.& Sol. de quo in præcedenti cõs.nu.4.dicebã non
6 esse dubium.† Aliunde non officit in hoc iudicio in nota-
rium opposita inhabilitas , quandoquidem vt in præce-
denti cons.præmisimus, nu.9.vitium latens , & ꝙ prima
facie non appareat,contra testamentũ in hoc iudicio non
potest allegari & si fingamus dictam exceptionẽ admitti
posse,& non esse dubiam ꝙ notarius de substantia non co
gatur in huiusmodi testamento interuenire vnde & illius
inhabilitas non officeret,vt proxime dicebamus:attamen
ex errore communi posset dictum contrarium tolli,iuxta
vulgatam l.Barbarius,ff.de offi.præsidis,& l.1.& vtrubiq;

doct.C. de testa.& l.2. de senten.ex pericul. recit.cum si-
milibus,pꝛæsertim ex quo dictus notarius erat in quasi pos-
sessione,ꝙ ad eum pro similibus actibus recurretur,prout
not.Panor.& docto.in c.cõsultationibus,extra de iure pa
tro.& Card.clem.3.§.1.nu.13.de regula.& Aret.in præal.
l.3.C.de testam. quod tamen non auderem firmare, nisi
aliunde tutari posset auctoritate nuncij apostolici , qui cũ
esset archiepiscopus, & ad lõginquas prouincias missus &
destinatus apostolicus nuntius præsumendus est habuisse
auctoritatem creandi notarios,præsertim cum ipse in lite
ris creationis ita attestatur , & longe maiora solita sint di-
ctis nũcijs per apostolicam sedem concedi, vt in d.consil.
47 dicebam,versi.7.† Addatur,quòd ex meritis processus,nõ
constat allegari contra eundẽ notariũ inhabilitas , quo ad
officium notarij. nec enim constat assertum Io.morel hæ
reticum fuisse, vel pro crimine hæresis condemnatum, &
descendentes eiusdem vsque ad secundam generationem
fuisse priuatos officijs & dignitatibus ecclesiasticis & secu
laribus, vt in quadam asserta attestatione Antonij Sauleda
notarij,officij,sanctæ inquisitionis, de qua in processu cõ
48 tinetur. † Cum enim notarius actorum non debeat acto-
rum copiam dare nisi de præcepto iudicis, vt Bal.& doct.
notant in l.2.C.de edendo.Bar. & docto.in l.præcipimus.
§.in his.C.de appel.glo.Pau.de Ca.& Ang.in l.quædam.
in princi.ff.de edendo.Bar.in l.si.ff.ad exhiben.& Bald. in
tract.de tabel.q.8.sed nec habeo pro comperto,ꝙ per in-
strumentum illud attestationis probetur relata in eodem
commissio,quam dictus notarius asserit sibi fuisse factam
de transumpto,vel attestationibus prędictis dandis per ea
quæ not.Ang.in auth.vt spõsal.largitas.§. & hoc insuper.
colla.9.& Alex.plenius & remissiuè in l.sciendum.de ver.
obli.Bal.in l. iudices. de fide instru. & melius in l.ad egre-
gias de iureiur.& in sua marg.in verb.index. versicul.63.
49 † Nec dicat aliquis, satis esse ꝙ notarius attestatur sibi fa-
ctum fuisse commissionem prædictam , quandoquidẽ ex
huiusmodi attestatione non probatur dicta commissio,
prout.not.Bal.in l,non epistolis.C.de proba. Card. in cle.
fina.de senten.excommun. Illa etiam verba, ꝙ Ioannes
morel fuit condemnatus,& eius generatio masculina,&c.
sunt verba enunciatiua,ideo per instrumentum non pro-
bantur,prout notat Bal.in auth.si quis in aliquo colum. 2.
versi.iuxta hoc quęro.C.de edendo.& Bar.in l.sciendum.
50 col.2.versi.sed contra hoc facit.ff.de verb.obli.† Et si finga
mus probari id quod in attestatione prædicta refertur: nõ
tamen probatur ex eo dicti notarij inhabilitas,cũ non fue
rit nepos dicti Ioannis morel condemnati per lineam ma
sculinam.Sed nec aliquid operatur testamentũ Petri Mo-
rel in quo nominat Ioannem Morel notarium eius filiũ,
quoniam ex eo non probatur quòd dictus Petrus fuerit
filius dicti Ioannis condemnati:& minus quòd ille Ioan-
nes Morel quem dicit filium suum, sit ille de quo agitur.
& idem dico ad instrumentum reconciliationis in pro-
51 cessu prædictum.† Debuit enim clarissimè.probari istum
Ioannem Morel notarium esse dicti condemnati ex linea
masculina nepotem, cum sit regulare , quòd qualitas quæ
est causa quòd quis admittatur , vel repellatur, debet ante
omnia probari.l.ait prætor §. docere.ff.ne quis eum , qui
in ius vocatus est vi exim.Bar.in l.id quod pauperibus.C.
de epis.& cle.Io.And.in c.3.extra de homicid.& not.Bar.
& scribentes in l.in delictis.§.si de tracta.ff. de noxa. Nec
enim sequitur iste. Io. Morel.est de cognomine illorũ de
Morel.ergo est de casata & cognatione, & descendẽtibus
illius Morel condemnati. prout in simili deducit Francis.
de curte consi.17.incipien.viso puncto,&c. col.5.ver.Sed
circa quintam considerationem . qui ad hoc propositum
52 multa allegat.† Et obiectum, quòd dos non fuerit soluta,
locum non habet in hoc casu,quoniam præallegata con-
stitutio regis Petri,locũ habet etiam si dos soluta non fue-
rit,vt in simili not.dominus meus Lancelotus Decius in
l.si ante nuptias.ff.solu.matri.per tex. in l.non sine secun-
dum intel.Cyn.& Barto.ibidem , quos ibi etiam sequitur
Philip.

Philip.Cor. C.de bo.quæ liber. & ita tenet Soc. in consil, 31.incip. In præsenti consultatione. qui ad hoc multa accumulat.versi.quibus suppositis.vol.3. vbi tenet vxorem lucrari donationem propter nuptias ex dispositione statuti, quod dat vxore præcedente, marito dotem, aut dotis partem: & econtra si prædecedat maritus defert vxori donationem propter nuptias.licet dos, nec in parte, nec in totum fuerit soluta. Sic ergo in casu nostro, in quo ēt si decisio supradicts locum non haberet, attamen negari nequit, ꝙ ad hoc quod vxor posideat, non debet informatio præcedere, vel examinari ꝙ ipsa dos fuerit soluta, ꝓꝑ verbum confestim, & incontinenti, in dicta constitutione appositū, dū dicit, ꝙ mortuo marito vxor censeatur confestim posidere bona viri, vt est præmissum. Cum.n. dictio confestim, sicut & dictio incontinenti exponatur, id est absq; intermedio aliquo, vt notat Andr.siculus in c.j.ext. de mutuis petit.& dominus meus Iason in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.ad princip.ff.de no.ope.nuntia.& ita ēt in facti contingentia consulendo resolui, infra consi. 119. vers.3.consequens est dicere, quòd discuti non debeat antequam posideat vxor prædicta si dos fuerit soluta, vel non quia ipsa non posideret incontinenti, quod tamen constitutio prædicta præsupponit, vt est dictum.sed nec aliquid detrahit à possesione prędicta verbum, censeatur posidere, quod in dicta constitutione inseritur.quoniam licet verbū, censeatur, fictionem importat, vt no.Bald.in l.quoniā.in 6.no.de his qui no.infa. attamē in his quę sunt iuris importat veritatem. Ita no.Bal.in c.bonę.extra de appell. Moder.in l.1.C.vnde vir & vxor. & si necessaria esset probatio solutionis dictæ dotis, dico cōstare de illa ex actis, per quandā apocham de mille & quingentis florenis quos dictus illustris quōdam Dux Cardonę cōfitetur recepisse pro residuo, sine resta totius dotis dictæ quondā illustr.eius vxoris, & est date die quinta nouembris anno. 1481. Etenim qui cōfitetur aliquid recipere pro residuo, vel resta certæ & determinatę quantitatis cōfitetur de tota illa summa, vel quantitate sibi fuisse satisfactum ita singulariter notat dominus meus Ias. in l. pater tuus.colu.3. versi.nec.obstat, ꝙ contra iuramentum.C.de hæred. inst. not.Roma.singula.699.incipit.verba illa Aret.consi.155. col.8.versi.pręmissis &c.& Andreas siculus consi.33.col. 1.& 2.vo.1.de qua etiam solutione cōstat ex dictis quondam illustris Ducis confessione testamētaria, quæ ad hoc quod competeret d.l.fi.remediū, satis est: vt voluit dominus meus Phili.Decius in d.l.fi.C.de edict.&c.& in l.j.C.
53 ad Carb.†cum ergo dicta illust.Ducissa dū viueret & tempore dictæ eius mortis bona prædicta posideret & dicta possesio ex beneficio sæpe allegatæ constitutionis transmissa fuerit in spect.dominum agentem. vt satis in præcedenti consilio fuit ostensum, non potuit dicta quondam domina Ducissa, sed nec eius hęres cogi dictam possesionem relinquere donec fuisset eidem integrè satisfactum de dote & augmento prædictis, vt dicit exprese, & per hęc formalia verba, dicta constitutio & sic cum dictio, integrè, quæ ponitur in dicta constitutione, quæ rem perfectam denotat vt nota sæpe in tit.de hære.in fine. & doct. in c.licet.extra de præben.& præfata constitutio subdit, satisfactum. post dictionem illam siue aduerbium hoc integrè: quę quidem dictio, satisfactum, actualem solutionem exigit, prout not.specu.titu.de obliga.& solu.§.2.ad fin.& doct.in l.si promissor stichi.§.consta.ff.de consti.pecu.& videatur Barba.c.causam.quæ.nu. 143.extra de rescrip. Vnde fundatur quod suprà dicebam in præcedenti consi. versic. 28. quod depositum non operatur effectum veræ solutionis, quando cognoscitur certus creditor, & alibi in eodem consilio dixi, præsertim in casu nostro, in quo requiritur actualis & realis solutio, & integra vnde etiā fundatur ꝙ supra versi.25.26.27.& 28.contra depositum illust.Ducis dicebatur, quibus accedant quæ scripsimus in-
54 fra consi.72.versi.9.† Ad id autem quod vltimo loco opponitur, non potuisse specta. Gubernatorem supplicasse à sententia Regia, quæ in dicta regia audientia lata fuit in huiusmodi iudicio, per l.1.C.si de momen.posses.& dicto contrario satisfaciendo, omisso quòd Bar. in l. 2.ff. de appel.recip. dicit, non reperiri iure cautum. quòd appellari non posit à sententia super possessorio quia non obstāte dicta appellatione, suum habebit effectum, secūdum quā conclusionem Ang.consi.107. & Abb.consil.55.volu.2. consuluerunt, & dominus meus Ias.in l.j.C.de bonorum posess.secundum tab.& consuluit And.Siculus.consi.82. in 2.dubio.vol.3.& dominus meus Phil.decius.consi.28. & ita est practica & vsus huius patriæ Cataloniæ, vt habetur in priuilegio dictæ patriæ, quòd vulgò scribitur, recognouerunt proceres.c.9.versi. Item quòd super possessorio. Respondeo ꝙ etiam si à sententia in huiusmodi iudicio lata non posset appellari: attamen supplicatio non esset prohibita, cum sint valde diuersa supplicatio, & appellatio.& notat dominus meus Iason in l.si quis aduersus ad principium.C.de preci.Imp.offer.& notant domini Tholosani.q.479.& idem.no.dominus meus Philip. decius in sæpe alle.l.fi.nu.18.C.de edicto, &c.& dominus meus Hipoly.de Marsi.in sua practica iudiciaria criminali.§.oportunę.nu.74.Ac etiam potest dici de nullitate, vt notat idē dominus meus Ias.in d.l.1.C.de bo.poss.secundum tab.& Soc.consi.299.ad fi.vol.2.

Ex quibus in vnā massam congestis resolno, vt in præcedenti consilio continetur, & ꝙ ita iudicando & pronūtiando debet reparari sententia lata in sacra audientia regia, à qua sententia fuit per specta. Gubernatorem prædictum supplicatum, & ita est præmissum & resolutum, dicebam & concludebā, saluo &c. Barchinonæ 1525.ad laudem & gloriam Dei, ego Celsus.

Post redditum meum primum consilium scripserunt super eadē materia aliqui iurisperiti celeberrimi ciuitatis Barchionen. in fauorem dicti spectabilis Gubernatoris cuius erant aduocati, quibus dictus spect.gubernator communicauerat meum consilium primum.

CONSILIVM II.

DE EADEM MATERIA.

VXOR vidua ex beneficio constitutionis, hac nostra &c.statim & sine interuallo posfidet absque alia apprehensione, & absque aliqua declaratione, bona mariti, in quibus habet expressam hypothecā & illa cessante omnia bona mariti posidet, vt est præmissum, & elapso primo anno facit fructus dictorum bonorū suos, & transmittit huiusmodi priuilegium ad hæredes, diciturque dicta possesio ciuilissima: & qui ita possidet nō prohibetur agere cōtra alium pro tenuta, vel possess. etiā si possideat alius, & de iure patriæ non est necessarius libellus in d.consi.2.nu.1.

Exceptio dominij non facit vt sit legitimus contradictor excipiens, qui possesionem auctoritate propria occupauit numer.3.

Punctus quæstionis est si specta. Gubernator Cataloniæ, filius & hæres vniuersalis illust. quondam Aldonciæ Ducissæ Cardonæ, sit in possesionem castrorum & villarum & locorum de Calaff.& de Tora mittendus, nō obstante cōtradictione illust. Ferdinādi Io. Raymodi folch. Ducis Cardonæ. Breuiter dico mittendum esse in possessionem: quia legitimè probauit & docuit illud quod est suæ intentionis causa (videlicet) ꝙ sit hæres, per ostensionem testamenti non cancellati, non aboliti, nec in aliqua sui parte suspecti, vel vitiati, & ꝙ dicta Aldoncia villas, & castra prædicta tenebat, & posidebat tempore mortis ipsius probatur hoc decisione l.fi.C.de edicto diui adri.toll. & l.pro hærede.ff.de peti. hære.& l.j.ff.quorum bo.& l.fi. C.e.tit.& facit constitutio Regis Petri tertij edita Perpigniani, cuius vigore quando pro securitate dotis certa loca, aut castra assignantur, mortuo eius marito, vxor illa cēsetur posidere confestim, & sine aliquo interuallo, licet corporaliter

corporalitet non apprehendat possessionem: qnia mini-
sterio seu auctoritate dictæ constitutionis censetur appre
hensa, vt l. prædicta, & l. iustè posside.ff.de acqui. posses.
in tantum quod non requiritur declaratio facienda super
ipsa possessione adipiscenda, quæ est facti, & anno elapso
vxor facit fructus suos & priuilegium hoc transit ad hære
des, vt l. assiduis. C. qui poti. in pig. hab. cum sit datum rei,
vt l. si ætatem. ff. de censi. & l. via. §. si fundus. ff. de seruit.
rusti. prędiorum. & l. j. C. de priuil. dotis. & l. non solum. ff.
de resti. in integ. Thomas Mieres in dicta constitutione,
hac nostra col. 5. versi. sed quæro, an transeat priuilegium
ad hæredem & ita pôt statutum transferre, vel côtinuare
possessionem in aliquem, vt per. Bal. in l. inter diuinũ. C.
de sacrosan. eccle. & huiusmodi possessio dicitur ciuilis-
sima, ut c. ex literis. extra de const. & pro tenuta ac posses-
sione facti, quam alius dennet occupatam, adipiscẽda vel
tecuperanda, potest agi & peti possessionem illam resti-
tuendam, vel tradendam esse, ratione hypothecæ dotis,
& authoritate dictæ côstitutionis. & quamuis libellus de-
super incongruè formetur, dũmodo constat clarè per pro
cessum de actoris intentione, de iure patriæ, debet sequi
sententia, vt in d. constitutione, quia dictæ curiæ Perpi-
gniani, omnia autem iura quæ apud dictam quondam illu
strem testatricem fuerunt, potest intentare dictus spectab.
Gubernator hæres prælatus. l. 1. & per totũ titu. C. vt act.
ab hęre. & contra hæredes. l. pro hæreditarijs. C. de hære.
actio. glo. singularis & ordinaria in l. diem proferre. §. si hę
redes. ff. de arbit. & not. in l. 1. C. si cer. peta. & l. si pactum.
ff. de proba. & in eodem libello possunt simul plura reme
dia intentari, vt in c. abbate sanè. de re iudic. li. 6. & tradi-
tur. c. 2. de libelli obla. Anto. de butri. & Imola. c. cum se-
dem. de testi. spoli. Specu, in tit. de accusa. & pet. §. sequi-
tur. versi. item not. & in tit. de libel. concept. §. iam nunc.
versi. & not. Bar. in l. & an eadem. ff. de excep. rei iudi. Ioã.
And. in c. côstitutus. de resti. in integ. & l. cum fundum. §.
fi. ff. de vi, & vi armata. & c. pastoralis. & c. dilectus. de cau.
pos. & proprie. & notat Bar. in l. naturaliter. §. nihil com-
mune. ff. de ac. po. † Nô obstat côtradictio præfati domini
Ducis. quoniam illu. Dux. Io. Raymondus Fulchonis, di-
ctæ quondam testatricis maritus, cuius quidem dicti do-
mini Ducis pars illustris altera est hęres, contrahendo, vel
testando, non potuit hypothecæ priori dominæ Ducissæ
vxoris suæ derogare, per tex. in l. debitorem. C. de pigno.
& in l. res C. de remissione pignorum & in l. si creditor. ff.
de distrac. pignorum, & in l. 1. C. de precario. Cum autem
de hypotheca & possessione quam côtraxit & tradidit di
ctus quondam dominus Dux, tunc condestabilis Arago-
niæ, in anno 1467. illi contra facere per se, vel eius hære-
dem non potuit. quia debitor, neque vendendo, neq; do-
nando, neque per fideicommissum relinquendo, conditio
nem creditoris deteriorem facere potest. neque etiam il-
lius hæres: cum censeatur eadem persona cum defuncto,
vt in authen. de iureiur. à mori. præstito. in prin. & contra
factum defuncti venire nô potest. l. cum à matre. C. de rei
vendi. qualitas enim obligationis defuncti, ex persona hæ
redis non mutatur vt in l. 2. §. ex his. de verb. obli. † Præte
rea dictus dominus Dux non est legitimus contradictor:
quia nô habet titulum aut possessionem à dicta defuncta,
quæ tempore suæ mortis possidebat villas, & castra præ-
dicta: & legitimus contradictor dicitur qui titulum & pos
sessionem habet a defuncto, vt per Iaco. butr. in d. l. fi. C. de
edicto, & c. vbi dicit, ꝙ si côuentus obijcit de dominio nô
dêt audiri, quasi sit possessoriũ recuperandæ & reintegran
dæ possessionis: & êt legitimus titulus possidentis non ex
cludit hæredem scriptũ ab immissione, vt dicit. Old. quê
refert Sal. in d. l. fin. talis titulus similis esset titulo petentis
immissionem, puta aliud habendo testamentum ꝙ præ-
dicto sit posterius, pro quo facit l. 2. C. eo. tit. & ibi. Sali. cô
cludit, ꝙ licet quis ante mortem defuncti titulum habuis
set. si postea possessionem habuit non erit legitimus con-
tradictor: quia nihil est quod habeat obstare scripto hæ-
redi. & clarius declarando mentem Bar. Pau. de Cast. in d.
l. fi. dicit, ꝙ si res non fuit tradita illi, qui titulum & posses.
habet, aliter non licuit eidê propria auctoritate occupare
possessionem, licet vacantem eam reperiat. l. cum quære-
batur. C. vnde vi. & l. si ex stipulatione. ff. de acqui. posses.
vnde cum possideat tanquã prædo auocabitur ab eo pos-
sessio, etiam si incontinenti vellet probare titulum. & istã
dicit esse veritatem. Saly. vbi suprà. vt latius ibi per eum.
Cum ergo nô fuerint tradita dicta castra dicto illus. Duci.
& ex solo titulo dominiũ non quęratur. l. pe. C. de rei vẽd.
ipse non erit legitimus contradictor, attento maximè ꝙ
de illius titulo nô côstat: quia Io. Raymundus comes Car
donę, & Io. Raymundus Comes de prades eius pater, di-
cta loca & Castra possidebãt, & illa hypothecarũt, & pos-
sessionem & homagia tradiderunt illustri Aldonciæ præ
dictæ, & non apparet ꝙ illis succedat, aut ab eis causã ha-
beat præfatus dominus Dux. Et non obstat instru. seu pri
uilegium erectionis Ducatus in quo dicta Castra nominã
tur. quia cũ sint verba narratiua & in quibus principis nô
fundatur intentio illa non probant. l. non nudis. l. non epi-
stolis. C. de proba. Cle. vnic. eo. tit. & ibi glo. Et instrumẽ-
tum vnionis prætensę Vgonis comitis Cardonæ non ob-
stat in casu nostro: quia pro dote potuerũt obligari & alie
nari, vt in auth. res, quæ. C. communia de leg. quinimo no
dum possessio verum etiam dominium castrorum dicto
rum translatum fuit in dictam quondam dominam Al-
donciam Ducissam Cardonę, vt in capitulis eorũ nuptia-
libus prædictis, & in instrumento possessionis continc-
tur: ibi, dum dicitur, & dicta castra, & villas, teneat cum
perceptione integra redituum eorundẽ tãquam domina.
cum autem ex dotis assignatione dominium sit trãslatum
in illustrem defunctam, vt per Bar. in l. si constante. in 2. q.
ff. sol. ma. & p Bal. in l. vbi adhuc. & in l. in rebus. C. de iure
dot. & in eandem fuerit etiam translata possessio & ipsa
demum fuit Domina, & possedit quousque vixit: sequi-
tur, quod post eius mortem dicta possessio pertinet
dicto spectabili domino gubernatori instituto hæredi. &
4 illud in simili declarat Socin. cons. 60. in 4. col. 2. parte † Nô
obstat prætensa consignatio informiter facta, & corã in-
competenti iudice: quia ius offerendi, seu consignandi nô
pertinet, aut competit d. illust. Duci, cum non constet, vt
est præmissum ipsum causam habere à dictis Ioan. Ray-
mondo Comite Cardonæ, & Ioan. Raymondo Comite
de Prades qui dominium & possessionem in dictã illust.
Aldonciã transtulerunt. & quamuis ab eisdem ius & cau-
sam haberet, nô fuit facta côsignatio & oblatio de viginti
mille florenis auri, neque de septem mille, & quingentis
florenis augmenti. & aliunde ista requirunt altiorem in-
daginem circa eorum examinationem quæ iudicium hoc
summarium impedire non possunt. Signanter, quia debi-
tor ad pignus non potest agere, nisi soluto debito. l. debito
rem. & l. creditor. C. de pig. & l. nec creditores. C. de pign.
act. & l. vl. C. de luitione pig. & nô poterat illust. Dux pro
pria authoritate dicta castra & villas inuadere, seu illorum
possessionem occupare prius autem soluere tenebatur,
per tex. expressum in d. l. fi. C. de luitione pign. & facit l. 1.
& l. extat. ff. quod met. caus. & clarius in l. creditores. ff. ad
leg. Iul. de vi priuata in prin. & ibi, si quas putas te habere
petitiones actionibus experiaris. interim debet illa in pos
sessione morari, tu petitor esse. Et ita vt superius dictum
est. & conclusum, videtur mihi de iure procedere, saluo
melius sentientis iudicio. Ideo me subscribo. Ego Petrus
Ioannes costa legum doctor.

SVMMARIVM

1 *Possessio est vitiosa, quia ab alio detinebantur dicta loca ex beneficio constitutionis Cataloniæ.*

2 *Debitor non potest rem hypothecatam propria authoritate occupare, & creditorem sua possessione spoliare. & non purgatur vitium occupationis, nisi huiusmodi res in creditoris potestatem reuertatur.*

CONSILIVM III.

DE EADEM MATERIA.

EX QVO constat ex meritis processus tam per acta, quam per testes quod illustris Aldôcia Ducissa Cardonæ testatrix, tempore mortis ipsius tenebat & possidebat loca & castra & villas de Calaff, & de Tora, cum iuribus & pertinentiis, & iurisdictione illorum, non est dubiũ quin beneficio l. fi. C. de edi. diui Adr. toll. mitti debeat in possessionem generalis totius Catalonniæ Gubernator specta. dominus Petrus de Cardona, tanquam hæres vniuersalis dictæ quondã illust. Aldonciæ matris eius,
1 secundum theoricam d. l. fi. de edict. &c. † Nec obstãt allegata & deducta in contrarium pro parte illust. Ducis Cardonæ cum ex eisdem non ostendatur esse legitimus contradictor in occurrenti casu, ea potissimum ratione: quia constat ex testium depositionibus, & alijs processus meritis, quod dictos domin' Dux sibi de facto occupauit propria sua authoritate possessionem locorum & castrorum prædictorum, & sic dici non potest legitimus contradictor: quia non venit secundum legem, sed præter, & contra legem: cum nemini licitum sit possessionem alicuius rei, vel detentionem illius propria sua authoritate occupare. l. extat. ff. quod met. cau. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. Qui immo occupans cadit a iure suo, si quod habet vt in dictis iuribus. & aliunde prohibitum sit cuicunque, vt in causa sua ius sibi dicat. C. ne quis in sua causa, &c. & traditur notabiliter in l. filiam fratribus. & ibi Ang. Alex. & doct. per illũ tex. ff. ad trebe. & per tex. in l. 5. §. rediguntur. ff. quorũ legatorum. & notat Phil. Decius consi. 64. vers. 2. quia non
2 obstat vol. 1. † Neque est de afferio depositum curandum: quoniam non est in debitoris facultate rem hypothecam propria authoritate sibi occupare, & creditorem à possessione rei obligatæ spoliare, offerendo postea debitu ad luitioñe pignoris seu redemptioñe, illius quoniam certũ est quod pœna d. l. si quis in tantã. C. vnde vi. locum habet in debitore propria authoritate sibi pignus occupante, prout voluit gl. in d. l. si quisquã Bart. ibi, & alij doct. sequuntur. Nam & creditori spoliato debitore cõpetit interdictum vnde vi. tex. est in l. 1. §. quod autem. ff. de vi, & vi arm. Vnde vitium spoliationis seu violentię non purgatur, nisi fundo & alijs quæ in eo erant restitutis, casus est in l. 5. §. si fundus. eod. tit. de vi, & vi ar. l. sequitur. §. si tu me expuleris. ff. de vsur. & est melior tex. de iure in l. fi. ff. pro soluto vbi est expressus casus, quod si res obligata à creditore surripiatur vel occupetur per debitorem, non purgatur vitium occupationis, nisi in potestatẽ creditoris peruenerit, & illi restituta fuerit: ita etiam Bart. & cæteri in l. sequitur. §. si rem. ff. de vsuca. & cum in occurenti casu constat dominum Ducẽ sibi occupasse authoritate propria, & sic vitiosè possessionem de qua agitur, non sibi suffragatur, donec fuerit restituta dicta possessio prædicto spectabili Guberna-
5 tori. † Quod depositũ etiã per rescriptum principis confirmari non potest, quoniam ex quo factum fuit ad confirmationẽ possessionis quam sibi pars illust. occupauit, non valet principis rescriptum inde obtentum, casus est in l. au-
4 ctoritatem. C. vnde vi. cum simil. † Cæterum de asserta concordia facta inter illustrem Ducissam & illustr. eius filium, de qua fuit articulatum, post euocationem causæ ad regiam audientiã, nõ constat. quoniam Io. Morel. & And. Ferrer, qui de illa deponunt, sunt testes minus idonei, & illorum depositionibus non est standum, cum sint secretarij, procuratores salariati, quorum depositiones fidem nõ faciunt, vt in l. pen. ff. de testib. & l. etiam C. eo. tit. cum similibus & de hoc constat in processu. Cum ergo de dicta, concordia, quæ per illustrem Ducem allegatur, non appareat, & constet quòd dicta domina Ducissa mortis suæ tẽpore possidebat villas & loca prædicta, tã per instrumẽta, quam per testes etiam quondam Ducis, nõnulli quorum deponunt, quod illust. quondam Ducissa in an. 1516. mutauit officiales in castris de Calaff & de Tora, & cõstituit ibidem quendam Graualoza suum procuratorem generalem: per quos etiam testes illustris Ducis apparet, quod post desponsationem quõdam Ducissæ Segorbij dict. illust. Ducem Cardonę filiæ, sæpe dicta quondam illustris Ducissa, cui nomen erat acceptũ dictum matrimonium, separauit se ab illustri parte aduersa filio suo, & posuit collectores ad exigẽdum redditus de Calaff, & de Tora, qui redditus illos vsque ad ipsius Ducissę obitum exegerunt. cõstituitque ibidem tunc procuratorem suum, & iustitiæ præfectum, quem baiulum dicunt, qui de causis tam ciuilibus, quam criminalibus cognoscebant, constat insuper ex eiusdem testibus, quod dictorum locorũ vassalli quando præstiterũt homagia præfatę illust. Ducissę Segorbij, fuit expresse protestata dicta quondam Ducissa Cardonæ, quod ex eo nullum sibi præiudicium causaretur in suis iuribus. ex quibus omnibus apparet sufficienter, quòd in probanda possessione dictæ quondam Ducissæ, & spectabilis eius filij et hæredis, concurrant duę species probationum, videlicet testes, & instrumenta. Vnde etiam si testes aliqui domini Ducis contrarium attestantur stari debet probationibus dicti spectab. Gubernatoris, prout tenet Iacobus Calisius in viatico affirmantia. Per cõsequens sequitur, quod sequẽdo theoricam d. l. fi. C. de edicto specta. Gubernator mitti debet in possessionem bonorum contentiosorum, cum nõ sit illust. Dux in hoc iudicio legitimus contradictor. Ita dico & consulo, saluo &c. ego Stephanus Saluerdenia iuris vtri. do.

SVMMARIVM.

1 *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor defert quartam bonorum diuitis mariti prędecedentis partem si fuerit vxor illa indotata, & pauper etiam contra dicti mariti voluntatem: siue ille decedat intestatus siue cõdito testamento. vide etiam nu. 2. 3. & 4.*

3 *Et computantur in dicta quarta relicta facta vxori illi per maritum eius & si fuerint minus quã sit dicta quarta suppletur id quod deest. Et debetur ista quarta: instar illius quartæ quam iura deferunt coniugi in bonis alterius coniugis cuius culpa dissolutum est matrimonium, nu. 5.*

6 *Testator quartam prohibere non potest quæ debetur alicui ex bonis eius ex consuetudine, aut statuti dispositione.*

7 *Vxor ex dispositione auth. præterea. succedit tam ex testamento, quam ab intestato, in illa quarta, vt hæres & contra testamentum succedit conditione ex lege. numero 8. & 9.*

11 *Dotem paruam habens licet de iuris rigore dici non possit indotata, attamen in huiusmodi muliere locum habet dispo. d. auth. Præterea, quando dos est adeo tenuis quòd ex illa paupertas eius non subleuaretur, sed inopia laboraret & nume. 12.*

13 *Dispositio auth. præterea. locum habet in muliere quæ dotem sufficientem dedit viro, si tempore mortis mariti sui pauper reperiatur.*

Vxorem dotatam esse, vel non dotatam, non fuit causa dispositionis dictæ authen. præterea. cum illa locum habeat etiã in marito paupere, qui tamen dotem non habet: sed causa fuit, ne coniux superstes inopia laboraret in prioris coniugij contumeliam.

14 *Statutum, quòd filia dotata non succedat vtrum habeat locũ in ea cũ dos parua & minus cõgrua data fuit & in terminis istis dos incongrua suppletur cum loco legitimæ succedat.*

17 *Dos parua quæ dicatur esse ibi nu. 16. Pauper quis dicatur, & quis diues, & qualem paupertatem exigat dispositio d. auth. præterea.*

18 *Dispositio d. auth. locum habet quando vxor tempore mortis mariti pauper erat etiam si postea fiat diues.*

CON-

CONSILIVM IIII.

PRopONITVR in facti contingentia, ꝙ mercator quidã Barcbinon. cuius bona fuerunt appretiata ad duo mille, & quingentos ducatos, mulierem quandam duxit in vxorem, cui fuerunt in dotem dati quinquaginta ducati, moritur maritus cõdito priusquam nuberet testamento, in quo piam causam hæredem sibi reliquit vniuersalẽ. nulla facta mentione de illa sua vxore. innititur vxor prædicta dispositioni auth. præterea. C. vnde vir & vxo. cuius beneficio petit adiudicari sibi quartam bonorum dicti quondam sui mariti partem tanquam inopi. Opponitur ex aduerso per dictam causam piam ꝙ dictus eius maritus condito testamento decesserit, in quo non meminit illius. similiter dicitur, ꝙ dictus maritus non esset diues, licet haberet in bonis valorem prædictum: & ꝙ ipsa agens dotem haberet: & postremo ꝙ non esset pauper ea quidẽ paupertate, quam dispositio d. auth. præterea. requirere videtur, quæ debet esse talis ꝙ mendicare cogatur, præter id ꝙ esse debet indotata. Quæritur ergo præsupposita veritate præmissorum, vtrum dictæ agenti debeatur quarta prædicta: quod quidem licet sit principale dubium illius; attamen resolutio dependet ex subsequentium dubiorum decisione.

An vxori prædictæ integra quarta prædicta debeatur de bonis dicti quondã eius mariti, non obstãte illius testamento, & quo iure? Et an dici possit indotata, quæ dotem habuit quinquaginta ducatorum? possitque inops dici, cũ sibi restituatur dos illa: & è diuerso an maritus dici possit diues qui moriens reliquit in bonis duo mille & quingentos ducatos auri. † Excelsus igitur dominus nobis humiliter imploratus adsistat. Et quod vxori inopi ac indotatæ quarta debeatur in omnibus sui mariti bonis. text. est ad literam in auth. de exhib. reis. §. quoniam vero. col. 2. & in auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò legem. colla. 9. à corporibus quorũ abstracta fuit d. auth. præterea. † Et hoc procedit etiam contra mariti voluntatẽ, quando ipsa præterita instituit alios hęredes, vel quãdo minus dicta quarta ibi reliquit. præallegata etenim iura simpliciter dicunt, ꝙ succedat in quarta nec loquuntur ex testamento, vel ab intestato magis quam contra testamentum. arg. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præstan. & in l. 3. ff. de offi. præsid. & in c. si romanorum. 19. distin. cum similibus † Corroboro per tex. in d. §. quoniam verò. vbi dicitur, ꝙ si vir vxori legatum reliquat, id quod de quarta prædicta deest suppletur. & sic loquitur ille tex. quãdo maritus de suis bonis est testatus quòd etiam contra volũtatem eius succedat in quarta integra bonorum suorum. ita voluit aperte Pau. de Cast. post Nyco. de matarell. & Bal. item Fulgo. & Ludo. pontanus in d. auth. præterea. vbi etiam domini & præceptores mei Iason & Phi. Decius in 6. notab. idem Roma. in l. diuortio. ff. solu. ma. vbi. volunt quòd illa quarta debeatur, etiam quãdo maritus, qui diues est decessit condito testamento, quod non solum est verum pręter voluntatem testatoris, prout Saly. visus est vbi supra restrinxisse, verũ etiam contra voluntatẽ ipsius: vt resoluunt pręalleg. Doct. propter generalitatem illorum textuum. † Fateor Ang. Sit[?]ticus omnibus locurum voluisse, ꝙ marito decedẽte cũ testamento, vxor nec pręter, nec contra voluntatem illius succedat in dicta quarta, & ang. sequit̃ ibi Raphael. Fulgo. et eum refert ibi Ponta. qui tamen in lecturis omnibus, quas vidi, tenet cum Nico. de matar. & Bald. pro quibus d. Roma. allegat gl. secundum eum singularem in authẽ. de hęred. & falcidia §. si verò expressim in ver. hæredem. in f. quæ vult. ꝙ testator hanc quartam prohibere non posit. & Ang. ibi gl. illam non impugnat quare satis videtur acquiescere determinationi gl. illius: & sic est ibi gl. in terminis. alias enim semper esset parata via fraudibus, quoniã mariti volentes euitare dispositionem illius aut. præterea, conderent testamentum, & sic de facili euitarent disposi-

tionem illam, ꝙ est inconueniens: quia fraudibus obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. quanto, extra de diuort:
c. detestanda de conces. præben. cum similibus. & ab opinione præfata tanquam à cõmuni Ro. vbi suprà, dicit, in
5 decisiuis esse minimè recedendum. † Pro cuius quidem di
cti corroboratione adduco, quòd ista quarta, de qua est in
præsentiarũ quęstio cõcessa est cõiugi instar illius quartę,
quæ cõceditur in bonis alterius coniugis culpa cuius fuit
dissolutum matrimoniũ de qua quidem quarta loquitur
tex. in auth. de nup. §. si quis. & in l. fin. C. de rep. Sed illam
quartam extorquet vxor cõtra viri voluntatem. Ergo &
similiter hanc consequitur præter, & contra viri sui vo-
luntatem: cum hæc (vt est dictum) instar illius quartæ
sit inducta vt probat tex. in d. auth. de exhi. reis. in d. §. qm̃
verò ibi. vt sicut lęsas eas iuuamus, si forte dimissę fuerint
à viris indotatę consistentes, s. ita si perdurauerint semper
cum eis, eadem fruantur prouidentia, omnibus secũdum
instar nostræ constitutionis, &c. & similiter text. in dic.
auth. vt lic. mat. & auiæ. §. quia verò legem. eas coniungit
& æquiparat in his de quibus disponit. ergo prout vna il-
larum quartarum contra voluntatem mariti extorquetur,
6 sic & alia. † Vlterius ad prædictorum corroborationẽ ad-
duco notabile dictum Bal. in l. filium, quem habentem in
9. q. principali. C. fa. hercis. quod refert & sequitur Petrus
de Mathesilanis in repe. d. l. colu. antepe. versi. item no. hic
dictum Bal. dum voluit ꝙ testator prohibere non possit
quartam quæ debetur, alicui ex forma consuetudinis, vel
statuti. allegat c. Raynutius. extra de testa. Prò quo addo
glo. in authen. de hæred. & falcidia. §. si verò expressis. in
versi. hæredem. in fin. vbi glo. vult notabiliter, ꝙ testator
prohibere non possit quartam debitam coniugi inopi in
bonis sui mariti, secũdum dispositionem aut. præterea. C.
vnde viri & vxor. cuius glo. & dicti Bal. ratio est. quia le-
ges & consuetudines & statuta quãdo aliquid statuũt, hoc
faciunt per viam iurisdictionis, non autem per viam inter
pretationis voluntatis defuncti. vnde quando inducunt
portionem aliquam deberi alicui, non potest illa prohi-
beri per testatores per regulam l. nemo potest. ff. de lega. 1.
7 † Confirmo prædicta & præsupono ꝙ ista quarta debetur
vxori inopi, & in illa succedit vt hæres quãdo ab intest. vel
quando ex testamento succedit, prout in pręall. authẽ. de
exhi. reis. §. si verò quasdam. probat. text. ibi. ex hac lege
hæres extiterit. Et quando succedit contra testamentum
tunc succedit condictione ex lege, prout in simili habetur
in auth. presbyteros. 1. C. de epis. & cle. ita not. Bal. Barto.
& Sal. & Rapha. vterque in dicta auth. præterea. Sed ego
habeo, ꝙ illi quibus debetur aliqua portio, si nequeunt il-
la priuari per vltimam dispositionem, habent remedia iu-
ris ad reuocandum alienationes inter viuos, per quas illis
fraudãtur, & econtra, vt C. de inoffi. donati. per totum. &
C. de inoffi. dotib. l. vnica, procedit etenim arg. de contra-
ctibus ad vltimas voluntates & econtra l. seruum filij. §.
eum, qui chirographum. ff. de leg. 1. & l. si ex legati causa.
ff. de verb. obl. ad quod facit, quia ex quo maritus non põt
vxorem impedire directo. quo minus habeat quartã pre-
dictam, similiter nec etiam per indirectum, per vulg. regu
lam iuris cum quid vna via. & c. tuę ext. de procu. & c. hęc
8 imago. 33. q. 5. † Nõ ob. ꝙ testator aliter disposuerit, & sua
bona reliquerit alijs. quia licet in d. §. si verò expressim, nõ
sit cautum specifice, quod dicta quarta detrahatur de bo-
nis legatis: est tamen generaliter cautum, ꝙ coniux inops
habeat quartam partem bonorum testatoris, non destin-
guendo an bona sint alteri relicta, nec ne, vt monstrarum
9 est † Et sic sub generalitate verborum cautum est, ꝙ dicta
quarta debeatur, etiam si bona sint alteri relicta aliàs non
haberet vxor quartam substantię testatoris prout sibi iura
prædicta tribuunt. Et maximè quia vxor accipit hanc quar
tam à seipsa. §. quia verò. in auth. vt liceat matri & auiæ, &
accipit vt hæres. §. fin. in auth. de exhib. reis ideo non ex-
pectat aditionem hæreditatis faciẽdã per institutos, prout
requirunt legata in testamento relicta. l. eam, quam. C. de
fideic.

fidelc.l.si nemo. ff. de testa. tutela. sed nec expectat quòd
adeant venientes ab intestato, prout requirutur relicta ab
intestato.vt per gl.singularem & doct.in l.qui filio.§.1.ff.
de hæredi.inst.& latius prosequitur Phil.Cor.cõsi.4. vol.
10 4.†Præsupposita ergo veritate sententiæ Bal.& suorum se
quatium(pront & est communis opinio vt dixi supra) ꝙ
vxor inops indotata quartã habeat in bonis mariti ex pro
uisione dictæ auth.præterea.Et hoc etiam,quamuis aliter
marit⁹ de suis bonis ordinauerit,vt est in casu nustro,exa-
minando secundũ dubium, videamus an maritus dici pos
sit diues,& hæc vidua pauper , attẽtis his quæ in themate
sunt dicta:& an conueniat ei tex.d.auth.præterea.Et pro
fecto quòd marit⁹ decesserit locuplex,pręsupponitur,qui
habebat in bonis valorem plusquam duorum mille duca-
torum.Et quòd dicta vidua remanserit pauper etiam præ
supponitur pro claro,attentis præmissis, nisi quatenus iu-
uaretur quarta bonorum ipsius viri.sed ꝙ matrimonium
fuerit sine dotem constat,ꝙ non verificatur propriè con-
tractũ fuisse absque vlla dote, sed allegatur quod dos erat
tenuissima : vnde perinde est ac si dos uulla data fuisset.
11 † Circa quẽ vltimum articulũ licet in via disputatiua pro-
babiliter sustentari posset,ꝙ dos parua etiam minima im
peditet dictam successionem: attamen contrarium tenẽt
Bal.in d.aut.pterea ad fi.q.vlt.& sal.ibi,qui dicit hoc pro-
bari clarius in præalleg.§.quoniã verò.versi.si verò quas-
dam cum gl.in verb.habeat.in auth. de exhibẽ.reis. Idem
Pau.de Ca.Roma.& Alex.Raph.Cuma. & Philip. Corn.
multis rationibus hanc opinionem, comprobant. Et re-
spondent ad authoritatem Bal. qui solet in contrarium al
legari.in auth.res,quæ.in t.oppo.C.communia.de.leg. dũ
dicit,ꝙ statutum disponẽs ꝙ mulier dotata non succedat,
verificatur etiam in dotata in parua dote. & allegatur idẽ
voluisse in c.si proponente.extra de rescrip.& in quodam
suo consi.inci.in causa Pisani conuentus.

Hodie tamen non reuocatur in dubium difficultas illa,
quandoquidem communis est sententia, quòd illa authẽ.
præterea. militet vbi coniux superstes laborat inopia data
tenuissima dote, prout concludunt communiter Moder.
in dicta auth.præterea.signanter dominus meus Phil.De-
cius,qui ad hoc plura allegat,& Soci.cõs.30.incip.in causa
dom.Agnetis,& consi.56.& 79 vol.1.& consi.141.vo.2.
ita etiam concludit Cor.cons.249.incip.viso suprascripto
pũcto.in litera c.vol.3.qui ita se dicit tũ in legẽdo, cum in
consulendo tenuisse,allegat Bal.sibi contrarium, cum l.se-
cundum suum ordinem 20.incip. quia statutum. vbi vo-
luit , quòd dictum statutum intelligatur de congrue do-
tata.Item voluit ipsemet.Bal.in l.fi.C.de dot.pro. & Pau.
de Cast.consil.182.incip.responsio breuiter.& consi.108.
incip. super primo quæsito et hoc præsertim quando di-
ctum statutum loquitur simpliciter,quòd dotata non suc
cedat:quod locum habet in congruè dotata,vel saltẽ sup-
pletur dos congrua.de supplemento ita loquitur Bald. in
dicta auth.res,quę,in prima opin.secus autem esset vbi sta
tutũ disponeret vlterius, s.quòd talis filia debeat stare con
tenta dote, tunc enim statur dicto statuto quantuncunq;
duro,& ita loqui intelligatur.Bal.in vlti.op.in d.auth.res,
12 quæ†Corroboro prædicta ponderãdo tex.in præallegato
auth.de exhi. reis.§.fi. ibi inopia coniugis per diuitias su-
bleuetur alterius. per quem text.colligo rationem funda-
mẽtalem illius textus esse , ꝙ suppleatur inopia superstitis
per diuitias alterius.Et sic non se fundat super dote simpli
citer,nec considerat an matrimonium sit absque dote,vel
cum dote simpliciter: sed ad illum effectum an reperiatur
ꝙ superstes laboret inopia, vel non vnde dicta auth.præ-
terea.intelligitur de dote maxima. quoniam idem est vbi
dedit dotem, & laboret superstes inopia.ad quod cõpro-
bandum adduco tex.illum in d.§.fi.ibi,inops aut vir, aut
mulier inueniatur ponderatur dum dicit, inops inuenia-
tur vt non attendatur ad non datam dotem : sed attenda-
tur an tẽpore mortis alterius coniugis, alter superstes con
13 iux reperiatur inops.†Rursus alio modo inducendo text.
corroborant prædicta hoc modo dispositio illa ibi vẽdi-
dicat locum siue vir superstes sit inops , siue mulier tem-
pore mortis alterius coniugum.Sed clarũ est, ꝙ datio do-
tis tempore cõtracti matrimonij locum habet in vxore,
& non in viro,quo casu sequeretur ꝙ si illa esset ratio fina
lis.s.matrimonium sine dote , ꝙ non militaret dispositio
dictæ auth.quo ad vxorem , & non quo ad maritum.sed
text.ille disponit pariter de viro & de vxore:ergo sequit,
ꝙ finalis ratio est,inopia:quæ ratio est conformis tã viro,
quam mulieri.Siue ergo dotata sit,siue non,sufficit ꝙ tẽ-
pore mortis sui mariti sit vxor relicta inops & sic videtur
ibi casus apponens gladium (vt dicunt Itali)ad radicem
dubitationis. Facit etiã ad prædicta ꝙ not. Bal. post Cyn.
in l.licet C. de inte doni. vbi gl.singularis , quam ibi dicit
Bal.nõ esse alibi,quæ voluit, ꝙ sicut mulier succedit viro
in quarta,quando matrimonium est sine dote, eodem mo
do succedat in dicta quarta,quando est cum dote,si subest
paupertas,quia eadem est ratio. prout dicit ibi gloss. præ-
dicta. Quæ licet aliter non probet dictum suum est tamẽ
tenenda mẽti secundum Sal.in d.l.licet. et ita in terminis
nostris per has & plures alias rationes cõsoluit And.Barb.
cõsi.74.per totum.vol.4.vbi ad corroborationem vltimę
rationis de dicto glo. adducit multa de auctoritate gl.ma-
xime quando illam sequuntur Cyn.Bal. & Saly.vltra quę
allegata per d.Barb.addo quòd dictam gl.sequuntur Paul.
de Ca.& Lud. Roma.in l.2.ff. solu.ma.& dominus meus
14 Philip.Deci.in d.auth.præterea. †Ad Bal.in auth.res,quæ
suprà versic.t t.relatum.præter id quod vltima opinio ex
pluribus vno contextu adductis, censetur in dubio appro
bata ab authore. Argu.vulg.l.qui filium.§. Sabinus.ff.ad
Treb.respondetur quod Bal.ibi loquatur in casu quo sup-
pletur vt prędixi dos incongrua de supplemento ideo di- 1
citur , quia dos assimilatur legitimæ in dicto statuto , vel
succedit loco legitimæ.ita voluit. Cy.in l.sancimus. C.de
nup.Sal.in l.ob æs.in lecturis nouis C.de præd.minorum.
& in auth.nouissima.C. de inoffi.testa.Bald. in l. 1.ff.solu.
ma.Idem & Guill.de Cugn.in l.1.ff.de inoffi. etiam iure su 2
mitur ex dictis Dig.Bat. & moder.in l. Titio centum. §.
Titio genero.ff. de condi.& demon. Quæ ratio cessat in
casu nostro,in quo nõ cadit litera,quæ nõ debetur vxori
in bonis sui mariti ideo non cadunt termini supplemẽti ,
& sic intelligatur indotata,quæ talem dotẽ habet per quã
a mendicitate non prohibetur.

Cogitaui etiam quod dici posset , ꝙ Bal. loquatur ibidẽ
in dotata non congruè,habito respectu ad suam legitimã,
iuxta l.quæro.& l.cum post.§.nuptias.ff. de iure do. auth.
si qua mulier.C.de Sacrosan.eccle.non autem loquatur in
dotata dote minima , prout in ista materia capitur: potest
enim dos esse nõ congrua ex amplo patrimonio respectu
illius,vel legitimæ , quæ tamen non erit minima , scilicet
nec parua.

Ad Bal.in c.si proponente.vers.item not.argu. extra de
rescript.dici potest quod Bal.ibidem nõ decidit sed loqui-
tur arguendo.& alias in hoc versi. congruè responsum est
15 eidẽ.†Sed ad id quod obijcitur, ꝙ actrix non est indotata,
quæ quinquaginta ducatos habuit in dotem. Et sic nec
indotata est,nec pauper, cum tamen vtrunque præsuppo
nat dicta auth. Respon.quòd dos illa dicitur esse nõ solum
parua,verumetiam minima,respectu bonorum,quæ ma-
ritus reliquit moriens.vt per Bal.in d.auth.res, quæ.col.3.
vbi etiam Salicetus post Alber.de rosate,& in præalleg.au
then.præterea.ad fi.per Bal.& Doct.& in auth.ꝙ locum.
de coll.& Alex.omnino consi.32.volu.4.quandoquidem
auth.præterea.locum habere in muliere dotem paruã ha
bente,supra monstrauimus abundè, & docto.præallegati
dicunt illam dotem etiam paruam ex qua mulier victum
& vestitum annuum habere non possit . Quinimo prout
loquitur tex.in prealleg.§.quoniam vero.in authẽ.de ex-
hiben. reis dicta coniux nouissima laboraret inopia. per
quem tex.ponderãt ibi docto.ꝙ dos illa sit tam tenuis, ꝙ
si non succederet in bonis mariti , cogeretur mendicare,
quæ

quæ omnia in casu nostro præsupponuntur esse verifica-
6 ta. † Et And. Barba. in terminis istis consuluit in præal-
leg. consi. 72. volumine tertio. dispositionem. dict. authē.
præterea. locum habere in casu in quo consulebat, in quo
vxor dotē habebat 50. librarū, & maritus habebat 1500.
libras, & ibi col. 2. versi. præmitto etiam, &c. concludit, q
ex quo ex illa dote 50. librarum vidua non posset præci-
pere tot redditus ad honestum lucrum, q sufficiant ad
victum & vestitum huius mulieris inopis etiā senis, talis
dos nō dicetur esse sufficiens, & per consequens dicta mu
lier erit iudicanda inops: & è diuerso maritus diues, vt ibi
per eum, & dominus meus Philippus Decius in d. authē.
præterea. col. 2. vers. non obstat si in contrarium, &c. dicit.
fuisse consultum Senis, q si dos fuerit centum, vel ducen
tum librarum. non habebit locum dispositio dictæ auth.
7 pręterea, aliàs. † Sed nec obst. tex. in pręal. §. quoniā verò.
de exhib. reis. ex cuius corpore sumitur dicta authē. præ-
terea. q dicta mulier nihil habeat. ponderando tex. ibi, ni
hil habere valentes, &c. quoniam dico sufficere, q dos &
bona quę habet vxor sint tam parua, q si non succederet
in bonis mariti, cogeretur (vt præmissum est) mendicare
vt concludunt præalleg. doct. quandoquidem inter parū,
& nihil, non solet assignari differentia. c. de multa. ibi, nul
lus, aut rarus. extra de præb. l. quāuis. ff. de cōdi. & dem. la.
l. illud §. minus de tributo. & l. minus. ff. de verbo. signifi.
per quam rationem Bald. & pralle. doct. in d. auth. pręte-
rea. dicunt tex. loquentem in matrimonio sine dote, locū
habere etiā vbi dos parua & minima interuenisset, prout
suprà docuimus abundè. † Addo quod domin. meus Phi
lip. Decius consil. 24. incip. & pro tenui, &c. vol. 1. consu-
lendo tenuit, d. auth. præterea. locum habere, etiam si post
obitū mariti fiat vxor diues, si tempore mortis eius erat
pauper. Quod & voluit in d. auth. præterea. in fi.

Ex quibus concludo intrepidè præfatam viduam rectè
inniti dispositioni d. authē: pręterea. cuius vigore debet ip
sa succedere in quarta parte bonorum quondam sui mari
ti. & ita vt est præmissum & decisum concludebam, sal-
uo &c. Ad laudem & gloriam Dei Barchinonæ, 1522.
ego Celsus.

Secundum hoc consilium fuit iudicatum in audientia
Regis Cataloniæ. 12. Iu. 1527.

SVMMARIVM.

SVbstitutio ita resultat ex tacita voluntate testatoris quemadmodum ex expressa. & nu. 7.

Voluntas testatoris in substitutionibus semper est attendenda per eos qui succedunt vigore testamenti, ex quocunque substitutionis gradu, nedum quando voluntas est expressa, verum & vbi est tacita.

Fideicōmisso plures vocati sub nomine collectiuo, inter quos, est ordinata charitas, vel ordo in succedendo. non veniūt omnes qui comprahenduntur sub signo collectiuo. sed inter eos seruatur ordo charitatis & affectionis. & num. 9.

Testator substituēs nepotes intelligitur illos vocasse, qui nati essent, aut concepti tempore illo.

Formam a testatore traditam tenetur obseruare ille qui ex ipsius testamento succedit.

Prius nominati & vocati ad successionem præsumuntur esse magis dilecti.

Positi in conditione licet secundum communem opinionem non sint in dispositione: attamen est vehemens coniectura quod voluerit testator bona sua ad illos deuenire.

Fideicommissum tacitum inducitur inter nepotes si testator dixerit quòd bona sua veniant ad nepotes suos, & illis nō stantibus ad pronepotes.

Fideicommisso vocatis proximioribus, debet attendi proximioritas illa respectu illius qui successit vltimo loco.

CONSILIVM V.

IN caso proposito paucis agam, tum quia
res satis mihi videtur esse clara, cum ēt quia
libros nō habeo. vnde cogor more tubicinū
illud exprimire, quod in buccam (vt aiunt)
occurrit. Et inspectis verbis testamēti quō-
dā Gasparis Solzina, & arbore suæ propaginis: siue (vt di-
cunt genealogiæ) dico q Bartholomeo Benedicto dams
competunt bona dicti quondam Gasparis, non obstante
testamēto & donatione per Suzannā Solzina dicti quon-
dam testatoris filiam, & hæredem, factis in fauorem Fran
1 chinæ Solzina suę sororis. † Et licet dictus dominus Bene.
non fuerit expressè substitutus in dicti quondā Gasparis
testamento: attamen ex tacita ipsius testatoris voluntate
dictum dominum Benedictū esse vocatum subsequentia
demonstrabunt. Et præsuppono (quod clarum est) quòd
ita resultat substitutio ex voluntate tacita, prout & ex ex-
pressa. l. cum proponebatur. cum ibi not. per. gl. & doct.
de le. 2. facit l. si mater. §. si filius. ff. de vulg. & pupil. iuncta
l. Gallus in princ. & quasi per totam legē. ff. de li. & posth.
testatoris etenim voluntas quādo alias commodè depre-
hēdi pōt magis est insequēda, quā ipsius verba, ēt si verba
improprientur. l. cum quidam. C. de neces. ser. hær. insti.

De substitutione autem nepotum & pronepotū satis
apparet ex dicto testamēto, per ea quę notāt Bar. & Doc.
in l. si pater. §. mater. de leg. j. & Alex. oīno cōs. ibi, volu. 2.
2 † Et sic clarum est, q dicta Suzanna Ioāni Fontanils (quē
ex dicti quōdam Gasparis expressa prouisione hæredem
sibi descripserat) substituere non potuit Franchinam eius
sororem, & dicti quondam Gasparis filiam. ex quo tem-
pore quo dicta Suzāna testamentum fecit extabant Gal-
cerandus nepos dicti quondam Gasparis, & alij pronepo
tes, quos ex dicti quondam Gasparis testamento præferre
debuit dictæ Frācinę, & sic licet valuit institutio facta per
dictam Suzannam de dicto Ioanne secundum testatoris
prædicti ordinationem non tamē valuit substitutio dictę
Francinæ: quia facta contra testatoris primi prohibitionē
sępe repetitam prout latè examinando resoluit Phil. Cor.
consi. 59. incip. repetito diuino numine, &c. quasi per to-
tum. vol. 2.

Qua etiam ratione donatio facta per dictam Francinā
Bartholomeo Iulia. eius ex clara sorore consobrino, & di-
cti quondam Gasparis nepoti, non valuit. quoniam (vt præ
diximus) dicta Suzanna non potuit substituere dictā Frā-
cinam sępe dicto Ioanni: sed substituere debuerat præfa-
tū Galcerandum, & in illius defectum vnum ex pronepo
tibus dicti quandā Gasparis, qui tunc viuerent, insequēdo
illius voluntatē: vt sunt in aperto iura, præsertim ex quo
soli nepotes & masculi, & in illorum defectum pronepo-
tes ēt masculi à dicto quondam Gaspare vocantur ad suā
successionem, non potuit dicta Suzanna Francinā substi-
tuere Ioāni sæpedicto, licet sit dicta Francina filia præfati
quondam Gasparis. quoniā si testatore voluisset illam suc
cedere deficiente Ioanne prædicto, vocasset eandem, &
dictis nepotibus & pronepotibus antepoluisset: vnde cū
supersint pronepotes quos præhonorauit dictus quondā
Gaspar, & prætulit dictæ Francinę eius filiæ, sequitur q
dicti nepotes nedū ex verisimili & præsumpta testatoris
pędicti mente, verū ēt ex aperta excludunt ipsam Franci
nā. cōsequens est q dicta Frācina substitui non potuit, &
a sorore sua Suzanna quā diu extāt nepotes & pronepotes
quos præhonorauerat dictus quondā Gaspar, & per gl. &
doct. in l. si mater. §. fi. ff. de vul. & pup. & in l. cum auus. ff.
de cond. & dem. & prosequitur latè Phil. Cor. consil. 227.
3 inci. quanquā. 1. facie. &c. in lit. c. vol. 4. † Nec ēt obstat, q
ēta Frācina substituit suū consobrinū Bartholomeū Iul.
dicti quondā Gasparis pronepotē, & per cōsequēs q hæ-
reditas modo resider apud pronepotē testatoris s̄m volū-
tatem ipsius cū non sint nepotes. Dico etenim q cū dicta
hæreditas ad Frācinā prædictā ex dicti quondā Gasparis
testamen-

nio.gl.& doctorum in l.lucius.ff.de hæredibus instituendis.quem tenent alij multi, quos enumerat Franciscus de Curte consi.42.& cons.45.incipiente, sæpe reuoluta,&c. attamen negari non potest quin vehemens sit coniectura mentis testatoris, quòd voluerit bona sua ad pronepotes vbi nepotes non extant deuenire, prout cósulendo tenuit Oldrad.pront eum refert Salycetus in l.1.C.de códitione inserti.& Larius prosequitur Philippus Cornelius consil. 66.incipiente in hac.in litera,a. vsque ad literam,l, vol.2. ad quod etiam vrget tex.in d.l.Lucius.in fi.

Ad hoc facit glo.in l.filiusfamilias.§.cum quis decedés. ff.de leg.1.vbi probatur quòd huiusmodi conditio censetur apposita causa eorum qui sunt positi in conditione quatenus ipsi habeant hæreditatem. vnde & videtur resultare tacita substitutio.quę prout ex expressa resultat,ita et ex tacita, prout supra in principio huius consilij latissimè deduxi per textú in l.cum proponebatur. cum ibi not.ff. de lega.2.& est tex.in l.fideicommissa.§. hæc verba.ff.de lega.3. vbi verba non important de sui natura fideicommissum, & tamen ex mente testatoris resultat fideicommissum.ad quod est etiam textus in eadem l.§. cum esset. vbi hæc verba,excepta certa quantitate, fideicommissum inducunt.cú tamé ablatiui absoluti conditionem faciant. a testatore.ff. de condit.& demon.cum similb. allegatis

8 consil.26.versic.77.† Et apertissimè inducitur fideicommissum inter nepotes & pronepotes dicti quondam Gasparis testatoris,per illa verba, quòd vult bona sua ad nepotes deuenire,& in defectum eorum ad pronepotes. ex ipsis enim verbis resultat fideicommissum.l. à Pamphilo. ff.de legatis tertio.l.& eo modo.de legatis secundo.& l.2. C.cómunia de legatis.quod operatur natura huius verbi, volo,vt in dictis iuribus, & prosequitur Socinus consilio ducentesimo vigesimoseptimo.versiculo primo.quia dicit.& consilio 249.columna decima. versiculo tertia difficultas.volumine secundo.& Philippus Cornelius consi. 231.in litera,b.& 320.in litera,m.volumine quarto. Nec hoc mirum , quia nõnunquam fideicommissum inducitur licet verba testamenti illud sonent.l. pero in prin. ff.de legatis secundo. & facit text. in l. secunda.§. si duo.& ibi Bartol.ff.de collatione bonorum. & sic constat quòd deficientibus nepotibus vocantur ex fideicommisso pronepotes, & quod in dictis nepotibus est iniunctum tantum reciprocum fideicommissum.& per consequens,quòd ad huiusmodi nepotes debent illa bona deuenire secundum ordinem charitatis & affectionis,vt l. Titia Seyo tessará. §.seya.ff.de leg.1.& l.imperator.eod.tit.†Cóstat ergo per supradicta,deficientibus neputibus quondá Gasparis,pronepotes eius fuisse per ipsum vocatos . sed cum dictus Galcerandus sit etiam ex pronepotibus illius, & ipsum supra diximus excludi per duminu Benedictum, assignáda est dicti mei ratio sufficiés,& dico,ꝙ vbi sub nomine collectiuo inuitant hi inter quos est ordinata charitas & ordo in succedendo,tunc nó veniunt omnes qui sub signo collectiuo comprehéduntur.sed proximiores.l.si ita relictú. §.in fide commisso.ff.de legatis secúdo.& dicta l.pero.§. fratre.eodem tit.& not.in preallegat.l.Gallus.§.quidá recté ff.de liberis & posthumis. quem etiam ordiné & modum testator prædictus visus est tenuisse,vbi vnú ex multis nepotibus iuber à filia sua hærede in dicta sua hæreditate sibi successoré deputari,& in defectum nepotú, vnú ex pluribus pronepotibus.& sic cum dicta Susanna substitutu non dederit dicto Iacobo Fontanils,qui esset nepos, vel pronepos dicti quondá Gasparis.sed filij,cui(vt sepedixi)per ipsummet testatoré ac patré fuerant prælati dicti nepotes & pronepotes,cósequens est, quod nedum dicta Francina nó potuit ex huiusmodi sororis fideicommisso succedere in dictis bonis,verúetiá ꝙ dictus benedict. datus tanquá antiquior pronepotum & ex filia primogenita descendens,& vbi id magis præsumptus dilectus à proauo vocatur,vt supra concludebá.& voluit Angelus cós. 281. per textum in cap.1.de natura succes.feud.vbi est.tex.ꝙ si feudum paternum quod ad masculos descendentes deuenire debet,capitulo primo.de successio. feud.cú similibus in diuisione totum deuenerit ad vnum ex dictis fratribus quandiu superest aliquis de illa linea illius ad quem deuenit,vt est præmissum.deueniet ad illum qui ex dicta linea superest,exclusis omnibus alijs qui non sunt de ipsa linea; quamuis etiam alij qui sunt de alia linea sint promixiores stipiti:& his addantur quæ dico infrà consil.49. versiculo 20.vbi quòd quando vocatur vnus filius ad fideicommissum appellatiuè tunc intelligitur vocari primogenitus.

10 †Nec.obstat quod iura prędicta loquuntur in successione feudi cuius in succedédo natura est diuersa ab alijs bonis: quoniam prædicta locum habent & in emphiteusi: & in alijs bonis.vt latè concludit Philippus Corn.consi.22.incip.in hac consultatione.in litera,b.2.volu.2. vbi allegans Pau.de Cast.in quodam suo consilio, quod Camarini sigillatum reperiebatur , subdebat quòd proximitas debet attendi respectu illius cui vltimo succeditur,per tex.in allega.c.5.de nat.successio.feud.ita not. dominus meus Ias. in l.si bonorum.C.qui admitti & Socin.abundè in consil. 222.& 249.& 252.vol.2.

Ex quibus raptim cumulatis (cum præmissum consilium & has duas additionis fecerim sine liberis) Perseuerans in decisionibus supra factis, concludebam & resoluebam vt supra,saluo, &c. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *VErbum, hęres ab homine prolatum,intelligitur de primo hærede, & nõ de hęrede hæredis ,siue in cõtractibus siue in vltimis volũtatibus apponatur. & 2.*

2 *Et intelligitur dicto hæres ita vt præmissum est, prolata,de hæredibus sanguinis etiam in feudalibus non de hæredibus hæreditatis extraneis.& num.3.*

4 *Relicta conditionalia regulariter non transmittantur per honoratum,qui ante conditionis euentum decedit & conditionalis actus non dicitur in esse productus ante conditionis euentum.*

CONSILIVM VI.

PAVCIS absoluam, quoniam si perpendantur capitula Margaritæ vxoris magnifici domini Petri Garro. Iurisperiti Barchinonen. in illo capitulo siue articulo , vlterius donat, &c.ibi,& alia medietas,&c.ad finem dicti articuli.similiter si consideretur clausula institutionis hæredum quá domina Marg.dicti domini Petri Garro.socrus in suo testamento apposuit, per quam dictam Margaritá præfati domini Petri Garro.vxorem, & Petrum Raffart eius filios sibi hæredes instituit vniuersales, cú certis conditionibus & fideicommisso de quibus infrà dicemus:apparebit ꝙ medietas dimidię dotis dictę quõdá Margaritę in qua dictam eius filiá Margaritá vxorem dicti domini Iurisperiti instituit, necnõ & medietas aliarum rerum dictæ Margaritæ Iuniori in capitulis nuptialibus prædictis sibi donatorum,cópetit domino Petro Raffart dictę dominæ Margaritæ iuniores fratri, non obstante testameto dictæ dominæ Margaritæ iunioris,in quo dictum dominum Iurisperitum eius maritum hæredem sibi descripsit, vniuersalem , ad quòd licet me plures inducant rationes, attamen subiectas pro temporis angustia sine librorum euolutione(cum libros in præsentiarum, tanquam viator nõ habeam)descripsi,latius prosecuturus si necesse fuerit.

Qui enim in testamento dict. dominæ Margaritæ matris,fuerit dicta domina Margarita iunior hæres. cum dicto domino Petro Raffart instituta ,quæ postea dictú dominum Garro.eius maritum sine liberis decedens hæredem sibi cóstituit vniuersalé,non potest dictus dominus Iurisperitus táquá vxoris hęres assumi ad bona dictę Margaritę senioris socrus suæ , quæ ipsius Margaritę senioris

hæredibus ex pacto vel hominis prouisione debebātur: licet dictus dominus Iurisperitus sit vxoris suæ hęres, quę dictæ Margaritæ eius matris hęres fuit, vt est dictū. & ob id si contendat hæredem dictæ socrus eius, iuxta l. fi. C. de hæred. instituen. vbi dicitur q hæres hæredis dicitur hæres testatoris, & l. si quis filium. §. fi. ff. de acquirend. hæreditate. & l. si statuliberi. §. si filiusfamilias. ff. de statulibe. & facit text. in cap. t. extrà de homi. cum similibus per quæ iura prætēdit dictus dñs Iurisperitus, q bona, quæ d. domina Margarita senior in capitulis nuptialibus dictæ dominæ Margaritæ eius filię stipulata fuit, sibi reddi, si dicta eius filia siue liberis, vel ipsius matris dotantis hæredibus prædefuncta esset d. Marg. mater.

Quibus tñ non obstantibus, clara est (vt prædixi) dicti domini Petri Raffart iustitia, q sepe d. Marg. matris senioris filius est & hæres (vt prædixi) & sic in ipsum Raffart cadunt verba & ordinatio de quibus in capitulis matrimonialibus prædictis.

. Plures sunt hæredū species: quia alij sunt hæredes sanguinis, alij hæredes hæreditatis, vt per Innocent. latè in Rubrica. extrà de iure patron. & in c. 1. Propriè tamen verbū hęres, ponitur pro hęrede sanguinis, id est, pro liberis. vt not. Bal. per illum tex. in c. 1. in tit. de eo, qui sibi, & hæred. suis masc. &c. & c. j. §. & quia vidimus. in tit. qui feud. dare pos. in vsibus feu. & c. vnica. quib. mod. feu. amit. ad q est gl. notab. in l. ēt. & ibi Bar. ff. soluto matrimonio. idē & latius in l. 1. C. si libera. imperialis socius. libr. 10. vbi dicit, q in dubio verbum hæres, a testatore prolatum, intelligitur de hæredibus sanguinis, nō aūt de extraneis, maximè si exstēt hæredes sanguinis, prout expressum est in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebellianum. vbi substitutio facta. si decesserit sine hęrede, non verificatur in extraneo hęrede, imo verbum hæres, interpretatur, id est, sine liberis, vel descendentibus quæ verisimilis mens ibi elicitur: quia intelligendo verbum, hæres, de hęredibus hęreditatis, fideicommissum, à communiter accidētibus, esse inutile: quia raro accidit, quod quis decedat sine hærede. Idem ergo dicendum est in casu nostro, q voluerit dicta domina dotás referre verbū illud hæres: ad hæredē sanguinis. Cum aliàs sit generale, q verbū hæres, prolatū ab homine referatur ad liberos, & descēdētes, vt dicit dñs meus Ias. in l. Gallus §. ēt si parente. ff. de lib. Idē notat Socin. consil. 12. ad princ. vol. 3. & dominus meus Phil. Dec. cons. 294. col. 2. vers. quod refero ad substantiam. vol. 2.

Accedat q not. Bal. in c. 1. si cliētuli. de alien. feud. in vsib. feo. & cōs. 32. inci. præmissis verbis statutorum. vbi generaliter tradit, q qñ testator nominat hæredes alicuius, intelligitur de descendentibus, non aūt de alijs ad quos non dependet ratio testandi, nec testatoris affectio: & etiam ex communi vsu, & allegat ita consuluisse Bar. licet non alleget in quo consilio, reperio quòd est in consi. incip. in facto proponitur, secundum meum ordinem consi. 62.

Quinimo plus voluit dominus meus Ias. in l. qui liberis §. hæc verba. ff. de vulga. & pupil. & in l. paterfamilias. in princip. eod. tit. & in l. fi. C. de hæred. institut. q verbū hæres, probatū ad homine intelligiť de primo hærede, & nō de hærede hæredis, licet vbi profertur à lege comprehendat ēt hæredem hæredis, quod etiā tenuit idem dominus meus Iason. §. actionum col. 3. instit. de act. & ita etiam tenui in consulendo infrà consi. 61. ver. s.
3 † Non obstat, q præallegata l. ex testamento. & supraallegata loquuntur in vltima voluntate: quia eadem est ratio in contractibus. argum. l. à Titio. ff. de verb. oblig. & l. illud. ff. ad legē Aquil. cum similibus. & dominus meus Iason, Philip. Decius, & Socin. vbi supra, loquuntur indistinctè quando profertur ab homine verbum hæres. siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus: maximè quia arg. de contractibus ad vltimas voluntates, & econtra procedit. l. e. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de lega. primo. & l. fi. C. de leg. Ex quibus apparet, quod prænominatus dominus Garro virtute capitulorum matrimonialium prædictorum admitti nequeat ad portionem aliquam dimidię partis bonorum contentiosorum, quamuis sit hæres dictę dominę Margaritæ vxoris eius cū sit hæres extraneus, & propriè nō potest dici hæres dictæ dominæ Marg. senioris socrus suæ. & licet dicta domina Marg. eius vxor, facit testamentum: attamē quo ad illa bona de quibus testari prohibebatur cum liberos superstites nō haberet, pōt dici decessisse intestata, vt supra dicebamus consi. 1. nu. 28.

Ex quibus etiam est responsum ad contraria: sed nec sumus in casu dubio: quinimo ex dictis capitulis matrimonialibus constat apertè, q dictio illa hæres, in capitulis nuptialibus prædictis poterat intelligi duntaxat de hæredibus sanguinis, quoniam in dictis capitulis, imo ēt in eodē articulo permittitur d. dominæ Marg. iuniori vxori dicti domini Garronis, q si liberos haberet, moriens posset de omnibus sibi datis in dotem disponere, & in casum non existentium liberorū posset solum de dimidia parte dictorum bonorū disponere: alia verò dimidia reuerteretur ad ipsam dominā Margaritā dotātē, si superesset, aliàs ad eius hæredes. Ecce ergo clarè qualiter illa dictio hæredes, solos hæredes sanguinis denotat: & non extraneos, ac ēt denotat primū hæredem & non hęredis hæredem, etiam si esset de liberis dictæ dominæ Margaritæ iunioris, quandoquidē pars vna testamēti, vel instrumenti declarat aliā l. qui filiabus. in princip. & l. si seruus. §. fi. ff. de lega. primo.
4 † Præterea donatio illa quæ facta fuit Margaritæ sæpe dictæ in capitulis eius nuptialibus facta fuit sub conditione, videlicet q si dicta domina Margarita decederet sine liberis illo casu posset solum de media parte bonorū prædictorū disponere, vnde licet dicta domina donatrix ante filiā suum prædictam decesserit, & eā sibi reliquerit hæredē pro dimidia parte, remansit nihilominus donatio prædicta in suspenso, vsque ad ipsius Margaritæ filiæ obitū, in quo sua conditio in dictis capitulis nuptialibus apposita purificata, per tex. in l. si pecuniā. §. 1. ff. de le. 2. & l. cū hæres. ff. quando dies leg. cedat. & l. hæres meus. ff. de cōd. & demonstratio. & l. vnicam. §. si autem sub cōditione. & vtrobique doctor. C. de caduc. tollend. vbi relicta conditionali nō transmittūtur, sed caducātur. si honoratus pendēte cōditione decesserit. Ratio est, quia natura cōditionis est suspendere, vt priusquā actus conditionalis eueniat, nō dicitur in esse productus, nec effectum aliquem sortitur. l. cedere diem. ff. de verborum significationibus. l. sub conditione. ff. de condictione indeb. l. 1. in principio. ff. de regula Catoniana. Hinc fit quòd in relictis conditionalibus non currit tempus ad exequendum ante diem, vel conditionis euentum, prout declarat Baldus in l. id quod pauperibus. in secunda quæstione. C. de episcopis & clericis. & Philippus cornelius consi. 302. incipiente prætermittendum est. in fine. volumine quarto sequitur ergo quòd tempore quo domina Margarita mater decessit, cum nō esset purificata conditio prædicta, non censebatur esse in hæreditate matris: & sic dictus dominus Garro ad illam medietatem, de qua testari non poterat domina Marg. iunior, liberos non habens, non potuit succedere dictus dominus Garro non virtute testamenti Marga. matris, quia non fuit in eo designatus hæres: Nec vigore testamenti suæ vxoris, quia ex quo sine liberis decedebat, non poterat ex dictis capitulis nuptialibus de illa dimidia parte disponere: vt est sæpe dictum: Sed nec vt hæres suę vxoris, quia est hæres extraneus, & est hæres. Et ita decidebā & concludebā indigestè prima frōte Salua librorū reuolutione, & cuiuslibet melius sententis iudicio, cui me submitto, ego Celsus.

. Secundum hoc consilium fuit iudicatum in Regia audientia Cataloniæ anno 1526.

SVMMARIVM.

1 *MAndatū quādo dicatur esse generale, & quādo speciale. & vtriusq; mandati effectus. nu. 3. 5. & 6.*
2 *Vxor tenetur expreßè cōsentire per se vel per specialem*

cialē procuratorā marito alienanti, vel pignoranti rē dotalem, ad alienationis, vel hypothecæ prædictæ validitatem: & præter id tenetur dictum contractum iuramento firmare: alias non erit validus; licet aliqui dicant etiam quando iuramentum interuenit non valere. nu. 4.

3. *Speciale mandatum exigitur ad vendendum, vel hypothecandum rem dotalem; aut ad consentiendum huiusmodi contractibus. nu. 3.*

5 *Executio fieri non potest in rebus dotalibus pro debitis, quæ contraxit vxor post matrimonium contractum: sed nec pro debitis viri.*

7 *Dos & res dotales an differant.*

8 *Aestimatum quando aliquid dicitur in dotem, vt reddatur res tantæ æstimationis, non videtur res illa data æstimata.*

Notarius virtute clausulæ, quod apponantur in procuratorio omnes specialitates, & generalia mandata, quæ procurator constitutus voluerit, non potest apponere iuramentum.

Auctorare non potest quis in suo facto proprio. ideo qui non potest contrahere sine alicuius auctoritate, non potest facere contractum aliquem in fauorem talis etiam cum eius authoritate. ibi.

CONSILIVM VII.

TENOR instrumenti procuratorij, quod honorabilis domina Margarita Petro Raffart eius
viro fecit, apertè monstrat, dubium quod vestra præstantia resolui petit. Quare omissa disputatione, quia rei demonstratæ frustra adˑ
ditur demonstratio l. 1. §. si quis vxori. ff. de dot. prælegat.
paucis agā, ne solem facibus adiuuare videar, vt dicit Ca-
1 non. capitulo finali. 7. q. † Dico igitur ꝙ tenor prædictus
ostendit esse mandatū illud generale, siue attendamus, ꝙ
in principio illius dicitur, ordino procuratorem meū ge-
neralē &c. siue quod in fine dicitur, ibi: addantur huic pro
curatorio generali omnes illę specialitates, &c. quę verba
ponderantur infrà versiculo 8. ex quibus constat notariū
attestari procuratorium esse generale: sed in generali man
dato non veniunt ea de quibus constituens non consen-
sisset, nisi specificè. l. cum quis. ff. de solutionib. l. Stichum.
§. vsufructu. ff. de fideicommiss. lib. l. qui peculij. & l. quā
Tuberonis. ff. de pecul. & gloss. Ioannis Fabri. in §. prętiū.
Institut. de emptio. & venditio. non enim tale mandatum
continet prohibita, vel indebita. l. si procurator. ff. de con-
ditione indebiti. l. Lucius. §. si procurator. ff. ad municipa.
& notat Dynus post glo. in l. 3. §. si procurator meus. ff. ꝙ
quisque iuris.

Accedat prædictis. l. qui proprio. §. itē quæritur. ff. de
procurat. vbi. Cyn. post. Petr. de Bella pertica, notat esse ca
sum singularem, ꝙ habens mādatum hominis generale,
non possit ea quæ requirunt speciale mandatū legis. quòd
dictum refert & sequitur Roma. singulari 638. incip. ha-
2 bens mandatum. † Prę assumptum autem apparet per ea,
quæ not. Salicet. in l. 1. in principio. versiculo oppono. d. l.
quòd si fundum. C. de fundo dot. vbi marito alienanti, vel
pignoranti rem dotalem, non potest vxor consentire, nisi
iuramentum interuenerit, quia etiam de iure ciuili non af
ficeret mulierem. vt notat Ioannes de Imola in repetitio.
capitulo cum cōtingat. extrà de iureiurando. & notat Phi
lippus, capitulo licet mulieres. eodem titulo, libro. 6. notat
Bartolus post gloss. in l. si prædium. C. de iure dot. Alex. in
l. Mæuia. ff. soluto matrimonio. Salycetus in authētica sed
quamuis. §. cum lex. in principio. & ibi dixi in Apostil. ad
ipsum in verbo, loquitur in re mobili. C. de rei vxor. actio
& dominus meus Iason in l. 1. col. tertia, in quarto nota-
bili. ff. soluto matrimonio, vbi exigūt iura prædicta, quòd
vxor consentiat expressę alienationi, vel hypothecæ suæ
dotis, aut rerum dotalium immobiliū. subdentes Docto-
res prædict. quòd non obstante dicto vxoris consensu,
non valebit huiusmodi alienatio, vel impignoratio, nisi
interuenerit vxoris prædictæ iuramentum, licet quidam
voluerint huiusmodi contractus etiam iuratos ab vxore
sibi nō pręiudicare, nihilominus magis communis est opi
nio, quòd vbi consensus expressus vxoris, & iuramentum
illius interuenit, valeant talis alienatio, vel hypotheca, vt
Philippus Cornelius cons. ducentesimoquinquagesimo-
secundo. incipiente primo videndum. in litera p. volu. 3.
Antonius de Petrucijs in repetitione l. primæ in octauo
effectu, versiculo rursus alienatio. ff. de iureiurando. & Lu
douicus Bologninus consi. 39. incipiente, Cor mundum
crea in me, &c. col. 3. versi. vel secundum. &c.

Ex quibus apparet liquido, ꝙ ad hoc quod vxori præ-
iudicet in dote, requiritur ꝙ expressè consentiat aliena-
tioni, vel pignorationi dictæ dotis (præsupposita idonei-
tate mariti sui, & eius fortunis) & quòd ipsius vxoris in-
terueniat iuramentum, vt prædixi. Hic aūt videtur vtrū-
que deficere, quare corruit indubiè subsecutus actus hy-
pothecæ censualis mortui, de quo est quæstio. Ex quo. n.
in dicto procuratorij instrumento, non apparet de iura-
mento ipsius dominæ Margaritæ, etiam si ipsa vendidis-
set, aut impignorasset dictū censuale, vel illius alienationi
consensisset expressè, nō sibi præiudicauit, vt dixi, & not.
doct. in l. si prædium. vbi ēt Alb. de Rosate & Salyc. C. de
3 iure dot. † Nec dicat aliquis, ꝙ ēt si generale sit dictū man
datum: attamen constat esse speciale quo ad dictorū cen-
sualium venditionem, vigore clausulæ, & quæcunq; cen-
sualia vendendum. Respondeo etenim quòd dicta clau-
sula nō est apposita circa substantialia: sed in clausulis exe-
cutiuis, quare non innouat priorem dispositionem, nec il-
li addit: prout est tex. cōmuniter reputatus singularis per
scribentes in clem. 1. de præbend. notat Abb. ita referens
in cap. ad nostram. col. pen. de concessio. præb. Alexā. in l.
more. col. 6. ff. de iurisdict. omnium iudic. Ioan. de Imol.
in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. 8. ff. de verbo. oblig.
Cald. consi. 16. sub. rubr. de præbend. Anchara. consil. 23.
incip. viso puncto, & quæsito, quòd verba supradicta. Pau.
de Castr. 132. incip. notandum. Roma. consil. 448. incip.
in casu in quo quæritur. dominus meus Philippus Decius
consilio 305. ad fin. & dominus meus Franciscus de Cur-
te consilio quarto. ad princip. & dixi latius infrà consilio.
26. versiculo 55.

Et si fingamus non habere locum prædicta, dico ꝙ hu
iusmodi mandatum est generale ad vendendum censua-
lia omnia, in quibus dicta domina constituens ius habe-
bat. quod denotat vniuersalis hæc dictio, quæcūq;: quod
probatur ex dictis Bal. & doctor. in l. quęcunq;: in tertio
notab. C. de seruis fugit. & Bar. in auth. aut facta. §. fi. C. de
pen. & in auth. quicunque. C. de episcop. & cleri. & Inno.
in c. graue. extrà de sent. excom. vnde cum specialis & ex-
pressa fieri debeat mentio rei dotalis, aut dotis in aliena-
tione vel hypotheca, non veniet per illa verba generalia,
quæcunq; censualia. per ea quæ suprà cons. 1. versi. 28. dixi
post principium, Quę etiam verba rectius adaptari pos-
sunt ad illa censualia quæ erant ipsius mariti procuratoris,
in quibus dicta vxor hypothecam habebat generalē, aut
specialē pro dicta eius dote, vel augmēto, iuxta l. hac edi-
ctali. §. omnibus, & ibi doctor. C. de secun. nupt. in quibus
verificari posset dicta clausula: maximè, quia si ad cēsualia
quæ dicta constituens habuit in dotē referentur, esset pe-
rimere cōtractū, per præmissa, cōtra not. in c. cum dilecti.
per illū tex. extrà de accusa. & d. l. ꝙ propositum videatur
dn̄s meus Philipp. Dec. consi. 184. nu. 4. vol. 1. vbi dicit, ꝙ
si in inuestitura quis inuestitur de re aliqua pro hæredibus
quibuscunque, intelligitur de habilibus, de quo dixi latius
4 infrà cōl. 61. versi. 7. † Et ꝙ non comprehendantur huius-
modi censualia dotalia in dicto procuratorio, dominus
meus Iason docet in l. prima, in tertio notabili, versicul. 3.
nota, & noviter colligo. ff. soluto matri. vbi allegans Paul.
de Cast. consi. 129. incip. licet illa domina Lala. ꝙ consiliū

est duplicatum consil.233.voluit,quod in generali renun
tiatione legatorum,non veniat legatũ dotis.Nec hoc mi-
rum, quoniam priuilegia doti concessa sunt principaliter
in fauorẽ mulierũ, vt dicit dominus meus Iason ibi,vers.
4.ibi nota.pro quo est text.vulga.in l.assiduis.& in auth.si
quid ex rebus.C. qui pot.in pigno.habe.Hinc est ꝙ ante
matrimonium,vel constante illo, mulier condicionẽ suã
deteriorem facere non potest in dote.per textum expres
sum in.l.2.& in l.de die.& in l.Attilicinus.ff. de pactis do
tal.ita Barth.not.in l.& hæredi.§.filiusfamilias eod.tit.do-
minus meus Iason post Ioã.de Imo.& Roma.in l.2.§.ꝙ
si in patris.in 9.mutabili.ff.soluto matrimon.idem Imo.&
5 moder.in l.si socer.§.Lucius.eod.tit.† Ad cuius corrobo-
rationẽ facit quod notat Guido Pap.in quæst. Delphina
libus, decisio. 447. incipien. pone vxor conuenitur. vbi
decidit ꝙ nõ possit executio fieri in bonis dotalibus vxo
ris, pro debitis per eã cõtractis post matrimoniũ contra-
ctũ & dotis constitutionẽ,allegat glo.in l. quinq; legibus.
In glo.vnica,quæ hoc clarè dicit ad fi.ff.de bo.dam.quã ad
hoc allegat.Bar.in l.si constãte.ff.sol.mat.Nec facit si dica-
tur,ꝙ hoc est cõtẽplatione iuris mariti, ꝙ habet in dote,
quoniã(vt prædixi)dotis priuilegia fauore mulierũ princi
paliter fuerunt introducta,& tacitè satisfaciẽdo huic obie
cto.Bar.in l.2.ad fin.C.ne vxor.pro marito.ampliat dictã
glos. vt non possit executio fieri in bonis dotalibus vxoris
ẽt pro debito mariti: sed nec pro vtriusq; debito fiat mis-
sio in huiusmodi bonis.Ex quib' apparet ꝙ ẽt si expressè
nominasset dicta domina Margarita cẽsuale cõtẽtiosum,
& expressisset illud omne dotale,ꝙ non esset ob id valida
eleuatio,vel impignoratio quã maritus eius fecit de eo,ex
quo dictę dominæ Margaritæ iuramentũ nõ interuenit,
vt sæpe dixi.& voluit Salycet.abũdè in auth.siue à me.C.
ad Velleian.& in l.1.vers.itẽ dicunt.C.de fundo dot.vnde
Cyn.in l.si prædiũ.C.de iure dot.& Bal.in l.1.col.5.versi.
conclude,aut loquitur,& c.ff.soluto matrimo.& Bart.ibi
col.4.versi.aliud priuilegium est,consulunt, quòd fiat hu-
iusmodi venditio,vel impignoramentum per vxorem de
consensu eius viri, & non per maritum ẽt cum iuramẽto:
quia tunc res fingitur esse restituta mulieri, & desijsse do-
talis esse,& hanc cautelam tradit in terminis Bar.Cæpola.
6 cautela.131.† Accedat ad corroborationem præmissorum
text. singularis in l.si quis mihi bona.§. sed si mãdauit.ff.
de acquirenda hæreditate,quẽ Bal.in sua margarita,in ver.
bo,mandatũ.versi.5. dicit esse singularem ad hoc,ꝙ man
datum certæ rei specificè factum, non comprehendit ea,
quæ specificè accedũt,si grauaretur ex eis mandans, aliter
quam specificat.ad quod facit tex.eiusdem l.§. quod si ex
patre.Sic apparet ꝙ siue dicamus procuratorium esse ge-
nerale,siue speciale, nihilominus illius vigore sæpe dictus
procurator aliare nõ potuit aut impignorare cẽsuale cõ-
tẽtiosum, quoniã ex quo ipsa domina cõstituens illud nõ
potuit expressè alienare vel hypothecare ea,quæ interue
nit forma, sic nec ẽt delegare potuit suo marito dictũ cen
suale alienãdũ,ad ꝙ est tex.& ibi dominus meus Ias. post
alios doct.in præalleg.l.s.§.quod si in patris.in 4.not.ff.so
7 luto matrimo. † Non obstat ꝙ iura prealleg.loquuntur in
dote,hic autẽ nõ agitur de dotis alienatione,qm̃ dico ꝙ li
cet aliud sit dos propriè & aliud res dotalis in dotem data:
quia dos est quid vniuersale, vt declarat Ber.in rub.ff.so-
luto matrimonio.ad finẽ.Ias.in l.si mora,post princi. ver.
tertio pondera tex.ibi,quo minus dotẽ reciperet.ff.soluto
matrimon.dicit,ꝙ sæpius accipitur dos pro rebus in dotẽ
datis allegat simile in l.si spõsa.cũ l.sequenti.ff.de iure dot.
Quinimo si rectè inuenitur præallegata iura loquũtur ne
dum in dote, verũ etiam in rebus immobilibus inæstima
tis datis in dotem,quæ pari passu ambulant.secundum Sa-
lycetum & doctor. in præallegata authent. sed quamuis.
§.sed cum lex.C.de rei vxor.actio.& l. si inter. in princi-
8 pio.C.de iure dot.† Nec adminiculantur illa verba in di-
cto instrumento apposita addantur huic procuratorio ge
nerali omnes illæ specialitates,& generalia mandata, quæ
procurator constitutus voluerit,& c. quandoquidem illo
rum verborum prætextu non potuit notarius etiam ante
publicationem instrumenti addere iuramentum, aut ali-
quid apponere concernẽs factũ, nisi de expresso contra-
hentiũ mandato:quia ipse solũ videtur esse rogatus, vt ap-
ponat ea solũ, quæ sunt de natura ipsius cõtractus. vt per
Bal.in l.1.ad fi.versi.ita tabellio.ff. soluto matrimonio per
l.fi. vbi ẽt doctor. C.de fide instrumẽto.not.omnino Fe-
lyn.in c.ex literis.col.5.versi.7.& vltima extra de fide in-
strum.& in c.cum M.Ferrariensis.col.2.versic. & quia ad
hunc locum.extra de constit. Quinimo Anton.de Petru.
in repet.l.1.in 4.effectu,ad fin.ff de iusteiur.quòd notarius
non potest apponere iuramentum etiam si sit cõsuetudo,
9 quod in simili contractu iuramentum apponatur. † Omit
to,ꝙ si viri authoritas (prout & requiritur ad hoc vt ali-
qua mulier contrahere possit) interuenisset, dici posset
procuratorium huiusmodi viribus non subsistere, vt per
Felinũ plenè & Barb. in capitulo causam matrimonij, col.
4.extrà de officio deleg. notant docto. præsertim Imola
& Roman.post Angelũ in l.s.§.fuit quæsitum. ff.ad Tre
bellia. vbi omnes concludunt vno ore, quòd maritus vel
alius auctoritate cuius debet contractus fieri non possit in
facto proprio auctorare, ita latius corroborando decidit
idem Barbatia.consi.10.nu.8. volu.4. idem tradit Socyn.
in patre auctorante filio,consi.87.col.1.& consil.147.vol.
3.volum.primo.& consilio 212.colum.2. versiculo succe
dit nunc difficultas. & consilio 172. per totum.volum.2.
Ludouicus Bologn.consi. 44.per totum.& dominus Di-
dacus Segura in repet.l.1.§.si vir.ff.de acquirẽ.posses. fol.
28.col.2.versi.sed cum vxor,&c.

Ex quibus & alijs quæ resultãt ex præmissis,resoluo ꝙ
ex procuratorio præmentionato,vel illius auctoritate,nõ
potuit præfatus dominus Petrus Raffart, vendere cẽsuale
contẽtiosum nec etiam potuit illud impignorare. quodq;
dicta alienatio vel impignoramentum præfatæ dominæ
Margaritæ, vel eius hæredibus non præiudicauit. Et
ita dicebam & resoluebam,saluo,&c.Barchinonæ.1522.
ego Celsus.

Secundum hoc cõsilium fuit iudicatum in audientia
Regia Cataloniæ,anno 1525.

SVMMARIVM.

1 *BEneficium quod non vacat saltem de iure, solus Papa conferre potest qui tamen non consueuit huiusmodi beneficia cõferre, & fundator alicuius Capellaniæ, vel beneficij licet possit nominare primum Capellanum, vel beneficiatum dicti beneficij, nõ tamen potest illi dare vel nominare successorem certum.*

2 *Potestatem habens conferendi aliquod certum beneficium non potest concedere alteri potestatem conferendi illud in specie, vel aliquod aliud in genere certæ personæ, antequam vacet huiusmodi beneficium.*

3 *Patronus licet seipsum præsentare non possit, potest attamen, secundum magis communem, præsentare suum filium.*

Successio in beneficijs reprobatur. & qualiter intelligatur, & quando patrionus sit præferendus extraneo.

4 *Et vale: dispositio fundatoris, quòd ad beneficium præsententur aliqui de certo genere solum, & non alij, quandiu extabunt.*

CONSILIVM VIII.

PLACET mihi subscripto decisio magnifici
dñi Ioã.Ginesta iurisperiti ciuitatis Gerũdę,
solo mihi nomine & fama noti,in quantũ re-
soluit.ꝙ Iacobus Sabater fuerit rectè & legi-
time prę sentatus,illiq; debeat adiudicari bene
ficiu cõtẽtiosũ reuerẽdus dñs officialis Gerũden. corã quo
causa

causa pdicta pędet, cuius quidē sup decisionis rationes nō minus elegāter & copiosē, quā efficaciter produxit in cam pū literariū: ita q super huiusmodi decisione comprobanda si quis accedat, videtur solem facibus adiuuare, vt dicit
1 canon in c. si ois. 6. q. 1. † Omissa igitur disputatione, cum rei demonstratę frustra additur demonstratio l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. concurro (vt prædixi) cum dicto domino Ginesta, & sum in eius opinione & sententia. Et quantū video non reuocatur in dubiū de legitimitate patroni, quoniā esset contra tex. & not. in c. ex sin suatiuæ. extra de iure patro. & arguendo à sufficiēti partiū enumeratione, quoniā nō vidi processum, aut acta: sed sola instructio mihi trāsmissa fuit per dictum dominū Ginestā, si iste dominus Michael innititur electioni factæ de sua persona per dicti beneficij fundatorem, dico q innititur arundineo baculo, siue attendamus q beneficium non vacans ab inferiore à Papa conferri non potest: Imo nec Pap. solet huiusmodi beneficia conferre, per tex. in c. pposuit. & ibi doct. extra de cōcess. preb. tex. in c. 2. & c. relatum, & c. ex tenore & c. accedens. & duobus sequen. & vtrobique docto. eod. tit. & hoc latē prosequitur dominus consulens. Quinimo si hodie viueret dictus fundator, posset nihilominus alium ad dictum beneficium præsentare purificata conditione per mortē primi beneficiati sub qua eligebat dictum dominum Michaelem. tex. est in d. c. 2. & c. ex tenore. & c. relatum. & alijs præalleg. contra enim factum proprium, q vinbus nō subsistit, est licitum venire, text. est in c. fin. extra de iure patron. Cald. nota. in c. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alie. Panor. c. cum super. extrà de concess. præb. & in c. accedens. in t. & 2. notabili, eod. tit. similiter non potest inniti electioni per fundatorē factæ de persona sua, quia vita dicti fundatoris durāte nō vacauit dictū beneficiū: sed post eius obitū, quo tēpore ex dicti fundatoris prouisione in alterum iam trāsierat ius patronatus, ēt si auctoritas episcopi nō interuenisset, vt notat Cardin. in c. cum seculum. in 6. q. extra de iure patron. pro quo est bonus tex. in l. sciēdum. ff. de vsur. quem text. ad hoc allegat Francisci. de Aretio. cap. 2. col. pen. extra de
2 accusa. † Nec facit q onus præsentandi ipsum dominū Michaelem fuerit adiectū à fundatore, occurrente vacatione: quoniam nō valuit huiusmodi dispositio fundatoris: nec ad eam cogebatur patronus, prout latè prosequitur dictus dominus cōsulens. ex tex. expressu in c. si de cōcess. præb. vbi omnino dominus Cardi. & not. in c. cōstitutus. vbi peculiariter tractatur hæc materia. eo. ti. & notat Old. cōs. 77. vbi resoluunt habentē potestatē conferendi aliquod beneficiū, non posse concedere potestatē alteri conferendi ipsum beneficiū vacaturū in specie, vel q certæ personæ conferatur beneficiū vacaturū. ita not. Lappus allega. 129. col. 17. & Dom. cons. 465. incip. in re præsenti. not. Barb. c. pastoralis. §. quoniam. numero 25. extra de rescript. & dominus meus Rochus. in tract. Iuris patron. in versiculo honorificum. num. 10. t. 12. & 20.

Preterea considero, q tempore nominationis factæ de dicto domino Michaele beneficium contentiosum non erat adhuc in esse deductum: sed solum post mortem fundatoris, vt per Cardi. plenè in præalle. c. cū seculū in 4. q. & Rota decil. vlti. de iure patro. in antiq. imo et vbi fuisset in esse deductū beneficium prædictum planarie (Cuius cōtrarium ex lectura fundationis illius appaiet) nō cogebatur iste patronus hodiernus seruare dispositionē prædictā fundatoris, prout supra dixi. etenim fundatoris voluntas nō attenditur cōtra dispositionē canonū. illud est notab. dictū Inn. in c. in Lateranensi. ad fi. extra de præbend. pro quo est bonus tex. in c. si quidam. 10. q. not. Bar. in l. quoties. §. fi. ff. de admin. tuto. Ab. in c. nobis. in 6. notat. extra de iure patron. refert & sequitur dominus meus Philip. Decius cōs.
3 mihi 121. incipit. in causa venerabilis psbyteri. vol. 1. † Sed in casu nostro dubiū facere videt, q iste dns Sabater præsentans sit filius patroni, & q fundator voluerit in sua fundatione illos de dictorū Sabater familia quandiu extarent ad beneficiū prædictū assumi primū obiectū fundatur auctoritate Innoc. in c. quia cleric. ad princ. extra de iure patrona. vbi voluit patrē nō posse præsentare filiū suū ad beneficium cuius ipse sit patronus. Secundū super ca. ad decorem extrà de Instit. vbi Papa reprehēdit Patriarchā Constantinopolitanū, q solos Venetos, spretis alijs, ad beneficia promouebat, subdens rationē, Nō cōuenire sanctuariū Dei iure hæreditario possideri: quādoquidē in beneficijs est reprobata successio. vt in præall. c. ad decorē & c. consuluit. eod. tit. & c. 1. de præb. & hanc opinionem tenere videtur Panorm. in d. c. ad decorū, dicens, vnū beneficiū nō semper debere cōferri vnius familię hominibus ne videatur illi familię & cognationi debitū. quod latius explicat in c. venerabilem. extrà de elect.

His tamen non obstantibus contrariū esse verū de iure, teneo pro constāti. Et q pater possit filiū suū presentare, quamuis seipsum præsentare nō possit, notat Panormit. & alij in c. quia cleric. per illū tex. iuncta glo. in verl. filij. quā etiam opin. vt communem tenuit Innocent. sibi ipsi contrarius. & glos. in alleg. d. consuluit: de iure patro. Felyn. c. afferte. col. 1. extra de præsum. dominus meus Rochus de Curte in suo tra&. iuris patro. in glo. in versi. honorificum. q. 4. in 2. membro. vbi. allegat Abb. consil. 96. incip. Iesus Christus adsit. vol. 2. & in c. ex ore. in prin. extrà de his, quę fiunt à maio. parte capituli. & dominus meus Philip. Dec. cōs. 229. incip. diuino igit implorato psidio. ad princ. vol. j.
4 † Nec obstat dispositio fundatoris prædicta de elegēdo & præsentando beneficiato de sua cognatione quoniā valet huiusmodi dispositio, vt per gl. ordinariā, quæ hoc voluit in terminis in c. neminē in versi. siue possessionis 70. dist. quæ vult, q potius sunt instituendi illi clerici de quorū bonis est fundata illa ecclesia, quam alij. cum qua glos. ibi simpliciter transeunt Archidi. Gem. & Cardin. Alexan. quā ēt sententiam tenet Andr. Barbat. consi. 23. incip. scripsit propheta vol. j. & Rochus de Curte præceptor meus. vbi suprà in d. glo. in versi. honorificum. q. 18. vbi etiam respōdet ad dictum c. ad decorē, & alia suprà facta contraria ad quem breuitatis causa remitto. & ad dictū eum contrariorum solutionem videatur glos. in c. bene. ad quam etiā dominus Rochus vbi suprà remittit. extrà de postulat. prelat. dicens, q Veneti, in casu dicti capituli, erant omnes extranei, sicut & alij. vnde qua ratione admittebantur Veneti: eadē ratione debebant & alij admitti vbi etiā pro generali contrariorū solutione respondet contraria non procedere, quando fundator disposuisset cum diocesani consensu, q semper pſentari deberēt illi de certa familia, quoniā illo casu valida esset huiusmodi dispositio. ita not. Gemin. in c. cum in ecclesia. in vltimo notab. de preben. li. 6. Felyn. in suo tract. quando literæ apostolicæ præiudicent patronis laicis. col. 2. versi. corroborari pōt. idem c. cum accessissent. col. 7. versi. 1. dummodo dictæ cōditiones. extra de constit. Cardin. consi. 11. incip. quædā socieras. Socyn. consi. 1. incip. Dominus labia. col. 1. vers. ex quibus infero. vol. 3. pro quibus est bonus tex. in c. cum dilectus. vbi etiā glos. & doct. extrà de consue. & Io. And. & Gemin. in c. cū ex ea. de elect. li. 6. idē. Gemi. in c. cū ecclesia. de preb. eo. li. & notant. legistę maximè. Bal. in. l. 2. C. de in ius voc.

Quinimo auderē dicere q etiā si dictus dom. Michael fuisset à verò patrono præsentatus, & ab ordinario institutus, prout est dictus Sabater q nihilominus dictus Sabater tanquā parens, & de fundatoris cognitione, in præsenti causa deberet obtinere, ēt si idoneitas esset æqualis in vtroque, per id quod dicit tex. in simili, in c. bene. 2. & ibi Ab. in 13. notabili, extrà de postul. Præla. ad quod allegat ibi text. pulcherrimum in c. nullus inuitis. 61. distI. vbi episcopus eligi debet de clero illius ciuitatis, & non de extraneis. sta etiā tenuit dominus meus Rochus in d. q. 1. vbi ad hanc propositum assignat alias multas rationes.

Per supradicta igitur, & alia, quæ possunt ex his colligi, perseuero in conclusione suprà facta: scilicet quòd præsentatio & institutio facta de dicto dño Sabater (ēt si sacerdos

non esset (licentia est: & rectè fact. nec aduersarius debet audiri in rationibus quas opponit contra dictam præsentationem & institutionem. Et ita vt suprà dictum est & conclusum, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Celsus. Secundum boc cõsilium iudicauit Reuerendus dominus officialis Geronden. anno 1523.

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficiatus si fundet beneficiũ, ecclesia cuius erat beneficiatus, erit patrona dicti beneficij, licet constituat consangnineos suos, vel alios in pa-*
2 *Patronos.*
rimoniũ si babebat clericus, vel si erat talis quod ex sua industria quia doctor erat, vel babebat aliqua officia, ex quibus & redditibus & prouẽtibus potueris fundationẽ fecisse, tũc erunt patroni illi quos nominauit fundator & non ecclesia, & num. 7. & si non appareat an de bonis patrimonialibus: vel ex industria acquisitis; an verò de fructibus suorum beneficiorum fuerit fundatum dictum beneficium, quis erit patronus? nu. 4.
3 *Prælatus, & alius qui administrationem babet quamuis possit solum in vita sua, & non in morte donare illa qua de suorum beneficiorum fructibus babuit, attamen canonicus etiam catbedralis ecclesia, & alius quicunque beneficiatus qui administrationem non babet, potest in vita pariter & in morte donare quia fecit fructus suos.*
5 *Clericus qui beneficium babet, & patrimonium, vel ex indu ignoratur an acquisiuerit si moriens relinquit bona, & ignoretur an acquisiuerit ex redditibus beneficii, vel sui patrimonij, vel industria, quid fiet & cui competit onus probandi.*
6 *Reseruationes sunt odiosa siue generales, siue speciales & debent in forma specifica verificari. & ibi quod non afficiunt beneficia iurispatronatus laicorum.*

CONSILIVM IX.

SACERDOS quidam vt mihi præsupponitur doctor & canonicus ecclesiæ Valentinẽ. cui cognomen erat de sancto Vicẽtio, oriundus de Manso sancti Vincentij parrochiæ de Tespella, diocesis Vicen. fundauit & dotauit in dicta Valentinensi ecclesia beneficium quoddam sub inuocatione sancti Vincenti martyris, cuius ius patronatus reliquit dicti Mansi hæredibus: volens, ꝙ patronus teneatur ad dictum beneficium præsentare presbyterum de genere suo, vel aliàs clericum, si reperiatur præsupponiturque hæres dicti Mansi, esse in possessione seu quasi præsentandi ad huiusmodi beneficium. Vacante dicto beneficio per obitum domini Iacobi Ramos canonici Valentinẽsis vltimi dicti beneficij pacifici possessoris qui in dicta ciuitate Valẽtinẽsi suũ domiciliũ tenebat multis annis, fuit ad illud beneficiũ per hęredẽ dicti Mansi præsentatus reuerẽdus dominus Hieronymus de ferreres, iuriũ doctor, & canonicus Vincen. cui præsentationi & institutioni contradicit reuerẽdissimus Gardinalis de Vich Barchinonen. Episcopus, prætendens ꝙ dictus Ramos fuerat dominationis suæ familiaris & continuus cõmensalis, cũ tñ appareat fuisse solum familiaris magnifici domini Hieronymi Ferrer fratris dicti reuerẽdissimi Gardinalis, qui in Rom. curia fungebatur oratoris officio catholicorum Regum Castellæ & Aragonum Ferdinãdi & Isabellis. est tamẽ verum ꝙ sanctiss. Leo Papa 10. concessisse dicitur priuilegiũ dicto domino Cardinali ꝙ dicti domini oratoris familiares, essent familiares dicti reuerendissimi Cardina. præsentatus opponit ꝙ dictus Ramos priusquã familiaris esset dicti domini oratoris, iam fuerat dictũ beneficiũ adeptus & ꝙ illa familiaritas erat ficta & nõ operaretur effectũ per oĩa veræ familiaritatis: quodq; dictus Ramos decessit extrà Roma. curiam & extrà seruitiũ dicti reuerendissimi Cardinalis, in ciuitate Valẽtina pdicta, vbi ab annis multis residebat. Quæritur à me vter ius habeat poti' in dicto beneficio: pſertim cũ dictus reuerẽdissimus neget ius patronatus laicale: dicẽs ꝙ fundatũ est dictũ beneficiũ de suis redditib' beneficiorũ fundatoris, & nõ de suo
1 patrimonio, ꝙ nõ habebat, cũ pauper esset † Excelsus igitur dominus humiliter imploratus adsistat In primis animaduertendũ esse puto, si dictũ beneficiũ possit dici ius patronatus laici, quoniã ex hoc dubio pendent leges & prophetæ, & cũ mihi nõ præsupponatur ꝙ dictus fundator beneficiũ illud fundauerit suo patrimonio: an verò de suorũ beneficiorũ fructibus, super boc articulo cogimur andabatarũ more gladiũ in tenebris ventillare. præsertim ꝙ centũ & quinquaginta anni lapsi sunt, quibus beneficiũ illud fundatũ est, & scrupulũ inijciebãt. nota per Abb. siculũ in c. ad audientiã. s. extrà de eccles. ædifi. vbi inuehitur in clericos qui de suorũ beneficiorũ redditibus fundãt ecclesias, & attribuũt suo patrimonio ius patronatus, ꝙ facere nõ possunt: sed ecclesia ex cuius fructibus dictũ beneficiũ fundauerunt debet esse patrona. ꝙ & voluit Idẽ Panorm. consi. 57. incip. attingã. ad fi. vol. 1. Fely. c. cũ venerabilis col. 5 s. versi. & adde, quòd ædificans. extrà de excep. quos refert & sequitur dominus meus Rocbus de Curt. in suo tract. iuris patron. in versi. & dotauit. q. 17.

Attamẽ in casu nostro credo determinationẽ prædictã locum non habere & præsentatũ à patrono debere excludere sæpe dictũ reuerendissimũ Cardinalem de Vich, & considero ꝙ si dicamus dictũ dominũ canonicũ fundasse beneficiũ pręd ictũ de suo patrimonio: clarũ est ꝙ potuit relinquere ius patronatus dictis hæredibus Mansi sancti Vincentij: vt est glo. in Clem. in versi. præsentat, de iure patron. doct. in c. 1. eod. tit. lib. 6. & remissiuè idem dominus meus Rocbus vbi suprà in versi. ius. in 7. principali quæst.
2 & de hoc non est dubium. † Idẽ erit si prædictus dominus canonicus illud fundasset ex acquisitis sua industria (cum mihi præsupponatur, ꝙ fuit celeberrimus doctor, vel aliũ de quã de redditibus suorũ beneficiorũ. quoniã illa cẽsent esse propriũ ipsius acquirẽtis patrimoniũ. c. cęterũ. ibi, vel artificio aut doctrina proueniũt extrà de testa. & ibi boc not. doc. per illũ tex. & in c. quia nos. eod. tit. & ibi Hostiẽ. Petr. de perusio. & Imol. vbi dicũt, ꝙ ex quo prælatus vel clericus ex industria. vel ex officio vel seruitio ẽt dependente ratione dignitatis clericalis, quę fuit, sunt ipsius acquirẽti propria. ꝙ & notat Abb. Panor. in c. cũ in officijs. eod. tit. Idẽ cõpatriota meus Petr. de Bella Pertica, put eũ refert & sequit Cyn. in auth. licẽtiã. C. de episcop. & cleri. Idẽ Iac. Bnt. in l. sacrosanctę. C. de sacrosanct. eccles. refert & sequit Anch. c. præsenti. de offi. ord. li. 6. dicẽs ꝙ cõmunis est opin. ꝙ de talibus bonis potuit fundator prout sibi visum fuerit disponere. ꝙ ẽt voluit Io. de Imo. in d. c. cũ in officijs. vbi cõmuniter omnes Docto. idẽ tenẽt. & in pręalleg. locis, & in decisiuis à communi opinione nõ est recedẽdũ. Et not. Bar. & doct. in l. fi. C. de pœna. indi. qui ma
3 le iudi. † Attendendo ꝙ fundator & dotator pręd ictus fuit (vt est dictũ canonicus Valẽtinensis ecclesiæ: sed ego habeo. ꝙ canonicus præbendatus ex quo non habet administrationem, in tãtũ facit fructus suos, ꝙ in vita pariter & in morte potest de illis disponere pro suæ volũtatis arbitrio. glo. est ordin. c. præsenti. de offi. ordi. li. 6. quã sequũtur ibi Anch. & Imo. & in præalleg. c. cęterum. vbi Ioã. And. idẽ Hostien. Goff. Anch. & alij. c. 2. & c. fin. vbi communiter omnes, dẽpto Panorm. qui aliter visus est voluisse, quo ad dispositionem in vltima voluntate. extrà de pecul. cleri. & ista est communis opin. secundum Ioan. de Imo. in c. peruenit. vbi etiam Ancharan. extrà de pignor. quam cõprobat per illum text. vbi pro debito proprio prælati fit executio in redditibus ecclesiæ suæ & ad hoc videbatur. glos. pragm. sancti. in §. itẽ fuit. in ver. acquisitos. in tit. de annatis. & istã cõmunẽ opinio. põt. Canonicus donare, vt doc.

prealleg.

præalleg.uolunt,& in terminis resoluit Philip. Cor.consi.
88.incip.repetito.in l.2.& seq.volu.2.& consi.314.incip.
videtur in præsenti constitutione. per totum. volu.3.vbi
loquitur in bonis acquisitis per quendam Cardinalem.&
in d. consi.314.loquitur de acquisitis per quendam episco
pum Eugubinum ex sua industria, & officijs.& Soci.cōs.
4 91.in 1.& 2.dub.volumine tertio.† Nec obstat quod Fe-
lyn.not.in c.ex literis.colum.1.extrà de constitu.vbi de-
cidit,quòd si clericus fundauerit, aut dotauerit ecclesiam
& non apparet an de suo patrimonio, an verò de suæ ec-
clesiæ redditibus id fecerit, quòd hoc casu iudicabitur ius
patronatus ecclesiasticum.quam etiam quæst.Ioan.de Li
gnano mouet,& non fuit ausus decidere in c.dilectus.ex-
trà de iur.patro. Respondeo enim quòd:dictum Fely. &
eius rō simpliciter nō procedunt. vt late docet dñs meus
Rochus vbi suprà in versi.ius.quæst.7.in quæ.4.accesso-
ria.7. quæstionis,vbi tenet. quod in casu prædicto cense-
tur acquisiuisse tam ex redditibus proprijs, quam ex suæ
ecclesiæ fructibus. & ideo erit ipse patronatus ratione sui
patrimonij,& ecclesia ratione suorum fructuum.& ꝙ in
dicto casu regulabitur dictum ius patronatus:sicut ius pa-
tronatus ecclasiasticum:tanquam accedens digniori.& de
cisio dicti domini mei Rochi loquitur etiā in casu vbi du-
bitatur de quibus bonis:sed præsupponitur mihi ꝙ reddi
tus de quib⁹ fuit dotatū dictū beneficiū fuerint erepti per
dictū fundatorē nomine suo proprio,& tanquā laica per-
sona.cuius assertioni Phi.Cor.in pręal.consi.88.& 314.vo
luit stādū esse. Idē Soc.cōsi.91.pręal.incip.casus sup quo,
& in 4.col.vers.quibus præmissis.vol.3.prædicta obtinēt
pręsertim in hoc casu tam antiquo,quod vt prædixi. 150.
annos excedit: & in tempore memoriam hominum ex-
cedente, verba enunciatiua plenè probant, vt not. Socyn.
consil.166.volum.2.& dominus meus Philip. Decius.cōs.
5 307.volumin.secundo.† Et opinio quam doct.dicunt esse
communem in d.authen.licentia. & in c.relatum.& in c.
cum in officijs.suprà allegatis,dum voluerunt quòd pręs-
sumitur clericus bona quæ moriens relinquit acquisiuisse
de suæ ecclesiæ redditibus, posset sustentari,vbi non pro-
baretur ex aduerso talem beneficiatum patrimonium ha
buisse,vel industriam,ex quibus acquirere potuit. hoc.n.
casu dicit Ioan. Andr.in c.vt vnusquisque.extrà de pecul.
clericorum. Fœdere distinctionis opiniones quæ contra-
riari videntur concordando, ꝙ si appareant aliqua quęsita
etiam per prælatum , & non appareat vnde prouenerunt,
ꝙ præsumptio est pro possessore, ita ꝙ incūbet onus pro
bandi quæsita fuisse ex eius bonis alias obtinebit posses-
sor.& ita dicit procedere opinionē Goffr.qui dicit, quòd
in dubio præsumitur pro possessore.prout refert Anchar.
& Ioan.de Imol.in d. c. vt vnusquisque. vbi idem tenent
ꝙ & tenuit Genu. in d.c. cū officijs. & refert & sequitur
Phil.Cor.in præalleg.consi.88.in litera m.& in dicto cōs.
314.in litera g.Cum itaque prosupponatur hæredes dicti
Mansi esse in possessione, seu quasi iuris Pręsentādi ad di
ctum beneficium , deberet reuerendissimus Cardinalis
probare fundationem esse factam ex redditibus dictæ ec-
clesiæ : vbi fundator non expressisset ꝙ ex suis bonis fun
dabat,& dotabat beneficium prædictum.

Et si dicamus cessare possessionem,seu quasi iuris pręs-
sentandi, etiam fundatoris expressionem supradictam sci
licet ꝙ fundabant dictum beneficium de suis bonis pro-
prijs:tunc esset ad coniecturas recurrendum,in qua consi
deratione ratio habebitur expensarū factarum per dictū
fundatorem , vt ille deducatur de redditibus suæ ecclesiæ
prædictæ.& hanc consideratonē faciunt Cardin. & Imo.
post. Innoc.in alleg.c.Cum in officijs. & Panorm.in c.cū
omnes.in repeti.d.c.extrà.de testa.& latè corroborant So
cin.& Corn.in præalleg.consilijs.

Non obstat etiam cōtrarium.Panorm.Felin.& domini
mei Rochi.supra in princip.factum loquuntur.n.quando
clericus dotat beneficiū de bonis suæ ecclesiæ,& loquun-
tur in prælato administrationem habente,ꝙ probat text.

per eos allegatus.videlicet c.apostolicos. 12. quæstio.2.&
clarius ex causa finali per dictū Panorm. & dominū meū
Rochum assignata. vnde secundum illam debet eorum
opinio regulari, vt not.Ioan.Andr.in nouella,c.cum nun-
6 cius.extrà de testibus.† Ex quibus infertur clara decisio,ꝙ
beneficium huiusmodi tanquam patronatus laici non cō-
prehenditur in reseruatione cui innititur dictus reueren
dissimus Cardi.vt per Felyn.in præalleg.tract.quando li-
teræ apostol. præiudicent patronis laicis.& de hoc est re-
gula cancellariæ apostolicæ vulga.ideo immoror. Præte-
reà sunt reseruationes tā generales, quā speciales odiosæ,
ideo non fatigamur illis in volumine decretaliū: Secundū
Panorm.c.mandatum.extra de rescript. quoniā per illas da
tur via ad vacatura. vt not.in c.præsenti de offi.delega.lib.
6.ideo debet reformatio prędicta in forma specifica veri-
ficari.ſm Cardi.in c.cū dilectus.extrà de iure patron. Cū
ergo pręrendatur dictū canonicū Ramos ante familiarita
tem prædictā acquisiuisse dictū beneficiū : & extra fami-
liaritatē decessisse,clarū est locū non habere regulā cācel-
lariæ. 30. in ordine, cui innititur dictus reuerendissimus
Cardin.prout in vtroque casu declarat Felyn.c. in nostra.
in.21. correllario extra de rescript.ita notat.Ioan.de Selua
pręses Parisiensis in suo tract. benefic. parte.3.q.11. versi.
vtrū qualitas.allegat.Io.And.c.fi.de verb.signif. & rotam
deci.si in antiq.incip. virū beneficia competentia. de quo
ēt latè per Barba.consi.57.ad principium.volu.1.& consi.
8.ad princip.vol.4. Quanto magis cum dicta familiaritas
(etiam si probaretur)nō esset vera familiaritas,sed ex qua
dam fictione erat dicti reuerendissimi Cardina.familiaris.
Nec.n.est idem. quòd quis sit talis vel habeatur pro tali.l.
merces.de verbo. signi. cū similibus. præsertim in odio-
sis,quæ sunt restringenda, vt in vulg.regula,odia. Et ꝙ re
seruatio nō afficiat beneficia curialiū & officiariorū extrà
Rom.cu.decedentium,est gloss.Pragmatic.Sanctio. in §.
item quòd addictas.in versic.relidebunt.de aucto. genera
lis consilij,vbi assignat concordantes.

Ex quibus in vnam massam cōgestis concludo,salua re
uerendissimi domini Cardinalis prædicti benignitate, &
cuiuslibet melius sentientis iudicio , pro iustitia dicti do-
mini ferreres iuris vtrius doct. clarissmi.& ita vt est præ-
missum decidebam & cōcludebam Barchin:anno. 1522.
ad laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiū si instituatur in aliqua ecclesia , vel altari iā fundato & dotato,an concurrat in iure patronatus fundator aut institutor dictæ capellæ,vel ecclesiæ?*

2 *Patronus si in præsentatione , vel opponens se præsentationi in oppositione errauerit in nomine beneficij, non obest error:si de beneficio aliās appareat.*

Sententia quæ continet errorem expressum,vel causam falsam est nulla.

3 *Consanguinitas & parentela qualiter probentur? præsertim quando excedit hominum memoriam: & an sufficiat tunc illam probare per testes de auditu , vel per famam?*

4 *verba enunciatiua posita in instrumentis per modum causæ probant & nonnunquam contra huiusmodi probationem non admittitur probatio.*

5 *Verba enuntiatiua prædicta si propter aliud fuerint emissa quid erit? & quando dicātur,emissa propter aliud.*

6 *Geminatio in aliquo actu quid operatur.*

7 *Dispositio fundatoris quòd nullus præsentetur ad beneficium quod fundauit qui non fuerit actu sacerdos,est valida,& seruanda.*

8 *Præcipitatio minima nedum reddit sententiam iudicis ordinarij vel arbitri nullam, verumetiā collationē & acta alia:quæ cum causæ cognitione fieri debent,& 9.*

10 *Fundatoris dispositio est valida quod nullus admittatur ad huiusmodi beneficium, qui non fuerit de ipsius fundatoris genere, contra quam dispositionem inferioris à Papa dispensare non potest etiam pro vna vice, etiam de patroni laici consensu.*

CONSILIVM X.

IN CAVSA quam agit venerabilis dominus
Michael marquet presbyter villæ Apiariæ
coram reuerendo domino Abbate riuipulli
vicario generali Barchinon. pro reuerendis-
simo domi. Cardinali de Vich, Episcopo Bar
chinon. contra discretum do. Petrum Perol presbyterum
Quia dicta causa apud constantissimi eiusdemque peritis-
simi iudicis tribunal ventilatur, paucis dicti domini mar-
quet iustitiam ostēdere conabor. Et ne videar nodum (vt
aiunt) in scirpo quærere, nō examino si quis in altari iam
fundato, & in quo est institutum aliud beneficium, insti-
tuat aliud beneficium sub eiusdē vel alterius sancti inuo-
catione, vtrum efficiatur solus patronus. an vero cōcurrat
cum eo fundator & institutor dictæ Capellæ, vel prioris
beneficij: tamen quia in casu nostro difficultas hæc cessat
tum quia demōstrat apertè dominus & præceptor meus
Rocbus de Curte in suo tractatu iuris patro. in versi. & do
tauit. quæs. 1. ipse sit solus patronus, & maximè, quia in ec
clesia Barchinon. est consuetudo, quòd præsentatio in d.
casu pertinet solum illis qui dictam capellam dotauerunt,
etiam iam fundatam erectam. Quæ quidem consuetudo
in prouisionibus beneficiorum nō modo attenditur, imo
& præfertur iuri communi. c. cum ecclesia Vulterana. vbi
Abb. ad fi. extra de elect. & c. fi. extra de insti. cū concord.
1 ibi per eum signatis. † Similiter omitto quod in casu prædi
cto illud dicitur esse primum beneficium, quod primo lo
co fundatum fuit: & secundum, quod secundo loco funda
tum fuit: & sic deinceps. Item dicitur primum, quod aliud
ante se non habet, vt in proe. digestorum. §. nos verò. vbi
omnino ad propositum videar Albe. de Rosa. in quę. quā
ponit. & est tex. in l. proximi. & in l. proximus. ff. de verb.
sig. & in l. ex duob. ff. de vulg. & pup. & Roma. consi. 408.
quod incip. in proposita quæst. ad princ. sic etiam secundū
beneficium dicitur respectu primi. l. qui, soluendo. ff. de hæ
red. insti. & l. creditor. §. si pign. ff. qui potio. in pig. hab. Ar
guunt enim prioritas & posterioritas ordinem, qui seruan
dus est, vt euitetur confusio. §. si quis autem non implens.
in authen. de hæred. & falcid. & huic ordini adsistit con-
suetudo dictæ Barchinon. ecclesiæ denominādi beneficia
quando sunt plura in vna capella vel altari, vt per dictum
Marquet articulatum fuit, & probatum ideo non insisto.
2 † Vnde præiudicare non habebit error veritati, q̃ dictum
beneficium contentiosum censeatur ab aliquibus esse pri-
mum beneficium, q̃ in dicto altari fundatum est, prout &
in errorem illum quoad dictam appellationem lapsus est
venerabilis dominus Antonius Folch. presbyter in dicto
altari beneficiatus. Quinimo siue beneficiū hoc dicamus
esse primum: siue secundum, non refert, ex quo constat ip
sum esse quod fundauit quondam reuerendus Petrus Ber
trandi & per cōsequens apparet legitimè se opposuisse di
ctum dominum Marquet, per text. & not. in c. significāte.
Vbi Felyn. omnino extrà de rescript. idem c. super literis.
col. 4. versi. limita quarto. eod. tit. Ioan. Andr. c. quanuis el
primo ad fin. de præben. libr. 6. & ibi omnino Gemi. qui
multa ad hoc allegat. & Lapus alleg. 16. in fi. & consequē-
tur sententiam latam per reuerendum dominum Michae
lem suster in præiudicium dicti Marquet nullam esse, tan
quam continentem expressum errorem, scilicet quòd di-
ctum beneficium contentiosum fundatum nō fuerat per
dictum quondam P. Bertrandi: sed per Petrum, de insula,
cuius contrarium cum sit probatum: est (vt prædixi) d. sen
tentia nulla, prout not. Bald. Roman. Alexand. & Ioann.
de Imol. in l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matri. & Bald. & Saly.
in l. prolatam. C. de senten. & interlo. omnium iudic. & Fe
ly. omnino post Abb. & alios in c. inter cæteras. in princip.
extrà de re iudica. Quę etiam alio capite nulla est, q̃ lata
sit ex causa expressa in ea, quæ notoriè falsa est, vt per Fe-
lyn. in d. c. inter cæteras vbi remissiuè hoc examinat. co-
lum. 6. versi. 2. conclusio Bart. in l. qui testamento. §. item
quæro. colum. 2. item ex isto textu & ibi Bal. & Ang. ff. de
excusa. tutorum. Rom. in l. admonendi. col. 10. versi. 10. ff.
de iure iuran. & Card. in Clem. 1. §. fi. de foro compe. fuit
autem falsa causa expressa in dicta sententia dum in eadē
dicitur, quòd dictus dominus Marquet non est de paren-
tela dicti domini Bertrandi, cuius contrarium est probatū
3 vt in sequenti versiculo monstratur. † Demonstremus igi
tur dictum dominum Marquet probasse qualitatem ge-
neris per eum prætensam. ad quòd ostendendum præsup-
pono aliquē esse de aliqua genere, vel familia probari pos
se per coniecturas, vt dicit glossa. ordin. in l. 1. ff. de probat.
sed vbi agitur de probando consanguinitatem & parente
lam recentem, quæ non excederet hominum memoriam
non sufficeret publica vox & fama. sed vna cum dicta vo-
ce publica, & fama, debet tractatus & nominatio probari,
iuxta ea, quæ nota. Bartol. in l. filium diffinimus. ff. de his,
qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. quod senatusconsulto. ff.
de liberis agnosc. & Bald. not. in l. non ignorat. C. qui ac-
cusa. non possunt. Anton. de Butr. in cap. transmisse. extrà,
qui filij sint ligiti. & Abb. & Modern. in cap. per tuas. ex-
trà, de proba. Cum ergo hic agatur de probando parente-
lam & progenitores, qui fuerunt à auo. antis videāmus
qualiter erit probanda. super quo multum dubitat Archi-
dia. qui ponit quæstionem in terminis. 16. quæstiu. 7. cap.
si plures. ubi quærit qualiter probabit aliquis, quod est de
stirpe illorum, qui fundauerunt loca, vel fuerunt patroni.
Bald. verò referens ipsum in authe. quas actiones. C. de sa
crosanct. eccles. in vltim. quæstion. dicit quòd in istis anti-
quissimis quæ hominum memoriā excedunt, fama mul
tum potest, & allegat c. veniens. extra, de testi. & sic sentit
apertè satis, quòd sufficiat in dicto casu probatio per famā.
vt in dict. cap. veniens. quam etiam conclusionem firmant
expressè Ioan. Andr. Hostien. Imo. Abb. & Moderni ibi,
dicētes quò per testes de auditu, cū publica voce, & fama,
habente aliqua adminicula, probatur consanguinitas, &
omne aliud excedēs hominum memoriam. ex quo enim
in factis tā antiquis est probatio difficillima: ideo tale te-
stimonium admittitur, vt plenè & remissiuè per Fely. ca.
in nostra. columna 2. versicu. fallit tertio. extrà de testi. &
in dicto ca. veniens. & c. cum contingat. col. 4. versi. 3. con-
clusio. extrà de rescript.

Præterea considerans dictus dominus Marquet, quòd
impossibile esset probare per testes parentelam ipsius, &
dicti Bartrādi fundatoris, deducit & probauit gradus con
sanguinitatis quibus venerabilis quondam Petrus Valls,
& Ioanna ipsius Marquet auia distabant inuicem, scilicet
quòd ipsi erant fratres vtrinque coniuncti, ab inde verò
& suprà, probauit per famam & testimonium de auditu
iuxta dictam theoricam, & l. si per. & l. nec apud. C. de hæ
red. inslit. est enim regula (vt prædixi) quòd in his quæ me
moriam hominum excedunt sufficit testimonium de au
ditu. quæ opinio probatur in l. si arbiter. ff. de proba. no. Ar
chid. 22. quæst. 2. c. his videtur. Ant. de But. c. iā literi. & c. li
cet ex quandam. de testib. & in terminis est tex. in c. de pa-
rentela, 35. q. 6. & c. tua. de consang. de affi.

Nec obstat. gloss. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. ar.
quam ibi sequi videtur Bar. dicens quod hodie parentela
probari non potest per testes de auditu, quod dictum in-
telligi debet, vt loquatur in parentela recenti, quæ homi-
num memoriam non excedit, aliàs dictum glos. & Barto.
non esset verum, vt prædixi. Aut dicimus ad glo. & Barto.
vbi suprà, quod dictum illud generaliter nō est verum: sed
dūtaxat in casu in quo loquitur cap. licet ex quādam. extra
de testi. scilicet quando agitur de probando parētelam ad
dissoluendum

diſſoluendum matrimonium & ſic vbi agitur de prçiudi-
cio irreparabili: in alijs autem caſibus quando probatur
parẽtela excedens hominum memoriam, ſufficit teſtimo
nium de auditu,prout innuit tex.in dicto capitulo in prin
cip.& in fin.vbi ponitur regula,quòd in excedentibus me
moriam hominum,teſtimoniũ de auditu valet,poſtea di-
citur,quòd cum hodie prohibitio contrahendi matrimo
nium ſit coarctata ad quartum gradum nõ vult admitti te
ſtimonium de auditu niſi in forma,quã ibi ſubijcit, vbi põ
dero quòd ad eſſe teſtimonij de auditu in talibus in quib.
locum habebat,& habet,non erant tot & tanta neceſſaria,
quanta hodie requiruntur,per d.c.licet.Et ſi dicatur etiã ſi
olim non erant illa neceſſaria,hodie tamen ſunt, per illum
tex.reſpondeo ponderando tex.in d.c.licet.ibi,tolerabilius
enim, &c.in fine.quòd ibi apparet, ꝙ ſpeciali ratione fuit
dictum,ius adinuentum in probanda parentela ad finẽ diſ
ſolutionis matrimonij. Vnde deciſio illa non eſt ad conſe
quentiam trahenda cum ſit correctoria iuris antiqui.

Reſoluendo igitur in caſu noſtro probatã eſſe dico pa-
rentelã clare per teſtes reddentes ſufficientẽ cauſam ſcien
tiæ,quòd ſçpe dictus dominus Marquet erat de parentela
quondam domini Petri Valls:quia dicti Merquet auia ſer
rer,erat vtrinque coniuncta dicti domini Valls, & per te
ſtimoniũ de auditu eſt probata continuatio,ſiue deriuatio
parẽtelæ ipſius Petri Valls ab ipſo fundatore Petr. Bertran
di, & ſic conſequens eſt,quòd parentela dicti Marquet &
fundatoris prædicti fuit probata legitimè & hũc modum
probandi parentelam in factis antiquiſſimis quæ hominũ
memoriam excedunt,deduxi poſt Lanfran.de Oria.in re
pe.c.quoniam contra falſam.in verſ.teſtium depoſitiones.
ad fin.verſi.ſubſequenter eſt videndum qualiter probetur
affinitas & conſaguinitas.in verſicul.declaro.extra de pro
ba.vbi allego in terminis Franciſcum de Aretio. conſilio
trigeſimoſeptimo incipient.ſequendo ordinem quæſito-
rum.in primo & ſecundo dubio.& his addãtur notata per
Raph.Cumao.Alexandrum in l.is poteſt.ff.de acqu.hære.
Anto. de Butr.in d.c.licet. vbi not.ſatis eſſe probare quaſi
poſſeſſionẽ cõſanguinitatis,de quo etiam per Ang. conſi.
87.incip.pro deciſione.in fi. Fulgo. conſil.138. incip.viſis
præcepto.&c.Et Alex.cõſ.51.incip.viſo & diſcuſſo.vo.1.
4 †Conſidero etiam aliunde dictum Marquet conſanguini
tatem prædictam probaſſe.cum enim per teſtes probaue-
rit parentelam,quæ inter ipſum erat,& dictum quondam
dominum Petrum Valls:Origo autem illius Valls & fun-
datoris verificatur per inſtrumenta collationum ſibi facta
rum dudum.de dicto beneficio contentioſo per capitulũ
& canonicos pro tempore exiſtẽtes in turno:qui ſibi illud
contulerunt tanquam de genere dicti quondam fundato
ris. Vnde ſi velimus dicere verba illa in dictis inſtrumẽtis
collationis poſita de genere & parentela dicti quondam
fundatoris Bertrandi,enuntiatiua eſſe, adhuc tamẽ proba
rent quia ſunt prolata per modum cauſæ.l. cum taberná.
§.eadem quęſiuit.& ibi.Barto.verſi.pro declaratione.ff.de pi
gno.& l.cum eorum.C.de ſenten. & Alexander omnino
in l.ex bis. C.de teſta.milit.& maxime, quia prolata fue-
rũt à partibus ſciẽtibus ſuper actu in quo partes ſibi præ-
iudicare poterant.vnde probat,vt per Areti.d. l.ex bis vbi
etiam voluit quòd hoc caſu non admittatur in cõtrarium
probatio.Quinimo fuerãt illa verba cauſa talis diſpoſitio-
nis,ſcilicet quòd dicto Valls conferetur dictum beneficiũ
quod ſolis illis de parentela dicti fundatoris erat debitum
Vnde probant in dubio, vt per Felyn. in capitul.cum in
iure.colum.5.verſi.10.de offic.de lega. & Socin. conſilio.
213.incip.in præſenti conſultatione.verſi.2.concluſio.vo
5 lumine ſecundo.† Nec obſtat ſi dicatur dicta, verba enuo-
tiatiua propter aliud prolata, ideo probare ſolũ inter eaſ-
dem perſonas,& partes eaſdem, iuxta not.in l. optimam.
C.de contrah.& commit.ſtip.& huiuſmodi verba proba
re non videntur in alieno iudicio, in quo illud enuociatũ
principaliter adducitur.iuxta no.per do. Anton.& moder
nos in cap.1.extrà de pręſumptio.Quinimo facta extrà iu

diciũ propter aliud ſimpliciter, non videntur plenè pro-
bare.per tex.vbi hoc colligit Panorm.in c.fin.extrà de ſuc
ceſ.ab inteſt.Reſpondẽdo etenim dico ex præmiſsis con-
ſtare,quod non ſunt verba enũciatiua propter aliud emiſ
ſa:ſed propter ſe, & ſic probant. vt tradunt in d.l.optimam
& in d.l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.& in præallega.c.fina.
extrà de ſucceſſ.cum ſimilibus.cum autem dicantur emiſ-
ſa propter ſe,conſtat apertè ex dictis Bal.& Alberi.de Ro
ſat.in l.1.C.de falſa cauſa adiecta lega. vbi dicunt quòd ver
ba enunciatiua, tunc demum dicuntur eſſe propter aliud
prolata,quando ſunt in præludijs & præcedentibus ad ef-
fectum alterius diſpoſitionis,& non ſunt principalia ver-
ba orationis,ſed ſunt tranſitus ad aliud: ſed verba diſpoſi-
tiua principaliter propter ſe ſunt emiſſa. vt in di.l.ex hac
ſcriptura.ff.de dona.Sed in caſũ noſtro fuerunt principali-
ter verba prædicta prolata propter ſe: quia qualitas in illis
deducta fuit cã diſpoſitionis & collationis,vt prędixi:ideo
6 probant indubitanter.† Vlterius conſidero,quòd ſemel &
ſæpius collatum fuit beneficium prædictum dicto domi
no Valls,tãquam qualificato & de genere fundatoris præ
dicti.Vnde poſito pro fixo, quod illa verba ſi in vna ſola
collatione eſſent ſcripta, plenè non probarent parẽtelam
dicti Valls,& fundatoris:geminatio tamẽ actuum & col
lationum prędictarum plenam induceret probationẽ, per
ea,quæ nota.in ſimili.Felyn.cap.ſi quando. ad fi. extrà de
reſcrip.& in ca.nonnulli.col.decima octaua verſiculo fal-
lit,ſexto hæc regula.eodẽ titulo.talis enim geminatio col
lationum oſtendit enixam mentem diſpoſitionis conferẽ
tium huiuſmodi beneficium contentioſum præfato quon
dam Valls.vt abunde proſequitur Barba. conſilio 18. inci.
præclarè ſcribitur apud pſalmiſtam.col.4.verſic. modo in
propoſito.vol.ſecundo.qui omnino ad hoc propoſitũ vi-
deatur.Eſto enim,ſine præiudicio veritatis,vt dici poſſet,
erronea fuiſſe prima collatio dicto quondam Valls factæ
reiteratio tamen præcedentem deliberationem includit:
nec vbi procedit illa cenſetur eſſe erratum: 2. quæſtio. 3.
capi.ſi quis iratus.ita voluit Archidiacon.cap. fin.de iure-
iurand.lib.6.& multo magis vbi fuit triplicita, prout in ca
ſu noſtro, vt per pulchras rationes concludit Barbat.vbi ſu
prà,col.16.verſi.item reſpondeo & aliter. quæ latius pro-
ſequor infrà conſi.26.ſol.26.Præſertim ex quo in caſu no
ſtro aliqui collatorum & deputatorũ per ca.Balchinõ.fuiſ
ſe dicuntur doctores iuris in quibus circunuentio nõ eſt
præſumenda,iuxta l.ſecũdam.§.Seruius autem Sulpitius:
7 & ibi not.ff.de orig.iur.†Cum ergo dictus Marquet atten
derat parentelam & genus,quod cum fundatore habebat,
probaſſe:ad emendicata ſuffragia recurrens:deducit capi-
tulum dictæ Barchinon.eccleſiæ eſſe in quaſi poſſeſſio-
ne conferendi dictum beneficium libere & non qualifica
te.prout uoluit dicere in 5. ſuo artic. ſed defecit in ſalutari
ſuo:debuit enim dictus aduerſarius articulare, & probare,
quòd uacante dicto beneficio contentioſo per obitum Pe
tri Ioann.Ollers fuit colatum Anto.Ioann. Torr,qui non
erat de genere fundatoris.quodque docto. domin. Mar-
quet, aut alius qualificatus ſe oppoſuerunt tempore dictæ
collationis,& licet allegetur ex aduerſo d. Marquet ſe op-
poſuiſſe tunc:tñ conſtat tunc eum non fuiſſe ſacerdotẽ &
ſic etiã ſi fuerit repulſus,non fuit ꝙ nõ eſſet de genere fun
datoris:ſed quia non eſſet ſacerdos,& ex dicta fundatione
debebat beneficiatus eſſe actu ſacerdos.quæ quidã funda-
toris diſpoſitio eſt ualida,prout notat Gemi.cap.cum ec-
cleſia.per illum textum de præben.lib.6.Fely.in tractatu,
quando literæ apoſtolicæ. in columna 2.uerſi. 1.corrobo
rari poteſt dominus meus Rochus in d.tracta.iuris patro-
natus.in uerſ.honorificum.in quarta quæſtione principali
uerſiculo circa aliud.Pro quo fa.tex.in capit.cum dilectus.
& quod ibi not.Abb.poſt Ioannem de Imo. extrà de cõ-
ſuetud.& ſtante dicta fundatoris diſpoſitione debuit eſſe
actu ſacerdos beneficiatus,ut cõcludit dominus meus Ro
chus, vbi ſuprà.

Ex quibus reſoluimus partes eſſe dicti reuerẽdiſſimi do
mini

mini Abbatis in adiudicando beneficiũ prædictum dicto d. Marquet, vna cum expẽsarũ victoria, & ita ego iudicarẽ si causa commissa mihi fuisset, quæ tñ cũ raptim dicta sint suppono cuiuslibet melius sentientis iudicio: Ego Celsus.

Additio.

8 † Post redditũ à me præcedens consilium ad notitiam domini Marquet consulentis deuenit, quòd reuerendus dominus Marquet Fuster nomine quo in dicto consilio die quo fuit declaratum per capitulum turnum sibi cõpetere in dicto beneficio & ante & priusquam concederet literas edicti, fecerat collationẽ de dicto beneficio, & sic post collationem dicti beneficij, assignauit domino Marquet, & alijs ius habere prætendẽtibus, terminum sex dierũ ad docendum de iuribus eorum: & sic dicta collatio, tãquam peruerso iuris ordine nulla est, prout in simili not. gloss. in summa secũda quæstione prima. & ibi Archidiaco. & Gemi. Abba. cap. exhibita. extrà de iudic. & Anchara. capit. 2. de re iudic. lib. 6. & consi. 88. incipien. in auxilium veritatis. ad fin. Cum enim dictus dominus Fuster ex spirituali commissione capituli facta super dicti Marquet supplicatione, quam dicto capi. porrexerat priusquam declararetur turnum sæpe dicto domino Fuster competere, præfatus Fuster concessisset literas edicti, nõ potuit postea prẹueniendo reddere edictum elusorium cõferendo dictum beneficium, pendente dilatione ad opponẽdum assignata ius habere prætendentibus: prout notat Specul. titul. de arbitr. §. 8. versi. sed quid si arbiter. & in titul. de aduoca. §. 6. versi. porro. & not. dominus meus Iason in l. qui pro tribunali. numer. 46. ff de re iudi. & maximè cum dictus Fuster esset commissarius dicti capituli, & illius nomine cognosceret, debuit ex dispositione iuris concedere maiorẽ dilationem assignando ad docendum de iuribus suis, quam dictorum sex dierum: casus est de hoc, vt colligunt gloss. & doct. in cap. fina. de elect. libro 6. & Lappus alleg. 8. incipien. præsentatus, terminus enim à iudice datus habetur loco termini legalis, vt notat Innocent. capitu. ex ratione. ad princip. versi. Item nota. extrà de appellatio. & ille terminus legalis præueniri non potest, vt not. Bal. in l. fi. ad princip. versiculo. quæro quid si dictum. &c. C. qui admitti. nota. Raph. Fulg. post compatriotam meum Petrum de bella Pertica, in rubr. C. quomodo & quando iudex. per glo.
9 in l. properandum. §. sin autẽ alterutra. C. de iudicijs. † Prætereà considero, quòd eadem die qua declaratum fuit dicto domino Fuster turnum competere: fecit collationem dicti beneficij, vt est præmissum. vnde quamuis fingamus dictum dominum Marquet prius auditũ fuisse, & de iuribus suis docuisse, præcipitatio nimia effecit, quòd huiusmodi collatio, quæ cum causæ cognitione fieri debuit & contradictoribus & oppositoribus audiris, non valuit: vt est tex. in dict. cap. fina. de electio. lib. 6. ibi, celeritate, &c. & ibi, per repentinam confirmationem. de quo pleuè per Andr. Siculum consilio suo incipien. scripsit ecclesiasticus inter consilia Alex. consi. 103. consi. 14. vol. 4.

Sicut in simili dicimus, quòd laudum si apparet eodem die latum fuisse quo factum est compromissum, est nullũ tale laudum, vel arbitralis sententia prout not. Iacob. Butri. Bald. & alij in l. prolatam. C. de sentent. Anchara. consi. trigesimotertio incipient. quadam petitione. & Soci. cons. octauagesimoseptimo. incipient. pensatis his quæ in facto narrantur, &c. volum. quarto. vbi assignat plures rationes ad huius dicti corroborationem, & inter cætera citat Bal. in capitulo 1. in titulo de inuesti. in ma. facta. ibi dicit expressè quod si arbitrator laudauit ex abrupto, arbitramentũ est nullum & ita dicit pronũciatum fuisse. quod etiam voluit Abba. in cap. quintauallis. colum. penultima. extrà de iureiuran. & Roma. in l. si quis arbitratu. colum. 6. ff. de verborum obligationibus. & in rubric. ff. de arbit. colum. tertia & ita in consulendo tenuit infrà consil. nonagesimoseptimo versiculo 2. Quæ etiam sententia probatur. ex dictis Bartoli in prædicta l. prolatam. vbi per illum textum vult, quòd iudex si præsumatur propter temporis breuitatem de meritis causæ cognoscere nõ potuisse, sententia illius erit nulla tanquam præcipitanter lata, contra l. secundam. C. de sententijs ex peric. reci. & hanc theoricã Bartol. sequitur Antonius de Butri. & Felyn. in capit. ecclesia Sanctæ Mariæ. extra de constitut. Imol. cap. 2. de re iudic. & Anchar. in regula, quæ fiunt. lib. 6. dominus meus Hypolitus de Marsil. in sua practica criminali. §. nunc uidendum. num. 33. Soci. consi. ducẽtesimo vigesimoquarto colum. 4. versi. vlterius & quinto & dominus meus Philippus Decius consilio 295. per totum, volu. 2. et dixi latius
10 cons. 34. vers. 3. † Nec validauit huiusmodi collationẽ clausula, non obstantiarum, apposita in instrumento collationis, cum sit notorium dictum dominum Fustar potestatẽ non habuisse apponẽdi dictã clausulam præsupposito eterum quod fundator potuit in fundationis actu, vel primęua institutione dicti beneficij apponere potuit pactũ, vel condictionem, quòd semper deberet pręsertim ad huiusmodi beneficiũ aliquis qui esset sacerdos actu, & esset de domo vel cognatione ipsius fundatoris, prout & fecit dictus fundator & valuit huiusmodi dispositio, vt decidit Gemi. in cap. cum in ecclesia. in sexto notabili. per illũ textum de præbend. lib. 6. & ita consuluit elenganter Cardinalis Florentinus consi. 15. incipien. quædam societas. tenuit Felynus in suo tractatu, quãdo literæ apostolicæ, &c. colum. 2. versic. corroborari potest. & dominus meus Rochus in suo tractatu iurispatronat. in versi. honorificum. in 4. quæst. principali. & dixi suprà consi. 8. versi. 40.

Quod autem non potuerit dominus Fuster derogare vel dispensare cõtra dictas qualitates, siue illud fecerit tanquam patronus: siue tãquam auctoritatem habens episcopi & capituli patet ex notatis per dominum meũ Rochũ de Curte in dict. tractatu. in versiculo pro eo quòd de diocesani consensu quæst. 14. & 15. vbi docet esse communẽ opinionem contra dictum Abba. & Fel. in c. cum accessissent. de iure patron. qui voluerunt ibi episcopũ dispensare posse pro vna vice, cum consensu patroni, quòd beneficiũ non qualificato conferatur, cum sit in contrarium opinio cõmunis, vt monstrat dominus meus Rochus vbi suprà maximè vbi cõtradicũt ius habẽtes ex dicta fundatione, prout & dominus Marquet in terminis nostris habebat.

Posset etiam dici Panormitani & Felyni dictum posse subsistere, quando vocati ex dispositione fundatoris consentiunt: vel vbi præsentatio & collatio fierent à diuersis, puta à patrono & episcopo. secus autem ubi confusa essent iura in persona unius. ad quod facit text. in capitu. nos quidem. ibi, ordinari tecum, &c. de testa. & not. Anchara. & Imo. in Clem. quia contingit. de relig. domi. si enim admitteretur huiusmodi dispẽsatio in casu nostro, posset quis libet cum dicta clausula, non obstãtiarũ, etiam non qualificato prouidere, & sic esset nedum pro una uice dispensatum circa dictas qualitates, uerum etiam occurrente casu uocationis, possent in totum tolli: cum tamẽ inferior à Papa non potest derogare iuri patronatus laicorum, propter prohibitionem Pap. ita no. Rom. pulchrè consi. quodam, & Felyn. in dicto tractatu quando literæ apostolicæ &c. quod latius prosequor infrà consi. 67. uersi. 5.

Omitto, quòd traditio possessionis facta per dictum domi. Fuster, die qua tulit dictam suam qualẽ qualẽ sententiã: & post interiectam per dictum Marquet debitam appellationem à dicta sententia. difiuitiua, nulla est, & tanquam attentatum reuocari debet, etiam non cognito de iustitia appellantis: nec cognito de ueritate ipsius causæ appellationis: ut per Felynum & doc. in capi. super quæstionum. de offic. allega. & Rota decisio. prima in secunda addi. in nouis. fuit enim potestas dicti Fuster per appellationem dicti Marquet suspensa. ut per Bal. in rubri. C. de appellatio. & in l. ita demũ. C. de procura. Ioannes Andræas & Imola capitulo pastoralis. §. prætereà extra de offi. delega.

Quare concludẽs resolutiuè perseuero in conclusione. suprà in præcedenti meo consi. facta. Ego Celsus.

la capi

SVMMARIVM.

1 *Filius etiam viuo patre pro sua legitima in bonis paternis est creditor. pro qua potest hypothecariam intentare contra omnes res pro sua quota, non autem pro vna re tantum. ibi. num. 2.*

3 *Filius rescindit venditionem quam pater fecit vt filium sua legitima fraudaret.*

4 *Et filius potest etiam petere quòd legitima sibi assignetur pro alimentis, quoniam pater dilapidat bona sua.*

5 *Reseruationis natura est, vt non solùm firmet regulam in casibus exceptuatis, vel reseruatis imò etiam vt procedat de corpore primaua dispositionis: & ponat cõtrarium eius quòd in contraria dispositione erat positum.*

6 *Mulier pro hypotheca sua dotis non præfertur creditoribus habentibus priorem expressam, nisi etiam expressam habeat hypothecam. & tũc demum oritur hypotheca, quãdo dos soluitur, & non ante. nu. 7.*

8 *Dotis priuilegium locum non habet in dote confessata.*

9 *Maritus licet infirmetur diuturna infirmitate, non propter hoc dicitur ad inopiam vergere. Et quando dici possit vergere ad inopiam?*

CONSILIVM. XI.

IN supplicationis causa, quã honorabilis domina Helisabet vxor domini Galcerandi
de Sclergue in regia audientia ducit cõtra
dominum Franciscum de Sclergues: tum
quia cõsultatio præsens parum videtur ha
bere difficultatis: cum etiam quia coram doctissimorum
1 virorum cœtu agitatur hæc causa: paucis agam. † In primis
pro domini Francisci supplicati iustitia facit, quòd etiã cessante dispositione suorum patris & matris cui innititur ipse Sclergue tãquã filius, erat creditor in bonis eorũdẽ vsq;
ad suam legittimam vt Dynus tenuit in le. Marcellus. res,
quæ. ff. ad Trebellia. & in authent. res, quæ. C. communia
de lega. Bal. in l. filium, quem habentẽ. col. 14. C. famil. her
cisc. & in l. 2. C. ad le. falcidiam. & in l. Scimus. in prin. C. de
inoffic. testam. Barto. in l. si quis legatum. ad fi. ff. ad legem
falcidiam. vbi etiam doctores. & ita not. Calderinus consi.
32. incip. an si statutum. Sub rubr. de testam. Angel. consil. 311. Currius consi. 13. incip. statuto Ianuæ. col. fin. vers.
adde quòd filiusfa. in additione auctoris. ita domin' meus
Philippus Decius consil. 236. incipient. non parua diffi-
2 cultas colũn. 5. versicu. non obstat ratio. volum. 2. † Quod
vsque adeo verum est quòd possit intentare filius actionẽ
Hypothecariã pro sua legittima, vt resoluunt abunde &
remissiuè dictus dominus meus Phil. Dec. con. 236. Cur.
consi. 13. suprà alleg. Fulgo. consi. 84. Roma. consi. 81. inci.
non est dubium. colum. 2. versic. horum autem omnium.
& Aretinus consi. 156. incipiente diligenter vilis, &c. ad
finem. Quod tamen intelligo super omnibus bonis in genere pro certa rata, nõ autem in specie, vt in l. si patronus.
§. 1. ff. de bon. libertorum, prout optimè declarat Bart. in l.
in 4. colũ. penulti. ff. ad leg. falcid. vt eum contrarium q.
solet communiter formari, quò filius legitimãm detrahere non potest de vna certa re: quia nõ competit hypothe
3 caria super vna re, pro dicta sua legitima. † Hinc est quòd si
pater vt filios sua legitima fraudaret, venderet omnia bona sua, & promitteret ea tradere post mortem, vel se constituere illa præcario possidere, licet huiusmodi debitum q
effectũ habet post mortẽ promissoris cẽseatur æs. alienum
l. hæreditariũ æs. ff. de bon. auct. iudi. pos. & ideo debeat detrahi antequã legitima filiorum. l. Papinia. §. quarta autem.
ff. de inoffic. testa. si tamen appareat quod in fraude legitimæ sit actum, potest filius pro sua legitima dictam venditionem rescindere. vt not. Bar. in d. l. hæreditarium æs. Refert & sequitur dominus meus Iason in authen. Vnde si parẽs. col. 2. vbi assignat remissiones ad sanctitatem. C. de inoffic. testam. Roma. singulari. 610. incipien. quidam Cardinalis. vbi reprobat hanc cautelam & alias omnes, quas cum
ea ponit Bartho. Cæpola in tracta. cautelarum, cautel. 24.
incip. pater volens excludere sua legittima. vbi dicunt, q
facilè deprehendi potest fraus: quia alienatio omnium bonorum etiam titulo onerosо fraudulenta præsumitur. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem credi. ita no. expressè Ioan. de Plat. in §. item si quis ad fin. Institut. de inutil.
stipul. vbi decidit, q cõfessio patris facta siue in testamento, siue extra non habet filio præiudicare quoad eius legitimam. Nec enim potest pater filium legitima priuare, nisi
ex causis à iure permissis: quæ designantur in authent. vt
cum de appel. cog. §. causas. collation. 8. & in ca. quintauallis. extrà de iureiurãdo. prout not. Io. de Anania in consil.
99. cõs. 248. col. 4. ver. quibus, &c. & dominus meus Frãci
4 schinus de Curte. consil. 10. † Nec tamen sunt creditores
filij in bonis patris (vt prædixi) post ei' mortẽ, quod sciũt
sartores & pistores, verum etiam in vita eorum sunt quasi
creditores pro sua legitima. ita no. Bal. l. 2. C. si quid in fraudem patron. volensque si bona pater sua dissiparet possunt
filij petere legitimam eis assignari pro alimentis in vita patris. & aliunde si pater in vita fecerit immensam donationem etiam vni filiorum, ita q alijs nõ sufficiãt bona quæ
supersunt pro sua legitima, non inspicitur tunc tẽpus mortis ad extenuandum donationem, vt notat domin' meus
Iason plenè & remissiuè in l. cum quæritur. C. de inofficioso testamento. per textum & ibi notat in authentica. vnde
5 si parens. eodem titul. † Nec fuit huic iuri hypothecæ quã
habet dictus dominus Franciscus in bonis prædictis, detractum aut derogatum, per capitula matrimonialia quibus
innititur dicta domina Helisabet: quia expressè dicti Petr.
de Sclergue, & eius vxor sibi reseruauerũt & dicto Francisco quæ in bonis quæ ipsi reliquerant, aut essent relicturi,
expressa tamen quãtitate relicti: & sic à rebus donatis fuerunt exceptuatæ & reseruatæ per dictos patrem & matrem centum libræ, quas in suis testamentis respectiuè dicto Francisco reliquerãt pro sua legitima, & supplemento
eius. Sed natura exceptionis & reseruationis est, quòd nõ
solum firmet regulam in casibus exceptuatis vel reseruatis per iura vulgaria, quæ prosequendo hanc materiam allegat dominus meus Philippus Decius consi. 283. ad princi.
vo. 2. Imo etiã vt procedat de corpore primęuæ dispositionis, & ponat contrarium eius quod in cõtraria dispositione positũ erat. vt pulchrè declarat Baldus in l. actione. C. de
transactionibus. & in l. in his. ff. de legibus. Operaturque reseruatio effectum conseruatiuum actus, perinde ac si tempore suo factus esset quò ad omnia. vt probat textus cum
glossa in l. item Labeo. §. 1. ff. familiæ herciscundæ. de quo
meminit Baldus in l. terminato. C. de fruc. & litium expensis. & dominus meus Hippolytus de Marsillia in singulari
centesimo nonagesimo octauo incipiente testes, & cętera.
6 † Et si fingamus cessare supradicta, nihilomin' adhuc videtur, quòd dicta domina Helisabet opponat iniustè. Primo
quia non habet specialem hypothecam in bonis quæ exequuntur ideò non præfertur domino Francisco, qui in illis habet expressam hypothecam, vt notat Albericus
de Rosa. & docto. in l. assiduis. C. q pot. in pignor. hab. Nec
etiã constat dictæ dominæ Helisabet dotem fuisse actualiter consignatã magnifico eius viro tempore dicti cõtractus celebrati, nec etiam in vita dicti quondam Petri de
Sclergue, vnde cessat dispositio dictæ le. assiduis. scilicet q
mulier præferatur prioribus creditoribus expressam hypothecam habentibus, si ipsa expressam habeat, prout nota. latè moderniores in l. 1. ff. solut. matri. per text. in l. si qs
C. de bon. damnato. & ita not. Cardin. c. ex literis. extrà de
pign. vbi Barba. Bald. in c. cum continga. extrà de dolo. &
in l. cum aliquis. ff. de iure delibe. & dominus meus Iason
7 omnino. in §. fuerat. Instit. de actionibus. † Similiter considero quòd etiã si expressa esset hypotheca cui innititur dicta domina Helisabet nihilominus non constat (vt prædixi) actuliter ipsi Petro de Sclergue, aut magnifico eius
filio solutum fuisse, & sic hypotheca prædicta trahitur
non

non ad tẽpus promissionis, sed ad tempus solutionis illius. Ita in terminis nostris concludit Soc. consi. 269. incip. pro inuestigatione veritatis. &c. col. 2. in vers. sed premissis nõ obstãtibus, &c. vol. 2. vbi cõcludit in terminis fortioribus, ꝙ præfertur legatarius mulieri, cui fuerant obligata certa bona testatoris pro restitutione dotis eius, quę dos tẽpore testamenti prædicti nõ fuerat soluta. hypotheca enim pręd icta, siue dotis assecuratio facta fuit sub tacita cõditione, si dos soluetur. Vnde ita demum obligatur pater si ipse dotem receperit, vel filio recipienti consenserit per text. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto. matri. vbi plenè Alexan. Cum ergo Petrus de Sclergue pater dotem non receperit dictæ dominæ Helisabet nurus, nec eo viuo & cõsentiente dictus eius maritus, indubiè bona dicti Petri de Sclergues obligata non fuerunt pro dote dictæ Helisabet, & per consequẽs quòd dictus dominus Frãciscus fuit potior in hypotheca virtute suæ legitimæ, & potior in iure virtute dicti relicti sibi facti in bonis patris sui. Quãdo enim obligatio tendit ad futurum euentum, tunc non respicitur præsens rei status. l. qui bina. §. cũ inter. ff. de damno infect. l. si quis domum. ff. locati. & notat domin⁹ meus Iaso. in l. inter stipulantem. §. si sacram. ff. de verbo. obliga. in 2. notab. & fa. quod in simili not. Bar. in l. eotem. §. t. ad
8 fi. vbi etiam idem dominus meus Ias. ff. de leg. 1. † Attendatur etiam, ꝙ priuilegiũ dotis non habet locum in dote confessata, etiam si renuntiatum fuerit exceptioni dotis non solutæ, vel pecuniæ non numeratæ, intelligo de priuileg. prælationis contra priores creditores, vt per Barba. plenè post alios in c. ex literis extrà de pigno. in 2. col. vers. not. ibi, dedisti & not. Franc. de Curte abunde consi. 54.

Omitto. quòd dos fuit alterata & in alijs soluta, quã fuerit constituta, posito pro facto quòd fuerit soluta, clarum est quòd inuito dicto patre siue dicamus cum fideiussore, siue vnum ex correis debendi non potuit dictæ dotis solutio alterari, & alterata ei non obest. vt voluit Bal. nouellus in tracta. de dote charta 68. in 4. parte. † Postremò cõsi
9 dero, quòd non fuit probata causa vergentiæ mariti ad inopiam, & per consequens non habere locum exceptionem dictæ dominę Halisabet. nec enim quòd maritus in infirmitatem inciderit etiam si diuturna esset infirmitas prædicta est iusta causa vergentiæ ad inopiam, vel quòd ob id maritus ad inopiam deuenisse dicatur. vt notat Alberi. de Rosa. in l. si cõstante. ad principium. ff. soluto matrimonio. Quinimo debuit dicta domina Helisabet probare, ꝙ dictus eius maritus hodie pauperior sit, quam tẽpore dotis sibi datæ, alias enim sibi vxor imputet quòd dotem dederit eidem, vt not. docto. in dicta l. si constante. Cynus Albericus & docto. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Alexander in l. Imperator. ff. ad Trebellia. idem. in l. 2. post gl. in versiculo cæterum. ff. soluto matrimonio. Ex quibus raptim, & vt dici solet prout in buccam veniunt de prõptis, concludo in fauorem dicti domini Francisci de Sclergues: quæ tamen suppono, &c. Celsus.

Secundum hoc consilium fuit iudicatum in audientia regia prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis alioquin, natura est, quòd non faciat rationem conditionalem: sed in seipsa continet orationem, et inducit contrariam conditionem dispositioni præcedenti. & numero 4.*

Indulgẽtiæ siue per Papam, siue per alium, siue per legatum cuius potestas est temporaria, concedantur, durant post concedentis obitum etiam absque aliqua confirmatione.

2 *Indulgentiæ conceduntur à summo pontifi. opt. max. vbi dependent ex futuro euentu, an extinguuntur quò ad actum illum successiuum.*

3 *Indulgentia plenaria si concedatur, his qui confitebuntur, et sacramentum eucharistiæ recipient die pascha vel infra octo dies postea sequentes si tamen infra octo dies immediate sequentes erogauerint 6. solidos pro auxilio terræ sanctæ, tales indulgentias lucrãtur illi qui fuerint confessi, & communicati in d. tempore, si tunc propositum habebant & intentionem dandi dictos sex solidos quamuis postea non deducerint illo. & 6.*

4 *Indulgentiæ vtrum acquirantur per eum qui satisfacit mandatis in bulla, si ipsa sit falsa,*

Matrimonium in certo gradu prohibitio dispensatum per habentem potestatem, sub hac conditione, si maritus per certum tempus seruiuerit in bello contra infideles, valet. licet non seruiat, vt quia postea finitum est dictum bellum, aut infirmus vel defunctus maritus.

5 *Verba literarum apostolicarum quæ gratiã fauorem, vel priuilegium sonant, latissimè sunt interpretanda.*

7 *Temporis lapsus infra quod aliquid fieri potest, est expectandus etiam vbi agitur de actu successiuo.*

8 *Absolutio ab excommunicationis sententia, vel à banno, cũ adiectione, quòd si de cætero talia committeret, pro quibus excommunicatus vel bannitus erat, in easdem pœnas incidat, licet de nouo committat huiusmodi delictũ, non tamen reincidit in dictas pœnas.*

CONSILIVM. XII.

LICET agi videatur de re graui animarum scilicet periculo, iuxta cle. abusionibus. de priuileg. in resolutione dubiorum quæ per reuerẽdum dominum officialem Gerunden. mota fuerunt super intellectu quorundam verborũ, quę in quodã breui sanctissimi domini nostri Adriani Papę. sexti moderni, dicto monasterio de monte Ferrato concesso, dicuntur extare: pręsertim, quia in dicti breuis apostolici calce adiecta est huiusmodi clausula, Volumus autem quòd infra sex menses postquam nos ad almã Vrbem, &c. & subditur, alioquin confirmatio, & extensio ac alia per nos sic cõcessa, nullius sint roboris, vel momẽti. Quam difficultatem & dubiũ, causauit dicta clausula alioquin. &c. cuius dictionis est natura & effectus, Bart. in l. 1. in 4. quæst. ff. de condit. & demonstr. & prout not. dominus meus Ioan. in §. in personam. colum. 2. vers. in tex. ibi, alioquin. institut. de act. vt orationem conditionalem nõ faciat, sed in se ipsa orationem contineat, & inducat contrariam conditionem dispositioni præcedenti: exponitur que alioquin, id est, si prædicta non fuerint. & in nostro casu si non fuerit infrà sex menses post aduentum domini nostri Papæ ad vrbẽ, expedita dicta bulla sub plumbo, quòd non solum indulgentiæ prædictæ postea nõ suffragẽtur, sed nec etiam infrà illos sex menses, vt prima facie videbatur, propter illam clausulam, quæ (vt prædixi) conditionem inducit de futuro pẽdentem, effectus huiusmodi breuis vsque ad conditionis illius purificationem suspendi debet. l. 5. §. biduum. ff. quando appel. sit. & per do. in l. quæcunque. ff. de verb. obligatio.

Quod quidem cõtrarium, licet prima facie coloratum appareat, attamen nedum nõ procedit in terminis nostris verum etiam (bona dicti domini officialis venia dixerim) non erat quod scrupulum inijceret, quod ad alterius deberet examen remittere, iuxta text. & notat in c. 1. & 2. extra de confir. vtili vel inuti. ad quod ostendendum considero ꝙ tum ex tenore dicti breuis, cũ alias cõstat nõ fuisse nouas indulgentias, quas dictus Adrianus Pap. cõcessit dicto monasterio: sed fuisse prius p suæ sanctitatis predecessores elargitas. vnde licet dubitari posset quo ad priuilegia, si necessaria erat ad illorũ validitatẽ dicti sanctissimi domini nostri confirmatio, quod nõ discutio quoniã super his nõ altercatur: absque tamen aliqua confirmatione dicant indulgẽtiæ, quas suæ S. prædecessores dicto monasterio, vel alteri cuicunque loco concesserant. Ita not. Innocen. in

c. quòd

cap. quòd translationem, extra de offic. leg. Lappus Gemi.
& Philip. Francus. c. fi. de rescript. lib. 6. Panor. c. fi. vbi etiã
Andr. Siculus. col. 10. versi. & pro nunc refert. extrà de of-
fi. lega. vbi etiam ampliat hoc dictum in indulgentijs, quas
legatus concessit, quamuis ex illa sola concessione habeat
esse suum firmum, & liberum. & ex illa suam essentiã reci
piant, nec ex futuro euentu dependeant, quòd illę finita le
gatione dicti concedentis etiam per mortem ipsius nihilo
2 minus durant absque etiam alia confirmatione.† Et licet
nõ esse videamur in casu restrictionis, vel limitationis prę
dictæ, & sic succedat doctrina Abb. post gl. ibi. quod mor
tuo, vel reuocante dicto concedente, extinguantur illius
indulgentiæ quoad illum actum successiuum, vt in eli-
gendo confessorem, & in alijs exemplis, quæ tradunt ibi:
attamẽ nihil ad casum nostrum facit, quia loquũtur in in-
dulgentijs per episcopum concessis, in quo vt ibi per Abb.
non procedunt prædicta ex defectu potestatis: quia nõ po
test (vt ait) dare in perpetuum illam licentiam in præiudi-
cium ecclesiæ parrochialis, quæ ratio suæ decisionis ces-
sat in casu nostro. Quinimo in proprijs terminis in quibus
loquitur ibi Panormitanus de episcopo. & illius opinioni
cõtradicit ibi Andreas Barbatia versi. ego ante omnia col
ligo. & retorquẽt in eum glossam & iura, quæ pro suæ opi
nionis prædictæ confirmatione allegauit, in quo casu si es
semus crederem opinionem Andreæ Barbatiæ sustentabi
liorem & veriorem, in qua nõ immoror, cum sit extra ca
sum nostrum. quoniam non ambigitur quòd Papa indulgen
tiam huiusmodi concedere possit in perpetuum, vt notãe
summistæ. & inter eos Angelus de Clauasio in titu. de in-
dulgentia & remissiuè Hieronym. de Zanetinis in trac. de
indulg. parte. 1. q. 13. & hoc est in dubium. Et per præmis-
sa constat, quod etiam si dicta clausula conditionem indu
ceret derogatoriam, quòd dictus sanctissimus dominus
Papa non derogat istis indulgentijs, quarum confirmatio
ad sui essentiam necessaria non est, vt suprà monstraui, ꝙ
etiam colligitur ex dictis verbis, dum ait, alioquin confir
matio & extensio ac alia per nos sic cõcessa nullius sint ro
boris aut momenti: quę verba innuunt Papam voluisse ꝙ
in illo casu quo bullæ non expedirentur, vt est præmis-
sum, concessa duntaxat per eum viribus non subsisterẽt.
Vnde auderem dicere, quòd etiam si intrà dictum termi-
num non expedirentur dictæ bullæ, adhuc tamen durarẽt
indulgentiæ prædictæ, quas suæ sanctitatis prædecessores
concesserant. & sic illæ, & ante, & post dictos sex menses
prohiberi non possunt, nec prædicẽtur aut publicẽtur, etiã
non demonstrata earum confirmatione sub plumbo, de
qua in breui prędicto (nisi forte de exprẽssa illarum reuo-
catione constaret) & sic vt præmisi, sumus in casu. ca. 1. &
3 2. extra de confirma. vti. vel inuti. superius allegatis. † Plus
dico, ꝙ etiam si essemus in casu in quo de nouo concede-
rentur per dictũ breue aliquæ indulgentiæ, possent nihilo
minus illæ publicari durantibus illis sex mensibus, intrà
quos debẽt expediri bullæ sæpe dictæ (vt est præmissum)
& si per aliquos tunc fuerint acquisitæ dictæ indulgentiæ
prosint, etiam si dictum monasterium intrà dictum tem-
pus constitutum bullas non expediret sub plumbo. ita no
tat pręalle. Hieronymus de Zanetinis vbi suprà. q. 15. vbi
dicit, quòd si concedatur indulgẽtia plenaria, his qui confi
tebuntur & sacrosanctum eucharistiæ sacramentum re-
cipient in die sancto Paschæ, vel in octaua illius festi, dum
tamen infra octo dies sequentes erogauerint in adiutoriũ
terræ sanctæ sex solidos, concludit, quòd illi qui confessi
fuerunt & communicati, iuxta tenorem dictæ indulgen-
tiæ & concessionis, propositum habentes & voluntatem
satisfaciendi vel soluendi illos sex solidos infra tempus eis
constitutum, lucrantur dictas gratias & indulgentias ge-
nerales, etiam si postea nõ dederint dictos sex solidos. ad
cuius quidem dicti corroborationem allego Calderi. con-
silio suo 3. sub rub. de sponsal. & matrimonijs. quod incip.
legatus habens speciale mandatum, ibi, si verò intentio.
Vbi etiam ponit de natura dictæ clausulę, alioquin, dicẽs,
quòd si legatus habens speciale mandatum dispensandi cũ
coniunctis in quarto gradu, dispensauerit cum duobus vo
lens quòd in guerra quam tunc ecclesia habebat seruirent
ipsi suis sumptibus per decem menses, alioquin voluit di-
ctam dispensationem nullius esse momenti, quòd isti ta-
les si facta dispensatione cõtraxerint matrimonium, licet
in illa guerra (quæ certo inde tempore finita est) nunquã
seruierunt legati fuit intẽtio quod impleretur cõditio præ
dicta ante contractum matrimonium, si post illud contra
ctum, non fuerit adimpleta, & postea nõ potuerit adimple
ri, quod valet matrimonium, nec desinit tenere, quamuis
4 postea nõ fuerit adimpleta cõditio. † Præterea clausula illa
alioquin, sonat monitionem. vel modum, & non in con-
ditionem, & delectus eorum nõ reddit nullũ quod est fa
ctum. vt not. Philip. Corn. consi. 102. incip. visis, &c. in li-
tera, 1. vol. 2. & notatur in c. significasti. extrà de electio. no
ta. Inn. & Io. And. in c. fi. de præscrip. & c. verum. extrà de
condit. apposi. & latè & diffusè per Cal. in præalle. consi. 3.
Ad quod facit c. 2. de condit. appos. vbi professio facta
per manumissum, non resoluitur, quamuis ipse manumis-
sus non seruauerit id, quod fuerat ei per manumittentem
adiectum. Imo totum contrarium fuit actũ. & dictus ma
numittens adiecerat, quod si manumissus cõtra faceret in
seruitutem redigeretur. Ad quod etiam facit quod notat
Bal. de clausula, alioquin. te noueris excommunicatum, ꝙ
non continet excommunicationis sententiam. ita notat in
addit. ad Specul. tit. de cita. col. 3. in fi. versi. clausula, alioq.
5 Quod autem fuerit dicti domini Papæ intentio, quòd pos
sent Abbas & conuentus beatæ Mariæ de Monteserrato,
sæpe dicti gratijs & priuilegijs in dicto breui concessis, an
tequam expediretur bulla prædicta sub plumbo, patet ex
dicti breuis tenore & aliũde ad quid sibi coarctassent tem-
pus expediendi dictas bullas, nisi vt interim dũ illa expedi-
rẽtur possent vigore dicti breuis publicari, & maximè vel
ex eo constat, quòd datum fuerit dictum breue Tarraco-
nę quo tẽpore accessus dicti domini Papæ ad vrbem Ro-
mam adhuc erat in dubio, aut saltem non sperabatur, nec
apparebat facilis infrà paucos dies, attenta locorum di-
stantia, & temporis ex vtraque parte intemperie & guer-
rarum tumultu. Quinimo vbi essemus in casu de quo du-
bitari posset, debemus dictum breue interpretari, vt pro
sit illis quibus concessum est quantum fieri potest, vt per
Roma. consi. 363. incip. petitur à me declaratio. & seq. per
totũ, in quib. concludit verba bullæ concessæ religioni bea
tę Mariæ de Mercede debere latissimam interpretationẽ
sumere de quo per dominum meum Iason in l. si eum. §.
qui iniuriarum. col. 6. versi. quid aũt si in sententia. ff. si quis
6 caut. † Vnde satis apparet scrupulum non esse, vt prædixi
in casu nostro. etiam si essemus casu nouæ concessionis, in
quo etiam non reuocaretur effectus illius breuis, etiam si
infrà dictum præfixum tempus non fuissent expeditę bul
læ per ea, quæ supra dixi. qm est actus irretractabilis, & ad
hoc facit quod in simili not. Panorm. & Felyn. latius in ca.
cum super. col. 2. versic. & ideo dicit Roma. extrà de testi.
cogen. quòd si iudex absoluit aliquem à sententia excom-
municationis, vel banni cum adiectione, quòd si absolu-
tus talia de nouo attentauerit in easdem pœnas reincidat,
quòd licet commiserit illa de nouo, non tamen in illas pœ
nas reincidit. Hinc dicimus executionẽ dicti breuis quo-
ad ampliationes dicti breuis pendentis de futuro, scilicet
quoad beneficium absolutionis semel in vita, vt si infrà se-
mestre infrà. ꝙ debent expedire bullæ ex forma dicti bre-
uis fuerit obtenta gratia, poterit obtinẽs dictam gratiam,
etiam post illud semestre infrà quòd non essent expedi-
tæ bullæ, & illa, per ea quæ not. Card. in §. fi. cle. 1. de re-
liq. & vener. sanc. Pan. post dominum Anton. & antiq.
in capi. omnis vtriusque sexus. col. 6. versi. & ex his potest
extrà de priuileg. Cal. in repe. cap. nostro. eodem tit. & Fe
lyn. in tracta. de indulgẽt. col. 3. versi. 3. confirmo. Quãdo
quidem in indulgentijs duo extrema considerantur, sci-
licet tẽpus promulgationis, & tempus executionis: & suf-
ficit ha-

ficit habilitas in primo tempore, vt resoluit Barba. in cap. postnlasti. nume. 58. versiculo nihilominus dicam, licet ad
7 aliud propositum. extrà de foro competenti. † Postremo clarum est quòd sumus infrà semestre concessum ad bullarum expeditionem prædictam. Vnde vbi etiam ageretur de actu successiuo, lapsus illius debuit expectari. vt nota. dominus meus Iason in l. si mater. colum. 2. versi. vel secundo. C. de institut. & substitut. sub condit. factis. l. vxori vsumfructū 2. ff. de vsufr. leg. vbi de hoc plenè per Roma. ideò nō valet collatio facta per ordinarium, infrà mensem datum impetranti ad acceptandum. vt per Rotam decis. 240. incipien. nota quod ordinarius. in antiq. & decis. 117. incip. nota, secundum allegatos ibidem.

Nec omitto videri quòd agitur de nullo præiudicio in omnem euentum, quoniam Ancha. in clement. abusionibus. de pœnit. & remiss. & dominus meus Iaso. in l. præscriptione, col. 6. versi. tenendo etiam partem. C. si contra ius vel vtil. publ. quem alleg. ibi dominus meus Iason tenent, quòd illi qui satisfaciunt, & complent ea, quæ in aliquibus bullis indulgentiarum iubentur, lucrantur dictas indulgentias etiā si dicta bulla falsa fuerit, licet dominus meus Philip. Dec. consil. 277. volumine. 2. voluerit contrarium eius quòd hic dicitur.

Ex quibus in omnem casum me resoluendo, concludo dictas indulgētias posse publicari, & acquiri posse, tū ante, cum post semestre. De quo in dicto breui illis modis quibus supra dicebamus & ita vt est præmissum & cōclusum ego decidebam & resoluebam. Ego Cellus.

SVMMARIVM.

1 *ALlegationes iuris tā verbo, quam scriptis, non sunt de substantia iudicij, vnde si fertur sentētia prætermissis illis, etiam pendente dilatione ad audiendum aduocatos, valet sententia.*

2 *Citatio si fiat ad aliquem actum faciendum, an & quando valet alius actus, qui tunc fieret, vel si fiat illemet actus in alio loco, vel termino quam assignatum sit.*

Dict. & inde, & deinde. licet implicatiua sint, non tamē semper sunt continuatiua.

3 *Stylus curiarum deficiente iure facit ius.*

4 *Consilium sapiētis vel iuris allegationes non sunt necessariæ vbi est clara partis iustitia.*

Sententiæ sola prolatio & pronuntiatio superest post conclusum in causa.

5 *Solutio pensionum annuarum quandocūque fiat, accipitur pro antiquioribus solui cessatis.*

7 *Sententia valet etiam in plusquam probatum fuerit lata: quamuis non debeat executio fieri, nisi pro sola quātitate quæ probata est.*

8 *Conuentio si non appareat qualiter cōcepta fuerit, an sub conditione, an vero sub modo, vel purè, non præsumitur esse conditionalis.*

10 *Legatum factum de quinquaginta annis pro certo onere donec fuerint soluta mille pro eodem onere an valeat, & an sit licitus talis contractus.*

Conuentio quando est iam in esse deducta, nō cessat, quamuis causa propter quam in esse deducta fuit cessaret,

11 *Constitutio annuæ pensionis quando dicitur vna, vel plures.*

12 *Præscribi potest annua præstatio, & per quanti temporis lapsum.*

Solutione trium annorum continuorum probatur solutio annorum præcedentium. 13. 15. 18. & 19.

13 *Possessio immemorialis vim habet priuilegij, & effectus illius.*

14 *Possidens per tempus immemoriale non tenetur allegare titulum suæ possess. & si allegauerit, non cogitur illum probare, ibi. num. 14.*

15 *Titulus vel causa licet in petitione debeat allegari, non tamē in possessorio cogitur quis illum allegare.*

16 *Causa finalis quæ dicatur esse & qualiter attendatur, & si sint duæ causæ finales alicuius rei, & vna illarum cessat, non tamen cessat effectus illius, quando vtraque ad eundem effectum tendit.*

17 *Contractu ex obligatorio si vnus tenetur ad aliquid annuum præstandū & alter ad faciendum aliquid, is qui est in possessione percipiēdi illud annuum nō perdit illud iam quæsitum, propter non obseruantiam contractus.*

18 *Relicta ad pias causas non subduntur, nec regulātur legibus laicorum, de iure diuino, & canonico.*

20 *Hæres esse quis probatur per instrumentum, in quo talem hæredem se asserit, etiam si sint verba enunciatiua.*

22 *Donatarius vniuersalis habetur loco hæredis, & tenetur ad debita donatoris, si alius non apparet hæres, vel si institutus hæres non fuerit soluendo.*

23 *Interdictum recuperandæ potest intentari cōtra tertium possessorem, vel detentorem bonorum.*

CONSILIVM XIII.

SI RECTE attendantur acta eiusdem causæ, quam monasteriū diuæ Mariæ de mōte Serrato, in hac Regia audiētia Cataloniæ ducit, cōtra Anticum Almuguer seu eius hæredē, comperiemus Iurisconsultum Celsum adolescetem in l. si seruū. §. sequitur. ff. de verborum obligationibus. de causæ huius meritis vaticinatum: dum dicit, quod per cauillationes & pernitiosas subtilitates plerunq; in iure erratur, quod etiam in prophanis causis abhorret Iurisconsultus, vt per Aret. cōs. 49. incip. libenter cōtinuissem. in princip. quo erunt talia in hac causa digna censore.

Sed leuia sunt quæ in Alcidē iacit imbellia spicula, quinimo verificatum esse dictū comici video faciūt (inquit) nę intelligendo, vt nihil intelligant. Impugnatur ergo ab aduersante sententia in prima instātia lata in fauorē dicti monasterij, tanquam in ritu & recto peccans: ad quod demonstrandum in cedula. 20. decēbris. 1513. oblata, tria principaliter fundamenta adducit, quę hic subijciemus: & nulliter adduci monstrabimus fauēte Deo optimo maximo.

1 Impugnat primo dictam sentētiam, quòd die 18. Aprilis, anno 1513. assignata, per præstantissimum commissariū dictæ causæ Ioannem Guillermum Iorda. ad audiendum aduocatos, & inde ad sententiā, quòd ordine immutato, & nō auditis aduocatis, sententiā protulerit supradictam. Huic obiecto quantum fuerit abundè per magnificum patronum sæpe d. monasterij in sua cædula oblata 6. Iulij, anno suprà dicto, responsum, ipse etiam cæcus aperte cognosceret. Sed quoniam aduersans pętendit obiectū suum prædictum nō esse sublatum concurro in sententia præfati magnifici aduocati monasterij prædicti. Clarum est enim de iure communi sententiam ferri posse non auditis causæ allegationibus, vel etiam absente aduocato. le. Velamento. & ibi Bartolus. C. de postul. glossa. & Bartol. in l. 1. C. de senten. aduersus fisc. latis. libro decimo. Innocentius in cap. pastoralis. colum. fin. in glo. sua. in versi. agi. extrà de causa possess. & propriet. notat. Bart. & Modern. in authentica iubemus. C. de iudicijs, & omnino Lanfrancus de Oriano in clementina sæpe. de verborum significationibus. & hoc maximè quando causa est summaria cuiusmodi est nostra. vt per Bartolum in extrauaganti ad reprimēdum. in verbo, figura. colum. penultima. Terminus enim ad allegandum vel ad audiendum aduocatos, non est de substantialibus iudicij, & prætermissius sententiam nō viciat, secundum Bartolum in dicta authentica iubemus. & in l. prolatam. ad finem, versicu. quæro iuxta prædicta. C. de. sentent. vnde postquam iudex necessariò non erat adstrictus assignare terminum, vel diem ad audiendum aduocatos.

aduocatos,quãuis eos non audierit,non propter hoc irrita
tur eius sententia,per ea quæ suprà dixi.
Ad quod facit quod nota. Abb.in capitulo bonæ. el. 2.
& sequutus sum eum in apostil.ad eum.in verbo, non vi-
ciat.extra de electio.notat Antonius de Butrio in cap.1.de
libelli oblatio.Bartol.in l.vinum.ff.si certum petatur.& in
l.2.ff.de offic.asses.& Innocent.in ca.cum sedem. extrà de
restitutione spôliatorum.vbi allegat gloss. institu.de liber.
§.multis modis.in gloss.fina.quam glos. multum extollit,
dicens quòd vbi necessarius non est libellus in aliquo iudi
cio,si offeratur ineptus,talis ineptitudo nihil officit, ad q
etiam est glo.singu.secundum Bald. & Alex.in allegata. l.
vinum.in gl.fi.& hoc latius prosequor suprà consi.2.versi.
2 30.†Sed præsupponamus citra veri præiudicium allegatio
aduocatorum esse de substantia iudicij, adhuc non obsta-
bit quòd sententia fuerit lata illis non admissis.Nec enim
procedere potest text.& doctrina Bald. in l. aut qui aliter
ff.q vi aut clam. allegati ab Anton.de Butr.in c.1.de iudi.
volentium,quod si fiat citatio ad vnum actũ,vel ad vnum
locum,aut ad certũ tempus,si fiat alius actus, vel alio tem
pore,aut loco,citatus nõ dicitur côtumax,de quo est text.
expresſior,quem ad hoc not.ibi Ioann.Andr.in cap.si à iu
dice.in versi.termino.de appellatio.libro.6.& Bartol.in l.
cum non ex eo.in fi.C.quãdo prouoc.non est necesse.cla
rum est enim quòd dies illa erat assignata partibus ad sen-
tentiam:ideo non est deuenium adactum alium.
Nec obstat,quòd erat assignatum ad audiendum aduo-
catos,& inde ad sententiam. Non cessat in casu isto argu-
mentum ab ordine scripturę, vt per Felynum. plenè in c.
cum dilecta.columna mihi tertia.versi.ordo scripturæ.de
rescript.& per Bartolum in l. Gallus.§.quidam rectè.ff.de
liberis & posthumis.& per eundem in l.hæredes. §.pcio.
ff.ad Trebell. Nec opitulatur clausula & inde ad sententiã
quia dictiones & inde,& deinde,licet sint inplicatiuæ : nõ
tamen sunt semper continuatæ.vt in l.prima.§.1.& ibi Al
beric.ff.pro donato.& in auth.de hæredibus & falcidia.§.
si verò ablatam.alius est versic.sub §.exhæredatos. collat.
3 1.†Et si pręsupponamus non militare supradicta, adhuc
non procederet contrarium partis aduersæ:scilicet, quòd
tota dies cedebat ad illum actum quia imo in casu isto ha-
bemus text.de directo contrarium probantem in cap.con
suluit.& ibi Panorminatus post antiquos colum.secunda.
versi.item not.& tene menti.extra de offic.deleg. per quẽ
text.dicit ibi Panormitan.probari, quòd vbi quis citatur
comparere certa die,nec hora determinatur,debet citatus
comparere tali hora, quòd iudex posſit congruè incipere
& finire actum incumbentem, vt sic secundum qualitatẽ
actus videatur tacitè hora diei præfixa.de quo dicit se ne-
scire alibi ita bonum textum inferens post Innocentium
& antiquos ibi,quòd si iudex est solitus iudicare certa ho
ra diei citatus simpliciter ad certum diem,debet compare
re hora qua iudex solet iudicare.debet enim in iudicio(vt
ait)consuetudo loci considerari.l.q si nolit.§. qui assidua.
ff.de edilitio edicto. facit l. qui semissem. ff. de vsuris. & l.
penultima.ff.de iustitia & iure.& c. ex literis.extra de con
stitutionibus. de quo etiam per Innocentium in capitulo.
cum nobis. in verbo, reuocari.extrà de elect.quem refert
& sequitur Angel. in l. nam ad ea.ff. de legib.
Cum ergo ex cõsuetudine huius loci,imo ex stilo regię
huius audientiæ qui pro iure est attendendus, vt per Fely
num plenè in capitulo quòd super his.extrà de fide instru
men.& plenius capitulo tertio.versicu.stiles curiæ. extrà
de rescrip.& Rota decisio. 710.in antiq.incipiẽ. Nota q
stilus.& deci.Capellę Tolosanæ 115.& in add.vbi multa
alia ad hoc consueuerint sententiæ per magnificos domi-
nos commissarios promulgari in præsentia magnifici Re
gentis Cancellariam, statim in primam & secundam ho-
ras post meridiem,non fuit satis quòd veniret aduocatus
sæpe dicti Almugauer hora secunda, prout ipse in sua ce-
dula præmentionata confitetur,& sic ad illum actum sci-
licet ad allegandum,non venit indubiè tempore sibi præ-
fixo,prout & latè deducit præfatus magnificus causidicus
dicti monasterij in præfata cedula,& ita cum Panormita.
transit Felyn.in d.cap.consuluit,& in alleg.cap. 1.colum.
penultima.versi.2.fallit.vbi etiam dominus meus Philip-
pus Decius in secunda lectura.extrà de iudicijs. idem Pa-
normita.in capitulo cũ dilecti.ad fi.extra de dolo & con-
4 tum.†Omitto quod ex quo iustitia sæpe d.monasterij est
tam clara,iudex & alias ex cõstitutionibus obligatus,con-
silium sapientis petere non debebat, secundum Barto-
lum in l.illa.§.cum in verbis.ff.de legatis secundo.Bald.in
l.1.col.2.versi.quarta relatio.C.de legib. Alex. post Ioan-
nem de Imola in l.si sic stipulatus.ff.de verborum obliga-
tionibus.idem consilio 162. volumine secundo.& Ange.
consi.33.
Prætereo similiter,quòd ex quo fuerat ante dictam as-
signationem processus denuntiatus, quod nos, conclu-
sionem in causa dicimus tam constitutionibus huius pa-
triæ,quam de iure communi sola sententiæ promulgatio
supererat.prout & notat Bald.in l.ne causas.in prin.& in l.
in offerendis.& ibi Bar.C.de appellatio.& in l.1.§.j. ff.eo.
tit.& in l.fi.ad finẽ.ff.de ferijs.& Cardin.& Abb.in c.pa-
storales.extrà de causa posses.& propriet. & Felyn. plenè
& remisſiuè post Panor.c. cum dilectus. columna. antepe
nultima.versic.alio modo côcluditur, per illum tex.extra
de fide instrum.& ista sunt quibus non modo constat esse
respôsum côtrario prædicto cui plenè, vt prædixi, respon
derat dicti monasterij Iurisperit. ita quod vlterius super
eo dubitare vel inquirere est nodum in scirpo quęrere, &
emere velle(vt thusco prouerbio dicitur)solem de mense
5 Augusti. ideo amplius non insisto. †Deueniendo ad for-
mam recti,monstremus sentẽtiam prædictam in ea non
peccare, vt voluit aduersa pars nec enim procedit suũ con-
trarium,scilicet quòd ex dictis tabulæ per sępe d.monaste
rium oblatis,apparet partem soluisse pensionem trium an
norum ex illis quinque, quos monasterium petit scilicet,
505.506.& 507.non enim valet argumentũ, aduersa pars
soluit pensionem anno 505.506.507. ergo soluit pro pen
sionibus posterioribus,& proximè lapsis: quoniam si de-
bebantur aperte prædicta monasterio dicto pensiones ab
anno 501.& alij subsecutiuis illa solutio,quę facta fuit per
aduersarium absque expresſione termini pro quo solue-
bat indubiè cesſit in primam & duriorem causam debiti,
scilicet in solutionem primo loco debitæ pensionis. text.
sunt expresſi in l.cæterum.& l.si quis ex famosa.& l.cum
ex pluribus.ff.de solutionibus. Imo ratio sola antiquita-
tis debiti est sufficiens, quod dicatur solutio facta in illud
debitum,per textum expressum in l.in his.§. fina. cum l.
sequent.præalleg.titu.ff.de solutionibus.quem tex. ad hoc
allegat.Socin.consi.225.incipiente diligentisſimè,& sub-
tiliter,&c.colũ.1.versi. quatenus autem deficeret,&c.vo-
lum.2.& hoc maximè, quando secundum debitum non
est magis qualificatum,quam primum, vt per eundem So
cin.consi.93.incip. præsens consultatio, col. 1.versi.1.pro
batur.eod.volum.& latius consilio 24.incip.pręsens con-
6 sultatio.per totum,volu.3.†Vnde & non procedit aduer-
sarij correlarium, scilicet quod ideo non valet sententia:
quia plus petit,nec etiam quod fuit indebite condemna-
tus in expens.quia vt dixi.non plus petit debito sæpe alle.
monasterium,& si pro dictis annis soluit, doceat,quãdo-
quidem dictum monasterium ad effectum probandi solu
tiones simpliciter nõ produxit dictas sed ad effectum pro
bandi se esse in possessione recipiendi ab aduersa parte di-
ctas pensiones, vnde nec prętensa per aduersariũ probarẽt.
Et quòd non soluerit aduersarius pro dictis annis per eũ
prætensis constat apertè ex eius confesſione facta in cedu
la,ad finem.ad fundandum contrariam posſesſionem ne-
gatiuam,dicit se non soluisse pensionem trium annorum
continuorum & sequentium:cuius tamen contrariũ prę-
tendit se soluisse.505.506. & 507. vnde cum de negatiua
confesſione constet ex actis, iustificare solutiones per
eum prætensas admitti non potest,licet monasterium di-
ctam

ctam confeſsionem non acceptaſſet, vt per Fely. omnino
in c.capitulum.colum.10.verſ.& ſi dixeris iſta. extrà de re
7 ſcript.& notat Panor.in c.fi.col.7.extrà de confeſsis. †Sed
vt aduerſam partem apertioribus rationibus conuincamus
præſupponamus ipſam probare, vel ex dictis litis (q̃ non
facit, vel aliunde ſolutionem pẽſionis alicuius anni ex præ
tenſis deberi per monaſterium, nõ procederet adhuc ſuũ
corolarium, quòd ſententia ex illo capite redderetur nulla
prout videtur glo. voluiſſe in l.fin.ff.de iuriſdict. omnium
iudicũ. Dico enim, quòd ſi ex diuerſis capitulis peto cen-
tum, & non probantur, niſi nonaginta. ſi feratur ſententia
ſuper tota ſumma, valet. licet nõ debeat fieri executio, niſi
in nonaginta quę fuerunt probata. ita tenet Collecta. in ca
pit. cum inter. extra de re iudic. glo. in l. 2.C.eodem. & ibi
Cyn. & in l.5.C.ſi aduerſus rem iudicatam. & referunt &
ſequuntur domini Tholoſani deciſione 215. incip. Item
fuit quæſitum vbi tenent hoc eſſe verum indiſtinctè. de
quo poſt apoſtillatorẽ ibi dubito, niſi cum ſuprad. modi
ficatione, quam ponit Bart. poſt Cynum in d.l.2. vbi Saly
cet. Idem Bar. in l. in hoc iudicio. ff. famil. herciſc. & in l. et.
§.1.ff.de mino. vbi omnino Bal. & Felyn. Poſt Ioan. And.
Butr. Abb. & Imo. in alleg. c. cum inte. col.4. verſi. de ſen-
tentia. & col.7. verſi. fallit octauo. & Raphael Cuma. con-
ſil.7. colum.6. & conſil.102. colu.2. vbi plenè. & per hæc
obiectum prædictum plene remanet eneruatum, cui etiã
abundè fuerat à domino iuriſperito dicti monaſterij ſatiſ-
8 factum. †Adducit & contra formam prædictam, contra-
rium in quo præiẽdit iuſtitiam ſuam demonſtrari ſcilicet
quòd monaſterium non probauerit qualitates & modos
ſiue pacta in inſtrumento fundationis anniuerſariorũ duo
decim per eũ prætẽſo, & producto, ſcilicet q̃ fuerint dicta
& hodie dicantur, illa anniuerſaria cum illis ſolẽnitatib. in
dicta cedula diffusè narratis, vbicũq; enim qualitas ſit cau
ſa agendi de illa, debet prius conſtare. probatur in c. cæte-
rum. de iudic. vbi Innocent. & docto. & probatur in ca. cũ
ſit generale. extrà de foro compet. tunc enim nunquam
competit actio niſi prius conſtet de illa qualitate, per iu-
ra præallega.

Reſpondeo enim poſt Bartol. in l. cum mota. C. de tran
ſac. quod in dubio quando non apparet qualiter fuerit con
cepta conuentio an ſub conditione. an ſub modo, vel purè
non præſumitur conditionalis ponens exemplum, ſi con-
traho tecum pro decẽ, non præſumitur in dubio facta ſub
conditione, ſi dederis decem, & hanc doc. Bart. ſequuntur
Bal. Ang. Paul. de Caſt. dominus meus Iaſo. ibi, & commu
niter omnes, reprobata glo. in verſi. eos. in dicta l. cum mo
ta. nec etiam apparet ex verbis dicti inſtrumẽti, quòd præ
dicta conuentio inter dictum quondam Anticum Almu-
guer, & monaſterium, ſit modalis, vel conditionalis: Imo
eſt pura, & fuit plenum ſortita effectum, per ſolam & vni
9 cam ſolutionem penſionis, vt infrà docebimus. †Dico er-
go, quòd conuentio de qua in dicto inſtrumento funda-
tionis vna eſt, & non plures, ſcilicet mille florenorum au-
ri Arragonenſium, pro caritate, & in ſubuentionem mo-
naſterij & religioſorum, & acceſſoriè de duodecim libris
annuis ratione intereſſe quod pateretur dictum monaſte-
rium cauſa ſolutionis retardatæ dictæ ſummæ, maximè at
tento quòd dictus dominus Anticus voluit 12. anniuerſa
ria dici per dictum monaſterium certis formis, vt in dicto
inſtrumento latius. Nec enim ex hoc redditur dicta con-
uentio modalis, aut conditionalis, & minus qualificata, vt
voluit dominus cauſidicus partis aduerſæ, per ea, quæ no-
ta. Alberic. & doc. in l.1. & 2. C. quando non liceat ab em-
pt. diſcedere. Bart. plenè, & Salycet. in l. contractus. C. de
10 fide inſtrum. & in l. in bonæ fidei. C. de pac. † Nec erit talis
conſtitutio penſionis illicita tanquam ipſa pecunia promiſ
ſa, aliam pecuniam pariat, contra nota. per Innoc. Io. And.
Anton. de Butr. & cõmuniter doctor in c. in ciuitate. extra
de vſur. quia ipſa pecunia nõ interuenit ex parte monaſte-
rij, cui fuit penſio prædicta conſtituta, nec ſi interueniſſet
fuit ſuper ipſa dicta penſio conſtituta, ſecus autem ſentiũt

ſi talis annuus redditus conſtitueretur ſuper alia re, ita not.
Ioan. de Ligna. & plerique in cap. fi. eodem. titul. Ioan. de
Anna. in alleg. ca. in ciuitate. Laurent. de Rodulphis in ſuo
tractatu vſurarum. à q.15. vſque ad q.18. quem tractatum
poſuit in cap. conſuluit. extra de vſur. ita etiam notat Saly
cet. in l. petens. colum.12. in quarta. quæſtio. & ibi dominus
meus Iaſo. colum.56. C. de pactis. & hoc per maximè vbi
ſimiles contractus practicari conſueuerunt, ſecũdum Bal-
dum in l. vnica. colum.8. quæſtio.3. C. de his quę pœnę no
mine. ad quod facit glo. in l.3. §. fi. ff. eodem. quod certo lo
co. & iſtud tenet Felyn. in proemio Gregoriano. colum.
2. vbi allegat vnum conſi. Paul. de Caſtr. quod nõ inuenio.
Idem etiam not. dominus meus Iaſ. in l. prima. in ſecunda
lectura. in 8. & 9. col. C. de ſumma Trinitate & fide catholi
ca. plenius per eundem dominum meum Iaſ. in d.l. cũctos
populos. in prima lectura. colum.58. vbi tenet cõtractum
huiuſmodi eſſe licitum, quod etiam tenet Guido Papa con
ſil.580. incip. circa proceſſum, in prin. volum.3. & domi-
nus meus Decius conſi.123. incip. perlectis. volumin.2. &
Guill. Bont. doctor Louanien. in quæſtione per eum Lo-
uanij diſputata vtrum emere redditus Vitales, aut perpe-
tuos, ſit licitum. ſub tit. de vſur. Super quo vlterius non in
ſiſto, quandoquidem pauci hodie de hoc diſputant, remit
tẽs me ad rationes & allegationes præfati docto. Louanie.
& Socin. conſi.41. nu.2.4.7.15. & ſeq. vol.4.

Igitur redeundo ad propoſitum, dico q̃ cum iſta con-
uẽtio vna fuerit, & nõ plures: & fuerit, iã in eſſe deducta,
& pfecta nõ eſt nũc inquirẽdũ an qualitas vel cauſa dictæ
confeſsionis, vel conſtitutionis debiti duret: quia etiam ſi
nunc ceſſaret, nihilominus non ceſſaret effectus illius in eſ
ſe productus, vt in regula, decet. lib. ſexto. & l. fin. ff. vnde li
ber. ita per illam legem dicit ſubtiliter Petrus de Bellaper
tica. & Bal. in l. generaliter. C. de epiſcopis & cleric. qui om
51 nino videatur qui plenè ſatisfacit huic contrario. †Quinimo
mo præſuppoſito citra veri preiudicium, quòd ipſa annua
penſio fuiſſet debitum & non mille floreni adhuc nihilo
minus eſſet vnica conuẽtio, & nõ plures. licet enim ſit in-
ter doctor. diſcrepatio, vtrum annuę penſiones conſtitu-
tio in vltima voluntate facta, vel a lege, vna ſit, an plures.
& an requirat plures præſcriptiones: de quo per Bartolũ
poſt gloſſ. in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. vbi, etiam Alex.
& Modernio. ff. de noui operis nunciatio. & l. ſi cum pręſ-
nitione. ff. quando dies legat. cedat. gloſ. & doctor. in l. ter
tia. ff. de annuis legatis. & omnino in l. Stichũ. §. ſtipulatio
vbi & Alexandr. & Modernio. ff. de verbo. oblig. nihilomi
nus communis eorum eſt concluſio. q̃ ſi pro alimentis, &
multo fortius propria cauſa, quę magis eſt priuilegiata: uel
ſi pro dinumeratione annorum vel ſingulis annis conſti-
tuatur, vna eſt, & vnam præſcriptionem requirit, vel ſi cũ
temporis præfinitione. ita etiam not. doctor. in l.1. per illũ
textum. ff. quando dies lega. cedat. not. etiam Paul. de Caſ.
& Alexand. in dicto §. ſtipulatio. Bald. in l.5. C. de ſentent.
quæ ſine certa quãtitate profe. idẽ in c. inter parses. §. ex ea
dem. in tit. de leg. Corradi. in vſib. feudor. & Panorm. con-
ſil.115. incipien. conſideratis. volumi.5. idem etiam quan
do ſit prædicta conſtitutio penſionis inter viuos vt volũt
Doctor. vbi ſuprà maximè in allegat. §. ſtipulatione. & So
cin. conſi.243. incipien. in præſenti conſultatione. colum.
2. verſi. ad tertium. vol.2. & ſic ex multiplici capite cõſtat
nunc nõ poſſe inquiri dę qualitatibus per aduerſarium prę
52 tenſis an ſint obſeruatę. †Pręterea conſidero, quod à tem-
pore conſtitutionis huius annuæ penſionis monaſterium
pluſquam præſcripſit annuam penſionem. Cum enim ex
conſtitutionibus huius patriæ, præſcriptio triginta anno-
rum habeat locum in omnibus rebus, fueritque ſæpe dict.
annua penſio conſtituta anno 1416. vt conſtat ſæpe dicto
inſtrumento, & ex dictis tabulæ, per ſępe dictum monaſte
rium productis conſtat de tribus & pluribus continuatis
& ſucceſſiuis ſolutionibus dictæ annuæ penſionis factis p
Ioann. Almuguer, ſcilicet ab anno 1454. vſque ad annum
459, & idem per tres ſolutiones ſeu præſtationes per An-
ticum

ticum Almuguer factas, de annis.97.98.&99.& alijs pluri
bus, per quas quidē, siue primas, siue posteriores tres con-
tinuas solutiones dictæ annuæ pensionis, probatur contra
soluentē præstatio, siue solutio pensionum præcedentiū.
l.quicunque.& ibi Iacob.Rebuffi.Lucas de Pena, & Bar.
C.de apost.publ.libro decimo.glo.magna in.l 2.C.de.iure
emphyteutico.vbi Silycetus illum textū & gloss.ad hoc
reputat singularē; & refert Dynus ita cōsuluisse: & se etiā
ita de facto obtinuisse.Baldus in capitulo literæ.ad finem.
extra de dilat.vbi dicit etiam glo.præallegatā esse auream
& ad supradicta notatu dignam.& Speculator in titulo de
loca.§.nunc aliqua.ver.27.& glo.& doctor.in capitulo cū
ecclesia Sutrina.extra de causa possessio.& propriet.& om
nino in decisio.Tholos.decis.235.incipien.item fuit quæ-
situm, si aliquis tenetur. & dominus meus Ias.in l.si certis
13 annis.C.de pact.† Cum ergo monasterium præscripserit
sæpedictam annuam præstationem, imo probat tem-
poris cursum, cuius initij memoria nō extat in contrariū,
sola illa diuturnitate temporis acquisita fuit pensio illa di-
cto monasterio, vt omnino per not.in l.ex hoc iure.§.du
ctus aquæ.ff.de aqua quotidiana & æstiua & in l.1.in fi.ff.
de aqua pluui.arcenda.facit tex.& quæ ibi not.in ca.1.de
præscriptionibus li.6.Panormit.expresse & in specie cōs.
6 incipiente Iesu Christi Saluatoris.col.5.in secundo du-
bio.vol.2.& consi.26.incipien.in quæstione quæ ad præ-
sens vertitur.eodem volum.Allegat.Ioannes Andr.in ca.
peruenit.vbi Henric.Bohic.& idē Panorm.extrà de cēsi.
not.dominus meus Ias.in §.verum.col.4.Insti.de act.vbi
addit quòd tanto tempore probato, est probatum domi-
nium. Quinimo habet tale tempus vim priuilegij & con
cessionis, etiam in his quæ sunt principi reseruata.cap.su
per quibusdam.§.præterea extra de verb.signifi.ita notat
etiam dominus meus Ias.in l.de quibus.col.10.ff.de legi.
Alex.consi.6.col.2.vol.1.idem cons.35.& 125.& seq.vol.
2.Soci.127.col.pen.vol.1.& consil.181.col.3.& 260.col.
pen.vol.2.Imo in tanti temporis præsciptione non requi
ritur scientia illius contra quē præscribitur, vt voluit idem
dominus meus Iason in l.imperium.col.8.ff.de iurisd.om
14 nium iudicum † Ex quibus infero vnum correlariū, quòd
stante tanti temporis præstatione, non tenebatur mona-
sterium designare titulum, ex quo sibi debebatur dicta pē
sio annua: vt voluit Pan.consi.20.volum.1.Bolog.consil.
77.& Alexand.præalleg.consil.6.& 125,& seq.imol.in
contrarium non admittitur probatio, vt per Felyn.om-
nino in cap.cum nobis.columna.3.extrà de præsc.& Barb.
consi.41.col.11.vol.1.

Nec obstat q monasterium allegauit causam siue titu-
lum, scilicet illa anniuersaria ita qualificata, ergo debuit ea
probare: quia potest illi responderi, per ea quæ dixi suprà
versi.1.ibi: ad quod facit, vel particularius, post do.Guido
Pap.decis.408.probata p̄statione 30.vel.40.annorū causa
allegata.quamuis non probetur, obtinet tamē actor, q̄ēt
verum esse dicit sæpeallega.dominus meus Ias.in l.si cer-
tis annis.post alios.C.de pact.q̄ si probatur præstatio de-
cennalis præsumitur allegatus titulus, licet non sit verus,
maximè quando ius non resistit.vt euitem contrariū Bar.
in l.cum de in rem verso.ff.de vsur.ita not, Alex.cōs.105.
incip, viso & diligenter cōsiderato themate.col.,e.vol.4.
per tex.in l.si filius.C.de.per.hæred.& in l.qui in aliena.in
prin.ff.de acqui hære.de quo per Pan.c.fin.extrà.de causa
posses.& propr.& per dom.meum Ias.in l.stipulatio ista.(?) Iciendum in 7.
& 8.col.ff.de verb.oblig.& dominus meus Dec.cōs.285.
15 volumn.3.† Pręterea considero, quod licet causa siue titu-
lus p̄stationis annuæ debeat proponi & allegari, hoc pro-
cedit in petitorio: in possessorio autem non est necesse, vt
per dominum meum Ias.post Odof.Alb.& Sal.in alle.l.si
certis ann.& sic quocunq; se vertat aduersarius ineptè (sal-
ua reuerentia allegantis) prætendit debere verificari cau-
sas, siue qualitates per eam prætensas.ita omnino domi-
nus meus Dec.consi.536.incip.in causa Reuerend.cul.1.
versi.pro resolutione, qui omnino videatur.volu.primo.

16 † Et vt apertius conuincatur aduersarius, fingamus dicta
suprà versi.12.non procedere, nec acquisitam fuisse obli-
gationem dicto monasterio per præstationem illorū trigi
annorum continuorum, de quibus ibi. prout tamen fuit,
vt per Bal.in d.l.cum de in rem verso.extendentem l.1.C.
de fideic.ad propositum nostrum & not.Bal.Alex.& do-
minus meus Ias.in l.si certis annis.fingamus etiam obliga
tionem nondum in esse deductam, clarum est quòd qua-
litates per aduersariū prætensæ nō sunt causa vel effectua
agendi, vt prætendunt iura pro contrario allegata. Sed ex
ipsius instrumēti tenore probatur, quòd causa caritatis &
pro sustentatione religiosorum dicti monasterij dedit di-
cta mille, vel annuam pensionem prædictam, & non pro
liberatione ipsorum anniuersariorum: quia spiritualium
ad temporalia nulla est proportio. & sic causa finalis de-
biti prædictæ, videtur fuisse caritas & causa alimentorum
sæpedictorum religiosorum, quę causa fuit expressa, & sic
est finalis.l.fin.cū ibi not.ff.de petit.hæred.Anto.& Mod.
in l.pluribus.§.& si placeat.ff.de verborum.obligat.not.
Socyn.consil.159.incipiente.in præsenti versicu.cōfirmā
tur autem prædicta.volum.2.& consil.251.incip.quoniā
versi.comprobantur.eod vol.& Felyn.omnino capitu.si
quando.versic.circa reddendam.extrà de rescript.Nec ob
stat si dicatur post Bald.in l.1.column.3.versi.quęro quo-
modo cognoscamus causam finalē in contractibus. C.de
falsa causa adiecta leg.quòd ex quo de huius radice obli-
gatio emanat, dicatur etiam ista causa finalis esse, quod etiā
dicit Salicet.in l.2.C.de conditio.ob causam, & Alexand.
in l.fina.eod. Dico enim, quod si sint duæ causæ finales
ad vnum effectum tendentes, licet vna causa esset non ta
mē desinit effectus illius.ita no.Bar.in l.liberorū.ad fin.ff.
de infam.& in l.j.ff.solu.matr.& in extrauag.ad reprimen
dum.in versic.nec ex eorum.Bald.in l.1.column.4.versi
intendo talem regulam.C.de condib.indet.& 101.genera
liter colum.3: vbi omnino.C.de episcop.& cleric.de quo
est casus Inst.de nupt.§.affinitatis.& in authenc.de instr.
cautela & fide.§.si.versicu.ex vtroque.& §.sed & si quis
& §.si verò.nullus.ita etiam not.Franc.de Aret.consil.1.
column.5.& consi.66.column.3.volens quòd vbi in vna
dispositione plures rationes militāt, licet vna esset, attamē
17 locū habet dispositio prædicta.† Quinimo plus dico, quòd
etiam si aduersarius probasset, quòd monasterium ex sua
parte non obseruauit dictum contractum, vnde prætēn-
deret non posse se ex eo iuuare, per ea quæ habentur in l.
cum proponas.la 2.C.de pact.& capit.peruenit.& c.que-
madmodum.extra de iureiu.cum simi.vulg.quod & vide
tur in suis cedulis aduersarius concludere.attamen ex quo
dictum monasterium est in quasi possessione dictas an-
nuas præstationes percipiendi, non perderet iam quæsitā
possessionē ex non obseruantia contractus quod est mul-
to magis, cum non sit obligatum monasterium ad aliquid
agendū, vel faciendum, ita no.Phi.Cor.consil.280.incip.
visis quibusdam processibus.in litera c.volumin,3.& nō
posset illo casu dictum monasterium (etiam si non obser
uasset) spoliari sua possessione.nec dicto aduersario conces
sum est, ius sibi dicere sua propria aucto.l.non est singulis.
ff.de reg.iu.& l.si stipulationes.ff.de acq.posses.& ita resol
18 uit Cor.vbi supra p iura & rationes quas adducit † Sed nec
est verū (salua pace allegātis) cōtrarium vltimo loco factū
scilicet quod nō sit monasterium in possessione recipien
di ab aduersario dictam annuam pensionem, & allegat q̄
tres separatæ solutiones pro tribus annis continuis & suc-
cessiuis fieri debebāt: quodque non sufficeret vna pro om
nibus, ad quod allegat l.1.C.de fideicō.de quo omnino per
dominū meū Ias.in.l.2.colu.41.& amplius col.70.de iure
emphy.& in pręalleg.versi.l.si certis annis colu.2.cuius.
dicti contrarium attestatur processus, vt supra docuimus
nu.12 versi.præterea considero.Quinimo vbi per prędi-
cta non esset sublatum dictum contrarium, dico q̄ iura
pro cōtrario allegata nō pcedūt in casu nr̄o: sed in mere
prophano.Relicta etenim ad pias causas, nō regulant legi

bus I...orũ sed iure diuino & canonico, vt per So. omnino ...hi. 247. inci. circa primum col. 6. versi. non omitto, ...eo locũ habet dispositio ad pias causas licet nõ cõ...asus secundũ ordinationẽ testatoris vt per multa ...probat dominus meus Phi. decius. 182. inci. in casu oc-
19 cu. co. 2. versic. 2. casus vol. 1. † Vlterius facile esset probare monasteriũ essa in quasi possessiune percipiendi annuam præstationẽ sępedictã: vbi prædicta non sufficerent, cũ n. constet ex actis causæ solutam fuisse pensionẽ 1 æped. pro duobus vel tribus annis continuis & successiuis, tã per Ioannẽ Amulguet, quã per Antichum: cum quo fuit lis prędicta cœpta, satis est probata quasi possessio dicti monasterij: vt voluit Petrus Iac. de Aurelliaco in sua practica. ti. super pensione seu redditu libelli. vers. item credo vbi dicit, ꝙ in acquirenda quasi possessione annuę pręstationis, quãdoquidẽ incorporalia iura, vt sunt seruitutes & annuę præstationes, quasi possideri dicuntur, vt per dñm meum Iaso. post alios in l. possideri. ff. de acqui. possess.) sufficit bina vel tertia præstatio. & sic cessat dictũ cõtrariũ ꝙ dictũ refert & sequitur Guido Pap. in suis quæst. Delphinalibus. deci 407. incip. quia suprà proximẽ ꝙ dictũ ampliat Roma. consi. mihi 311. incip. in causa propositæ quæst. ad fi. vbi voluit, ꝙ probata vnica solutione pensionis ecclesiæ per quendã emptorẽ probatur dictæ ecclesiæ quasi possessio, intantũ ꝙ ipsa põt cõtra soluere cessantẽ, intentare possessoriũ recuperandæ, tanquã contra spoliatorẽ, & per consequens quocunque se vertat aduersarius angustiæ illi vndique. & Saly. in l. plures apochis voluit. ꝙ probatis his præstationibus annuis, siue solutionibus, non solũ probatur ipsa pẽsio annua, verumetiã ipsum debitũ principale, à quo emanat (tanquã accessoriũ) huiusmodi pensio Quòd ẽt verificatur per clausulã cõstitui in præmentionato instrumẽto appositã. quoniã per illã probatur ẽt cõtinuatio possessionis ipsius cõstituentis ad monasteriũ, ẽt non probata possessione ipsius cõstituẽtis. licet. n. regulariter clausula constituti possessionẽ nõ probat, nisi probetur ẽt cõstituentẽ possidere. l. quãuis §. si cõductor. ff. de acqui. po. attamen ex quo sumus in facto antiquissimo cuius initij nõ est memoria probatur possessio per huiusmodi clausulam, cõtra constituentẽ, & ab eo habentẽ: vt per Fel. in c. si cautio extrà de fide instr. & Soc. omnino cõs. 187. inci. in cõtrouersia quę vertitur. col. 4. 5. & 6. vol. 2. pręsertim ꝙ possessio trãsfertur in ecclesiã absq;, vlla apprehẽsione, vt
21 sunt iura vulga. † Nec ob. postremo, ꝙ aduersa pars prætẽdi set hęredẽ nõ esse illius qui dictã pensionẽ imposuit. ex instrumento etenim censuali per dictum monasterium. producto cõstat ꝙ hæres fuerit illius dictus quondã Anticus: cũ. n. dicat se in dicto instrumẽto hæredẽ huiusmodi verba enũtiatiua per modum modi, siue per modũ causę prolata, sint indubiè probant. l. cũ eorũ. C. de sentẽ. l. cũ tabernã. §. idẽ quęsiit. & ibi. Bar. ver. 53. pro declaratione. ff. de pign. & per Alex. cõs. 46. vol. 1. & multo magis in casu nostro. in quo ꝓ partẽ fuerũt ꝓlata pro fundamẽto ipsius cõtractus. ita Fely. in c. cum in iureperitus. col. 5. extra de off. dele. Alex, in l. ex his vbi multas remissiones allegat. C. de test. mili. & Soc. cõsi. 213. inci. in præsenti cõsultatione. versi. 2. conclu. vol. 2. Sed nec admitteretur pars aduersa ad probãdũ contrariũ in casu nostro, vt per Frãc. de Aretio, qui ad hoc accumulat multa in l. ex his verbis. præall. C. de
22 testa. milit. † Et minus obstat (ꝙ ex aduerso prætenditur) ꝙ Guillelmus Almuguet dicti aduersarij pater fuit donatarius dicti quondam Antici primi constituentis, & sic se vt donatariũ, nõ aũt vt heredem possidere dona dicti quondã Antici dico. n. ꝙ ẽt si ita sit, ex quo nullus alius apparet, hęres dicti quond. Antici vel si etiã appareret hæres aliquis, & ille non esset soluendo, in illis casibus cũ donatarius vniuersalis habeat loco hæredis & teneatur ad debita & æs alienum. ita ꝙ pro illis potest agi contra eum, etiam actione personali. vt notat Guido Pap. in suis decisio. Delphinalib⁹. q. 105. inci. an possint agi actione personali &c. vbi allegat. l. si maritus in princ. ff. de fundo dot. & l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. & per multa iura & rationes comprobat Guil. de benedictis in sua repeti. c. Raynutius, in ver. cętera bona n. 46. extra de tes. fo. 280. cõsequẽs, est ꝙ
23 etiam illo capite dictus Anticus se tueri nequeat. † Plus dico ꝙ etiam si nõ esset hęres, nec donatarius, nec successor vniuersalis dictorum suorum prædecessorum: attamen ex quo detinere compelitur bona, quę fuerunt dicti quondã Antici, nõ prohibetur monasteriũ, sed nec alius quicunq; contra ipsum tanquam possessorem intentare interdictũ recuperandę, vt no. Io. Fab. Instu. de interdictis. §. retinẽdę. col. 5. & 6. tenuit etiã Roma. in alleg. consi. 311. dñs meus Phi. Dec. alleg. cõs. 136. vol. 1. Ang. cõs. 72. incip. statuto in fi. & Ab. c. querelã. extra de ele. & plene & remissiuè in q. 1 bol. q. 59. incip. itẽ fuit quæsitum, an in præstationibus & in casu nostro pro pensione annua pro anniuersarijs defunctorũ constituta, ꝙ possit interdictũ recuperande cõtra tertiũ possessorẽ intẽtari, concludit Guido Pap. in dec. prędictis, q. 576. incip. actio personalis. &c. Nec omitto ꝙ ex quo prædecessores dicti aduersarij soluerũt annuã pensionẽ prædictã nulla re specialiter designata, ꝙ hoc casu videtur esse psonalis obligatio. l. fi. §. fi. ff. de cõtra. emp. quãuis. n. redditus ius reale importet, sic ẽt annuæ præstationes personale vt voluit Cy. in l. si quis argentũ. in 2. opp. C. de dona. & doc. suprà. proxime allega.

Ex quibus omnibus, concludo iuridicam fuisse sententiam prędictam, quę in fauorem dicti monasterij lata fuit, saluo &c. 1523. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum haeredis manu scriptum non valet.*
2 *Cõtractus factus per vxorem cum marito, vel in eius fauorem, non valet.*
3 *Metus quotuplex sit? & qualis reddat contractum nullum.*
4 *Metus cadens in constantem virum quis dicatur.*
5 *Metus qualis sit iustus relinquitur iudicis arbitrio.*
6 *Metus quando non dicatur purgatus.*
7 *Testes duo deponentes de metu, sufficiunt.*
8 *Prohibens aliquem testari, vel testamentum in quo scriptus esset hares mutare, indignus est successione & quid si alium instituisset nu. 9.*
10 *Affinitas quæ repellat à testimonio.*
11 *Dictum testis quando non vitiatur.*
12 *Testis deponens per verbum credo an probat.*

CONSILIVM XIIII.

MVLTA sunt quæ pro parte Franci. Saual. I. C. Barchinonen, fuerunt adducta quæ in suu auctorẽ retorqueri, subsequentia demonstrabũt.
1 In primis considero, ꝙ multa sunt ex quibus dictum testamentum nõ solum impugnatur, verum etiam ex illis penitus annullari & destrui, quæ per dictas dominas sunt adducta. Et primo quod dictus dominus Saual ambitione succedendi ductus in bona dictæ eius vxoris, primum testamentum dictæ quondam eius vxoris manu sua propria scripsit, quo se instituebat hæredem. quare dictos Saual pro non scripto heredę habetur l. filius, §. sequens q. ff. de fal. & Bar. ea. l §. fi. & docto. in l. 2. C. de his qui sibi adscrips. & debet ipse Saual punire pœna legis Corneliæ, ex edicto diui Claudij. l. diuus. in princi. & l. 1. §. ad testa. eod. titu. nisi abstineat ab hæreditate, & petat veniam allegando errorem: vt plenè scribitur in l. senatus. C. de his qui sibi adscrips. Et hoc etiam si hæreditas sibi ab intestato debita fuisset, secũdum gl. in l. 2. præalleg. quam sequuntur Bal. & Alber. de rosate in l. filius. §. si maritus. ff. de fal. licet Saly. aliter dicat, quæcunq; illarum opinionnum sit verior nihil ad casum nostrum quia ipse Saual non erat proximor ad succedendum, imo dictæ dominæ actrices. Nec obstat ꝙ dictũ testamentum sit nuncupatiuum

cupatiuũ,prout cõtendit dictus dominus Saual,quoniã ẽt
in tali testamento locum habet determinatio prædicta &
pœnę prędictę,ex quo scriptura testa.adhibetur ad ipsum
testamentũ probandũ.vt no.gloss.Bar.in l.1.§.ex illa.ff.de
Fal.Cyn. Angel. & Saly. in l.1.C.de his qui sibi ad scrip.
Bar.in l.dictantib.C.de testa.Ang. in l.impuberem.§. qui
codicillos.& in l.diuus.ff.de Fal.& ita concludit Are.cõsi.
88.inci.in presenti consultatione præsupponitur.in j.dub.
& omnino And.Siculus,qui ẽt loquitur in dictante testa
mentũ nuncupatiuũ, quod notarius testificatus est postea
ẽt tpe pestis. in quo ẽt casu multa concurrebant specialia,
quæ hic cessant,qui videatur.consi.58.col.9.versicu.Item
dicit.& sequitur.volu.1. Et si fingamus prædicta cassare,
cum dicta domina Hieronyma testamentum secundum
ediderit prædicti testamenti primi reuocatorium, in quo
etiam primo nõ erat institutus dictus dominus Saual, sed
alius dicitur ꝙ fuit contra dicti Saual intentionem & sciẽ
tiam qui se scripsisset hæredem, vt est probatum. & ma-
ximè quia dictus Saual etiam alia testamenta dictæ vxoris
eius dictauerat & scripserat: vt per dictas actrices est de-
ductum & probasũ, cum etiam satis fuisset ꝙ dictus Sa-
ual probaretur dictasse testamentum prædictum,licet nõ
probaretur illud scripsisse,vt And.Siculus vbi supra resol-
uit. quandoquidem fuisset satis ꝙ postquã volebat hæres
esse fuisset adhibitus notarius, & ad ipsius interrogationẽ
fuisses institutus,vt concludit Socy.consi.92.nu.32.versi.
2 ex quibus,&c.vol.2. † Contra quod vltimum testamentũ
proponitur,ꝙ propter nimiam reuerentiam dicti sui ma-
riti & per eius importunitatem & sollicitationem fuit fa-
ctum, & maximè propter metum dicti mariti sui primũ
propositum,quamuis videretur esse satis,quod probatum
fuisse prout & fuit ex verificatione articulorum.7.17.19.
& 39.primo loco & arcticulorum.8.9.& 12.secũdo loco
oblatorum, imo etiam per Iacobum l hozes studentem
per dictum Saual productum super articulis 171. & 173.
primo loco oblatorum. Vnde videtur,ꝙ sumus in casu do
ctrinæ Bar.in l.1.§.qui onerandę.ff.quarum rerum act.nõ
detur.vbi post gl.voluit ꝙ ex nimia reuerentia,quam ha-
bet vxor.ad suum maritum rescinditur contractus,quẽ in
eius vtilitatem fecit,arbitrio iudicis.vbi Ang.concordans
Bar.in d.§ quæ onerandæ.& in l.ad inuidiã. C.quod me-
tus caus.vbi voluit minas etiam debere probari: dicit, ꝙ
si vxor antecedente tempore nimiam reuerensiam babe-
bat ad maritum, non tenet contractus: quia præsumitur
per dictam nimiam reuerentiã consensisse. Secus autẽ es-
set vbi antecedens nimia reuerentia cessasset: quoniã tũc
non rescinderetur contractus propter nimiam reuerentiã
mariti,nisi minæ præcessissent,aut verbera,& ita intelliga
tur loqui Bar.in d.l. ad inuidiã per tex.in l. patre si cogẽte.
ff.de ritu nup.& ita no.Panor.in c.cum contingat.extra de
iureiur.voluit Ioã.de Imo.in l.si cum dotem.§. eo autem
tempore.ff.solu.mat. & ita loqui intelligatur Inn.do.Ant.
Anch.& Card.in c.accedens.extra.de conuer.cõiug.& c.
causam matrimonij ext.de offi.legati.& ꝙ sola nimia re-
uerentia sufficiat,est tex.clarius.in d.§. quę onorandæ ibi,
metu,vel nimia reuerentia, in quantum vtitur illa disiun-
3 ctiua,vel,vt sunt iura vulgaria.† Preterea vt euitemus con
flictum illum, an sufficias sola nimia reuerentia vxoris
in maritum, comperio dictum testamentum impugnari
tãquam metum dicti domini Saual.& quãuis Io.de Imo.
in præal.c.causam matrimonij dicat nõ posse de facili pro
bari minas & uerbera, quæ per virũ inferũtur vxori, ideo
subdit opi.gl. in præall.§.quæ onerandæ. quæ vult solam
nimiam reuerentiam sufficere, esse satis æquam: attamen
probauerunt dictæ dominæ agẽtes non modo minas, sed
etiam verbera,& metus incusionem cum facto,qui licet
in ipsa actu secundi testamenti non interuenerint reddũt
nihilominus ipsum testamentum nullum tex.est ad literã
in l.2.& ibi Alb. Saly.Bal.& alij.C.si quis aliquẽ testa.pro-
hib.Et quod hic metus nedum in mulieri verumetiam,in
homine cõstanti sufficeret, considero triplicem assignari
metum a iurisperitis,aliũ concussiuũ,qualis is qui per mi-
nas alicuius potẽtis vel alterius soliti suas minas excutioni
demandare,causatur.Alius est metus impressiuus: veluti
qñ aliquis per carcerẽ,aut verbera actualiter interuenien-
tia aliquid facit. Tertius est timor suspitionis non temera-
riæ,sed violenę l.nouissimè.ff.ꝙ fallo tutore.& probatur
ex indicijs & minis præceden. vt per Inn.c.bonæ ext.de
ele.Addo quartam speciem,& iste erit metus tacitus s.pa-
rem.mariti & domini,de liberto loquor,quibus nõ audet
quis liberè resistere.l.pen.ff.de furt. & d.§.quæ one.Tres
primæ species metus facilius probãtur,quã hæc vl.qm̃ me
tus iste est violentus & in corde retentus, attñ probatur,
ſm Bal.in d.§.quæ onerãdæ.ex qualitate personarũ.& ita
no.Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de ope.noui
nũcia.vbi dicit se vidisse de facto obseruarim ꝙ boni præ
toris & præsides tales extorsiones,& tormenta per captu
rã personæ faciunt relaxari & cassari,per l.illicitas.ff.de of.
præsid.& in terminis nostris nedũ probatur interuenisse
hæc quarta species metus, verumetiã alię tres supradictę,
quandoquidem probatur adfuisse metum concussiuum,
impressiuum,& suspitionis,& per cõsequens fuit dictum
testamentum nullum ipso iure,quãuis tunc non fuisset (vt
prædixi)metus illatus,sed antea. Ita loquitur in terminis
nostris Bar.in l.fi.ff.si quis aliquem testari prohib. Allegat
not.per eum in d.§.quæ onerandæ.& not.Inno.in præall.
ca. causam matrimonij. & etiam in terminis nostris con-
4 suluit Bal.consi.227.volum.1. † Nec obstat,ꝙ non inter-
uenerit metus mortis, qualẽ præsupponit.c.1.extra.ꝙ me
tus causa aut saltẽ cruciatus corporis, quia tunc dicitur ille
metus cadẽs in virũ cõstantẽ ſm communẽ Doct.senten
tiã ibi Respondeo etenim post Inn.in alleg.c. causam ma
trimonij.ꝙ ad instingẽdũ actũ vt meticulosum sufficit ꝙ
præcedãt verbera,vel comminatoria verba.& illũ sequũtur
ibi cõmuniter docto.ergo sequitur ꝙ licet d.c.1.loquatur
ibi de metu mortis,videtur narrare factũ, & nõ iuris mini
sterium: vt est gl.valde singularis in l.vnic.C.quãdo nõ pe
tentiũ partes.per quã gl.multũ pulchrè dicebat Iu.And.in
c.dilecto.extra de prębẽ.ꝙ verba narrãtia factũ, apposita
in l.non inducũt iuris ministeriũ.Idẽ erit in alio metu ver
borũ,vel verberũ.Inde Bal.in rubrica.extra ꝙ metus caus.
referens Inno.dicit,ꝙ metus mortis, est timere crudelita
tem hominis potẽtis.l.3.ff.de dona.causa mortis.& ꝙ ille
qui probat iustã causam metus,satis dicitur probare metũ
qui cadere potuit in cõstantem virum,quia nemo potest
exponere seipsum alicui periculo personali.ca. bonæ me-
moriæ extra de elect.Imo etiã vna alapa inflicta personæ,
(maximè timidæ)est iustus metus.l.1.C. vñ vi. Et sic licet
dictũ c. loquatur de metu mortis. idẽ tñ erit in alio metu
verborũ sm,vt dicit gl.in c.cũ dile. extra ꝙ metus ca.quæ
5 vult,ꝙ minæ & potentia inferũt iustum metũ.† Præterea
si volumus dicere ꝙ iudicis arbitrio relinquit, an dicatur
metũ esse iustũ,aut non esse, vel qui caderet in cõstantẽ vi
rum,vt voluit Saly.& doct.notant in sæpe d.l.2.C.si quis
aliquẽ testari prohib. attamẽ nemo dubitet in muliere ne
cessarium non esse euentũ qui caderet in virũ constãtem,
sed satis esse tantũ metũ,qui caderet in cõstãtem mulierẽ:
vt dicit gl.singularis quã legistę nesciũt secundum Roma
singulari.226.incip.tu tcis.quę est in c.cum locũ.extra de
sponsa duorum. quam facit ad hoc propositum singularẽ
do.Anto.in c.consultatione.cod.titu. Quæ si attendantur
arbitrabuntur in dubio præstantissimi iudices etiam pro-
batum,dictæ dominę Hieronymæ dictum dominum Sa
ual eius maritum,incussum fuisse metum, nedum qui ca-
deret in cõstantem mulierem, verum etiam qui satis esset
in viro constante.quod latius prosequor infrà.consi. 105.
6 versi.9.† Sed nec dicatur purificatum fuisse postea dictum
metum,pro eo quod adhibuit dictus Saual postea paren-
tes dictæ quondam testatricis,vna cum notario.iuxta do
ctrinam Bart.in l.transactione.C.de transact. Respondeo
etenim,quod nos non sumus in terminis in quibus Bart.
loquitur quando sit satis adhibere parentes.Si dicatur satis

videtur in ipso adhiberi, ex quo potuerat testamentum mutare si voluisset in præsentia suorum parentum. quia tūc cessat omnis præsumptio metus secūdū Bar. vbi suprà & Bl. in l. fi. C. si quis aliq. test. prohi. Dico enim ꝙ in l. trāsactione, super qua se fundāt, non apparet ꝙ ibi pcesserint minæ. Quinimo idem Bar. in l. fi. ff. eo. in finalibus verbis dicit, ꝙ si minæ præcesserint, licet testamēti tēpore nullus metus inferatur, nihilominus testamētum vxoris, etiam in pręsentia amicorum factum, non valet allegat Inno. in allegato. causam matrimonij vbi omnino Io. de imo. tenet quod si probatur minas precesisse, & vxor contrahat cū marito etiā pręsentibus cōsanguineis, nō tenet huiusmodi contractus per illud quod ibi not. In. & subdit dictū Bart. in d. l. transactione. & in l. 1. C. de præd. ciuitatum. lib. 10. intelligi debere, nisi præcēssissent verbera, tunc enim amicorum præsentia in dicto contractu interueniens, nō pur
6 gat metum. † Et quòd non fuerit dictæ dominæ Hyeronimæ purgatus metus tempore dicti testamēti colligo ex notarijs per Aret. in suo tract. malefi. in gl. in verb. & ei armatus astitit, & ibi dominus August. de Arimino in suis apostill. & per Barba. plenè consi. 54. incip. illud asseram in medium &c. col. 5 t. versic. restat modo examinare. vol. 1. & clarè probant & concludunt testes per dictas dominas agentes producti, qui veluti vno ore dicunt prælatam dominam Hieronymā metu dicti eius mariti ita fuisse testatam, quos licet impugnare conatus fuerit dictus dominus Saual, & spontaneam dictæ suæ vxoris voluntatem probare voluisset. attamē in vtroque defecit. succedit etenim notabilis doctrina & singularis In. c. super hoc. extra de renuntia. videlicet ꝙ duo testes de metu deponentes præferuntur mille testibus de spōtanea volūtate deponētibus. Quod dictū refert & sequitur Ang. in l. si quis a se fundū. C. ad le. Iul. de vi pub. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. Idem in tract. suo schismatis. qui est post rubri. C. si quis aliquem testa. prohib. Roma. in rub. ff. de arb. & Abb. in c. 5. prælleg. extra quod metus causa. Quos refert. & sequitur And. Barb. in prælleg. cōs. 54. col. 4. vers. & adduci. ꝙ voluit & in allega. c. 1. ꝙ metus causa. Quod dictū licet Ang. in l. 1. ff. quod metus causa sit ausus impugnare illi tamen satisfacit Barb. & eius rationibus, in dic. consi. & si rectè attendatur. Angel. ibi non loquitur resolutiuè: sed per verbum, forsan, & alias se restringit, nisi testes de spontanea voluntate deponentes coadiuuētur præsumptione iuris. Vel fortè melius dicatur, ꝙ In. loquatur quando præcessit metus: quia ille semper durare præsumatur, nisi probetur mutatus. arg. c. maiores extra de baptismo, alias procedat doctrina Ang. & possit dici (qui vellet indistinctè substinere opi. Inno. ꝙ illa est vera & ab ea non est recedendū in consulendo, vel iudicando, prout dicit Barba. in d. c. 1. ꝙ metus causa. & ꝙ Ange. d. l. non est verisimile. nō bene loquitur quinimo lex illa facit contra eum & prosequitur Barb. ibi & ita etiam voluit dominus meus Phil. decius in regula, in omnibus causis ff. de regulis iur. & Soci. consi. 273. colū. 3. & 4. volum. 2.

Sed nec omitto minorem metum sufficere in muliere, quā in viro, vt per dominum meum Philipp. Decium in dicta regula, in omnibus causis, de quo dixi infra cōs. 105.
8 versi. 9. & cōsi. 120 versi. 68. † Similiter & contra dictum dominū Saual proponitur & verificatur, ꝙ ipse dictā quōdā eius vxorē testari prohibuit, impediens eam mutare testamentū, in quo ipse scriptus erat hæres, ꝙ est satis. vt no. Bal. Saly. & doctu. in l. 1. per illum tex. versi. 4. casu. colū. 3. C. si quis aliquem test. prohib. & per l. s. ff. eo. Quæ prohibitio docetur quòd probatum sit ipsum dominum Saual non permisisse, ꝙ notarius, & testes ad suam vxorem accesserint. ita no. Bal. in d. l. 1. & col. 4. ver. sed quæro. per d. l. 1. eo. ti. ff. & hoc verum, etiam si nullus metus fuisset inflictus, vel illactus, vel si ante dicta defuncta non probaretur fuisse retracta mutare suum testamentum metu & reuerentia dicti sui mariti (prout resoluit. Bal. vbi suprà) cu-
9 ius tamē oppositum est probatum. † Redeundo igitur ad propositum, si dicamus istud testamentum propter nimiā reuerentiam dicti domini Saual, & præcedentibus eius minis & verberibus factum esse. illud nullum erit, prout vtrumque monstrauimus & succedent in primo testamento nominati (si alias legitimum sit) aliàs dominæ agentes ab intestato, cum sint mater & soror vtrique coniuncta, vt in auth. defuncta. C. ad Trebel. si verò dicamus in secundo testamēto metum & incussionem cessare: sed allectam fuisse duntaxat ipsam vxorem a marito, vt eū hæredem institueret etsi minæ non præcessissent, aut verbera, quo casu etiam dictum testamentum est nullū propter nimiā reuerentiam mariti: vt dixi supra. & hoc singulariter tenet Bar. in l. fi. ff. si quis aliquem, &c. quem sequitur Pau. de Cast. Saly. & dominus meus Iason in l. 2. quam ipse legit cum l. 1. eod. titu.

6 † Et si fingamus solas blanditias interuenisse mariti, & cessare nimiam reuerentiam, & verbera & minas, vt dicebamus suprà. licet gloss. in d. l. 2. videatur non impugnare institutionem solis blandis verbis procuratam, & huiusmodi testamentū valere: attamen si testator ante fecisset aliud testamentū, in quo fuisset alius hæres institutus reuocabit talis hæres in dictu casu à secūdo per act. de dolo vel per actionē in factum. Ita not. singulariter Aug. fuisse iudicatū Perusij, in l. non enim, per illū text. cum gloss. ff. de inoff. test. & ita dicit Ang. ibi fuisse iudicatum tempore quo erat vicarius episcopi Perusini, in qua causa religiosi qui in primo testamēto fuerant instituti euicerunt & auocauerūt hæreditatē ab agnatis, quos testator blāditijs eorū allectus instituerat in secūdo testamēto reuocato primo, in quo dictos religiosos instituerat hæredes. ꝙ etiā voluit idē Ang. in l. 2. ff. de inoff. testam. refert & sequitur Barth.
10 Cæpola in tracta. cautelarū, cautela. 62. † Omitto subtilia multa, quæ in suis excessiuis articulis effudit dictus dominus Saual, contra testes dictarum dominarum, in quibus ostenditur aperte andabatarum more gladium ventilasse in tenebris. sunt enim fermè omnia indigna quibus respōdeatur. quale est obiectum affinitatis, quam certis testibus illarum impingit. etenim dictus Saual, qui iurisperitus est, & cui turpe est ius ignorare in quo versatur: vt est text. in l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. scire debuit, ꝙ affinitas repellēs quē à testimonio & admittens ad agēdū absq; mandato, iuxta l. sed & hæ. ff. de procu. & l. exigēdi. C. e. debet esse per lineam rectam ascendentem vel descendentē, & non esset satis, ꝙ affines essent per lineā transuersalem ita singulariter notant Inn. & Ioā. An. in c. nonnullis extra de rescrip. ꝙ dictum pro valde notabili refert & sequitur Ang. consi. 194. inci. visis processibus &c. col. 2. dicens, ꝙ ita debet intelligi & limitari d. l. sed & hæ. prælegata. refert & sequitur Lanfran. de Oria. in repeti. c. quoniam contra falsam. in verb. testium depositiones extra de proba. & dñs meus Hippolytus, singulari. 533. incip. affinitas repellēs, &c. in nullum autem dictarū dominarū testiū fuit obiectā affinitas ita qualificata: & per consequēs
11 non procedit obiectum. † Similiter obiectu ꝙ in Iacobū Tholas studentē, & alios quosdam impingit, ꝙ plus deponunt quā alij testes, quos referunt, ēt futile est: & illud nō obiecisset si Io. And. in d. c. quoniā contra falsam. vidisset. dū dicit, ꝙ si vnus testis deponat de numeratione pecuniæ, & interrogatus de pręsentibus, nominat aliquos, etiā si illi ita nominati negent se vidisse dictā numerationē: attamē valet alterius testis, qui eos nominat testimoniū & ita refert & sequitur ipsum Lanfran. ibi, in versi. testiū depositiones. ver. quęro iuxta præmissa de vna quæst. &c. allegat Bar. in l. 1. ff. de aucto. tutorū. ad quod videatur Cor. cons.
12 223. incip. in hoc. &c. vol. 1. † Facile ē test obiectū, ꝙ contra alios testes impingit dictus Saual, ꝙ deponāt de credulitare, i. ꝙ credunt, ꝙ ideò malè tractabat præfatus Saual dicta eius vxorem, & ei minas & verbera inferebat, quatenus eum hæredē institueret. non enim credo, singularē doctrinam Bal. in l. 1. C. de falsa causa adiec. leg. vbi dicit, quod si testes post verbum, credo, adijciant verbum

bene,

bene, vel firmiter, vel perfectè vel aliud æquipollēs, quòd tunc probant: q dictũ refert & sequitur Lanfr. de Oriano vbi suprà, in ver. cõfessiones, & ibi secutus sum eũ, in apostil. in versi. firmiter. allego ibi ita tenere Abb. Panor. in c. firmiter. & ibi etiam posui in apostill. ad ipsum in e. verb. extra de summa trinita. allego etiam Fely. qui ita tenuit in c. inquisitionis. §. quæsiuisti. extra de accusa. Alex. in rubr. ff. de iniur. & consi. 109. & 131. vol. 1. & Philip. Cor. consi. 163. incip. in hac. in litera, m. & seq. vo. 1. Quinimo Fely. in c. quoties. col. 3. extra de testi. voluit, q si testis deponēs de credulitate, assignet bonam causam scientiæ, vel ponat bonam rationem, quæ habeat concludere: vel vbi est materia quæ certè & clarè cognosci non potest, tunc valebit testimoniũ, de credulitate. ita Cynus tradit & Bal. in l. testium. versi. quo ad vltimũ. C. de testi. Bart. in l. in summa.
13 §. itē Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & ad hoc videatur Are. consi. 153. & latè prosequor infrà consi. 32. versi. 8 † Singularitas etiam, quam toties inculcat prædictus Saual, nõ poterat per eũ, nisi calumniosè (prout fermè cętera omnia) impingi. Quandoquidem. Bal. in l. bonorum. ver. hic quæro. & ibi posui, in addi. ad ipsum. in ver. testis singularis. secundum Lugdunensem impressionem. C. de bono. poss. secundum tabulas voluit, quòd singularis testium attendatur penes effectum rei, non autem penes modum sciendi. & notat idem. Bal. in l. de quibus. ff. de legibus. allegat. l. cũ res. C. de pœn. & notat. Bartol. in l. 2. §. si dubitetur. versi. ad cuius declarationem. vbi etiam posui in addition. ad ipsum. ff. quemadmodũ testamen. aperi. Notat plenè Fely. in c. licet causam. col. 5. versi. no. 1. extra de proba. & plenius in c. licet ex quadam. col. 3. versi. vltimo est sciendum. vbi materiam hanc prosequitur per tres & amplius colũ. extra de testi. Nec enim sunt testes singulares, quando ratio testium est eadē, licet diuersimodè, & per diuersa media deducatur: vt tradit Bar. in repe. l. de quibus, supra alleg. ad fi. & omnino Lanfran. præalleg. in d. §. testium depositiones. versi. vlterius est aduertendum vbi posui concordantes ad satietatem, in ver. fidem. Ita ēt voluit Alexā. consi. 54. col. 4. vol. 1. Phil. Cor. consi. 134. in litera. b, vol. 1. & omnino consi. 247. in litera. l, vol. 2. & dixi infrà cõsi.
14 32. versi. 3. † Postremo cõtrarietas, quam testibus omnibus actricum impingit dictus Saual, non officit, etiam si vera esset. cum enim possint ad concordiam reduci, non infirmatur eorum dictum etiam si contrarietas illa esset super dicto vnius & eiusdem testis super tamen capitulis diuersis: ita not. Bar. in l. de ætate. colum. pe. ff. de mino. & latius Fely. concordans opiniones cõtrarias, quo ad hoc, scilicet q faciant fidem. in c. cum tu. col. 1. versi. 2. conclusio. vbi etiam Panor. column. 3. versicu. 53. est notabile dubium. extra de testi.

Quare resoluendo totius huius consilij summam, non obstan. per d. dominum Saual adductis, concludo pro iustitia dictarum dominarum matris & sororis, vtrinque coniunctæ. Et ita vt est præmissum, & decisum concludebam & resoluebam Barchinonæ. 1533. ad laudem & gloriam Dei.

Secundum hoc consilium fuit iudicatum in Regia audientia Cataloniæ, in fauorē dictarum dominarum actricum matris videlicet & filiæ.

SVMMARIVM.

1 *PVrgatio quando est indicenda torto qui perseuerauit in tortura.*

2 *Purgatio vt possit indici quæ requirantur.*

Consilium decimumquintum factum fuit ad petionem & instantiam illustris prioris Castellæ tunc Vice regis Cathaloniæ.

CONSILIVM XV.

ILLVSTRIS ac Reuerendissime domine dubitationib⁹, quas do. vestra mihi proposuit in causa inquisitorũ. N. & N. paucis & decisiuè respondebo. tũ quod d. 5. in d. causa sit iudex, & spec. optimus practicus in tit. de dispos. & alleg. §. porrò versi. in summa. voluerit in hmōi cõsilijs decisiuis (qualia sunt ea, quę ad iudicis interrogationē reddũtur) esse respondendũ absq; iurium & rationum allegationibus. cum ēt, quia corã viro doctissimo res agitur & peritissimorũ doctorũ habente cõsilia, à quibus facilè hæc & longè maiora dubia potuissent resolui: voluit attamē illust. d. vestra meã scire determinationē, ne dicti consiliarij, & doctores, quarũ consilio causa prædicta iudicanda est, ante
1 sententiam animi conceptã prodidisse viderētur. † In primis illud videtur precipuè dõ. vestra inter alia eaquirere, vtrũ istis inquisitis, qui torti in negatiua perstiterũt, sit indicenda purgatio canonica. Ad q breuiter & decisiuè (vt præmisi respondēs considero, q regulariter tortus qui nõ fuit confessus crimen de quo impetebatur, debet absolui, licet contra eũ sint indicia multa. ita not. singulariter Saly. in l. ea quidē. in repeti. C. de accusa. & in l. si quis adulterij. C. de adul. & in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. & alex. in l. vnius. §. reus. & ibi omnino dñs meus Hippoly. de marsil. ff. de quæst. & illo casu debet iudex mãdare q in actis annotetur purgata esse indicia per torturã notat Bart. in l. fi. ad princip. vbi dicit, q ita faciebat, & ibi ēt dominus meus
2 Hippoly. eo. ti. ff. de quæst. † Sed cum dicatur subesse infamiã & scandalum, nisi purgentur, dico q purgatio canonica, quæ contra aliquem debet indici, oriri debet ex tali suspitione quæ scandalũ generet, vt colligitur ex c. tua nos. extra de cohabita. cle. & mulie. & ibi not. Abb. post alios. & in c. qualiter & quãdo. 2. extra de accusa. (quandoquidē in notorijs non indicitur purgatio: sed fit cõdemnatio, vt voluit Spe. tit. de noto. §. 8. versi. pen.) Et ad hoc quòd indici possit purgatio requiritur fama, vel scandalũ, vt scripsit Ant. de Butrio. c. cum P. Manconella. extra de purga. cano. Et certè cum infamia sola absque scandalo. requiritur suspitio vehemens c. inter solicitudines. eod. titu. vbi not. dominus Anto. quòd sola iudicis suspitio nõ sufficiat sed etiam requiritur aliorum hominum suspitio. proue notat Hosti. in c. accedens. eo. titu. & huiusmodi infamia debet esse apud bonos & graues vt notat idem do. Ant. in c. auditis. eod. titu. Quinimo debet ortum habere à bonis, & grauibus personis: vt voluit ibi dictus dominus Anto. ad fin. versic. gl. pe. & post eum. Abb. Sicul. pro quo dicto allegat text. in c. cum. in iuuētute. eo. titu. vbi infamia peruenerat ad regem & maiores regni. Sed quia ortũ habuit ab æmulis papa maneri voluit contra illum, etiam ad purgationem, nisi deuictus instantia illius infamati. Quandoquidem infamia. quæ non habuit ortum ex probabilibus coniecturis, non dicitur infamia sed vanæ voces populi, c. Olius. extra de elect. & l. decurionum. C. de pœn. subdens, quòd quando constat infamiam processisse a maliuolis, tunc non esse indicēdam purgationem, ēt ad aliorũ instantiam. Et sic ad hoc q purgatio possit indici, requiritur quòd contra purgandum sit vehemens suspitio apud omnes, & quòd sit contra ipsum infamia a graui persona orta & ex probabilibus coniecturis. & quòd huiusmodi infamia nõ processerit à maliuolis: aut certè requiritur, q subsit scandalum: quòd solum esset satis de per se ēt ad indicendam purgationem, intelligo quãdo scandalum hoc staret apud bonos & graues. ita resoluit Panor. in d. c. cum dilectis. per tex. quē ad hoc allegat in c. inter. eo. tit. Et sic resoluendũ super quæsitis propter illust. do. vestrã cũ processum non viderim, dico quòd si contra istos inquisitos subest infamia orta a graui persona, q ex probabilibus cõiecturis, & suspitio vehemens, tunc potest illis indici purgatio canonica: vel si subest scandalum apud bonos & gra-

ues, nisi se purgent. Ita decidebam & resoluebam, saluo illustr. do. vestræ iudicio, & sacri regij consilij, cui me submitto. Ego Celsus

SVMMARIVM.

1 *Gratia vel priuilegium principis data in remunerationem, vim habet contractus & non potest ab eo reuocari etiam si subdito concedatur. nu. 4.*

Etiã si princeps in huiusmodi gratia, vel priuilegio vtatur verbo indulgemus: & idem nedum quando interuenit pretium ex parte illius cui cõceditur, verumetiam quando datum aut factum habens aliquam commensurationem cum re data num. 3.

4 *Rex, vel princeps reuocare non potest priuilegium concessum ab eo, vel eius prædecessoribus, quando non dependet ex sola concedentis potestate.*

5 *Verba narratiua principis super quibus fundatur eius intentio, vel concessio, plenè probant etiam si factum alienum enuncient.*

6 *Gratia principis aut papæ adesse non requiritur scriptura ad illius validitatem: licet fortè ad hoc vt probetur sit imo statim necessaria quòd papa vel princeps dixit, fiat, vel huiusmodi aliud, est valida gratia etiam si literæ desuper non fiant.*

7 *Concedens huiusmodi gratiam vel priuilegium si moriatur antequam literæ desuper fiant, qualiter expedientur postea.*

8 *Gratiam habens cum clausula decreti, ad primum beneficium, vel officium, quòd infra mensem acceptasset, non valet collatio alteri facta infra mensem de beneficio, vel officio prædictis sub dicta gratia cadente, sed non conualidatur quamuis habens gratiam non acceptauerit infrà mensem.*

9 *Princeps si mandat suo secretario quòd expediat aliquam gratiam, vel priuilegium, videtur ei mandare quòd apponat omnes clausulas necessarias, & idẽ est in notario rogato à partibus de aliquo instrumento: quia potest extendere illud, & apponere omnes clausulas consuetas.*

10 *Voluntas sola papæ vel principis habetur pro dispensatione. & papa potest solo verbo facere aliquem episcopum vel sacerdotem. 14.*

11 *Confirmatio quando aliquid addat? & quando princeps in tali confirmatione declarat concessionem primam vel in ea clausulã aliquã apponit, perinde est, ac si in ipsa prima concessione fuisset apposita & inserta. Et habent locũ prædicta etiam quo ad effectus precedentes. nu. 12.*

13 *Contrahens matrimonium scienter in gradu prohibito, & sic excommunicationem incurrit per clementi. 1, de consangui. & affi. attamen si papa dispenset in radicem matrimonij vt possint in tali matrimonio permanere: licet non absoluat eos expreßè nihilominus absolutione non indiget, & qua de causa?*

14 *Papa vel princeps ad validitatem actus à se gesti, possunt fingere, quòd id quòd factum non sit, fuerit factum, & habeatur pro facto. & econtrà.*

15 *Gratiæ purificatio quando retrotrahitur in præiudicium illius, cui intermedio tempore ius est quæsitum.*

17 *Iuri quærendo facilius derogatur, quam iuri quæsito: & quæ sit considerabilis spes, vt illi non derogetur per principem aut papam.*

Priuilegium vel gratia contra aliud præcedens priuilegium de iure Cathaloniæ concedi prohibetur & quid de iure communi.

18 *Imperator nondum coronatus, vel rex qui nondum est receptus, aut iuratus, an possint gratias vel priuilegia concedere? & num. 25.*

19 *Mulier est incapax officiorum, præsertim eorum quæ conceduntur à principe. & quare,*

20 *Princeps si data aliquod officium alicui, & concedit quòd possit illud in vnum hæredum transferre, intelligitur de hærede sanguinis.*

21 *Hæres in casu prædicto potest ad illud officium eligi & nominari expreßè, & non sufficeret generalis institutio.*

22 *Expectatiua ad primum beneficium, vel officium vacaturum, comprehendit omnem vacationis modum, etiam illud qui causatur per renunciationem in manibus papæ vel principis, etiam si renuntietur, aut permutetur in fauorem certi aut nominati. & non alias, nec alio modo.*

Per renuntiationem officii, vel beneficij factam in manibus papæ vel principis, inducitur vera vacatio proprietatis, & possessionis. & nu. 23.

Surreptio vitiat gratiam aut rescriptum papæ vel principis, quando est talis, quod aut non concessissent, aut saltẽ difficilius fuissent concessuri.

24 *Confirmatio principis nihil operatur, etiam cum clausula supplentes &c. quando vitium est in re confirmabili non purgabile: vel quando illud quod confirmandum esset falsum esset.*

CONSILIVM XVI.

REQVISITVS vt apud solemne consistoriũ & audientiam Regiam Cataloniæ (quã rotam vocãt) cui subscriptorum determinatio competit dubiorum, edicerem quod esset meũ iudicium in casu quem subdam. & quid in eodem fieri debere censerem de iure difficillimum esse iudicaui, qui doctissimorum vndique virorum cohortem aspicerem, quorum oraculis veluti Delphici Apollinis, totus Cataloniæ principatus gubernatur: maximè quod in iuribus patriæ (quæ multa esse sciebam, quibus etiam iuri communi derogatum esset) nõ essem admodum instructus. confisus attamen de clarissimorum doctorum prædictorum sinceritate, & inuiolata in iudicando fide, operi me accinxi. & quãtum potero, breues & expeditas ac veras in iure decisiones & determinationes in mediũ afferam, quæ inter legendum causæ acta pro iustitia Laurentij Mallol ciuis Barchinõ. prima fronte sese obtulerũt.

1 † Et quoniam ius oriri ex facto palam est: comperio vtranque partem Regijs priuilegijs & concessionibus quæ fuerunt in processu producta inniti. Et inter cætera vidi priuilegium quoddam Bernardi Falco, surrogati in locum viduæ Michaelis Falco, quod Ioannes, & successiuè Ferdinandus Aragonum Reges catholici dicto quondam Michaeli falco concesserunt, de officio Leonerij vel costodis leonum ciuitatis Barchinonen. prædict. Nec non & aliud priuilegium confirmationis & ampliationis dicti priuilegij, per dictum Regem Ferdinandum indelebilis memoriæ concessum dicto quondam Michaeli. anno. 1510. Iunij, in villa Montisoni, de quibus priuilegijs & confirmatione subdemus inferius. Constat etiam de gratia seu concessione per inuictissimum Cæsarem electum imperatorem dominum Carolum Hispaniarum regna feliciter hodie moderantem, facta dicto Bernardo Falco, de dicto officio precedente renuntiatione dicti officij in manibus suæ maiestatis per procuratorem dictæ Frãcinæ viduæ præfati Michaelis Falco, tanquam ipsius Michaelis 2 successoris, & vt hæres in dicto officio. quæ quidem concessio dicto Bernardo Falco fata fuit per dictum Cesarem in villa Molendinorum regiorum prope Barchinonam, anno. 1419. die vero Nouembris. 26. Pro parte verò Baltasaris Cabrera productæ fuerunt duæ gratiæ siue concessiones sibi prędictam Cęsaream maiestatem de dicto officio factæ, quarum, prima concessa fuit priusquam dictus

Cæsar

Cæsar in Regem vel dominū Cataloniæ esset receptus ac
iuratus.altera verò quæ fuit prioris confirmatiua postquā
dictus Cæsar fuit in regem, vt matri conregnans admissus
& receptus.†Laurētius verò Mallol tertius collitigans, in-
nititur gratiæ expectatiuę, quā fœlicis recordationis Rex
Ferdinādus prædictus concessit eidē.anno. 1497.2.men-
sis Martij,de primo officio in Catalonia,vel in Maioricę,
vel Sardiniæ regnis vocaturo,summam centum librarum
Barchinonensium quolibet ann.nō excedente,quod ipse
Mallol duxisset acceptandum. Quæ quidē gratia concessa
dicto Mallol,non fuit simplex, sed fuit in recompensam
cuiusdam gemmæ seu perlæ magni valoris, quam dictus
Laurentius fœlicis etiā recordationis Reginæ Helisabet
dicti Ferdinandi Regis Catholici vxori donauerat.Con-
stat etiā ex processu quòd dicta gratia præfato Mallol cō-
cessa per dictum Regem Ferdinandum, nō fuit expedita
in forma solemni: nec literæ fuerunt desuper confectæ:
sed fuit continuata duntaxat in segistris Ioannis de Co-
loma, vnius ex secretarijs dicti regis Ferdinandi:attamen
illa fuit confirmata,& de nouo concessa si,& in quantum
opus esset,per inuictissimum Cæsarem prædictum : quæ
tamen cōfirmatio facta fuit post mortem dicti Michaelis
Falco, postquā renuntiationem præmētionatam de dicto
officio, quam etiam præcesserat controuersia inter dictū
Cabrera,& viduam predictā super dicto officio. Et hanc
confirmationem dicti Mallol, constat fuisse factā Barchi
nonæ.19.Ianuarij,anno.1520.Cū ergo dicta vidua,tāquā
hæres vniuersalis dicti,quondā Mich.Falco,domini dicti
officij,& qui ampliationē (vt est, præmissum)habebat, ꝙ
posset dictū officium transferre in vnū hæredū suorum,
quem ipse elegisset & successiuè dictus Bernardus per re-
nuntiationem dictæ viduæ(quæ in vim dictæ ampliatio-
nis se prætendebat in dicto officio successisse) teneret of-
ficium prædictū , petente Balthasare Cabrera prædicto se
ad illud admitti, in vim gratiæ specialis sibi factę de dicto
officio,tāquā vacante per obitū quondā Michaelis Falco:
& dicto Laurentio Mallol, illud ipsum ét petente in vim
dictæ suæ expectatiuæ; Quæritur quis sit in illo potior?&
cui istorum debeat adiudicari. discutiendo,partium ante-
dictarū iura quoniam veritas sæpius exagitata magis splē-
descit.l.munerum.§.mixta.ff.de mun.& hono.glo.in c.in
ter dilectos.extra de fide instru.& bo.tex.in c.graue.35.q.
2 9.† Considero ꝙ gratia expectatiua facta dicto Mallol per
dictum Regem Ferdinandum non fuit simplex:sed facta
fuit in recumpensationem & remunerationem seruitio-
rum reginali Maiestati(vt in dicta cōcessione dicitur)per
Mallol præstitorum: vnde infero, ꝙ huiusmodi gratia(ét
si priuilegium esset) ex quo simpliciter & gratis concessa
non fuit,sed in remunerationem,(vt colligitur expressè d.
gratia) vim habet contractus: & non potest ab ipso reuo-
cari: sed nec ab eius successoribus, vt cōcludit Bal.in l.qui
se patris.C.vnde libe.Pau.de Ca.in l.digna vox. C.de legi.
& fac.tex.in l.si pater.§.si quis aliquem. ff.de dona. refert
& sequitur Soci.consi.58.inci.visis priuilegijs.col.3.versi.
3 postremo considerandū est.vol.1.† Ad quod facit ꝙ sub-
dit idē Bald.in d.l.qui se patris.vbi dicit , ꝙ speciale est in
principe ꝙ poss.t ius & dñiū translatū per suū priuilegiū',
etiā sine causa auferre,arg.tex.notab.in l.qui fundos.C.de
omni agro deserto. li. 10. secus aūt esset quando non per
viā priuilegij,sed contractus & concessionis,arg. l.fundi.
C.de fund.patri.li.11.ideo dicit,ꝙ si cōcedatur aliquid,ac
cepto vel receptu aliquo alio, erit cōtractus equidē irreuo
cabilis.ita voluit idē,Bal.in l.nuptæ.ff. de senato.allega.d.l.
qui fundos. Quod dictū Bal.refert. & sequitur dñs meus
Phili.Decius consi.292.incip.visis & consideratis.&c. col.
pen.versi.superest tertia conclusio.volu.2. vbi ét ampliat
dictū. Bal. vt procedat nedū quando interuenit pretium,
verū ét quādo princeps habuit aliquā dationē, vel factum
habens aliquā cōmensurationē cū re concessa : quia tunc
nō dicitur priuilegiū,ét si princeps vteretur verbo,indul-
gemus:sed erit cōtractus emptionis & venditionis,quem
princeps non poterit reuocare, quia dolum committeret.
l.sicut mihi.ff.de dolo.Quod etiam tradit in simili Roma.
consi.352.incip.pro decisione propositæ quæstionis.in 2.
dubiu.& consi.252.incip.quæritur primo col.4.versi.Cæ
terum aduertendum.idem Abb.consi.41.incip. videndū
4 est ad finem volum.1.† Facit ad predicta quod.not.idem
Bal.in præalle. l. sicut mihi.ff.de dolo.vbi inquit,quòd pri
uilegium concessum,quod nō pendet ex sola auctoritate
cōcedentis: sed ex iure alteri acquisito propter eius factū,
reuocare non potest.& per hoc dicit se in facti contingen
tia consuluisse in ciuitate Senarum,quod priuilegium da-
tum quibusdam bannitis , quòd securè possent ibi morari
eo quòd communitas Senarum,ipsorum opera habuerat
quoddam castrum , quòd huiusmodi priuilegium erat ir-
reuocabile.Idem tenet Inno. Ioan. And.& doct.in c.no-
uit.extra de iudi.& tradit Alex.consil.suo. 101. incip.visis
instrumentis emptionis.&c.column. 1.volum.1.& And.
Barba.consi.2.vol.4.& consi.viii.inter consilia Alex.vol.
4.Et præmissis addantur quæ not. dominus meus Philip.
Decius præalleg.consil.292.versi.superest.vsque ad fin.&
consi.266.incip.in causa communitatis.versic.non obstat
aliud.in d.volu.2. vbi multis auctoritatibus & rationibus,
hanc determinationē corroborat: ad quē breuitatis causa
relatiu habeatur.Pręmissis etiā addatur Andr.Siculus cōs.
26.incip.col.8.versi.Ideo lex vel priuilegium vol.2.vbi ét
hanc determinationē extendit vt procedat quando transit
in quasi contractum & clarius in casu nostro ibidem col.
pen.versi.ita faciat ad prędicta,quia magnificus Colaudus.
& consi.7.col.5.versi.item dico quòd posito, &c. volu.1.
vbi comprobat hanc conclusionem & ostendit illam lo-
cum habere,etiam si princeps concedat gratiā, vel priuile
5 giū nō subdito.† Nec obstat prædictis, ꝙ de dictis meritis
Mallol , vel gēma, quæ prætēditur, succedere loco pretij,
non apparet,nisi solum per verba narratiua principis,quo
niam illa probant indubiè.Sed nec contra illa probatio ad
mittitur in contrarium,etiam si negatiuā nō continerent,
quę loco & tēpore coarctari possei.est.n.regula, ꝙ quādo
princeps attestatur de facto suo ,pprio,imo ét quādo de fa
cto alieno,super quo fundat suam intentionē, vel conces-
sionem, ꝙ huiusmodi verba licet enūtiatiua sint, probāt,
vt per Feder.de Senis consi. 107.inci.casus talis est, Ioānes
impetrauit.no.plene & remissiuè Fel.c.nonnulli.§.sunt &
alij.col.5.versi.amplia quarto.extra de rescrip.& c.cum in
iurę peritus, post Inn.col.pe.extra de off.deleg.Soci.plenè
consi.8.incip.visis inuestitura feudi in 5.dubio.vol.3.& ple
nissimè Francis.de curte.consi.49. incip. memoriæ reco-
lendę.col.4.ad finē respōsionis ad sextū contrariū.& cōsi.
20.col.4.& 5.Ro.consi.350.& Aret.consi.23.in 2.dubio.
& Soci.cons.266.col.11.versic.ista conclu.volu.2. & dixi
infra.latius consi.26.uersi.38.& melius consi.34.vers.10.
6 †Cum itaq; dicti Mallol concessio, vel expectatiua per di
ctum Regē Ferdinandum concessa, sit prior in data succe
dit vulg.regula iuris, qui prior est.li.6. Nec obst. ꝙ dicta
gratia Regis Ferdinandi expedita non fuit , nec super illa
fuerunt dicto Mallol regiæ literæ in consueta forma sibi
tradito: & sic videretur ꝙ effectum non produceret à tē-
pore quo fuerunt dictæ literę expeditę: ꝙ fuit, vt præmi-
simus.anno.1520.& sic postea quā ius erat partibus acqui
situm.& super illo iā cōtendebant, quādoquidē videtur ꝙ
gratia Papæ vel principis, nō censetur esse perfecta per si
gnaturā supplicationis à Papa vel principe factam : sed tūc
demum perficitur quādo literæ desuper sunt expeditæ &
confectæ: vt tradere videtur Fel.in c. Sollicitatus ad princi.
vers.est verum ꝙ rota extra de rescrip.idem.c.1. extra de
const.Bald.in l.humanum.C.de legi.glos.in clem.dudum.
§.nos enim.de sepul. & notant.Ioan.And.& alij in proe.
libr.6.

Quibus, vt vnico verbo respondeam,dico quòd Fely.
determinatio est intelligenda in locis pręleg.per ea, quę re
scripsit in rubr.de const. col.3. versic. & possunt ista me-
rito,&c. vt tum ipse in dictis locis, cum alij supra allegati,

loquantur quòad effectum probādi gratiam, nō diceretur esse completa gratia ante literarum confectionem, nō aūt quo ad validitatem dictæ gratiæ quandoquidem, vt dicit ibi, quam primum est prolatum verbum ex ore Papæ, vel principis, tunc dicitur esse facta gratia etiam literis nō expeditis, licet requiratur scriptura ad illius gratiæ probationem (vt prædixi) nisi in certis casibus, quos ponit idē Fel. in d. rub. de consti. sed nec ipsi in opinione contraria figit pedem, imo, q non requiratur scriptura ad validitatem & esse gratiæ. Et q statim perfecta sit quādo Papa, vel princeps protulit verbum cōcessiuum, est communis opinio, vt no. Car. in proe. clementi. versi. nec fanè. & ibi sequutus sum illam opinionem vt communem in apostil. ad dictū Cardi. in versi. scriptura. tenui eandē post Panor. in c. qualiter. in pri. in versi. gratiæ. extra de elect. & in apostil. ad Iaco. Rebuffi. in l. quicunque. C. de apo. publ. li. 10. vbi volūt, q nec bullatio, nec scriptura sint de essentia gratiæ. ita tenuit Spe. tit. de rescrip. præsenta. §. 1. vers. fiat aūt. Pau. de Ca. consi. 208. Rota dec. 332. incip. dicit Ro. curia. in no. & deci. 77. & in no. latè Fel. in c. Rodulphus col. 16. vers. fiat, est verbum præsentis temporis extra. de rescr. & Soc. cōs.
7 41. post prin. dicti cōsi. vol. 3. † Ad quod fa. q no. domini de Rota, deci. 567. incip. sciendum est, &c. in antiq. vbi si Papa faciat gratiam iuxta dignum arbitramur. de beneficio vacante, vel vacatura: & committitur examinatio alicui, si reperiatur idoneus, ponitur data in apostolicis literis diei supplicationis oblatæ, & non diei formæ, examinis, vel commissionis. q expressius innuit Rota, dec. 882. inci. not. q vbi gratia est facta. & c. in antiq. vbi tenet, q si post factam gratiam Papa moriatur ante, quam de super scriptura fiat, non expirat gratia, secundo, q si quis post signatam supplicationem ante literarū expeditionē moriatur, vacabit beneficium huiusmodi per ipsius obitum & illa fundant, & corroborant meam decisionem, qua dicebam gratiam per Regem Ferdinādum dicto Mallol factā, valuisse à tempore quo fuit ei facta, vel concessa per dictū Regem, & sic ab anno. 1497. quamuis literæ desuper non fuerint confectæ, & huiusmodi literæ expedientur per successorem nomine suo, de data tamē diei supplicationis concessæ, vel firmatæ, vt voluit dominus meus Philip. decius in d. rub. extra. de const. post Fel. ibi in 2. lectura, & de hoc est regula cancellariæ apostolicæ.

Præterea non fuit simpliciter absq; scriptura, quinimo fuit statim apposita in registris dicti secretarij. Ioannis de Colonia, vt ex data sui registri cōstat, quod est satis ad omnem effectum, vt voluit Gemi. consi. 82. ad medium vbi dicit, quòd sufficit bullam esse registratam, licet, non habeat subscriptionem registrantis: & sic in casu nostro sola bullatio deceset, quæ si desit non impeditur (vt prædixi) effectus gratiæ: præsertim, q in confirmatione Suæ maiestatis quā fecit de dicta gratia expectatiua est clausula quorum omniū defectus, & c. de qua latius dicemus inferius.
8 † His ita præmissis ostendendum est, q virtute illius gratiæ expectatiuæ (de cuius dubitare validitate & concedentis potestate, esset, os in cœlū apponere) sæpe dicto Mallol. & non alijs sigillatim de aliorum gratiarum, aut concessionū validitate tractando: monstrabimus officiū cōtiosum deberi, & à qun tempore, non autem colliligantibus, quorum concessiones nullas fuisse cōstat, quod post dictam expectatiuam concessæ fuerint.

Et supradictis præmissis facio aliam conclusionem, q ampliatio quæ cōcessa fuit per dictum Regem Ferdinandum prælato quondā Michaeli Falco, non voluit in præiudicium gratiæ expectatiuæ dicto mallol concessæ, quæ data erat anterioris. quādoquidē in priuilegijs, q prius est attenditur: nec locum habet in eis l. quoties. C. de rei vēd. vt ibi per dominum meum Ial. & not. Bal. in l. 2. C. de leg. & Roma. cōsi. 291. ne princeps decipere videatur et epistola. inter claras. C. de summa trinita. l. 1. C. de his, qui ve. eta. impetra. & l. meminerint. C. vnde vi. quod est verum etiā si dictus Mallol vitute dictæ gratiæ non acceptasset

officium prædictum per ea quæ notat Cardi. in c. dilecto. 2. extra de præben. vbi dicit, q si alicui concessa fuerit gratia ad beneficium aliquod vocantur quod ipse infrà mensem duxisset acceptandum iuxta stilum curiæ cum clausula decreti: & infra mensem si ab alio facta collatio non valebit illa collatio, etiam si gratiam habens nō acceptauerit beneficium illud. Nec etiam reconualescit ex eo quod alter non acceptauerit, vt est dictū, ita no. Ioā. Andr. quem sequitur Anch. in c. statutū. de rescri. li. 6. ad quod præfatus Card. dicit esse casum in cle. 1. in §. secus. de concession. præben. & allegat Ioan. Andreę. in præalle. §. secus. in gl. j. & ibi Paul. de Ca. vbi volunt, quod licet primus non acceptet, non valet collatio secundo facta, tanquā incongruo tēpore facta. Ar. c. bonæ. 1. extra de ele. & hanc opi. tenet Card. post collegium Paduanum consil. 105. incipiente re demptoris. & c. super præmisso casu cōsulturi. quē & tenet in d. §. secus. in 1. & 2. quęst. & eandē tenēt Lap. & Gemi. in c. statutum. de præben. li. 6. & ita & tenet egregius dominus Ioannes de Selua. postea præses Parisiensis primarius. in tracta. beneficiorum. parte tertia. q. 9.

Et si fingamus ampliationis priuilegium validum esse, illud esset dumtaxat, eò, quia concessit illud viuente, post autem illius obitum vires non haberet. Et sic cum decesserit dictus quondam Michael Falco, tempore Cæsareæ maiestatis, consequens est q dicta ampliatio sibi non profuit, quoniā prædecessor ligare non potuit successoris manus quo min' prouidere posset de officio prædicto q sub eius dominio vacabit. ita disponit ad literam pragmatica Regis Alphōsi, cōcessa 8. Maij anno. 1447. Cui similis est alia pragmatica eiusdē cōcessa, decima die dictorū mēsis, & anni. aliàs enim sequeretur q Rex posset in perpetuū officia alienare, & suos successores ligare, quod illa non darent, quod esse non debet, vt ibidem.

Nec etiam facit quod in d. §. secus. (qui videtur esse fundamentum opinionis huius) præfixum erat tempus ad acceptandū in casu autem nostro præfixum non fuit. Quādoquidē Cardinalis ibi q. 4. post. gl. in verb. mensem mōstrat idem esse, etiam si tempus non præfigatur, ad quod allegat tex. in c. innotuit. extra de elect. & c. inter cetera. extra de præben. & faciunt notata per Docto. in c. tibi, qui. e.
9 tit. de præben. li. 6. † Sed nec etiā obstat, quod ibi erat clausula decreti, quæ produxit illum effectum: in prima autē cōcessione dicti Mallol, quæ duntaxat fuit registrata, nō fuit apposita. Respōdeo etenim suprà ad deducta, & dico. q talis gratia leu cōcessio facta, est perinde ac si in ea fuissent appositæ omnes clausulæ, etiam si meræ liberalitatis esset, & nō remuneratoria. prout fuit, vt apparet ex tenore concessionis prædictæ. Nec enim dicendum est, q vnum dixerit princeps, & aliud voluerit, prout eleganter deduxit And. Sicu. consil. 34. col. 26. vol. 2. quem refert & sequitur Fran. de Cur. in præalleg. consi. 49. col. 2. versi. ex his ergo omnibus inferre videntur aliqui. &c. Liberalitas etenim & beneficium principis non subiacent alicui freno, vt est tex. no. in l. 6. ad mediū, C. de agentibus in rebus. li. 1 2. Cū ergo princeps voluerit ipsum Mallol, vti debere sua gratia, vel beneficio in illa sua concessione, quā mandauit expediri suo secretario prædicto, consequens est q mandauerit eidē, quòd omnes clausulas necessarias ad huiusmodi gratiæ effectū apponeret. per ea, quæ tradit Bart. in l. ex ea parte. ff. de verb. obl. & ita resoluit in fortioribus terminis Fel. in c. ex literis. col. 5. versic. 7. & vltima declaratio extra. de fide. instru. vbi dicit, quod notatius simpliciter rogatus, etiam à priuatis de aliquo contractu, potest addere in instrumēto clausulas omnes cōsuetas. & latius no. & remissiuè idem Fel. in c. constitutus. col. 2. versi. & quia ad hunc locum extra de consti tutio. dom. meus Iason in authen. si quis in aliquo. col. 15. & 16. & 17. C. de edendo. quæ consideratio multo magis habet locum in secretario principis, prout tradit dominus meus Hippolytus de marsilijs, singularia. 113. incip. in iure & c. quam & cōclusionē rationibus & auctoritatib. multis comprobat

egregius

gregius doctor Hispanus domi. Didacus de segura, in re-
peti.legis.4.§.fin.ff.de libe.& posthu.fol.2.colum.4.versi.
10 decimo sexto facit,&c. † Et si princeps voluerit dictã gra-
tiam siue expectatiuam Laurentij Mallol valere prout
supra dicebamus præsumi) certè potuit esse valida dicta
concessio, etiã absque clausula decreti: & suffecit sola prin
cipis voluntas. quoniam Papa solo verbo pronunciare po-
test quem sacerdotem esse, vel episcopum: cum tamẽ mul
tas à iure introductas esse solemnitates & cerimonias, vt
quis fiat episcopus, aut sacerdos, palam est. ita tradit Fel. in
c.1.colum.6.versi.fallit quarto extra de cõstit. iuncto tex.
vulgari in §.sed quod principi placuit.instit.de iure natura
li,&c. Nec obstat, q Fely. loquatur in Papa, quoniam prin
ceps, siue Imperator in temporalib' reputatur Papa, vt di-
cit gl.§.sacræ.in verb.pontifices. Instit. de rerum diuisio-
ne. ita dicit eleganter Bal. in c.1. in verb. Marchio. in tit. qui
feudũ dare possunt. in vsibus feudo. refert & sequitur Frã-
ciscus de Curte consi.35.incip.statuto, seu in capitulis Ia-
nuæ.colu.4.versic.suadẽtur præmissa.& ver.in casu isto.&
& consi.septuagesimo tertio.incip. super memorata facti
narratione.col.2.versi.veniamus ad quartum vbi late di-
sputando de principis potestate, voluit solam principis vo
luntatem haberi pro dispẽsatione. quod multo fortius erit
verum in casu nostro, in quo de dispensatione, vel priuile
gio contra ius non agitur: sed de simplici beneficio, etiam
ob merita, vt prædixi, in quo etiã scriptura non est neces-
11 saria ad esse gratiæ ipsius. † Et cũ declaratio priuilegij, vel
rescripti principis ad ipsum spectet: aut ad successorẽ eius
& per consequens ad Cæsaream maiestatem, qui declaran
do concessionem suppleuit clausulas deficientes & solen-
nitates omissas: vnde sumus extra dubium. quod examinat
latè Fely. in c. inter dilectos.col.8.versicu. fallit primo.&
col.5.versic.cum igitur.post Panor.ibi, extra de fide instr.
videlicet an cõfirmatio huiusmodi aliquid de nouo det,&
an suppleat solennitates & defectus formæ. Quoniam ẽt
si essemus in confirmatione simplici principis, suppleret
nihilominus defectus solennitatis & formæ, vt per Socy.
consi.63.inci.viso testamento nobilis viri.colum. 2.versi:
ex quo infertur,&c.vol.3.

Vnde sequitur unũ correlariũ quod subsequente confir
matione & declaratione principis, est perinde ac si d.clau
sula & aliȩ quotquot excogitari possunt, interuenissent a
principio, vel in prima gratia fuissent appositæ. ita cõcludit
Soc.consi. 120.incip.memini aliàs me consuluisse ad prin
12 cipium.versi.circa primum,&c.vol.1. † Quod verum est
etiam quò ad effectus procedentes. per quæ.no.eleganter
dictus Franc.de Cur.alleg.consi.49.col.antep.in fi.respõsi
ad vndecimum obiectum: vbi voluit, quòd princeps po-
test constitutionem positiuam obseruatam mandare ha-
beri pro infecta, & sic irritare gesta illius, allegat gl. quã di
cit ibi Card. esse singularem in cle.1.in ver.pro infectis.de
immu.eccle. quam sequitur Io.de Imo. in c. cæterũ extrà
de rescrip. vbi Car. tenet in 2.col.in 1.oppo. q Papa possit
nõ solum ea, quæ facta sunt habere pro infectis, quò ad ef
fectum. vt c.imperiali.25.q.2.& c.2. extra de testi. imo ẽt
possit de eo quod nullũ est facere aliquid, vt tenet expres-
se Lapus alleg.128.allegat tex. qui optimè probat. in capi.
hæc quippè.3.quæst.6. de quò per Fely. omnino in ca.ad
petitionem.col.3.versi.limita tamen illam gl. extrà de ac-
13 cusa. † Et licet Card. allegat gl. prædictam pro singulari, ad-
do illi sociam in cle.1.de consan.& affi. per quam gl. idem
Card. Io.de Imol.& Ancha. ibi voluerunt, quòd si haben
tes impedimentum contrahant scienter matrimonium in
gradu prohibito, & sic incurrunt sententiam excommu
nicationis: vt in d.Clem.1. si post ea sublatum fuerit impe-
dimentum prædictum per dispensationem, dispensando
Papa in radice matrimonij, vt possint permanere in sic cõ
tracto matrimonio, vel si dispensationis verba concernũt
pœnã præteritam illam tollendo non erit necessaria abso-
lutio ab excommunicatione prædicta, iã quam inciderãt
contrahendo, vt est dictum. ita etiam not. Panorm. ca. per
venerabilẽ. extrà qui filij sint legit.&c. quia circa. extrà de
consang.& affin.& ita tenuit Rom.consi.307.inci.in cau-
sa propositæ quæstionis & dixi latius infra consi. 31.vers.
14 10. † Accedat quod subdit Fran.de Curte, vbi eum suprà
versi.12.allegauimus versi.ad septimum. vbi dicit, q Pa-
pa, vel princeps ad validitatem actus à se gesti potest fin-
gere expressum, q non est adeo q si in signatura supplica
tionis dicant, fiat vt petitur sufficit si in supplicatione pete
batur. quia ex tali signatura perinde est ac si fuisset expres-
sum & specificatum secundum do. Alex. secũdum vnam
quotam, consi.55.& secundum aliam, consi.2.incipien.vi
sis literis legitimationis. allegat. tex. in c.1. extra de transla.
præla.& in c. illa quotidiana. extra de elec.& in c. si motu
proprio. de præben. lib.6.& in clem. pastoralis. extra de re
iudi.& secũdum eum ita se habet stilus curiȩ in apponẽdo
clausulam, quorum tenores haberi voluimus pro expres-
15 sis, aut illi æquipollentem, prout est in casu nostro. † Non
obst. q imperator sæpe dictus vacãte dicto officio, per di
cti quondam Michaelis obitum prouidit de illo prænomi
nato Baltasari Cabrera, quod facere potuit, maximè quia
dictus Mallol non acceptauerat illud uirtute suæ gratiæ
expectatiuæ sæpedictȩ. Cũ.n. non stetit per dictũ Malloli
sed per ipsum Regem concedentem dictã ampliationem,
uel extẽsionem, retrotrahitur purificatio, ac si à principio
se acceptasset, ut per Rotam deci.225.incip.not. quòd ubi
aliquis in antiq.& deci.168.inci.nota q vbi non extitit.
Facit ad prædicta quod no. Car. in prȩalle.§.secus.q.5.ver
si.4. quia acceptatio,&c. vbi in simili concludit, q quo iste
Mallol acceptauit dictum officium, licet sit vltimus in da
ta acceptationis, attñ acceptationes aliorum carẽt effectu
nec præiudicant alijs acceptationibus ab habentibus expe
ctatiuam, quin acceptare possint ex quo primum non pos
sunt obtinere. Arg. l.2.in fi. & l.4.et l. optione. ff. de optio.
16 lega. † Quintmo salua protestatione præmissa, crederẽ trãs
ferri dominium de iure officij alicuius, quãdo casus voca-
tionis occurrit, absq; vlteriori traditione possessionis. cũ
solo verbo (ut prædixi) gratiam cõcedere possit princeps
& conferre. vt not. Fran.de Curte in alleg.consil. 49.colu.
41.versi.4.respondemus. allegat Bal. in proemio feudorũ
versi.certũ est autem. in c.1. in tit. quid sit inuest.& se re-
mittit ad notata latius per eum, post Alex.de Alexand. in
17 l.falsus.C.de ꝓcur. & in præludijs Feud. † Nec dicatur po
tuisse scribere motu proprio in prouisionibus, quas fecit
dictis Bernardo Falco, & Baltasari Cabrera, prout tenent
Docto. in c.2.de præben.li.6.& remissiuè per. Socy.consi.
117.versi.Sed & quando prædicta cessarent.vol.3.& ma-
ximè dictam ampliationem cõcedere potuit, ex quo nõ-
dum erat ius quæsitum ipsi Mallol, prȩsertim quando vi
detur vti plenitudine potestatis. vt Soc. resoluit consil. 63.
incip. viso testamento nobilis,&c. versi.sed hoc non ob-
stante.col.4.vol.3. in quo quidẽ principe sufficit tunc pro
causa voluntas, vt dixi supra.

Respondeo etenim, quòd iura patriæ resistũt, quòd pos
sit cõcedere princeps vnam gratiam, vel rescriptũ in prȩ-
iudicium primæ, quam concesserat vel quòd gratia vel re
scriptum possit per aliud contrariũ tolli, vt est constitutio
Regis Alphõsi.2.in curia Mantisoni.c. 7.versi.item statui
mus et ordinamus, q nulla charta. et ad hoc est alia consti
tutio Regis eiusdem in eadem curia.c.57.incip. item ordi
namus et statuimus, q nulla litera nostra et constitutio
Regis Iacob. primi in curia Tarraconæ.ca. 11.incip. Item
q literæ etc. et alia Regis Iacobi. secũdi in 2.curia Barchi.
ca. 16.incip. Item q nos et successores nostri. et in 3.curia
Barchi. Item ordinamus et promittimus.&c. et in curia
Gerun.c.3.inci. Item statuimus q capi.&c.& c.9.inci. Itẽ
statuimus quòd dictum cap.& in alijs multis constitutio-
nibus.& ita etiam regulariter de iure cõmuni, vt est text.
solennis in l.2.§.Seruius. autem Sulpicius. ff. de origin. iu-
ris quem ad hoc allegat. Fran.de Curte. consil.43.versicu.
confirmantur præmissa,&c.colu.5.& multo minus in ca-
su nostro cum agatur de beneficio siue gratia remunera-
toria,

toria, vt prædixi. qui.n.beneficiũ recipit iure naturę obl ga
tus est ad antidora.l.sed & si lege.§. cõsuluit.ff.de petitio.
hæredit.& capitulo cum in officijs, extrà de testam.cum
similibus. Imo si & vbi cessarent prædicta, cum ex cõtra-
ctu, vel ex quasi contractu spes ad dictum officium com-
peteret dicto Mallol, non potuit illam princeps tollere, cũ
esset considerabilis vt prædixi, & ita not. Philip. Corneus
consil.68.in litera h.& sequenti volu.3.& dominus meus
Philippus Decius consil.239.incipiente primo non vide-
tur dubitandum.colum.3.versic.sed breuiter his non ob-
stantibus.volum.2.& Francisc.de Curte consil.16.incip.
18 clarus vir.colum.13.versicul.3.quia licet, &c. † Concessio
autem dicto Cabrera primo facta non videtur subsistere
viribus quoniam fuit concessa priusquam Cæsar in Regẽ
admitteretur, aut reciperetur in dicta patria Cataloniæ, &
licet doc.in l.benè à Zenone.C.de quadr.pręsc.teneãt cõ-
muniter valere priuilegio, que Imperator electus ante co
ronationem suam concessit: vt per Philippum Corn.con-
sil.1.vol.3. attamẽ sumus in terminis valde remotis, quo-
niam hic agitur de corregnante cum matre. Vnde gratiæ
per eum cõcessæ ante traditam vel cessam sibi administra
tionem sunt nullius valoris & momẽti, vt voluit Ray.de
Forliuio præceptor Bart. quem refert ibi Bar.in l.sed & re
probari.in princip.ff.de excusat.tutorũ. idem in extrauag.
ad reprimendũ.versi.reges.& Signor.de Homod.in proe.
digestorum.& consi.129.col.5.ex quibus infero sæpe di-
ctum Mallol admitti ad officium prædictum, tãquam va
19 cans per obitum dicti quondam Michaelis Falco. † Et vt
apertius ostendamus abũdantem iusticiam dicti Mallol,
fingamus ampliationem prędictam valuisse, nihilominus
adhuc vacauit per obitum dicti quondam Michaelis si at
tendãtur verba dictæ ampliationis, dum dicitur ad vnum
hæredem vestrum, quem verbo, testamẽto codicillo, aut
alia quauis scriptura, tam in sanitate, quam in mortis arti-
culo, duxeritis eligendum, nominandum & instituendum
quoque possitis mutare & variare semel, &c. prout ibi. ex
quibus colligo, quòd dicta vidua vigore dictæ ampliatio-
nis non potuit per dictum eius virum eligi, considero et-
enim quia regulariter sunt mulieres incapaces officiorum
præsertim illorum quæ à principe conferuntur (vt euitem
contraria quæ ponunt Lucas de Pen.& Iacob.Rebuf.post
Bart.in l.1. C.de mulie.& in quo loco, &c.lib.10.& l.mu-
lieres.& ibi etiam Doc.C.de dign.lib.12.& in l.imperia-
lis.C.de nupt.& l.fœminæ.ff.de sena. & vtrobique Doct.
Quinimo dominus meus Philip. Dec. in l.fœminę.post
Bar.& Doctor.ibi.ff.de reg.iur. tenet ad literam fœminas
officiorum publicorum incapaces esse, & quòd nisi prin-
ceps in priuilegio deroget d.l.fœminę & non obstante, ꝙ
sit fęmina, non poterit huiusmodi officium obtinere. Nec
mirum quoniam in tantum sunt fœminæ deterioris con-
ditionis plusquam masculi, quòd licet statutum ad alicu-
ius actus validitatem propinquorum contrahentis exigat
consensum, non erit necessarius consensus fœminarum,
si propinquiores essent, nisi materia esset differens ita in
domi. meus Philippus Decius qui multa ad hoc proposi-
tum adducit in dicta Regula fœminæ.

Omitto, quòd etiam si in feudo cõcesso absque aliquo
seruitio regulariter fœmina nõ succedit, vt per dominum
meũ Franc.Cur.in tract.feud.par.3.q.1.in 1. limitat. quod
tamen non pono pro cõstanti, nec aliter disentio, cum sit
20 extrà propositum nostrum. † Vnde succedit cõclusio mar
morea, quòd dictus quondam Falco, etiam particulariter
& expressè non potuit dictam eius vxorem ad officium
prædictum nominare in vim ampliationis prædictæ per
quam concedebatur eidem, quòd posset eligere vnum hę-
red.&c. prout suprà.versi.præcedente dicebamus. Quod
etiam alio capite & ratione demonstro. Si enim attenda-
mus verba dictæ ampliationis apparebit principẽ amplian
tem attẽdisse hæredes sanguinis ipsius Michael. Fal. prout
suprà.consi.6.versi.6.& 3. diffusè monstrauimus, & non
intellexit de hærede hæreditatis. quoniam raro quis, aut
nunquam sine talibus hæredibus decedit. quod etiam ap-
paret per illa verba, ad vnum hæredem vestrum: & dum
ait, quem vos elegeritis, vnde obstat huic dominæ Fran-
cinę conditio muliebris, & ꝙ sit hęres extranea. Et quãuis
in dicto priuilegio ampliationis fuisset apposita dictio,
quęcunque ita ꝙ quemcunque hæredem potuisset, dictę
ampliationis vigore nominare: tamẽ debet intelligi de hę
rede qui esset aliàs habilis ad officium prędictum, & sic ad
solos masculos, per ea quę in simili no. dominus meus Phi
lip. Dec. in feudo cõcesso pro inuestito & suis hæredibus,
& quibus dederit concludens, ꝙ per illa verba, non admit
tantur inhabiles, ita no. consil.585. incip. in causa istorum
nobilium.ver.2.respondetur.vol.1.& idem dicit esse etiã
si apponeretur dictio, quibuscunq;: vt resoluit consi.208.
incip. ad clariorem.vol.2.& consi.171. incipiẽ. in causa ve
nerabilium monialiũ. ad fin. vbi loquitur in emphyteosi
concessa pro quibuscunque hæredibus. volumi. 1.& licet
hoc dictum pro constanti non ponam, qm̃ Franc.de Cur.
consil.63.col.19.& dominus meus Franc. de Cur. Iunior.
in suo tract.feud.pag.3.in fi.& consi.primo.column. 4.&
consil. quarto. quæ sunt post dictum tracta. aliter viden-
tur sentire, & dominus meus Iasan l.si fideiussor. §. præ-
tor ait.ff.qui satisd.cogã. attamen non examino de verita-
21 te huius dicti: quia non sumus in illis terminis. † Dico ma-
gis, ꝙ etiam si dicta domina Francina fuisset masculus, &
filius, aut descendens ipsius quondam Mich. debuit nihi-
lominus ad officium prædictum specialiter eligi & nomi
nari ab ipso dom. Micha.& ultra id, quod illa decisio com
probatur ex uerbis clatis ipsius ampliationis, ita resoluit
in fortioribus terminis Iacobus Marquilles practicus pa-
triæ, in viatico de intestatis. quæstio. 26. & addantur quæ
notauimus suprà consil.1.uersi. 28. in illo articulo de suc-
cessione stipulata primogenito, uel alijs de certo matrimo
nio procreãdis, quòd si nõ fuerit aliquis expresse nomina
tus, succedunt omnes. Cũ ergo Regia maiestas in amplia-
tione sæpe dicta dixerit, ad unum hæredem, quem vos ele
geritis, &c. Apertũ est ꝙ uolit expressam nominationẽ fie
ri, & non fuit satis illa generalis, ut uoluit Francisc. de Cur
te dicto consil.49.col. 11.& 47.ad primum: ubi dicit, quòd
quando debet expressè fieri mentio rei alicuius, uel perso
næ, non sufficit generalis. de quo dixi suprà dicto consilio
primo.uersi.28.& infrà consi.sequenti. Et si ponderemus
quòd huiusmodi electionem non solum facere potuit ex
prærogatiua dictæ ampliationis in suo testamento Mi-
chael prædictus: uerum etiam in contractu uiuos, clarum
est principem intellexisse dictam nominationem expres-
sam, & specificam debere esse, quoniã sicut aliàs nõ potuis
set quis primo loco, & quis secundo loco nominari: cum
etiam data fuerit eidem potestas uariandi & nominandi
alium, quẽ prius nominasset. Et præmissis addantur, quæ
notat dominus meus Franciscinus de Curte in dicto tra-
ctatu feudorũ par.tertia. in fine.& consilio 4. in illa quæst.
qua quærit, an succedant ab intestato in feudo, quod ali-
cui datum est pro eo, & quibus uoluerit.

Ex quibus sequitur unum corellariũ ꝙ ex quo ista do.
Frãcina non fuit legitimè adsecuta dictum officiũ non ua
luit renũtiatio quam fecit de illo in fauorem dicti Bernar
22 di falco. † Sed fingamus ampliationem ualuisse: & quòd di
cta domina Francina uigore illius fuerit officium prædi-
ctum adsecuta, dico nihilominus, quòd uigore dictæ re-
nũtiationis fuit datus locus expectatiuæ dicti Mallol: Sed
nec opitulatur dicto Bernardo falco prouisio sibi facta per
Cæsaream maiestatem de dicto officio, de qua suprà dixi-
mus in principio. Moueor, quia talis renuntiatio facta fuit
pure & simpliciter in manibus suæ maiestatis per dictæ
dominæ Francinæ procuratorem. Vnde uacauit dictum
officium, ut per gloss. in cap. cupientes. in uerb. uacauit.
de electio.lib.6.& c.sæpe.de præben.eod.lib. in uersic. ua-
cat.& c.1.& utrobique Doctor. de renunt. gl. melior de iu
se in cap. si propter tua debita. in uersi. uacabunt. ubi Ge-
min. Archid.& Philippus Francus de rescip. eod. lib. 6.&
Felyn.

Fely.omnino in cap.in nostra.col.22.versi.tricesimum se-
ptimum correllarium,extrà de rescrip.& c.licet.in prin.ex
trà de offic.dele. vbi dicunt,quod beneficiũ dicitur vacare
per mortẽ,vel per renũciationẽ,siue per aliã cãm:& habẽs
expectatiuã ad primũ beneficiũ vacaturũ comprehendit
omnem modum vacationis,quãdo nullus vacationis mo-
dus exprimitur:vt voluerunt domini de Rota decis. 41.
incip.nota,quòd habens gratiam,allegant not. & io c.cum
in illis.de præbend.lib.6.& in cle.voica.eod.tit. Idem te-
nent d.domini de Rota decis.t 19.incip.legatus,vel nũcius
in nouis & hoc verum est,etiam si facta fuisset renuncia-
tio,vel permutatio in fauorẽ certæ personæ, & non alias,
nec alio modo,vt apertè decidit Rota,quæst.398.inci.no
ta quòd resignatio beneficij reseruati,etiã ex causa permu
tationis,veram vacationem inducit.in antiq.per tex.& no
ta.c.vnico,de rerum permut.li.6.& idem tenet in sequẽti
decisione,vbi dicit quòd beneficia resignata etiam ex cau-
sa permutationis,vacant in veritate,ad quod alleg.Roma.
deci.402.incip.nota, quòd si quis permutauerit vnum be
neficium in antiq.pro quo fa.cle.viuca.de rerum permut.
23 †Nec obstat,quòd Cæsarea maiestas dictam renuntiatio-
nem admisit(siue pura fuerit sine qualificata,non curo) &
prouidit dicto Bernardo Falco:de offic.o prædicto per re
nuntiationem huiusmodi vacante. Dico enim quòd per
dictam rennunciationem,ante collationem subsecutã,fuit,
inducta vera vacatio possessionis & proprietatis officij
prædicti:vt per Rotam deccis.863.incip.Si A.& B.in anti
quis,vbi volunt quòd stante renuntiatione prædicta,si an
tequam expedita, esset permutatio prædicta, expectans
fecit sibi prouideri de beneficio ipsius A.per suum execu-
torẽ,licet ordinarius dictã permutationẽ postea perficiat
præfertur nihilominus expectans.

Nec facit quod d.Mallol.dictum officium non accepta
uit ante illius collationem,per Cæsaream maiest. factam,
quoniam satis est ꝙ per dictam renuntiationem vacaue-
uerit.quoniam collatio per Cæsaream maiestatem fieri
non potuit in præiudiciũ gratiæ expectatiuæ dicti Mal-
lol.quę purificata erat, vt sæpe dixi.

Sed nec obstat,ꝙ in dicta prima concessione, siue gra
tia Laurentij Mallol sępe dicti, non fuit apposita clausula
per cessum,vel decessum & sic non fuerit purificata gratia
illa per renuntiationem,siue cessum dictæ dominę Fran-
cinæ.quoniam,vt prædixi,locum habuit per quencunque
modum vacationis,vt dicebam suprà,vers.præcedenti.&
alias clausula illa & quarum omnium clausularum, &c.
in gratia dicti Mallol apposita, succederat in locum illius
24 clausulę,vbi necessaria esset,vt suprà dixi.†Aliunde nõ va
luit dicti Bern.prouisio,quoniam falsò in sua supplicatio-
ne Cęsa.maiestati exposuerat, quòd ipsa domina renun-
tians fuisset vigore ampliationis prædictæ officium præ-
dictum adsecuta & falsius, quòd ipsa fuerat instituta hęres
specialiter in d officio,prout constat instrumento gratiæ
factæ dicto Bernardo Falco. Et clarum est illis supplica-
tis redditum fuisse proniorem Cæsarem ad ipsum officiũ
conferendum dicto Bernardo. Et per consequens sequi-
tur,ꝙ dicta surreptio reddidit gratiam,factam dicto Ber-
nardo,nullam,vt latè & remissiue Socinus consi.169.inci
piente circa primum volumto.2.& consil.251.incipiente
quoniam,colum.1t.versic.confirmo.eodem volumin.2.
cui etiam gratiæ obstat,quòd impetrans debuit princpi fa
cere mentionem de processu,quem contra dictam viduã
habebat super hæreditate & bonis dicti quondam Micha
elis falco:& de statu causæ,vt prosequitur Philippus Cor-
nelius consi.181.incip.vila copia,in litera, 1.volu.tertio.
25 † Gratiæ autem factæ sępe dicto Baldasari Cabrera,vltra
ea quæ suprà contra illam allegauimus,obstat si prima gra
tia non voluit.qoia data & concessa per eum qui tempore
illo non erat acceptus in Regem, & nõ fuerat iuratus pro
Rege, vel pro conregnãte cum eius matre,cõfirmatio po
stea secuta non profuit. licet Cæsar per illam videatur tol-
lere omnes defectus quandoquidem ubi uitium est in te
confirmabili,non purgabile,tunc nihil operatur cõfirma
tio.ut not.dominus meus Hippolyt.singulari 79.incipien
te confirmatio.Et maximè, quia illud quod cõfirmatum
esset,falsum esset,quo casu per quancunque clausulam nõ
purgatur defectus in confirmato existens: ut per eundem
dominum meum Hippol. singulari.163.incip. crimẽ.falsi.

Et sic reducendo prædicta in unam summam dico sæ-
pedictum Mallol,potiorem esse in iure in dicto officio,
præfatis Bernardo falco, & Balthasari Cabrera illusque de
bere præferri, non obstantibus præmentionatis prouisio-
nibus regijs,& alijs,supra allegatis,quę tamẽ suppono.&c.
Celsus.

SVMMARIVM.

1 *INtestatus dicitur quis decedere quo ad bona, vel res de quibus testamentum non fecit, cum debuisset de illis expressè disponere.& suprà consi.I.versi.28.*

2 *Officium habens quod potest in vnum haredem transferre, non transmittit illud ad vniuersalem haredem,quem instituit in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus.*

Officium publicum non venit appellatione bonorum mobilium,nec immobilium, nec etiam appellatione iurium.

ADDITIO SIVE CONSIL. XVI.

HIs DIEBVS consului in fauorem Laurentij
Mallol, super officio Leonerij ciuitatis Bar-
chinonen. & in illo consi. præsupponebam
tanquam clarum, quòd institutio sola facta
de fœmina, uxore quõdam Michaelis falco
per ipsum,quam sibi instituit uniuersalem hæredẽ in om
nibus suis bonis mobilibus & immobilibus,non erat suf-
ciẽs,vt dicta vidua officium sæpe dictum adsequeretur,ꝙ
ipse Mich.Falco transferre poterat in vnum suorum hære
dum,quem ipse nominasset,aut eligeret. Causis et rationi
1 bus in præcedenti consi.deductis.†Et concorro in eadem
opinione & sententia pro quo allego Raphael Fulgo.in l.
generaliter.in fi.princ.& not.& in l.si mater C.de instim.
& subst. sub condi. fac. vt dicitur intestatus decessisse, qui
testamentũ fecit: sed nõ de illis bonis,ad quod allego tex.
optim.Instit de legit.agna.tutela.§.quod autem. vbi tex.
formaliter dicit,quòd aut lex vocat ab intestato agnatos
ad tutelam,& non habet hanc significationem, si testamẽ
tum non fecerit is,qui poterat dare tutores:sed quãtum ad
tutellam pertinet decessit intestatus,igitur dispositio quæ
loquitur in intestato respectu certæ rei, verificatur in eo,
qui testamentum fecit si respectu illius rei decesserit in-
testatus.& sic ad casum,cum aliam nominationem vel ele
ctionem ad officium prædictum nõ prætendatur fecisse
dictus quõdam Michael Falco.Et illum officium propriè
non poterat dici esse in bonis suis, etiam ampliatione de
qua est contentio stante dicitur sæpe dictus Michael,quò
ad illud officium intestatus decessisse,per iura prędicta.ad
quod est bonus text.in le.intestato.ff.de legit.tut.vbi text.
in principio. dicit intestato parente mortuo defertur
agnatis tutela:& subdit,intestatus autem videtur,non so-
lum qui testamentum non fecit:sed & is qui in suo testa-
mento liberis tutores non dederit.qui textus aperte deci-
dit hunc casum.de quo diximus supra consil. 1.versic.28.
2 †Facilè esset,si & vbi casus vrgeret, ostendere ꝙ sub illa
generali institutione non comprehendebatur officiũ præ
dictum.quod latè suprà documus in præcedenti consilio.
Vltra quæ si attendatur quòd non venit appellatione bo-
norum mobilium & immobilium.vt per dominum meũ
Iaso.in l.stipulatio hoc modo concepta ad finem.ff.de ver
borum oblig.& not.dominus meus Philip.Dec.consilio.
237.in casu proposito agam breuibus.volum.2.nec etiam
appellatione iurium.vt per Aretin.consi.148.incip.in quę
stione proposita,&c. & per consequẽs cum nõ fuerit ex-
pressè ad tale officium nominata,& electa d.vidua(in ca-
su quo

su quo potuisset eligi vigore dictę ampliationis) cōsequēs est quòd non valuit renunciatio nec prouisio facta prædicto Bernardo Falco, vigore dictæ renuntiationis: prout in dicto præcedenti consi. resoluebam, in quibus resolutionibus & determinatiooibus perseuero. Ego Cellus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatione vel promissione generali non videtur quis suscepisse in se casus fortuitos. sed requiritur obligatio seu promissio specialis.*

2 *Suscipiens in se periculum, vel casum fortuitum non videtur suscepisse casus fortuitos insolitos. & multo minus eos qui raro, aut unquam accidere solent, etiam si casuum insolitorum periculum in se suscepisset. & nu. 5.*

3 *Casus insolitus est casus fortuitus, sed non econtra & quid differant inuicem, & qui dicantur insoliti, & qui fortuiti.*

4 *Casuum fortuitorum alij sunt insoliti simpliciter, & alij non consueti, & improuisi. & istorum insolitorum aliqui sunt magis insoliti, & aliqui in superlatiuo. adhuc magis insoliti & num. 6.*

5 *Bellum, & guerra. & partialitates inter quas casuum fortuitorum numerantur, præsertim quando prouenit ex causa, quæ nunquam fuit visa, vel audita similis, vt bellum Papa contra Florentinos pro eo quod Florentini suspenderant Archiepiscopum Pisanum, & detinebant captum Cardinalem consobrinum Papa Et bellum Catalanorum contra Regem Ioannem eorum dominum, quod ortum habuit pro eo quòd dictus Rex volebat, quòd iurarent in principem filium suum secundo genitum & non primogenitum. & numero 6.*

7 *Rex si per sententiam arbitrariam quam Rex ex commissione trium statuū regni sui sibi facta tulit remisserit in perpetuum, vel ad tempus certa debita alicui, non tenetur de euictione obligatus, etiam qui suscepit in se casus insolitos prouisos, & non cogitatos. & nu. & ibi quando tenetur de euictione, si res per arbitrariam sententiam euincatur.*

9 *Locator tenetur ad casus fortuitos & quid in emphyteuta et quando apparet certus contradictor, tunc is cui fit cōtra dictio, tenetur denunciare obligato ad hoc quòd de euictione teneatur, etiam si illa non fuerit & mora quando ipse non potest vti re illa num. 11.*

10 *Certus an & quando debeat certiorari.*

11 *Rex superiorē non recognoscens potest ex iusta causa rē vnius priuat auferre & illam alteri concedere. & quòd in principe iusta causa præsumatur.*

CONSILIVM XVII.

VIsis actis causæ, quæ in audiētia Regia vertitur inter magnificos Petrū Galcerandum, Corominès, & Eugeniam vxorē magnifici Francisci Terræ stupēdisque consilijs, quæ præstantissimi iurium monarchæ Petrus mihi Ioannes Costa, & Anton. Ioann. Mercer, patres venerandi, in dicti domini Francisci Terræ & seu dictæ dominæ Eugeniæ vxoris eius fauorem reddiderunt: quibus ita iustitiā dictæ do. Eugenię marmoreis (vt aiunt) fundamentis, corroborarunt, & stabiliernnt: quod illis aliquid addere velle, sit solem (vt tusco prouerbio dicūt) de mense Augusti vendere. Et licet nuda mea subscriptio sufficeret, qua me in eorum opinionem condescendere monstrarem, paucis nihilominus subscriptas rationes, quas veluti spicas de optimorum messorū dissipías, vel potius neglectas manibus, collegi, meā hanc & dictorum dominorum consultorum resolutionē & decisionem coroborando, in medium proferre nō dubitabo.

1 In primis considero quòd non forte possumus imperitiienter dicere quondam magnificum dominum Petrū Galcerādum Descollo: virtute clausulæ illius cui innititur præfatus dominus Corominet in se non suscepisse fortuiti casus euictionem, per illam generalem obligationem, argum. eorum quæ habentur in l. 1. C. commod. & notat. in l. stipulatio ista. in princip. ff. de verbor. obligationibus. Quandoquidem talis obligatio debet esse specialis vt est tex. & ibi Doctor. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. vbi signanter dominus meus Iaso. super gl. in verbo, specialiter, hoc tradit, per quam etiam gl. voluit Angelus ibi, quod si nauigaturus renūtiet omni casui fortuito qui sibi possit in mari contingere, non valet huiusmodi renuntiatio, quod dictum sequuntur ibi Fulgos. & Alexand. & not. doctor. in l. 1. C. de pos. & in l. 1. §. sæpe. ff. eodē. &

2 capitulo 1. extra commoda. † Prosequendo vlterius considero, quòd etiam si cessaret Regia sententia, cui innititur dominus consulens: diceretur que dictus Descollo. casus fortuitos suscepisse, quod adhuc non tenetur de euictione in casibus in quibus sumus, qui enim casum fortuitū vel periculum in se suscipit, non tamen tenetur ad casum fortuitum insolitū, nec videtur de illo cogitasse, vt est casus singularis in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contra. emp. Vbi est bona gloss. in versic. immoderate. et communiter doc. & Bar. in l. Seya. §. medico. ff. de annuis leg. dom. Anto. c. p. 1. suprà alleg. extrà commoda. cum simil. tenuit Angel. consi. 74. incip. præmittendum est. & consi. 176. Alexander consi. 17. incipiente visis & accurate ponderatis. columna septima. & Andr. Siculus consi. a 1. incipiente. colum. 4. versic. præterea est considerandum. volum. 2. Quod dictum licet Ioannes de Immol. in allegat. §. frumenta. Bal. & Angel. & Alexander sibi contrarij & Fulgos. in dicto §. quęsitum. visi sint reprehendere. & Barbat. consi. 26. incip. colu. 7. versiculo et si quispiam. volu. 2. allegantes pro eorum opinione & sententia tex. in d. §. frumenta. dicentes, quòd ille tex. decidit, quod etiam tenetur de insolitis, quibus est Bartol. pro se allegauerit. Attamē quicquid voluerint contrariam opinionem tenentes. Quorum Bal. præ ceteris notabiliter est locutus. teneo cum Bartol. & domino meo Iason. in dicto. §. quęsitum. Et considero post Salycetum in l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio. & post Alexand. in l. respiciendum. §. delinquūt. ff. de pœnis, quòd lata differentia est inter casum fortuitum, & casum insolitū quod optimè declarant Salycet. & Alexander ibidem. & licet casus insolitus bene dicatur semper fortuitus: non tamen cōtra vt ibi per eos. Vnde dico quod tex. in d. §. frumenta. benè fuit allegatus à Bart. inducendo eū à speciali, prout credo Bart. eum inducere voluisse. ibi enim, qui vendidit frumentum in herba, promisit velle teneri si quid vi aut tempestate factum esset. dicitur ibi, quòd si niues immoderatè & contra consuetudinem frumenta corruperint, quòd tenetur. Attendendum est enim quòd si niues moderatè fuissent & secundum consuetudinem, tunc non potuisset dici casus fortuitus, nec vis tempestatis: sed casus naturalis et contingens naturaliter. Cum ergo ibi promiserit de vi, aut tēpestate, secundum naturam subiectam intelligitur promisisse de insolitis. & istud; est quod declarat ibi gl. fi. dicēs, quod ille qui se obligat ad insolita, nō ita tenetur ad solita, vt ibi; & idē contra arguendo ergo à speciali bene facit pro Bar. prout etiā Bal. sentit in d. §. quęsitum. col. penul. & clarius in c. quoniam frequenter. colu. etiam. pen. vbi ponit intellectum & casum illius. §. extrà. vt lite contest. idem Bal. in cap. cum olim, extra de consuet. Raph. Cuma. in præalleg. §. medico, vbi dicit, quod tex. in dic. §. frumenta. videtur prima facie contra Bar. facere: tamen ratio illius facit pro ipso, quia immoderata læsio dicitur damnum, & moderata & communiter eueniens. & cum Bar. tenet Alex. consilio 472. incip. perspectis uerbis. ad h. & dominus Iason. in d. quęsitum. colum. mihi 7. uersiculo. item adde in quantum Bar. ubi dictam opin. Barto. corroborat multis rationibus & auctoritatibus.

Si ergo dicere uolumus ex uerbis capitulorum matrimonialium,

monialium, dictum quōdam Descolla. ex generali illa pro
missione obligatum non fuisse, hoc dicere possumus: cum
ad hoc vt quis ex conuentione de casu fortuito teneatur,
generalis promissio secundum magis cōmunem opin. nō
sufficit, imo debet specialiter hoc exprimi, prout dixi su-
pra, versi. 1. siue etiam dicamus ipsum dominum Descoll.
ex verbis dictæ conuētionis in se suscepisse onus casus for
tuit. adhuc nihil officit dicto domino consulentis, quoniā
qui periculum in se suscipit de omnibus casibus fortuitis
si casus extraneus & omnino insolitus occurrat, non obli
gatur, vt voluit Bario. vbi supra. sententiam cuius dominus
meus Ias. in d. §. quæsitum. & corroborat iurium & ratio
4 num auctoritatibus, & ostendit esse communem. † Quòd
autem cessata fuerit solutio pensionis prædictæ ex casib.
etiam insolitis & inopinatis de se patet. In primis consi-
dero, quod licet Doctor. præallegati. & Bal. in l. si cum do
tem. §. si maritus. ff. solt. matr. & post ipsum Ioan. de Imol.
inter casus fortuitos annumerauerint bellum & guerram,
& partialitates terrarum, est tamen (vt prædixi) differentia
assignabilis inter casus fortuitos, quorum aliqui sunt inso-
liti simpliciter, & alij incōsueti, & non prouisi, & si inter ca
sus fortuitos in solitos volumus annumerare bellū & guer
ram, tenendo opin. Bal. & suorum sequatium supra relato
rum, qui videntur velle quòd omnis casus fortuitus sit in-
solitus, fatendum erit necessario, ꝙ ex illis casibus fortuitis
insolitis aliqui sint magis insoliti, & aliqui in superlatiuo
adhuc magis insoliti, prout in terminis nostris cōcordādo
contrarias opin. dicit Philip. Cor. consi. 23. incip. vt in hac
consultatione. ad fin. volum. 2. si enim bellum annumerēt
Doct. suprà dicti inter casus fortuitos etiam insolitos, quò
ad hāc patriam, quis negauerit annumerari inter magis in
solitos. Quandoquidem miseram Italiam bellis continuis
conquassari, testis est Salyc. in proe. C. & in rubr. pro socio
& illius apostillator hoc late confirmat: quod & experien
tia rerum magistra, temporibus nostris ostendit, vt nō mo
do bellum & guerram quò ad Italiam, inter casus fortuitos,
verumetiam inter frequentius contingentes annumerare
possumus, quæ quo ad hanc patriam raro, aut nūquam ac
cidere docet experiētia. Vnde indubiè bellum quò ad hāc
patriam casus verè insolutus posset dici. Quinimo cadere
posset diffinitio, quam Bar. in d. §. medico, ponit dicens ca
sum fortuitum inusitatum eum dici, qui in mille annis
contingit vna vice. licet id quod dicit Bart. de mille annis,
dicat per modum loquendi, & gratia exempli, non neces-
sitatis, cum exempla regulā non restringāt. l. damni infect.
§. fin. ff. de damno infecto. Vnde satis esset, quòd casus ille
5 cōiter non consueuerit euenire. † Præterea considero, post
eundē Corn. vbi suprà, & consi. 12. incipiēte, licet diffusè,
in litera, e. vo. 4. quod ex multis & diuersis causis bellū ori-
tur: quia aliquando ab hostibus, aliquando propter partiali
tates, & aliquādo ꝑꝑ multas discordias. & hi sunt casus qui
magis frequenter bellum suscitāt, & causant. & in illis si di
cimus bellum esse casum fortuitū, & insolitum: & in illis
teneri eum qui suscepit periculum casus fortuiti: attamen
secus erit quando bellum ex causa incogitata & inconsue-
ta suscitatur: vt in fortioribus terminis concludit. dicēs, ꝙ
emptores alicuius communantiæ vel nemoris regressum
habeant contra ciuitatem venditricem, si post dictā vēdi-
tionē oriatur discordias inter ciuitatē illam venditricem
& aliam sibi vicinam, & gētes armorum, quæ in auxilium
dictæ ciuitatis venerunt, dederunt damna in dicto nemo
re quamuis emptores prædicti suscepissent in se periculū
casuum fortuitorum, & in susceptione dicti periculi facta
fuisset mentio de casibus prouisis; & non prouisis: vbi etiā
idem dicit in casu guerræ suscitatæ inter Dominum Papā,
& Florentinos, ex quo suspenderant de facto (licet forrè
immeritum) Archiepiscopum hispanum in habitu pontifi
cali & reuerendum Cardinalem nepotem suæ sanctitatis
insontem diu, & quasi in carcere detinuerant spretis appo
stolicæ sedis oratoribus. & ibi etiā ponit alia exempla mul
ta: concludens, quòd ad huiusmodi casus non trahatur su-

sceptio pericul. & latissimè prosequitur Socin. consi. 122.
incipiente circa præsentē consultationem, per totum. vo-
6 lum. 4. † Sic itaque in proposito nostro dicēdum est, quòd
etiam si bellū esset casus fortuitus insolitus, quò ad hanc
patriam: ita quòd si propter bella cessatæ fuissent solui pen
siones sancti censualis, ꝙ teneatur dictus quondā Descol.
attamē in terminis nostris cessaret obligatio & promissio
prædicta attēta origine belli & diuisionum, scilicet quòd
Rex Ioānes cogere vellet Catalanos, quòd iurarent & re
ciperent pro principe, & post eum pro Regi filium suum
secundo genitum, & non primogenitū: cum tamen de iu
re patriæ ac communi & ex inuiolata consuetudine im-
memoriali primogenitus debeat in principē iurari, & ex
causa simili non fuit auditum in Catalonia bellum vnquā
suscitatum fuisse: Quare etiam si diceremus omnes casus
fortuitos esse insolitos, vt voluit Bald. in d. §. frumenta. se
cundum unam lecturā: attamen illorum aliqui sunt, qui li
cet in specie prouisi non fuissent, poterant nihilominus in
genere præuideri, & sciri: prout et de huiusmodi prouidē
tia & scientia, bon. est tex. in l. qui iure militari. ff. de re mi-
lit. & habetur in l. fratres. ff. de pac. & in l. sub prætextu spe
cierum. & ibi Bar. C. de transact. Idem in l. Aurelio. §. Ga
ius. ff. de liber. legat. Sūt etiam alij casus improuisi, & in spe
cie & in genere. de quibus verisimiliter cogitatum nō fuis
set, nec in specie, nec in genere. & ad istos casus non trahi
tur huiusmodi susceptio periculi, & casuum fortuitorum.
& ita procedit, ꝙ voluit Bar. & eius sequaces in d. §. quæsi
tū. & §. medico. prout concordando cōtrarias opi. fœdere
distinctionis prædictæ, cōcludit Cor. in d. consi. 23. & 12.
† Et si ꝑtinaciter quis dicat casum belli prędicti annume-
7 rari nō debere inter casus illos insolitos, qui nec in specie,
nec in genere præuideri potuissent: attn̄ nō negauerit sen-
tentiam Regiam ea qua interuenit forma, inter illos com
putandam esse & sic hunc casum omnino excipi, cū Re-
gia serenitas ex potestate sibi data ꝑ tria brachia (quos tres
status patriæ appellant) sententiam arbitralem tulerit, quę
in actum curiæ, & legem ac ius municipale (vt alij actus
curiæ) transiuerit, & huiusmodi sententiam nedum inter
improuisos in specie & in genere annumerari debere, ve-
rumetiam inter illos, qui in mille annis semel contingere
possunt, & consequenter in his terminis, magnificum do-
8 minum consulentem de euictione nō teneri. † Nec obstat
l. um pœna. ff. de arbit. quem Bald. iuncta gloss. inducit in l.
si domus. §. de euictione. ff. de legatis primo. dicens, quod
licet quis nō teneatur de euictione, quando res per senten
tiam arbitralem euincatur, per l. si dictum. §. si compromi
sero. ff. de euict. attamen si voluerit teneri quomodocun-
que res euincat (vt in terminis nostris accidit) isto casu te-
nebitur, etiam si per arbitrariam sentētiam euincatur, Cui
contrario satisfacit abunde magnificus dominus primus
consultor monstrans in prima responsione, dictum Bald.
non esse vsquequaque verum, quinimo si rectè inspicia-
tur Bald. in dicto. §. de euictione, remittit se ad d. l. cum pœ
na. vbi loquitur extrà casum nostrum. Notat enim ibi, ꝙ
ex compromisso debetur euictio, quando est compromis
sum de euictione, quomodocunq; res euincatur: secus erit
si sit compromissum simpliciter.

Nec potest dici ꝙ Regia maiestas, fuerit arbiter necessa
rius, prout & satisfaciendo huic contrario docet præfatus
dominus Mercer primus consultor. versi. fina. Quinimo
considero, ꝙ vltra homologationem factam per partes, di
ctus Coromines si non intellexisset causam pręsentis con
trouersię per Regię serenitatis sententiam decisam fuisse
potuisset & hanc controuersiam excipere: sicut & illam
fecit, de qua in 18. articulo dictæ sententiæ. vnde sibi im-
9 putatur. † Præterea cōsidero, quòd dictus dominus Coro
mines, aut sui prædecessores fuerunt multum negligentes
id exigendo censuale contentiosum, aut saltem in non de-
nuntiando dicto quōdam Descoll. aut suis hæredibus, im-
pedimentum solutionis dicti cēsualis. potuit enim dictus
quondam Descoll. ignorare cessatum esse à solutione di-
ctæ pen-

ctæ pensionis, Imo si anno 1462. fuisset ei denunciatum
impedimentum, siue embargamẽtum prædictum potuis
set dictus quondam Descoll. cõuenire cum domino Phi-
lippo de Castro, vt verum pretium, vel saltem maius, quã
per regiam sententiam fuerit reductum, solutum, fuisset
ipsi Descollat. & sic locum non habuisset dicta Regia sen
tentia quoniam excipiuntur omnes qui ex pactis, aut con-
uentionibus, vel sententia quacunque, vel alio quouis mo
do erant tẽpore quo fuit lata dicta Regia sententia, in pos
sessione recipiẽdi maiorem quãtitatem, quam ea quæ sua
Regia serenitas per dictam eius reductionem declarauit.
Vnde dictus Descoll. cui denuntiata non fuerunt impedi-
menta & embargamenta prędicta non tenetur, quia facto
suo accidit, vt per Bartol. in l. fundum. ff. de euic. gl. & doct.
in l. Iulianus. ff. de rei uendicat. culpa năque sua à possessio-
ne videtur cecidisse, ideo nõ teneretur (ut prædixi promis
sor de euictione) vt per Alb. de Rosate & Bal. in l. contro-
uersia. versi. gl. quærit hic. C. de euict.

Vel possumus aliter respondere, faciendo differentiam
post Bartol. in sua disputatione, quæ incip. publicanus. &
post Philip. Corn. præalleg. consil. 22. volumi. 4. quod iura
contraria loquantur in locatione & conditione quoniam
dominium rei locatæ est penes ipsum locatorem. vnde pe
riculum casuum fortuitorum spectat ad ipsum locatorem
saltẽ ratione remissionis faciendæ, vt in l. cõducto. in prin
cip. & §. si ui. & l. si vno. §. cum quidã. & l. si merces. §. vis
maior. & l. habitatores. ff. locati. & ca. propter sterilitatem
extrà eodem. Secus autem est in casu nostro: quia domi-
nium & possessio dictorum censualium, iuris ministerio,
in dictum Coromines transierunt, prout docet dominus
meus Iason in l. prima. C. de iure emphyteut. Vnde non
iniuria periculum ad ipsum Coromines pertinere debet,
vt per Bar. in l. quòd sæpe. §. in his. ff. de contrahen. empt.
10 cum similibus infinitis. † Debuit etenim dictus Descoll.
(etiam si sciuisset à dicti censualis solutione cessarum) ab
aduersario certiorationem habere ad hoc vt de euictione
retur: & requiri debuit, vt liti si aliqua mota fuisset adsiste-
ret, ut omnino per Bald. in l. si cum quæstio. & in l. empti.
C. de euict. Bart. in l. emptor. d. titu. & in l. 2. §. voluntate. ff.
solu. matrim. & in l. s. C. de commod. & pericul. rei ven-
di. & in l. qui absentem. ff. de procurat. & Alexand. in l. in
executione. §. insolidum. vbi remissiones multas ponit.
ff. de verborum obliga. Idem Aret. in l. cum ex causa. col.
2. versi. & quia. eo. tit. & Felyn. cap. 1. ad fi. vrsi. contra ista.
extrà de iudic.

Et quod suprà dicebamus debuisse notificari dicto do-
mino Descoll. comprobat per multa Fely. in c. cum con-
tingat. colum. 4. versic. limita primo istam conclusionem.
vbi & post eum Andr. Siculus. de rescript. dicentes, quòd
vbi requiritur sciẽtia vel notitia alicuius ad hoc ꝙ quis ali
quid faciat, vel, non faciat, tunc illud debet ei notificari, Et
si prius sciebat, aut certus esset. Et ita voluit etiã dominus
meus Hippoly. de Marsilijs in l. de vnoquoque. in repe. nu
11 mero 63. ff. de rei vendi. & Roman. consilio. 326. † Nec
obst. quòd tunc nulla lis esset mota prædicto Coromines
quoniam ex quo prætendit tunc fuisse sibi restitutũ de fa-
cto, licet non de iure per dictum dominum Philippum de
Castro, certum est, ꝙ contradictorẽ habuit: vt per Cardin.
in Cle. 2. §. contradictores. de relig. do. q̃m potest esse con
trouersia absq; aliqua lite & causa: vt per Bal. in l. causas. C.
de trãsa. & in l. non solum. §. si status. & ibi doc. ff. de proc.
Bar. & doc. in l. Luc. §. tres. ff. ad Treb. Alex. in l. amplius. ff.
rem rat. hab. & cano. c. vt circa. extrà de elect. postea enim
quam lata fuit dicta regia sententia, etiam si tunc immedia
te denuntiasset præfatus Corominus dicto Descoll. impe
dimenta & embargamenta prædicta, non erat tempus ha
bile ad prouidendum super dicti censualis pensionibus: cũ
esset per dictam regiam sententiam lis illa, & omnes alię,
quæ in Catalonia erant, sopitæ. & per consequens non te-
netur dictus dominus Consulens de euictione, tanquam
hæres dicti quondam Descoll. pro tempore petito. ita no
tat Bar. in l. aut qui aliter. in princip. post gl. ibi. ff. quod vi,
aut clam. & notat in l. emptorem. in princ. & ibi glo. & do
12 cto. ff. de actio. empti. † Postremo aliunde considero, quod
regia serenitas, non solum tulit dictam sentẽtiam ex vi po
testatis sibi datæ à trib. brachijs Catalonię (vt prædixi) ve
rum etiam processit in eadem de Regiæ maiestatis pleni-
tudine, qua cum vtitur princeps superiorem non recogno
scens (qualis erat dictus Rex Aragonum pro eo quòd re-
gnum eruerunt de faucibus infidelium, vt not. gl. & doct.
in c. Adrianus. 63. distinc. & Panorm. ca. nouit. extra de re
iudicata. & remissiuè Fely. c. cum non liceat. ad fi. extra de
præscriptio. & Bal. in l. ex hoc iure. colum. penul. versic. 3.
quæritur. ff. de iustitia & iure.) potest huiusmodi princeps
causa subsistente rem auferre priuati & illam alteri conce
dere: & in hoc nemo discrepat, vt not. doc. in l. item si ver-
beratum. per text. ibi. ff. de rei vendi. & in l. venditor. §. si
cõstat. ff. communia prædiorum. & in l. Luc. ff. de euict. Et
præter id ꝙ in principe supremo semper causa præsumi-
tur, secundum gl. & Bart. in l. relega. ff. de pœ. nihilominus
fuerunt per dictum Regem expressæ causæ plurimæ ex
quibus metus fuit ad ita sententiandum. Quæ causę eo ip-
so probantur per verba enuntiatiua dicti eius Regis præser
tim, quòd ex illis causis sua serenitas mueueretur (vt dice-
bat in dicta sententia) ad ita declarandum & pronuncian-
dum. verba enim principis enuntiatiua, super quibus prin-
ceps fundat suam intentionem, nedum probant: quinimo
non videtur admitti posse in contrarium probationem
vt per Felyn. omnino in c. cũ in iure peritus. col. pen. extrà
de offic. deleg. & gl. & doc. in Clemen. literis. de proba. &
dixi latius suprà consi. 16. versi. 5.

Ex quibus quidem (etiam præter necessitatẽ deductis)
concurro (vt prædixi) in sententiam dictorum dominorũ
doctorum, & patrum meorum. concludens dictum domi
num consulentem nõ teneri de euictione pro tẽpore per
magnificum agentẽ petito. Ita vt est præmissum & dictũ,
decidebam & resoluebã, saluo, &c. Barchino. 1523. ad lau-
dem & gloriam Dei omnipotentis. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vxori per maritum factum si castè vixerit, & sine viro, debetur illi, etiam si trãsierit ad secunda vota nisi fuerit expressè adiecta cõditio viduitatis.*

2 *Conditio viduitatis, aut alia in vno legato apposita, non censetur etiam repetita in alijs, in quibus expressè non fuit adiecta.*

Vidua per transitum ad secunda vota non perdit relictum vsusfructus sibi factum.

3 *Legatum factum sub aliqua conditione, debetur purificata conditione. Et licet postea non duret non perditur ex quo semel impleta fuit.*

CONSILIVM XIX.

IN FACTO dominæ Ceciliæ vxoris magni-
fici Cabrielis Bartholomæi, dicebam, præ-
stantissimæ iurisconsulte, ipsam admittẽdam
ad legata per quondam eius maritum sibi fa
cta non obstãte auth. cui relictum. C. de in-
dicta vidui. toll. per vestram prestantiam allegata, & quòd
per transitum dictæ dominæ Ceciliæ ad secunda vota, nõ
deficiebat legatum prout in dicto meo Consilio diffusius
concludebam. Et perseuero in priori mea conclusione,
& vltra deducta in dicto meo consilio pondero verba te-
stamenti, quæ in certis legatis apposita sunt, dum dicitur:
si tamen castè vixerit, & sine viro. quæ licet sæpius repeti
ta sint non tamen in omnibus legatis dictæ dominæ Cæ-
ciliæ factis. sed fingamus in omnibus relictis esse repetita:
non obstant illa uerba, vel testatoris dispositio cõclusioni
meæ prædictæ. quoniam ex quo non processit testator ad
vlteriora

vlteriora:nec adiecit conditionem,non priuatur (vt præ-
dixi)dicta domina prædictis legatis, vt remissiuè determi
nat Philip.Corn.consi.21.incipi.videtur prima facie dicen
dum.in fi.volum.1.& ita tenet Iaco. Marquilles practicus
Cathaloniæ in usatico.147.incipi.vidua.culum.2.versicu.
5.an mulier. dicens quod mulier habebit legatum sibi fa-
ctum sub conditione,si castè vixerit, nisi fuerit adiectum
si vitam uidualem duxerit,quam clausulam dicit ibi adijci
à maritis, vt per transitum ad secūdas priuetur legato quæ
adiectio est necessaria(vt dicit)alias secundo nubendo nō
priuarentur legato,allegat Bar.in l.mulier.§.cum propone
retur.ff.ad Trebell.qui etiam Barto.idem tenet in authen.
hoc locum in 2.lectura.C.si secundo nupserit.et Fely.ple
nissimè in c.si cautio.versi.& hinc est. extrà de fide instru.
& in ca.vt clericorū.& ibi remissiuè in apostil.ad ipsum,in
uerbo castè vixerit.extra de vita & ho.cleric.& not.Oldra
consi.164.& sic ex quo non fuit adiecta conditio viduita
tis expressa,& nuptiarum prohibitio,non solum retinere
debet legatum:sed etiam posset illud petere etiam si priuſ-
quam illud peteret nupta fuisset d.do.Cecilia. Et sic vestra
præstantia & ego non sumus in casu contrario sed diuer-
2 so.†Vlterius si rectè inspiciatur dicti testamēti tenor,con-
ditio illa,si tamen castè vixerit, apposita fuit duntaxat in
legato vsusfructus certarum rerum. Vnde & in alijs lega-
tis,vel relictis non censetur esse repetita prout late prose-
quitur Philip.Corn.consi.308.per totum.volumine.1.su-
per quo nunc aliter non insisto,cum latius sim prosecutus
hunc articulum in dicto meo consi.Sed attento,quod per
transitum ad secundas nuptias vxor non perdit vsumfru-
ctum sibi à marito relictum, vt concludunt communiter,
omnes doct.in præalleg.authent.hoc locum.C.si secundo
nups.mulier.& in l.fœminę.vbi est casus & in l.hac edicta
li.§.si illud.C.de secund.nupt.unde uidet, quòd etiam in
legatis usufructus,ubi est adiecta dicta conditionalis clau
sula,& si castè uixerit,&c. dicta domina Cecilia retinere
debeat vsumfructum præsertim ex quo testator eam nō
3 priuauit expresè dicto usufructu si secundo nupsisset.†Et
si fingamus per illa uerba si caste uixerit, & sine uiro, con
ditionem uiduitatis induci, nihilominus ex quo dicta do-
mina Cecilia priusquam ad secūdas nuptias conuolaret fue-
rat consecuta legatum,non perdidit illud transeundo po-
stea ad secundas nuptias. ut late deducit Paul. de Castr.in
l.fin.C.de indicta uid.tollend.quem refert & sequitur do-
minus meus Iaco.ibi colum.5.uersicu.& dicit Pau.de Ca-
str.&c.qui ad hoc allegat multa.& ibi paulo ante in secūda
parte dictæ l.ubi etiam communiter doc.no. quod si relin
quatur aliquid mulieri,uel masculo,si ad uiduitatem: uel
cum ad uiduitatem peruenerit,debetur illud relictum exi-
stente uel adueniente conditione,licet postea conditio de
ficiat,quia sufficit conditionem semel impletam fuisse, li-
cet impleta non duret. lege. si quis hæredem.& ibi plenis-
simè dominus meus Iason. C.de institut.et substit.sub con-
di.factis. Ioannes. de Imola.& modern.in lege. in sub-
stitutione.per illum tex.ff.de uulg.& pupi. Paul. de Castr.
consi.147.incip.illud,&c.& Socin.consi.81.incip.non est
dubium.ad fi.uers.& pro his,&c.uol.3.

Nec obstat quòd doc.in præalleg. authen.hoc loco. ui-
dent aliter, sētire præsertim in alio legato ab usufructu.quo
niam loquuntur in legato facto uxori donec, uel quousq;
remanserit absque uiro. quòd legatum longe differt a le
gato nostro,ut per Bat.& docto.in præalleg.l.fi.& præser-
tim dominus meus Iason.ibi,in finalibus uerbis. uersic.in
ultima parte glo.Ideo aliter non insisto,resoluens ex dedu
ctis in dicto meo consilio,& hic,quòd dicta domina Ceci
lia potest legata per suum maritum,sibi facta,quę fuit asse
cuta legitimè retinere,licet post illorum adsecutionem ad
secundas nuptias transiuerit.Ita ut est præmissum decide-
bam & resoluebam,saluo,&c.Barchinonæ. 1523.ad lau-
dem & gloriam Dei, Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *IVre naturali descendentes ascendentibus succedunt nulla sexus habita discretione.*

2 *Regales dignitates quæ sint.& quod commitatus & vice commitatus inter regales dignitates annumerātur,in quibus de iure communi feudorum successio locum non habet.*

3 *Fœmina in bonis allodialibus,etiam si dignitates regales sint succedit,& in bonis huiusmodi non habent locum iura feudalia.num. 4.*

4 *Bona in dubio præsumuntur allodialia,*

5 *Bona feudalia quando sunt redacta instar allodialium quo ad ius succedendi(prout sunt in Cathalonia, & in Francia, & Burgundia)iura feudalia locum non habent in decisionibus causarum super dictis bonis vertentium.*

6 *Fœmina non est incapax feudi etiam regalis dignitatis de iure communi.*

7 *Feudum regalis dignitatis concessum pro hæredibus quibuscunque quando sit transmissibile ad fœminas.*

Tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum.

8 *Castrum vel villa si alicui concedatur,alio non apparente potius videtur esse donatio,quam feudum,et in tali donatione fœmina succedit.*

9 *Intellectus glos.in l.Lucius,la vltima.ff.de hæred instit.declaratur subtiliter & diffusè distinguendo quando extraneo factu est substitutio. si decesserit absq; filijs,& quādo filio vel descendente,& quando testator ad plures substitutionis gradus digreditur dicēdo,si Titius decesserit sine filijs,& dicti filij sine liberis, &c.10.10. 21.22.23. 24.29.30.31.32.33.35.36.38.44.45.& 47.*

10 *Substitutus siue sit de descendentibus.siue extraneus. quādo videatur esse exclusus à persona magis dilecta testatori, & quando restitutor eandem affectionem præsumitur habuisse ad filios honoratorum,qualem habuit ipsis honoratis.nu.11.& 49.*

12 *Expressum quod non est in materia punitiua & exclusiua & priuatiua punitionem, exclusionem & priuationem non inducit.*

13 *Alienationis prohibitio an & quando fideicommissum inducat.& 14.*

14 *Substitutus sub pluribus conditionibus quando requiritur concursus omnium conditionum ad hoc, vt admittatur. 15.& 51.*

15 *Casus qui præter dispositionem testatoris euenit, quando includatur,vel non in dispositione.& 52.*

16 *Substitutus per fideicommissum quando præmoritur hæredi, an & quando substitutio illa tanquam caduca euanescat? & 55.& quid in substituto vulgari?nu. 56.*

17 *Substitutio directa post aditam hæreditatem expirat.*

18 *Grauatus an et quādo videatur honorari?nu. 35.41.45.& versi.fi.& quid vbi fuit honoratus in vno loco, & grauatus in alia parte testamenti: 46.*

21 *Opinio particularis nedum potest sustentari in disputando contra opin.gl.vel communem verumetiam secundum illam opinionem particularem est iudicandum,quādo pro dicta opin. particulari faciunt validiores authoritates & rationes.*

23 *Filij positi in conditione licet per appositionem solius grauaminis, non sint in dispositione,attamen si cum grauamine concurrit aliqua coniectura mentis testatoris videntur illo casu esse vocati.& 35.& quid si vltra grauamen & coniecturam ponantur sub conditione.nu.24.& infra.*

25 *In fideicommissis mens & voluntas testatoris prædominatur verbis: ideo fideicommissum inducitur ex coniectura ta mente testatoris.& 26.*

27 *Grauatus quando dicatur aliquis & ad quid cognoscatur. 28.38.& 40.*

30 Stylus

30 *Stylus curiæ an & quando faciat ius.*

33 *Dictio sed, subsequente coniunctione & aduersatur præcedentibus in facto, licet non in iure.*

34 *Verba illa, si sine liberis decesserit, in statutis apposita, disponunt, & his verbis vocantur illi liberi.*

36 *Filius hæreditati paternæ renuntians, non videtur renuntiasse fideicommisso conditionali.*

37 *Bartoli auctoritas quanta sit. & multa de illius præstantia & doctrina.*

38 *Pronomina ipsi vel ipsis, sunt demonstratiua ad oculum.*

Substitutio quando fit vltimo morienti ex pluribus hæredibus vel nominatis, videntur illi inuicem substituti & 38. in fine.

39 *Descendentium quando fit mentio in fideicommisso, vel substitutione quando videantur omnes comprehendi in infinitum.*

40 *Testator si grauet aliquem de portando nomen, & arma: vel quod suscipiat cognomen suũ, an videtur ipsum ex hoc onerare; & vocare?*

41 *Alienatio vbi nedum prohibetur à testatore simpliciter, verum etiam quando irritat alienationem, et omnem contractum qui de re illa quam prohibet alienari, fieri. & vult illa bona dicto casu in certam personam deuenire, & sub illis conditionibus dimittit hæredibus suis illa bona: & eorum successoribus, pactum huiusmodi est resolutiuum contractus & habet vim legis commissoriæ.*

Alienatio quãdo prohibetur, an videatur etiam prohibita successio ab intestato. 42. & 43.

Alienatio si prohibeatur, ac etiam venditio, an illo casu verbum alienatio, videatur esse restrictum ad alienationem inter viuos dumtaxat, & non per vltimam voluntatem.

43 *Alienatio si prohibeatur simpliciter inter viuos, quando videatur esse prohibita etiam in vltima voluntate. & suprà 15.*

Generi quando derogatur per speciem?

44 *Testamenti pars vna declarat aliam. ex quo colligitur quandoque plus esse dictum, quàm fuerit scriptum etiam in substitutionibus.*

Dictionis dictis, natura.

Inconueniens esset quod posterius vocatus esset plus dilectus quam prius vocatus, aut illi præferretur, & n. 57.

45 *Testator vel statutum quando solos masculos ad successionem admittit fœminabus exclusis, tunc masculi positi in conditione sunt in dispositione, quia illo casu ratio decidendi gl. in d. l. Lucius locum habere non potest.*

47 *Testator quando digreditur ad plures gradus substitutionis vel quando apponitur grauamen in tota hæreditate, vel quãdo grauatus honoratur expresse, vel quãdo soli masculi ponuntur in conditione, et fœminæ excluduntur, quilibet dictorum casuum secũdum magis communem & veram opin. ponuntur in dispositione filij vel liberi. num. 48.*

50 *Dispositio testatoris facta de uno casu quando porrigitur ad alium casum ex verisimili testatoris mente.*

52 *Substitutus an admittatur, quando gradus aliqui intermedij defecerunt? & suprà 15.*

Casus omissus quando habetur pro omisso in substitutionibus etiam si maior fuerit ratio disponendi in illo casu omisso.

53 *Verba substituit, et instituit. qualem substitutionem inducãt.*

54 *Effectus clausulę, substituit vulgariter & per fideicõmissum.*

55 *Clausula si tunc vixerit, apposita in substitutione longum tractum habente relata censetur ad tempus obitus vltimi instituti, vel substituti, qui dictum substitutum proximè antecedit.*

46 *Substitutus ex vulgari si ante hæredis mortẽ decedat, & quãdo transmittat huiusmodi substitutionem ad hæredes? Et quid in substituto per fideicommissum?*

57 *Nominati primo præsumũtur esse magis dilecti. Et esset inconueniens quòd posterius vocatus esset magis priuilegiatus prius nominatis aut illi præferretur.*

Testator vel statutum vbi faciunt differentiam inter masculos & fœminas semper videntur esse magis dilecti masculi quam fœminæ, quæ essent eiusdem, vel præcedentis gradus.

58 *Clausula codicillaris in testamẽto apposita operatur quòd substitutio, quantacunque fiat per verba directa si non põt valere iure directo, valebit attamẽ iure fideicommissi, & obligabuntur verba directa.*

59 *Grauaminis appositio sola quamuis non inducat quòd sint honorati, attamen quando sunt grauati onere fideicommissi, vel quando cum grauamine concurrit aliqua coniectura, de qua cum dicto grauamine constat, tunc videatur tacite substituti. præsertim quando grauamen est expressum.*

CONSILIVM XX.

Sequitur dictum consilium Vigesimum, cuius casus colligitur infra versiculo 9.

IN PRAESENTI cõsultatione pulchra et subtilia discutiuntur, & examinantur dubia, ex imperitia tabellionis causata. qui multas, in testamentis faciunt pullulare difficultates. Etenim si nouum substitutionis gradum testamenti egregij quõdam Bernardi de Capraria Comitis de Modica, & vice Comitis Antoniæ & Caprariæ attẽdamus: quo se vocari ad vniuersam illius hæreditatem contendit Spectabilis dominus Onofrius Vicecomes de Rupebertino, redegisset in eam formam, quam in secundo substitutionis gradu seruauit in comitatu de Modica in aperto esset dicti dom. Vice comitis iustitia, sed stante in sua forma testamento: quæritur vtrum dictus Vice comes sit vocatus ex testamento prædicto ad hæreditatem vniuersam dicti quondam domini Bernardi. Et cum passus ac dubitationes, quæ discutiuntur sit quotidianus, plenius erit examinandus, iuxta l. legaui. ibi plenius rogo, quę, ad hæc spectãt attingas, quotidiana enim sunt. ff. de lib. præsertim cum difficultas principalis, tum ex seipsa, cum ex natura & qualitate ipsius propter maiorum nostrorum dissonas contrariasque sententias, est valde intricata, & difficilis ac subtilis. Et ad illius principalis difficultatis resolutionẽ, oportuit alios cõplures articulos & difficultates examinare, pro

1 ut ex dicendis. infrà monstrabitur. † Versatur igitur (vt prędixi) quæstio ac dubitatio principalis huius consultationis nostræ, vtrum Illustr. d. Anna de Capraria, dicti quondam Bernardi ex Ioanne de Capraria proneptis, exclusit à dicti Bernardi hęreditate, propter substitutiones in dicto testamento factas de dict. do. Vice comite de Rupebertino. quandoquidem cessantibus dictis substitutionibus clarũ est dictam illustr. do Aonam, dicto quondam Bernardo tanquam proximiorem ab intestato sibi succedere. Natura enim filios & descendentes cuiuscunque sexus, vel ætatis, distinctione non habita, ad successionem parentum vocat, successoresque facit eorum. l. scripto hæredi. ff. vnde. li. l. maximum vitium. C. de libe. præte. & sunt ipsi liberi, absque discretione (vt prædixi) sexus, vel ętatis, æqualiter pars parentum, ideo iure naturali succedunt ęqualiter vt ait Philosophus 8. ethicorum. & not. in leg. cum scimus. C. de agri. & cens. lib. 11. & in l. quædam. ff. de acqui. rerum.

2 domi. † Nec videtur obstare, quod bona prędicta sunt Comitatus & Vicecomitat', & sic regales dignitates, vt no. in c. 1. de feud. marchiæ, & c. vbi Bal. in ca. 1. quis dicatur dux marchio & comes. & in c. 1. tit. qui feudum dare poss. vbi. Andr. de Isern. in vsibus feud. & no. doct. in l. sacrilegij. C. de diuers. rescript. & in l. j. per Albe. de Rosate. ff. de const. princi. glos. Ioan. Andr. in c. fundamenta. in vers. marchio.

de elect. libr. 6. Et de vicecomitatu: quod sit regalis dignitas. voluit dominus meus Iacobinus de San. Georgio in trac. feudorum. in glo. in verb. princeps. per text. in c. 1. ibi, vel aliqua regali dignitate, & c. de feudo marchiæ quem text. Bart. cōs. 71. incipiē. ex facto proponit, quod nobiles viri, &c. visus est inducere voluisse, vt & cōprehenderet Baronias & alia loca, in quibus domini exercent regalia.

Nec obstat quod dominia contentiosa sunt (vt præsdixi) regales dignitates in quibus de iuris communis dispositione successio non habet locum d. c. 1. ibi, hęres enim nō succedit vllo modo, & c. de feudo Marchię. & per tex. in c. primo. ibi, in feudo Comitatus, vel Marchię, de alie. feudi. & vtrobique feudistæ, signanter Bal. in c. 1. de feudo Marchiæ. qui rationem assignat: dicens, ista feuda esse publica ex Regali magnificētia prouenientia, vt in auth. de exhib. reis. §. obtinent. colla. 5. vnde & facilius & citius ad ius pri
3 mæuū reuertuntur. l. filio. ff. de li. lib. & posthumis. † Quantum enim est ad bona in Catalonia situata, cessat dictum contrarium. quoniā non fuerunt concessa in feudū dicto quondam Bernardo, vel alicui suorum prædecessorū, sed in francum allodium. quare non videtur exclusi præfata quondam domina Anna à dictorum bonorū successione, cum sint allodialia, vt not. in c. dilectæ. extrà de maio. & obed. Ang. & post eum dominus meus Philip. Decius in l. fœminæ. ff. de regul. iur. & Alex. consi. 1. col. 9. & consil. 24. incip. ponderatis his. &c. vol. 5.

Cui determinationi non resistit, quod dicta bona allodialia sint regales dignitates. quoniam & in huiusmodi dignitatibus regalibus allodialibus, procedunt tex. prædicti. Imo. omnis hæres dicitur in eis legitimus, qui ab intestato est successurus; & ad quę alia bona patrimonialia trāseant: vt not. Aluaro. in alleg. c. 1. de feudo Marchiæ, quem ad hoc allegat dominus meus Philip. Decius cons. 269. incip. cōsultus ab illust. do. Marchione de Finali, Allegat & Pan. consi. 3. incip. nitar in præsenti consultatione, &c. vbi voluit quod legitima successio & dicitur & verificatur in filiabus: etiam in regalibus dignitatibus. quod etiam tenuit expressè
4 præfatus dominus meus Philip. Decius cons. 85. † Quod autem dicta bona sint allodialia, constat: ex his quæ dicit Bal. in c. inter filiam. in tit. si de feudo fue. contro. Post Oldrad. consi. 49. ad fi. & c. 1. §. ad hoc. post. Iaco. de Bellou. ibi. de pace iur. fir. vbi voluit, quod tunc demum res allodialis esse dicatur cuius tam directū dominiū, quā vtile est possidentis illud. & ita refert, & sequitur Iacobus Marquilles in vsatico 106. incipiē. de baiulis. q. 9. ad quod est tex. in c. hac edictali. §. ad hoc. de allodijs. in ti. de pace tenēd. inter subdi. & iuramen. fir. alias nō est. §. sed tit. 54. li. 2. feudorum. vbi dicitur, quod allodia dicuntur ea, quæ quis possidet: nec ea tenet ab aliquo, sed ipse tanquā dñs possidet: quāuis sub alterius iurisdictione, et ita notauit post Guillel. de Cugno. in l. si familię. versi. sed glos. monet in apostil. in vers. allodia. C. famil. hæres. cum quibus bonis conuenit natura & qualitas bonorum contentiosorum præsertim illorū qui sunt in Catalonia. vnde & debent illa censeri allodialia.

Accedat quod in dubio bona aliqua potius esse præsumātur allodialia, quam feudalia vt not. Ioan Andr. in c. ornis extrà de iure iur. & probatur in c. j. §. defuncto. in titu. si de feudo fue. contro. interdo. & agna. & in c. 1. vbi etiā glo. 1. in tit. de contro. inter. masculi & fœminam vtrunque dictum referet & sequitur dominus meus Philippus De-
5 cius præalleg. consilio. 85. vol. 1. & d. consi. 269. vol. 2. † Et si quis pertinaciter dicere vellet esse feudalia (quod nō est præsumendum, vt prædixi) cum illustris domina non probauerit esse feudalia, prout debuit: quoniā feudum, vt præ allegatis doct. vbi supra voluerunt, est quædā seruitus, quæ non præsumitur, nisi quatenus probetur, etiam si iurisdictio cēseatur esse apud principem. vt per Bal. in l. si prius. versi. venio ad tertiam partem. ff. de oper. noui nuntia. arg. l. altius. C. de seru. & aqua & per Alex. omnino. consi. 129. incip. ponderatis his. volumin. 1. nihilominus adhuc dico non procedere contraria allegata quandoquidem vsaticus quadragesimusoctauus incipiēs omnes homines. & vsati. nonagesimusseptimus. incipiens. Item statuerūt, & c. & vtrobique doct. practici docent (quod & experientia rerū magistra demonstrat) in hac patria Catalonię feudalia etiam dignitatum regalium redacta instar patrimonialium, quo ad ius succedendi, tam ex vltima volun are, quam aliàs, cuius modi feudalia esse in Francia testatur Ioan. Faber practicus Gallus, & cancellarius Franciæ in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & in §. item Seruiana. instit. de actio. & Guido Pap. in quæst. delphinalibus decisi. 59. incip. Secundum vsus feudorum. & decisi. 297. incip. decisiones feudales, & istius etiam qualitatis sunt feudalia in tota Burgundia, prout notatum reliquit conterraneus meus dominus Bartholomeus de Chassenay in commentro cōsuetudinū Burgundię. in §. 5. tit. de feudis. in princip. vbi etiam ponit differentiam inter feudalia, & allodia.

Ex quibus inferēdo vnum correlarium satisfacio dicto contrario: & dico, quod licet leges siue consuetudines feudorum, sint vbique allegabiles ad causarum decisionē communem: aut quæ reputatur magis communis, vt plenè & remissiuè per dominum meum Franciscum de Curte in tract. feudorum. parte. 1. q. 1. vers. præmissis tamen, &c. attamē cessant iura prædicta quo ad huiusmodi successionē, vbi feudalia redacta sunt instar allodialiū. ita not. Ioan. Faber. & Guido Pap. vbi supra Ioan. Fab. Insti. de rerū diuisio. in princi. Petrus Iacobus de Aureliaco doctor Gallicus, in tit. de prohib. feud. alie. per Feder. Imperialem. §. callidis. ibi, irē fallit, quod hodie, &c. & versi. irē, quia in locis
6 prædictis, &c. † Et si etiā hoc negaretur, aduersarium rō, redacta esse instar allodialium, vt præsupponebā, videtur attamen sustētari posse, quod de iure communi mulier sit capax feudi etiā regalis dignitatis: vt per Panor. in prīal. consi. 3. & de iure patriæ hoc est expeditū. quoniā fœmina succedit indistinctè in feudo, pſertim in Catalonia, prout scribunt Iaco. Marquiles. & alij in vsatico 107. inci. de baiulis in 54. differentia inter feudum & emphyteusim. allegat ad hoc Petr. Albc. & practicū Cataloniæ ita tenere in suo cōmento. c. 25. incip. si defuncto, & c. 26. incip. nullus
7 pōt. † Et idem & credo dicēdum esse, quo ad Comitatum de Modica, vt potius allodium cēseatur esse, quam feudū, per supradicta, cum & nō constet ex processu feudale esse licet, mihi fuerit solo verbo præsuppositum dictum Comitatum fuisse domino Bernardo de Capraria per Reges Catholicos concessum Francū, allodiū, pro eo & hæredibus suis quibuscunque. Quarè successio dictæ quondam dominæ Annæ videtur quod ex prædictis fundari posit: nō obstāte quod sint regales dignitates. tex. est ad hoc expressus in c. 1. ibi, hęres enim non succedit vllo modo: nisi ab Imperatore per inuestiturā acquisiuerit. in tit. de feudo Marchiæ. nec hoc mirum. quoniam tenor inuestiturę derogat omni naturæ feudorum, vt est casus in c. 1. ad fi. vbi Bal. & omnes feudistæ, de duobus fratribus à ca. inuestitis de quo omnino per dominum meū Curtium præallega. in dicto tractatu feudorum par. 1. quæstion. 6. principa. versicu. postremo pro nunc. vbi discutit, vtrum pacta appolita contra vnum de substantialibus feudi, reijciantur. an verò ex
8 eis alteretur natura feudi. † Præterea cōsidero, quod in dubio concessio facta à principe videtur potius esse facta titu. donationis, quā in feudum, vt maior sit liberalitas per principē arg. l. filiusfam. §. nonnunquam. ff. de dona. c. j. extra eo. & in notabili casu tradidit Oldra. consi. 159. incip. ex præsenti themate. in primo dubio. & refert & sequitur Alb. de Rosate in rubr. C. de dona. vertic. Itē quæro de quæstione ardua, & in donatione castri, vel bonorū, ita succedunt fœminæ, sicut & masculi: & ista est differentia inter feudū & donationē, vt per Ang. cōsi. 242. incip. super pūcto primo. in fi. Idē Bal. cōl. 301. Alias est sm meū numerū. cōs. 303. incipi. in bonis feudalibus vol. 3. Paul. de Castr. consi. 161. incip. in præsenti causa ad finem. vbi resoluit non esse feudum, quando res fuit simpliciter data, & non fuit expressum quòd daretur in feudum. & Alexander. consi. 160. ad

princip.volu.1.& in præalleg.consil.24.incip. ponderatis
his.col.4.vol.5.

Videtur igitur ꝙ dicta illustris domina Anna ex præ-
missis doceatur ligitimam habere personam ad succeden-
dum in bonis prædictis, ita qnod in illis succedere debeat:
nisi per ea super quibus dominus Vicecomes intentioné
suá fundat. repellatur. quæ si tollantur extra omnem aleam
erit dictæ dominæ Annæ fundata successio. Cum sit pro-
ximior dicto quõdam domino Bernardo de Capraria, cu
ius est (vt prædixi) proneptis ex nepote: Cum Ioannes de
Capraria qui vltimus pacificè dictæ quondam dominæ
9 Annæ frater sine liberis diem obierit. † Condescendendo
ergo ad examen prætétionum dicti domini Vicecomitis
quæ ex dicto processu depreheduntur. Constat quod prę
tendit vocatum se esse ad huiusmodi succelsionem ex sub
stitutione, cnius tenor ponetur infrà versi. 19. & quoniam
videtur prima fronte nos esse in puris terminis, & deci-
sione vulg. illius. glos. in l. Lucius. vltima. ff. de hęred. instit:
Cum tamen per distinctiones fiat res clarior, possumus
considerare tria substitutionum huiusmodi genera. Quo-
niam aut instituto, vel substituto aliquo extraneo, substi-
tuitur ei alius, si ipse sine filijs decederet: & isto casu proce
dit absque aliquo dubio glo. 1. d. l. Lucius. quoniam illi ex-
tranei substituti, vel instituti filij conditionaliter appositi,
non videntur esse vocati ex testamento. vt determinat ibi
gl. Aut pater instituto filio aut descendente, substituit illi
taliter instituto vel substituto sub conditione, si sine filijs
decesserit. quo casu, licet Ioannes de Imola & alij plures
docto. in d. l. Lucius quos refert Andr. Siculus, & sequitur
consilio. 57. volumine secundo. & Socin. consilio. 249. in-
cipien. prædicta consultatio materiam subtilem & diffi-
cilem. &c. aliàs incip. materia præsentis consultationis vo
lumine secundo. quosque etiam refert Francis. de Curte
consilio. 42. incipient. testator Augustin. in princ. visi fue-
rint contradicere dictæ gloss. communis attamen opin. est
contra dictos Imo. & sequaces, nedum in terminis illis in
qnibus loqnuntur Ioan. de Imola & eius sequaces, verum
etiam in tertio genere, de quo loquitur Bart. scilicet quan
do testator progreditur ad diuersos substitutionum, gra-
dus, prout latè per multa fundamenta tenuit dictus Fran-
ciscus de Curte præallegato consilio. 42. & consilio 45. ꝗ
incipi. sæpe reuoluta, &c. cui consil. se subscripsit collegiũ
Papiense. Idem Franciscus de Curte consi. 63. incipiente. an
tiquissimo & nobilissimo. vbi columna 8. versiculo. & sic
apparet, &c. testatur esse communem. opinio. contra. Bar.
etiam in hac tertia specie. Et dicit ibi fuisse ita indicatum
Romæ secundum præalleg. consilium. 45. & hoc non so-
lum quando filij sunt positi in conditione, verum etiá quã
do testator digreditur ad alios gradus substitutionis (vt est
in casu nostro) de qno videtur dictus Vicecomes facere
magnum fundamentum ex quo in dicto capite substitu-
tionis dictus quondam Bernardus dixit, si Iofredus decel
serit quandocunq; sine libero, vel liberis: vel si ipsi liberi
sine liberis decesserint, &c. Quoniam (vt dicit Franci. de
Curte vbi suprà.) in vtroque casu filij conditionaliter tá-
tum sunt nominati. & non in dispositione comprehensi,
quicquid Bartol. quò ad vltimum casum voluerit (quia de
primo, & secundo præmissis nõ dubitauit) in l. Centurio.
ff. de vulga. & pupil. in 3. q. principa. compendiosæ substi-
tutionis. versi. quæro, quid si testator dixit, &c. quoniam,
vt refert do. Curtius vbi suprà, communis opi. & doctorũ
sententia, etiam in hoc articulo est cõtra Car. a qua etiam
opin. vt communi, dicit ibi non esse recedendum, neque
in consulendo, neque in iudicando secundũ Innocen. Io.
And. & doct. in ca. 1. & c. ne innitaris. extrà de constitu. &
not. Bar. Bald. & omnes in l. fi. C. de pœna iudicis qui malè
iudic. & iudex dicitnr nimis ignorans, qui contra commu
nem opinio. iudicat: vt not. Ang. in l. si filius. ff. de iudic. &
Bar. in quęst. sua incip. Iudex, qui per imperitiam, &c. & la
tius prosequitur Fráciscus de Curte præallegatus vbi suprà.
10 † Quinimo constat ex supradictis verbis substitutionis &
determinatione prædicts communi, ꝙ dictus domin. Vi-
cecomes non fuit positus in dispositione, sed duntaxat in
conditione, quòdq; etiam si in dispositione esset, nihilo-
minus deberet excludi ab illust. domina Anna, tanquá pro
nepte dicti quondam testatoris, & sic velut à persona ma-
gis dilecta ipsius testatoris, cui dictus dom. Vicecomes nõ
attinebat aliquo consanguinitatis gradu. & ita resoluit in
simili Petrus de Anch. consi. trecétesimo quinquagesimo
septimo. aliàs est trecétesimo quinquagesimo sexto. inci-
piente ex serie testaméti, &c. Ad hoc bene facit quod not.
glos. notabilis Bartolus. & omnes in l. si mater. §. fina. ff. de
vulg. & pup. vbi ponderant coniecturatá mentem testato
ris, ad hoc propositum. & facit etiam l. cum auus. ff. de con
ditio. & demonstrationib. & l. cum acutissimi. C. de fidei
commissis. & quod ibi notát doct. post gl. vbi testator si fi-
lium pręposuit patruo, pari rõne & nepotem & nepté ex
eo, & probatur in l. generaliter. §. cum autem. vbi Salyce.
C. de institut. & substitut. & procedit ista decisio, non solũ
quando filius est rogatus restituere post suá mortem ex-
traneo, verumetiam si alteri filio vel descédenti testatoris
secundũ Bal. & Saly. in d. l. cum acutissimi. per tex. in §. cũ
filius. instit. de hæredit. quæ ab intestato deferuntur. & de
hoc est tex. rotundns, quá ipsi non allegant, in l. cum auus.
præallegata. eadem etenim ratione qua testator prætulit fi-
lios fratris hæredes instituti substitutis per fideicommis-
sum eadem ratione videtur prætulisse mares & fœminas
ex eis, etiam si substituti essent de descédentibus testatoris,
vel pariter coniuncti, per iura præallegat.

Et videntur ista ponere securim ad radicem dubitatio-
nis huius, prout dicunt Itali, in fauorem dictæ illustris do-
minæ Annæ. cum enim dictns testator expressè vocaue-
rit in suo testamento nedum filias suas, verumetiá filias fi-
liorũ deficiétibus masculis, & illas prætulerit Vicecomiti-
bus de Hilla & de Canet, & de Rupebertino, & descéden
tibns ex eis tá masculis quá fęminis, pariter est dicendũ ꝙ
vocauerit ét illustré dominá Anná primogeniti quondá
dicti testatoris ét ex primogenito nepté, & ipsius testato-
ris ex primogenitorũ linea proneptem i præferum ꝙ ab
hæreditate prædicta non exclnsit in totũ fœminas, vt est
dictum. Quare testator quo ad húc casum videtur se con
formasse cum iure communi. qno iure prædiximus præfa
tam illustrem dominá Annam admitti, maximè deficien
tibus masculis, vt per Alexandrum plenè consi. 5. col. 1. &
2. volu. 3. vbi multas rationes adducit, & auctoritates quas
non transplanto.

Et bena fa. quòd notat idem Alexander. in l. ex facto. §.
idem rogatus. ff. ad Trebellian. allegando gloss. in l. 1. C. de
11 dona. causa mortis. cum alijs multis, quæ allegat ibi. † Con
firmãtur prædicta suprema autboritate Baldi cũ quo trá-
sierunt omnes in allega. l. cum acutissimi. ad principium,
versic. quæro, si pater vnum ex filijs, &c. vbi decidit, quod
si pater habés duos filios illos sibi instituerit hęredes ęqua
liter. substituatque prædecédenti alterum, non habebit lo
cum dispositio dictæ l. cum acutissimi. illo cum filijs dece
dente. Quinimo filij patruũ excludent, & allegat pulchrá
& aureá rationé, quia quá affectioné & charitaté (ait) testa
tor habuit ad filiú, eandé continnatá habnit ad nepoté, ꝙ
dicit esse notandũ & hoc dictũ videtur directò decidere
casum nostrũ in sua singulari rõne. pro qua est tex. apertus
in d. l. cum auus. quia in dubio videtur testator voluisse te-
stari secundũ iuris communis dispositioné, vt declarat in
terminis Alexander consi. 5. & consil. 4. & consilio quin-
12 quagesimoquinto, volumin. secundo. † Ad cuius quidem
determinationis corroborationem assignari potest alia ra
tio vrgens, quoniam in materia priuatiua, exclusiua & pu-
nitiua, illud quod expressum non est, priuationem, exclu
sionem, & punitionem non inducit, text. est in authent.
de non alie. aut permutant. eccles. rebus. §. quia verò Leo
nis quem ad hoc allegat Bartol. in l. super chirographis. C.
si certum peta. ad quod etiam est text. in l. sed & si quis. §.
diuus aũt Marcus. ibi, pœnam in eum statutá. ff. de religi. &
sumpt.

sumpt.funerum quem ad hoc Bar.allegat in l. nemo apo-
stolorum. C.de sacrosanct.eccles. & ad hoc fa.etiam tex.
in capi. 1.§.illud.& §.porro.in titu.quæ fuit prima causa
13 benefi.amit.in vsibus feudorum.† Nec etiam quod testa-
tor prædictus in dicto suo testamento paulò ante finem,
versi.item prohibemus omnino in perpetuum,&c. dicta
eius bona per suos hæredes simul,vel diuisim alienare pro
hibuerit in perpetuum. Subdens causam dictæ prohibitio
nis.quia suæ intentionis firmissimum propositum est,q
dicta eius hæreditas ordine successiuo deuoluatur ad vo-
catos per eum. Etenim ex dictis verbis licet aliqui scripse
rint, prohibitos videri grauatos esse restituere per fidei-
commissum substitutis ordine suo:& sic dicto do. Vice-
comiti,si præsupponamus,eum vocari per l.cũ pater.§.li-
bertis.& l.peto.§.frater.cũ ibi not.per Bar.post gloss.ff.de
le.2.Idẽ Bar.& omnes in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de
verbo.oblig:gloss.& doct.in l.quoties ab omnibus. C.de
fideicõ.& sequitur Io.de Imo.in l.codicillis.in §. institu.
post glos.in verb.filijs.eod.tit.de verborũ obligationibus.
talis etenim prohibitio sicut non continet hæredis(præ-
sertim extranei)institutionem: ut plenè per dominũ meũ
Ias.in l.filiusfamilias.§.diui.col.15.versi.7.quærit Barto-
lus.ff.de legatis primo. Sed nec excludit successionem ab
intestato & per consequens quo minus dicta domina illu
strissima potuerit succedere domino Ioanni de Capraria
dictæ quondã dominæ Annæ fratri vtrinque coniuncto
vltimo dictorum bonorum possessori, sine liberis defun-
cti ab intesta. licet dictus do.Io. prohibitus fuerit alienare.
quando quidem successio(ab intestato præsertim)non vi
detur esse alienatio,vt prosequẽdo do.meus Ias.vbi suprà
voluit.vers.ad confirmationem prędictorum.ad quod est
l.cum pater.§.cum inter.ff.de leg.2.& lege.pater.§.Iulius
Agrippa.ff.de leg.3.Iacobus de Aretio,Dynus, Bartolus,
& alij post gloss.in dicto.§.fratre.idẽ Bartolus, Angelus,
Paulus de Castr.& Imola in l.si ita quis.§. ea lege. colum.
6.C.de conditio.Alexander consil.56.incipiente conside
ratis verbis testamenti,ad fi.vol.1.idem consil.23.volu.2.
vbi dictum consilium repetit.(quia vt ait)non prohibe-
tur successio ab intestato dict.§.fratre.cũ ibi not.per Bart.
& dict.§.cum inter.quẽ text. exclamat Ioannes de Imol.
in capit.in præsentia.column.9.extra de proba. Paulus de
Cast.consi.ducentesimo septuagesimo nono.incipien.vi-
sis statutis cõmunis Vicentię.&c.ad principium, vbi pul-
chrè loquitur ad propositum nostrum , q vbi prohibitio
alienationis fit contemplatione familiæ agnationis(prout
in casu nostro videtur , cum tastator voluerit filios filiarũ
extraneorum,& ipsos etiam masculos substitutos debere
assumere suum nomen & Arma)tunc bona possunt ad ex
traneos peruenire ex causa intestatæ successionis. per tex.
in dict.§.fratre.cum ibi not.per Bartolum.& plenius not.
per eundem Bartolũ in dicta l.si ita quis.§.ea lege.& plus
dicit Paulus de Castro.vbi suprà,quòd glos.ordin.in pręd.
l.pater filium. §. Iulius Agrippa. de legatis tertio. voluit
quòd hoc casu cum ad extraneum possint ab intestato hu
iusmodi bona alienari prohibita peruenire,q pari modo
potuit iste prohibitus per vltimam suam volũtatem talia
bona alienare in eum qui aliàs sibi succederet ab intest.vt
prædixi.nec hoc casu censetur facere cõtra prohibitionẽ,
ex quo etiam si testamentum nõ fecisset fuissent ad illum
peruentura ab intestato.Ita Pau. de Castro in pręfato con
si.270.quod etiam voluit Ioã.de Imo.in d.§.ea lege repu
tãs gl.in d.§.Iulius Agrippa.esse ad hoc singularem. & se-
quitur Alex. in præfatis consilijs & ita etiam tenuit colle-
gium Papiense inter consilia supra dict.Franciscus de Cur
te consil.45.col. antepenul. versiculo.tertius casus est,&c.
14 †Et si præsupponamus(citra veri præiudicium)dictũ do-
minum Vicecomitem positum esse in dispositione,nihi-
lominus non ob id videtur adhuc posse adsequi bona prę-
dicta,vt prima facie apparebat Tum quòd dictus Viceco
mes substitutus fuisset sub pluribus cõditionibus:ideo vi-
deatur exigi concursum omnium conditionum, vt plenè
& remissiuè per Andrę.Siculum consil. quinquagesimo-
quinto.columna decima.versicul.pæterea fa.ad prædicta.
volumine secundo. præsertim quia illa substitutio vide-
tur esse directa propter verbum illud,sit hæres, positum
in illo gradu substitutionis, ex quo se prætendit præfatus
dominus vicecomes esse vocatum,probatur in l.prima.ff.
de hæredit. institu.& notat Bartolus in l.Centurio.& in l.
precibus. C.de impub. & alijs substituti.vbi dicunt quòd
verb.sit hæres, sunt verba merè directa,quod etiam tenet
Gemi.& Ioan.de Ligna.in cap.si pater.de testamen. libr.
sexto. Vnde ex quo fuisset huiusmodi substitutio directa,
nõ videtur quòd locum haberet,nisi in persona omnium
extitisset conditio, vt probat textus in l. quamuis. C.de im
puber.& alijs substitutio. licet in fideicommissaria substi
tutione sufficiat extitisse cõditionẽ in persona illius cuius
primo conditio euenit prout distinguendo & contraria
15 concordando scripsit Andræas Siculus vbi supra. † Quod
autem non extiterint omnes conditiones sub quibus fue
rat dictus do. Vicecomes substitutus quoniam plures gra
dus intermedij defecerant:& plures ex eis etiam non exti
terunt.(quoniam vt in facto præsupponitur)præfatus do
minus Bernardus de Capraria testator secundos filios aut
filias à tempore facti sui testamenti nõ habuit: sed nec hæ
res eius plures filios habuit, sed vnum duntaxat, & minus
habuit filios masculos Vicecomes de Hilla & Canet.Qui
dictũ dñm Vicecomitem proximo substitutionis gradu
præcedit:cum tamen substitutus esset in eo casu.quo dicti
omnes sine liberis decederent.Vnde cum nati nõ fuissent
prædicti filij, non potuerunt facere substitutionẽ vtilem
in personam Vicecomitis:qui(vt est prędictum)substitu-
tus est.illis intermedijs,si hæredes non essent,vel si essent
& morerentur sine filijs, vel illi filij sine liberis decessis-
sent,qui tamen in rerum natura præsupponuntur nõ fuis-
se.& sic ista conditio non videtur impleta: quia non dici-
tur cum filijs, vel sine filijs decessisse qui natos non fuit.l.
qui duos.ff.de manu.testam. & ita decidit in simili nostrũ
casum Oldra.consilio.centesimo septuagesimo septimo.
incipient.testator in suo testamento. in quo casu teststor
posthumũ nasciturum instituit.& si ille decederet in ętate
pupillari,vel aliàs quandocunque sine prole legitima,sub-
stituit;alium filium secundo nasciturum.& si dictus secun
dus filius in pupillari ætate, vel postea quandocunq; sine
prole legitima decederet,substituit secundo loco Bernar-
dum ipsius testatoris fratrem . concludit Oldradum. vbi
suprà quod si pupillus moriatur in pupillari ætate,& alius
filius primo loco substitutus non nascatur, quòd Bernar-
dus secundo loco substitutus non admitteretur quia non
erat substitutus immediatè primo posthumo; sed secun-
do filio nascituro. qui casus non euenit, & secunda insti-
tutio,quæ fuit inutilis in persona filij secundo loco nasci-
turi,quia non est natus, non potuit facere substitutionem
vtilem in personam fratris secundo loco substituti, quí
vocatus fuit sub conditione si filius secundo loco nascitu-
rus in pupillari ætate, vel postea sine filijs decederet. &
per consequens substitutus excludatur,cum non fuerit pu
rificata conditio, vt prædixi pro quo suo dicto Oldrad.
dicit esse casum in l.qui habebat.ff. de vulgati & pupillari.
& cum decisione Old.prædicta transit Io.Andræas in ad-
dition.ad Spec.tit.de testamen.§.in primis.in additio.quę
incipit huiusmodi quęstioni accedit.versiculo, occurrit ẽt
casus nouissimus.q sequitur eandẽ Alex.cõsi.j.col.6.vo.j.

Ad quod etiã fa.quod notat Anch.consi.356.alias cons.
366.incipit, ex serie testamenti colligitur.vbi colum.2.
dicit,q casus qui contingit præter dispositionẽ testatoris
non includitur. in dispositione, etiam si in eo esset maior
ratio disponendi. allegat Cynus in l.quod fauore. C.de
legibus.& in l.commodissimè.ff. de liberis & posthumis.
& in illo suo casu cõcludit, quòd vxor substituta casu quo
filij nascituri instituti decederẽt sine liberis,nõ admittere
tur filijs non natis:quia iste casus est omissus,qui remanet
in dispositione iuris communis & ista videntur decidere

16 præsentem difficultatem, vt est sæpe dictum.† Insuper etiã
si dicamus prædicta non procedere, adhuc domino vice-
comiti videtur obstare ꝙ prænominatus quõdam Iofre
dum de Rupebertino in dicto testamento vocatus, præ-
mortuus est nedum ante scriptum hæredem, veruinetiam
ante illos, quibus substituebatur: imo etiam ante ipsum te
statorem. Vnde ex quo fuit præmortuus, cessat illa fidei-
commissaria substitutio, tanquam caduca, tex. est in l. si ex
pluribus. in secundo responso. ff. de suis & legi. vbi colligi-
tur quòd licet ius accrescendi transmittatur: non tamẽ sub
stitutio. Vnde Roman. cõs. 57. incipiente viso puncto, &c.
voluit quòd licet antiqua fuerit dubitatio, vtrum fideicõ-
missum purum non agnitum ad hæredes transmittatur,
de quo plenè per Bartolum post glossa. in l. cum filio. ff.
de legat. primo. & in l. tertia. C. de fideicõmiss. & in l. cogi.
§. idem Neratius & in l. postulante. ff. ad Trebellian. indu-
bium tamen est, quòd ius fideicõmissi conditionalis euẽ-
tum, vel antequam dies incertus eueniat, non transmitta-
tur etiam ad suos, secundum magis communem opini. &
veram docto. sententiam. allegat tex. in l. vnica. §. sin autẽ
sub conditione. continuando eum ad præcedentia. & ibi
hoc not. Bald. C. de caducis tollendis. allegat etiam. l. in cau
sæ. §. Pomponius. ff. de minoribus. & ita etiam tenet Ro-
man. consi. centesimo sexagesimo secundo. incipien. super
puncto. allego etiam pro opin. Romani, tex. apertum in l.
cum ea filio. vbi Bald. & Ioannes de Imola idem tenent.
per illum textum. ff. de vulgari & pupillari. gloss. Cynus
Bartolus & clarius Angelus in l. vnica. C. de his, qui ante
aper. tabu. bon. text. in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi Bart.
notat. ff. ad Trebellian. Barba. plenissimè post dominum
Antonium in sua Ioannina, charta quinquagesimaquarta.
versiculo nota; ergo multa extrà de testa. Alexand. consil.
trigesimo. incipien. viso testamẽto, &c. vbi multas ad hoc
alleg. auctoritates, reprobando vbique. glossa. in l. is cui. ff.
de actionibus & obligationibus. & plenè & remissiue per
Francisc. de Curte consilio 63. incipien. antiquissima. col.
17 decima sexta. versiculo. ex quibus omnibus, &c.† Præte-
reà substitutiones huiusmodi præsertim illa cui innititur
dominus Vicecomes, videtur esse directa, vt dictum est
suprà, versiculo decimoquarto, quæ videtur non posse va
lere in persona puberis post aditam hæreditatem, vt est ca
sus, & ibi nota. doctor. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari &
18 pupillari.† Nec obstat vnum ex quo potest dictus domi-
nus Vicecomes facere magnum fundamentum ad osten-
dendum quòd positus est in dispositione: quia fuit à testa
tore grauatus de portando nomen & arma, & sic habeat
ex dispositione testatoris, cui relinquere videtur, ex quo
grauauit, vt not. Bartol. in l. sed & si sic. per illum text. ff. de
vulgari & pupillari. & in le. Centurio. in tertia quæstion.
principali compendiosæ. versi. quæro vlterius, quid si te-
stator. ff. de vulgari & pupillar. vbi etiam Ray. de Forliuio
præceptor Bartoli & Ricardus Malumbræ, & adducit idẽ
Barto. text. in l. Proculus. ff. de vsufructu. Responderi ete-
nim potest, quòd ad primum quo prætenditur esse graua-
tus dictus Vicecomes de restituẽda hæreditate filiabus do
mini Petri de Fenolleto, & descendẽtibus masculis ex eis,
ꝙ per hoc non videtur ei fuisse grauamen appositum, sed
conditionaliter, & non dispositiuè comprẹhẽsus est. Illud
enim ꝙ in conditione apponitur non censetur in dispoli
tione. l. si quis sub conditione dandorũ decem. ff. si omissa
causa testa. l. ex facto agitatũ. ff. de hæred. instit. Ideo vide-
tur testator potius conseruare voluisse ius legitimarũ hæ-
reditatum inter descendẽtes, quàm eos inuicem onerasse
per fideicom. l. potest & l. vel singulis. ff. de vulga. & pupill.
Quandoquidem verba narratiuè, & non dispositiuè po-
sita, dispositionem non inducunt. c. si Papa. de priuileg. lib.
6. & ad hoc propositum Alex. consi. suo 35. incipiẽte. viso
titulo quæstionis, &c. volum. 2. multas rationes adducit,
quæ videantur.

Quò verò ad grauamen de portandis armis & nomine
ipsius testatoris, non videtur esse magnum fundamẽtum,
quoniam in dubio sola grauaminis appositio, non inducit
præsumptionem oneris fideicommissi vel quod grauatũ
honorare voluerit. l. ab eodem. C. de fideicommiss. proba
tur melius in l. hæreditas ad Statium. & ꝙ ibi notat. Barto
lus. ff. de hæredibus instituendis, & in l. cum quat. §. si plu
res. ff. de fideicommissis libertatũ. cum similibus. Ex qui-
bus videtur apertè concludendum dictam illustrem do-
minam Annam bona, quæ petuntur, iustissimè retinere,
maximè quò ad dominum Vicecomitem sæpe dictum.

Præmissis attamen, quantuncunq; colorata videantur,
non obstantibus cõtrarium videtur esse verius in casu no
stro, & dict. do. Vicecomitem expressè vocatum esse ad
vniuersam hæreditatem d. quondam testatoris, causis &
rationibus infrà scriptis, alijs quę ea eis elici possunt. & re
fricando ea, quæ fuerũt suprà adducta, demonstrãdo illus.
dominæ Annæ inhabilitatẽ, siue bona illa feudalia essent,
siue allodialia. Non obstante ẽt quòd sint regales dignita-
tes, potuit de huiusmodi bonis (cum sint redacta quo ad
ius succedendi instar allodialium vt suprà dicebamus ver.
5. & 6.) dict⁹ dominus Bernard⁹ de Capraria testari, prout
& de alijs bonis testari poterat. & huic non video fuisse
ab illust. domina Anna contradictum in processu. Quare
cum ex dicto testamento non fuerit vocata dicta quondã
domina, sed dictus Vicecomes debetur eidẽ ex testamẽto
illa dicta successio & hæreditas Bernardi.

Ad quòd apertè demonstrandũ præmitto, ꝙ in duplici
genere & differentia testator prænominatus sibi hæredes
instituit, videlicet in Comitatu Ausoniæ & Vicecomitati
bus de Basso, & Caprariæ, & in baronijs eorũdem, & alijs
bonis mobilibus & immobilibus, in quibus vniuersalem
sibi hæredẽ scripsit egregiũ Bernardum Ioannẽ de capra-
ria primogenitũ suũ in comitatu verò de Modica & alijs
suis terris quę in Regno Siciliẹ existebant primogenitũ si
bi instituit hæredem, quẽ ex vxore per eũ ducenda susci-
peret & dicto primogenito ex secunda vxore sine filijs
masculis decedẽte vel ipsis filijs sine liberis masculis voluit
dictum comitatum de Modica & terras Regni Siciliæ ad
alios eius filios procreandos, & eorũ filios masculos. gra-
datim ordine primogenituræ inter eos seruato deuenire.
& hic casus (vt dicitur) non euenit: cum dictus Bernardus
testator nullos alios filios naturales & legitimos habuisse
pręsupponatur, quã dictũ dominũ Bernardũ Ioãnem de
Capraria hæredem vniuersalem supradictũ, in quẽ ẽt dici
tur peruenisse dictus Comitatus de Modica tanquã in hæ
redem suum vniuersalẽ, & per ius accrescendi, iuxta theo
ricam docto. & nouissimè domini mei Iaso. in repeti. l. re
coniuncti. nu. quinquagesimosecundo. ff. de leg. 3. & om-
nino per Franciscũ de Cur. consi. 74. col. 2. & per dominũ
meum Franciscinum consi. 12. col. 3. post suum tra. feud.
Cui quidem hæredi suo vniuersali, vbi hæres non esset,
quia nollet, vel non posset: vel vbi hæres esset, & decede-
ret quandocũq; cum masculis substituit ei, & sibi hæredẽ
instituit primogenitum dicti quondam egregij Barnardi
Ioannis de Capraria, & descendentem ex dicto primoge
nito per lineã rectã, discurrendo totã lineã masculinã de-
scendentiũ ex masculino sexu ex ipso primo nato filio d.
Bernardi d. Ioannis vulgariter & per fideicommissum, ser
uato super ipsos semper ꝑ rectã lineã ordine primogeni-
turæ & natiuitatis. Et in secundo substitutionis gradu sub
stituit dicto filio primogeniti d. Bernardi Ioãnẽ de Capra
ria in casu volũtatis, vel impotẽtię, vel vbi moreretur sine
libero, vel liberis, &c. vel vbi liberi ipsi decessissent sine di
ctis libero, vel liberis ex prædicto filio primo nato descẽ-
dentibus prout substituerat dicto do. Bernardo Ioann. de
Capraria & sequitur ẽt discursa ipsa linea masculina libero
rũ masculini sexus primo nati filij dicti Bernardi Io. & nõ
reperiretur vnus aliquis masculus de tota illa linea libero
rũ masculorũ descẽdentiũ ex prædicto filio primogenito
atq; nato dicti egregij Bernardi Ioan. imo oẽs decessetint
quandocunq; sub proximè dicta forma, scilicet nõ relicto
descẽdẽte masculo legitimo & naturali: ex ꝑdicto 1. nato.

dicti egregij Bernardi Ioann. tunc progreditur ad alios plures gradus substitutionis, scilicet ad substitutionem secundo nati, & tertio nati, dictique Bernardi Ioãnis & descendẽtium ex eis in eadem forma qua substituerat dicto primogenito dicti Bernardi, Ioannis: & iste casus nõ extitit. quoniam nati non fuerunt: sicut nec dicto quondam testatori fuerunt alij filij nati, quos ipse instituerat in Comitatu de Modica, vt prædixi. & quibus etiã substituit & substituit eosdẽ alijs. Quinimo licet purificata fuerit conditio in secundo substitutionis gradu prædicto posita, repetita quæ in quinto gradu per mortẽ egregij Ioannis de Capraria fratris vtrunq; cõiuncti illustris dominæ Annæ sæpe dictæ, qui in pupillari ętate præsupponitur diẽ suum obijsse: interrupti attamẽ fuerũt omnes substitutionis gradus vsq; ad nonũ & decimũ, in quibus nominantur Iosfredus de Rupebertino & descendentes eius, per hæc verba, & si dictus Iosfredus de Rupebertino, tunc nõ vixerit, vel vixerit, & nobis hæres non erit, quia noluerit, vel non potuerit, vel vbi nobis hæres fuerit, & decesserit quãdocũq; sine dictis libero, vel liberis masculis, & ex legitimo matrimonio procreatis; vel si ipsi liberi, vel aliquis de descendentibus ab ipsis, masculini tñ sexus, legitimi & naturales quãdocũq; decesserint sine dictis libero, vel liberis: vel si nomẽ & arma & signũ de Capraria nõ assumpserint, his casib. & quolibet eorũ, substituimus ei, vel eis, per modũ prædictũ, & nobis hæredẽ instituimus vniuersalem filiũ naturalem & legitimum dicti Petri de Fenolleto Vicecomitis de Hilla videlicet primogenitum & natum, &c.

In alia autem parte sui testamenti ordinauit expressè ꝙ vbi hæreditas sua vniuersalis ad filiã suã Sanxiam, vel eius descendẽtes deueniret, ꝙ Comitatus de Modica & terrę prædictæ Regni Siciliæ ad dictum Petrum de Fenolleto & eius descendentes masculos deueniret: qui vbi non extarent vocabit expresse ad bona prædicta sæpe nominatũ Iosfredum & eius descendẽtes masculos & sic in illo casu posuit in dispositione dictum domin. Vicecomitẽ, qui est de descendentibus masculis dicti quondam Iosfredi per lineam primogenitorum, quãuis ille casu non euenerit quia dicta hæreditas ad præfatã dominã Sanxiã non fuit, deuoluta, quæ ẽt nullos præsupponitur liberos habuisse. Verba testamenti dicti quondã egregij Barnardi quibus innititur præfatus dominus Vicecomes prolixè & fideliter verbũ reddens verbo, inferui inductus exemplo Imperatoris in auth. de restitu. fideicommiss. §. nos igitur subtilius testamentum considerantes inuenimus in verbis, &c. collatio. 9. quem text. ad hoc propositum allegat Baldus capit. 1. in titul. de feudo Guardiæ, in vsibus feudorũ † Omissis ergo superfluis demonstremus dominum Vicecomitem vocatum esse ad vniuersam hæreditatem prædicti Bernardi de Capraria ex testamẽto illius, & si bene considerentur verba testamenti prædicti, comperiemus nos non esse simpliciter in terminis gl. in d. l. Lucius. quæ loquitur quando filij sunt positi in conditione, dumtaxat, veluti si dicatur, si Meuius sine filijs decesserit, & ille Meuius esset extraneus testatori, quo casu nõ sunt illi liberi in dispositione, prout resoluit dicta glossa. in quo articulo solet communiter ab omnibus indubiè recipi. vt supra dicebamus versicu. 9. in primo casu. & hunc articulum examinat latè Bartolus in præallega. l. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. de cuius veritate non discutio aliter, quòd sit extrà terminos nostros & quod soleat in hoc casu communiter gloss. vt prædixi admitti. & qui latius videre volet, recurrat ad Barbat. cõs. 27. & 35. vol. 1. Ioannes de Anania consil. 68. Bolo. consil. 62. & Antonium Corsetũ in fine sui repertorij ad Panor. vbi late hunc articulum ad vtraque partem examinat. †
21 Casus autem noster est, quando testator digreditur ad plures substitutionis gradus: dicendo, si Iosfredus sine filijs decesserit, vel si ipsi filij, &c. vt suprà versiculo decimonono dicamus. hoc enim casu licet collegium Papiense, & Franciscus de Curte senior in consilijs supra in contrarium allegatis, dicãt esse communem opinionem, quòd etiam hoc casu non sint positi in dispositione, vt suprà versiculo 9. dicebamus, contrarium attamen tenere, & cõtrariam aliã opinionem nõ esse communem dicere non dubitabo: sed nec eam teneri debere in consulendo, nec iudicando, cum illam à contraria, quam tenemus, opinione, legibus & rationibus (quarum aliquas subnectimus) vinci manifestè constet. Quandoquidem tunc demum non est insequẽda communis opinio, quando illam vincit contraria opinio rationibus. & si pauci doctores illam insequantur: vt lacè per Barba. consi. 2. in principio, & consi. 5. & consi. 28. volumine primo. ita Ioannes Andreas Innocen. & Hosti. in capit. 1. extrà de constit. Panorm. consi. 1. ad fin. volumin. primo, & cap. ex literis. extra de sponsa. & c. capellanus. extrà de feriis. vbi etiam inquit ad opi. doctorum respectum habendum non esse, sed ad rationes per quas mouentur; & consequenter, non esse considerandam multitudinem doctorum sequẽtium vnam opin. & vtrobique Panorm. adducit aureum tex. in l. penult. §. sed neque ex multitudine auctorum. C. de veteri iure enucle. sed nec enim curandum est de opinion. communi, quãdo iure non probatur, & licitè iudicatur contra illam secundum Panormi. vbi suprà & in cap. tua. extrà de vsur. & cap. 1. versi. quarta species. & c. extra de postu. præal. tenet Bal. in l. res pub. C. ex quibus caus. ma. dicens. quòd vbi gloss. dicit aliquid quod non probat, quòd loquitur ex suo capite. & melius idem Bald. in l. conuenticul. col. 3. C. de episc. & cler. vbi subdit, quòd gloss. & doct. auctoritas vincitur per tex. vel per rationem necessario inferẽtem, allegat text. in l. 3. §. diuus. ff. de sepulchro. viola. Si ergo glo. vel doct. aliqua iura, vel rationes adducant, si non obstant, nec etiam eorum opinio & auctoritas, veluti destructo fundamento super quo fundatur, argum. cap. cum Paulus. 1. q. j. & c. veniens, extrà de presby. non baptiz. minist. hinc dicitur. ꝙ glo. & Doc. opinio semper debet regulari, & intelligi secundum legẽ, vel rationem adductam: vt dicit Ioan. Andr. in nouella, in c. cum nuncius. extra de testi. Bar. in l. nõ solũ. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. & in l. cũ quidam. ff. de his quibus vt indig. & Roma. consi. 211. ad fi. Vnde resolutiuè infero, ꝙ si argumenta & rationes quę subdemus conuincant rationes contrarias, ẽt si contraria sententia communis esset, nihilominus talis communis opinio cedere debebit. & ista, etiam si particularis alicuius doctoris esset opinio: debebit illi præferri. allego ad hoc tex. in §. item pretium. versic. 1. sed Proculi sententia, & c. ibi: & validioribus rationibus argumentabatur. Institut. de emption. & vendit. Nec obstabit prædictis mea imperitia. quandoquidem Spec. titu. de arbit. §. sequitur. versi. itẽ ex eodẽ. col. 15. scripsit, aliquãdo imperitum subtilius considerare, quàm peritum: vnde secundũ Bartolũ in l. legato. §. parui. ff. de legatis 3. tãtum est curandum de opinio. Papæ magistraliter loquendo, quantum de opinione simplicis viri: quia nihil auctoritas: sed
22 tantum ratio patrocinãtur, vt est sepè dictum. † A diuerticulo igitur casum nostrum resumendo, dico post Bar. in al leg. l. Centurio. in materia compendiosæ. versic. quæro vlterius, quid si testator. ff. de vulgari & pupillari. vbi relatis opinioni. Richardi Malumbræ, & Raymondi de Forliuio, decidit (vt prædixi) quòd quando filij filiorum sunt grauati onere fideicommissi (vt est in isto casu) tunc benè videtur descendentes prædictos inuicem substituisse, & vocasse ex testamento, per textum in l. denique. §. interdum. ff. de pecul. legat. & per not. in l. alio. ff. de ali. & ciba. lega. & per text. in l. si ita stipulatus. in princip. ff. de ope. liber. & idem videtur tenere Bart. (licet sub dubio forte) in l. sed & si sic. §. 1. ff. de legat. 3. vbi dicit ita se declarasse in materia compendiosæ. & ad hoc adducit text. in l. Proculus. ff. de vsufruct. Et cum ista doctrina Bart. transit Pa. de Cast. consi. 36. incip. dubium facit. vol. 1. & Anchar. consi. 83. incip. contra Philippũ. vbi dicit, quòd ista videtur sibi æqua & iusta opinio, & quòd non posset dici contrarium. quod etiam voluit idem Ancha. in c. si pater. in 12. notab. de testa. libro. 6. Aretin. Instit. de pupil. substitu. §. finali. &

secundum aliquos idem tenuit Ang.de Perusio in aliquibus lecturis in l.j.C.de condi.insertis.vbi omnino Philip. Corneus videatur:qui etiam idem tenet consi.97.&c.in litera d, vol.1. quod etiam visua est voluisse Alex.consi.3. vol.& refert & sequitur Francisc.de Curte cons.51.incip. super testamentis Alberti.col.10.versi.si ita est, &c.& cũ prædicta decisione Bart.& distinctione ipsius transit Nicol.de Neapoli.in tract.substitut.in materia cõpendiosæ, vbi dicit quòd opinio glo.in l.Lucius præalleg.procedere potest quando testator post gradum filiorum institutorum decedẽtiũ sine liberis, nõ prouidit de alio substituto in defectũ omnium liberorum: sed simpliciter instituit filios,& alteri sine filijs decedenti substituit alterum: secus autem esset (ait) vbi testator prouidit de secundo & tertio,& vlteriore substituto.(vt in casu nostro)quo casu(ait)filij conditionaliter nominati habentur pro substitutis.argum.l.cum auus.ff.de conditio.& demõ.& l.Cum acutissimi.C.de fideicommiss.Ita Anchar.d.consi.83.aliàs 73.vbi inquit.quòd ista modificatio ad gl.in l.Lucius præallegatum est iustissima & æqua, nec potest dici cõtrariũ illius.Et hanc limitationem Anchara.quæ fuit,vt prædixi Bar.exclamat Alex.consil.64.incipien.difficultas dubitationis.vol.5.Cum qua etiam transire videtur Bal.& Saly. in l.precibus.C.de impub.& alijs subst.& dominus meus Franciscus de Curte consi.16.incipiente præsupponitur in facto.colu.5.versiculo secundam principalem conclu-
23 sionem,&c.† Et bene facit quod dicit Alexand.præalleg. consi.3.incip.viso puncto,&c.volum.3 quòd licet magnũ sit dubium, an per appositionem solius grauaminis, filij positi in conditione, siue in dispositione secundum sententiam Bartol. prædictam:illa nihilominus dubitatio cessat quotiescunque cũ grauamine concurrit aliqua coniectura mẽtis testatoris & hoc probatur per text.in l.alic.ff.de ali. & ciba.lega.vbi quando grauatur executor datus in testamento,videtur sibi relictum esse ab hærede.Sic etiã quando datur filio instituto tutor,& grauatur aliquid dare,censetur effectualiter grauatus filius.l.peto.§.fratre.ff.de leg. 2.& l.si seruus legatus.§. qui margaritam.ff.de legat.1.sic etiam quando grauatur aliquis de eo quod cõsueuit tacitè sequi honoratum tunc per illud grauamen videtur honorari,vt comprobat omnino Franciscus de Curte con.præallegato.51.colum.10.versiculo.si ita est.& hanc sententiã relatia opinio.ad sanctitatem, sequitur Barba.post longum examen,in repet.l. cum acutissimi præallega.carta.27 versiculo aggredior nunc secundam dubitationem. C. de fideicommis.& consil.55.vol.7.versicu.et licet Ioannes de Imola volumine secundo. vbi loquitur etiam in filijs sub vna conditione positis,&c. concurrit grauamen & coniectura testatoria quod etiam tenet ea eisdem & alijs rationibus,idem Barba.consi.27.incipi.columna mihi decima tertia.versi.adduco prædicta.volumin.1.& consil.35.col.
24 4.versic.& si dicatur.eod.volumi.j.† Quinimo voluit Socin.consi.249.incipient.materia presentis consultationis. col.3.versi.primum est vol.secundo. vbi dicit in simili,ꝙ ex quo liberi non sunt simpliciter positi in conditione, in quibus terminis loquitur glo.in d.l.Lucius.item non solum sunt grauati, quo etiam casu locum habet dict.l.cum acutissimi.C.de fideicomis.sed grauati sunt & positi in cõditione simul:& sic in casu de quo loquitur Bartolus in d. l.centurio.in quo positi in conditione,etiam simplici,censentur honorati,quia grauati ex duplici cõiectura & quia positi in conditione.d.l.Lucius.item quia grauari non potuissent,nisi etiam fuissent honorati ad hoc Bartol.allegat plures leges quibus Ioannes de Imola ibi & Bald.in allegata l.ab eo.conantur respondere.sed dominus Franciscus de Arctio defendit optimè Bartol. ab impugnationibus Baldi & Imolę prædictorum.Quam etiam opinionem tenuit Dynus al.rectè inspiciatur in l.Titia Scio.§.Seia libertis.ff.de lega.secundo.in quam etiam opinio. prælatus Ioannes de Imol.inclinat,in l.filiusfamilias.§.cum quis.ff.de legatis primo vbi tenet hoc post eundem Rapha. Cuma.

Idẽ Cuma.in l. Lucius.sæpe alleg.& in l.hæreditas ad Statium.ff.de hæred.institu. Et licet hoc dictum passim non admittatur:attamen quãdo cum grauamine & appositione grauatorũ in conditione concurrit coniecturata mens testatoris receptum est pro claro,ad quod est textus optimus.in l.Lucius.§.quæsitum.ff.de lega.3.dum dicitur,nisi
25 aliud sensisse testatorem probetur.† Nec mirabitur qui cõsiderauerit quòd in vltimis voluntatibus(& præsertim in fideicommissis)prædominatur mens & voluntas testatoris.l.in conditionibus primum locum.& l.Publius.in fi.ff. de condi.& demonstrat.& l.si mihi & tibi.& l. penult.vbi bon.tex ff.de legat.j.Ita quod non curamus de verborum qualitate,dummodo constet de voluntate ac mente testatoris.l. quoniam indignum. & ibi Bald. in princip. in secundo notab.C.de testa.& bene facit text.quem Ange.sæpe dicitur in ore habuisse.in l.3.C.de liber.præter.vbi, dicit text. Cum enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam tãtum valet,vt melior sensu existat.de quo text. Ange.prædictus meminit consi.
26 340.incip.totũ dictum statutum,&c.† Hinc est quòd ex coniecturata mente testantiũ inducimus fideicõmissum, etiam si ex verbis non appareat expressè.l.cum proponebatur.in fi.& l.vnum ex familia.§.fi.ff.de legat.secundo l. fideicommissa.§. hæc verba.& l.Pamphilo.& melior text.in l.pater filium.§.pen.cum glo.ff.de lega.3.& melior de iure in l.ex facto proponebatur.§.rerũ ibi. Et facit quidẽ totum voluntas defuncti.ff.de hæred.instit.& in l.cũ quidam.ad fi.ibi quia testator hoc voluit. C.de necessa.ser.hæred.institut.& apertissimus text.in l.3.§.conditio.ibi sed melius est sensum magis quam verba amplecti.&c.ff.de
27 adi.lega.† Monstremus ergo dictum dominum Vicecomitem à testatore grauatum fuisse:& dico post Bal.& Salycet.in l.precibus.la peal.col.pen.quod quando onus descendit in descendẽtes,hæreditas censetur grauata & grauamen censetur in rem scriptum hæreditatẽ afficiens quocunque vadat,cum pro fideicommisso bona sint obligata auth.contra cum rogatus.C.ad Trebe.Ang.in l.in legatis, in lecturis antiq.C.de le.& in l.cũ proponebatur.de lega. 2.quod etiam voluit Nicol.de Neapoli.in tract.substitutionu.in materia compendiosæ.& refert & sequitur Frãc. de Cur.sępe alle.cons.51.col.11.ver.accedat ad præmissa.

Ad quod facit,quia vbi testator plures instituit,& substituit,& grauat totam hæreditatem per fideicommissum restituit,prout est in casu nostro c.ẽ. cẽsentur inuicẽ substituti.te.est notab.in l.Titia Scio.§.Seya libertis.ff.de le. secũdo.vbi communiter solet à docto.ad hoc notari textile.& Bal.& doct.in l.vel singulis.ff.de vulga.& pupil.videt.n.testator ꝑ plures substitutionis gradus, fecisse vnũ inter se, & illum, in fauorem alius tertij, cui vltimus est grauatus restituere.Nam eo ipso quòd rogat vltimum morientem restituere,videtur velle quod tota illa hęreditas ad ipsum grauatum veniat secundum Albericum de Rosate in dicto §.Seya.per tex.in d.l.si seruus legatus.§.qui Margaritam.in prin.de leg.1.& in terminis voluit Barto.Paul.de Cast.Ioan.de Imo.& Raph. Cuma.in l.fideicommissaria substitutione.in d.l.vel singulis.Paul.de Castr.in l.si pater impuberi.eod.tit.Bal.& Ioa.de Imol.in dicto §.Seya.Idẽ Bald.in l.ex tribus.in h.C.de inoffic.testa.Idẽ in l.1.versi. sed quomodo possumus esse certi.vbi Pa.de Cast.C.de impub.& alijs substitut.& Paul.de Castr.pulchre consil. mihi 352.incip.duo videnda sunt,vbi decidit,ꝙ vltima substitutio,quã fecit testator vltimo morienti,est expressa,& illa quę censetur facta inter grauatos est tacita:quia superuiuentem tacite substituisse videtur. Et sic liberos & descendẽtes dicti domini Iofredi,ex quibus est spect.domin' Vicecomes. quod sufficit ad fideicommissum inducẽdũ. l.cum proponebatur,cum glo.h.ff.de le.2.Ita dicamus in casu isto,cum per tot gradus facta fuerit substitutio fideicommissaria, & appareat testatorẽ voluisse bona contentiola,in quibus instituerat dictũ dñm Bernardũ Ioãnẽ filiũ suũ peruenire velle ex fideicõmissaria substitutione ad prę-

ad præfatū dñm Iofredū, & eius filias, & earundē defcēdētes mafculos, vltimo loco videtur inter oēs nominatos, & sic Iofredum fępe dictum, & eius defcendentes mafculos, duobus gradibus fubftitutionis, filias dicti Iofredi præcedentes, induxiffe tacitā fideicommiffariā, fubftitutionē, ex omnibus fundamentis præmiffis fimul iunctis. Quandoquidem nota eft regula, quod quādo poft mortem plurium inftitutorum, vel fubftitutorū, eft appofitū grauamē in tota hæreditate, tūc inter ipfos inftitutos & fubftitutos grauatos inducitur reciprocū fideicommiffum, cafus eft fingularit fm Bar. in fæpe alleg. §. Seya libertis, poft Dyn. & not. Docto. etiam per illum text. in l. hæredes mei. §. multa. ff. ad Trebellia. & hoc eft quod fupra proxime dicebam velle Albe. in alleg. §. Seya. licet fub alijs verbis. vbi etiam Socin. quo cafu non folum in perfona vltimi decedentis facta effe intelligitur fubftitutio, verumetiā in perfona cuiuflibet: vt videtur cafus clarus effe & rotundus. in l. fi. §. filiū. ff. de lega. 2. & in l. hæreditas. §. Gayo. ff. ad Trebel. fecundū q declarat Bar. in l. codicillis. in princip. ff. de vfufr. leg. & profequitur Soci. conf. mihi 69. incip. vifo teftamentū Ioannis &c. col. pen. verfi. præterea, pofito, &c. vol. 3. † Memini me vidiffe dominum Frācifcum de Are-
29 tio, qui in d. l. Centurio. concordare voluit opinionē Bar. prædictam & tenentium contrariā dicens, q vbi grauauit expreſsè defcēdentes: loqui videatur determinatio Bart. & procedat eius decifio. prædicta: fcilicet q cenfeātur in difpofitione pofiti: vbi vero nō grauauit expreſsè, fed dixit fimpliciter, quandocunq; decefferit filius meus hæres inftitutus fine liberis, vel eius filij fine defcendētibus mafculis (& fic fumus in dubio an voluerit fideicommiffum inducere inter defcendentes) illo cafu potius appofuiffe videtur grauamen filio inftituto, quā defcendentibus. quia inter defcendentes nō honoratos non videtur aut cenfetur inducere fideicommiffum reciprocum, & ideo non inducatur quia ceffat ratio iuriū prædictorum allegatorū per Bar. Et ifta eft magis cōmunis & vera fententia, vt ait dictus dominus Frācus, & refert & fequit Francif. de Curte confi. 42. incip. teftator Auguftinus. col. mihi 2a. verfi. ad quartū. q eft tertium in ordine, dicens, q effectus difpofitionis teftatoris in cafu prædicto, erit: q oneratur inftitutus, vel fubftitutus onere fideicommiffi: fub duplici conditione, fcilicet fi ipfe deceffent fine filijs: et fi fui filij, vel liberi, fine defcendētibus. & fic, q inter eos duntaxat conferuatur ius legitimarum hæreditatum & fucceſsionis ab inteftato prout dicit tex. in fimili. in l. inter focerum §. cū inter. ff. de pac. dota. fecundū magis commune intellectū, ita q exiftentia defcendentiū faceret deficere in fubftitutis cōditionē, & è cōtra differentia ipforū defcendentiū fa-
30 ceret ipfos fubftitutos admitti. † Ego verò licet os in cęlū attollere nō debeā, & fi effemus in puris terminis decifionis Bar. in d. l. Centurio ēt fi ceffaret ftilus huius Regiæ audiētiæ; qui mihi præfupponitur effe, q quādo teftator digreditur ad plures fubftitutionis gradus, tūc filij pofiti in cōditione, fint in difpofitione. Qui quidē audiētiæ Regiæ ftil' eft quoddā ius, licet veniat ex facto, vt notat Rota de ftilo palaōj. decif. 710. incip. nota, q ftilus. in antiq. & probatur in c. ex literis. extrà de cōftit. & c. venerabilis. extrà de confir. vtili vel inutili. & Fely. not. omnino in c. q fuper his. de fide inft. vbi ēt dicit. q pōt allegari in decifionibus caufarū iure deficiente: vel fi ius non reperitur. Idē & plenius, c. 3. verfic. ftilus curiæ. extrà de refcript. Ad q etiā, eft tex. fingularis. & ibi And. de Barulo. & Bart. in l. fi. C. de cano. largi. li. 12. & de hoc infrà confi. 25. verfi. 5. in fi. etiā fi in terminis in quibus fumus non adeft grauamē, nec cōiecturata mēs teftatoris: quo cafu omnes admittunt, q pofiti in conditione, fint ēt, vt pdixi, in difpofitione. Sed vbi effemus in puris terminis quæftionis & determinationis Bar, crederē adhuc & tenerem opin. Bart. prędict. tanquā veriorē & contrariā opin. non procedere, ēt fi comunis effet, prout eā dicebat effe Franc. de Curte, in confi. fuprà in cōtrariā allegatis Moueor vltra fuprà deducta, quia fi oneraretur dūtaxat inftitutus, cui eft adiecta cōditio fi fine liberis deceffetit, & ipfi liberi fine defcēdentibus, &c. & nō adijceretur onus ipfis liberis, & defcendentibus, fequeretur vnū abfurdū, q illa verba, fine defcendentibus, &c. de nihilo feruirēt. ita q inftituto cū filijs, vel defcendētibus, moriente, deficiat cōditio, licet poftea dictus filius moriatur abfq; defcendentibus. cū tñ teftator, nō contentus illis verbis, fi fine liberis deceffent addiderit: vel ipfi liberi fine defcendentibus, fauore ipforū liberorum. ita q attendatur ipforū liberorum deficientia, quandocunq; fit & nō tempus mortis teftatoris. cū fit rarū, q moriantur omnes defcendentes inftituti, vel fubftituti, ipfo teftatore viuēte, ita not. Alb. de Rofate. Bal. & Imo. in all. §. Seya. vbi Alb. adducit tex. in præalleg. §. qui margaritā. & Pau. de Caf. cōf. 352. incip. duo videnda funt. Hoc. n. cafu facta eft fubftitutio (vt dicunt in hæreditate, per verba indefinitè prolata, quæ vniuerfali æquipollent. l. fi pluribus. ff. de leg. 2. & c. folitæ. extra de maior. & obedientia Etenim fi filij grauati, funt reftituere tertio, fi ipfi fine filijs deceflerint, vel ipfi liberi fine defcēdētibus, qualiter poterūt reftituere, nifi fint honorati. Vnde poft Bar. in præalleg. l. codicillis. in princ. in l. fi fic. de le. 3. & in l. Cēturio. fæpe allegata, dico, q licet fimpliciter nō bene inferat, filij funt onerati: ergo funt honorati, vt in l. aben. C. de fideicō. fi tñ cōcurrat aliqua alia cōiectura, qs fortè leuis. tūc ex hac cōiectura, quia eft oneratus, cōcurrente alia perfuafione, tacitè cenfetur honoratus, vt in d. §. Seya. contingat. Ita ēt erit in terminis Bar. in quibus pofiti fuerāt filij in conditione ad excludendū fubftitutum, ex quo folo (.f. quod fint in conditione pofiti) quamuis non cenfeantur tacitè inuitati, fecundū communē Docto. theoricam. in d. l. Lucius. 2. & in l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de le. 1. & in l. 1. C. de cond. infert. attñ concurrētibus ambobus refultat indubiè tacitū fideicōmiffum, cenfenturq; tacitè honorati. prout refoluit Bar. vbi fuprà. Ita etiam not. Philip. Corn. conf. 149. incip. circa primum. in litera n, fa 2. vol. 2. dicens, q in illo cafu procedat l. codicillis. fuprà allegata. fcilicet q fit nouifsimus liberorū oneratus fideicōmiffo. & quatenus poſsit fideicommiffario fatisfacere, cenfeatur honoratus in hoc, vt poft eius mortem habeat reftituere rē per eius hæredē, & illā transferre in fideicommiffarium, eueniēte cafu fideicommifsi. Ita ēt, tenet Barb. qui omnino videatur in commento l. cum acutiſtimi. fuprà allegatæ. charta 27. verfic. aggredior nunc fecundam dubitationē. qui in hanc fententiā cōcludit per
31 auctoritrtes, & rationes plures, quas adducit. † Confidero præterea q grauatus hæreditatem reftituere fimpliciter; videtur effe grauatus fub conditione, fi fine liberis, deceſſerit. vt in d. l. cū acutifsimi. multo ergo plus debent operari illa verba fi fine, liberis, &c. quā fi non fuiffent appofita. & fic, q ipfi filij & defcendentes fint pofiti in conditione, vt ēt veniāt ad fideicōmiffum ex præfumpta teftatoris volūtate; ficut & in d. l. cū acutiſtimi. vbi nō fit eorū mētio, & fic nō funt pofiti expreſsè in conditione. Idē ēt in l. generaliter. §. cū aūt. C. de infti. & fubft. fub condi. factis. ibi, nō eft verifimile patrē fi de nepotibus cogitaffet, talē fecifſe fubftitutionē, &c. ergo vt prædixi, multò fortius vocatur quādo expreſseè funt nominati, nec. n. maior potentię eft tacitū, quam expreffum. l. fi. C. de pac. conuen. Et licet d. l. Lucius cū gl. fæpe allegata, folent paſsim ad corroborationē alterius opinionis allegari. credo tñ eam fatisfacere pro opinione Bart. dicta. n. l. illa verba, fi fine liberis deceſſerit appellat prouidentiā teftatoris; ibi prudēs cōfiliū, &c. Sed nulla effet prouidentia teftatoris, fi ipfi nepotes defcēdētes nō venirēt ex teftamento; quia videretur lex impofita verbis, & nō rebus. l. 2. C. cōmunia de le. & c. cōmiffa. de elec. li. 6. pręfertim vbi fubftituit extraneus, & eius filij ponū-
32 tur in conditione, qui alias non fuccederent. † Facit & idē tex. pōderatus in quātū dicit, ptulit liberos fubftitutis. Cū ergo fubftitutus ex teftamēto vocetur: fic ēt videntur effe liberi vocari, alias nō pferrent illi fubftituto, fed diceretur effe platus illis. Ifti. n. liberi, p prius erāt in difpofitione, q

mortuis parẽtibus succederẽt: prout est supradictũ. & habẽtur in l.2.C.quorũ bonorũ, cũ sim. Ergo illa verba pro. lata à testatore, non veniunt ad diminuẽdum fauorẽ ipsorum liberorum, sed potius augent, & sic vt illi liberi succedant, opulentius facta fuit illa conditio & sic nisi succedãt ex testamento cessabit ille fauor.l. cum alijs & le.generali-
33 ter.C.de secun.nupt.† Pondero etiam alter d.l.Lucius.dũ enim dicit ibi tex. quòd si frater institutus adiuit hæreditatem, substitutus excludatur. si verò prius quã adeat decesserit liberis relictis: tunc(ait) prudẽs consilium testatoris animaduertit, & c.non.n.fratrẽ solum prætulit substituto: sed & liberos eius, sed nos habemus regulã ꝙ vbicunq; il la dictio, sed, adiungitur cũ illa coniunctione, &, tunc aduersatur præcedẽtibus in facto. sed nõ in iure. ita dicit glo. in l.2.ff.ne quis eũ, qui. vbi dñs meus Ias.& glos.in l. sed si l.ff.de petit.hæred ex quibus ẽt apparet, ꝙ gl.in d.l. Lucius malè allegatur in substitutione fideicommissaria, cum loquitur quando frater decessit hæreditate non adita.

Omitto ꝙ illa verba, si sine liberis decesserit, si in statu tis apponantur, disponunt: vt voluit Saly. in l.maximum vitium.C.de liber.preter.& Barb.in præalleg.cons.vbi ad corroborationẽ opin.Bar.plures adducit rationes, & plenius Aretinus in d.l. Labeo.qui respondet adductis cõtra Bar.Et Franc.de Curte cons.34.col.5. & cons.42.colu.4.
35 † Postremo considero, ꝙ ex vulgari substitutione succeditur testatori, & non hæredi, vt per Bar.in l. t.ff. de vulg. & pupil.& facit l.cohæredi.§. cum filiæ. eod.tit.& institu-eod.tit.in princ.& not. Philip. Corn.consi.6 t.incip.post redditum consilium.in litera g, vol.2.& Soc.consi.20.col. 6.versic.insuper etiam, & c.vol.1.Sed testator ponendo filios & descendẽtes Iofredi in conditione voluit eis præferri substitutos: prout suprà proximè dicebamus: & est expressum in d.l.Lucius quæ(vt prædixi) loquitur in substitutione vulgari. scilicet quando frater decessit hæreditate non adita, nihilominus glo.& doct.tenentes, ꝙ ibi liberi non censentur tacitè inuitati dicunt, ꝙ prætulit eos substitutis, volendo eos venire ab intestato, & reseruando ipsis liberis successionem ab intestato. & hoc modo intelligunt, glos.in præd.l.filiusfa.§.cum quis.ff. de leg.1. ꝙ nõ video procedere posse, quando substituti sunt extranei:& filij sunt positi in conditione, vt est in casu nostro. Vnde cum isti filij, & descendentes dicti domini Iofredi sint positi in conditione, ex capite vulgaris substitutionis nõ possint ab intestato succedere sæpedicto quondam dño Bernardo testatori:& minus dicto dño Ioan.de Capraria vltimo dictorũ bonorũ domino, & possessori, ex capite fideicõmissariæ substitutionis, videtur testator sæpe dictus prætulisse domi. Vicecomitẽ qui est de discendeotibus masculis dicti dñi Iofredi, de quib'in dicto capite substitutionis loquitur, filiabus quondã dñi Vicecomitis de Hilla & de Caner. & ẽt ipsius dñi Iofredi post ipsius masculos substitutos eo modo quo potuit & sic si non pferãtur ab intestato, cẽseatur dictũ dominũ Vicecomitẽ agentẽ prætulisse ex testamento & sic eum substituendo, ne cõningat quòd magis dilectus minus honoretur.cõtra l.Publius.ff.de cõdit.& demonst.Cum itaque filiæ fœminæ prædictorum Vicecomitis de Hilla & de Canet.& dicti dom.Iofredi, & descendẽtes ex eis respectiuè siue expressè à testatore inuitatæ, finita generatione masculina dicti Vicecomitis de Rupebertino, ipsi liberi & descendẽtes masculi dicti dñi Iofredi, ex, quib' est, & habilior dictus d. Vicecomes, licet sint positi in cõditione, ex quo tales sunt ꝙ ipsi testatori, vel vltimo ꝗ hæredi nõ succedat, ab intest.vocantur(vt prędixi) ex sæpedicto testamento.not. Philip.Cor.post dñm Bal.de Baribolinis cons.74.inc.viso solemni prolixo cõsi. & c.per totũ, vol.2.Idem consil.272.incip.dubia latis.per totũ vol.4.vbi inter cętera dicit, ꝙ licet ambo Raphaeles & Paul.de Cast.& Socin.& plures insignes Italiæ doctores in cõsulendo tenuerint, ꝙ filij simpliciter positi in cõditione à testatore censeantur tacitè inuitati: attamen ipse nunquam voluit pro illa sententia consulere. Sed vbi con

currit aliqua alia coniectura, vt grauaminis in tota hæreditate, cẽseantur inuicẽ substituti. per d.§. Seya libertis, vbi dicit esse casum in terminis in fideicommisso. Rationẽ dicit esse, quæ etiã à doctor.communiter assignatur: quia nõ possei grauatus totam hæreditatẽ vel totam vnicam rem hæreditariam dare honorato, si totam illam rem non haberet. Ideo cõiecturatur, ꝙ testator voluit ipsum eam habere, & ideo cẽsetur substitutio facta præcedẽtibus. Ita ẽt (ait) in directa substitutione, quia non posset substitutus tũ grauato: habere totam hæreditatem testatoris, nisi succedere alijs ipse grauatus, prout latius & remissiuè prosequitur ibi Corne.dicens, se semper ita tenuisse tum in legendo, cum in consulendo. & hanc dicit esse communem opinionem post Paul, de Castr. in d.l. ab eo.quicquid ibi Bald.dicat, qui subtiliter inspectus non contradicit Bart. quia nõ loquitur ex casu quãdo substitutio facta est filijs in conditione positis: sed loquitur quãdo facta est substitutio post mortẽ filiorũ, quo ẽt casu se præcisè nõ firmat: sed nec in illo casu Bart. quicq; firmat, vnde malè solet allegari, tãq aduersans sentẽtię.Bar.& hãc opi.& Bar.pdictã tenuit Iu.de Petrucijs, preceptor Soc.tã in d.l.quã ẽt in consulendo, prout eum refert prælleg.Corn.& refert etiam & sequitur eundem Soci.cons.249. prælleg.col.5. versi. ex quibus conclusionibus, & c.& plenius col.5.versi. sed præmissis non obstantibus. vbi allegat doctrinã elegantẽ Pau. de Cast.in d.cõsil.352.incip.duo videnda. Quinimo dico hanc nostrã sententiã probari per text.in sæpe alle.§.Seya

Ratio enim, quia in dicto tex.erant simul coniuncti in eodem legato, non erat sufficiens, vt censerentur inuicem substituti, & tamẽ iuncta cum onere vltimo decedẽti iniuncto, hoc operatur, prout & dicit Bal. in d.l.ab eo.quæ-quidem ratio oneris iniuncti in d.tex.minus vrget, quã in terminis in quibus loquitur Bar.Et in nostris.ibi.n.legatarius oneratus erat in parte fundi, & interusurio medio tẽporis, iuxta l.si constante.§.quoties.ff.solut.matri.ideo poterat(vt arbitror) onerari post mortẽ in toto fundo, arg.l. imperator.ff.de le.2.& sic ibi non erat onus inutile. Sed in casu nostro & Bar.si filij & descendentes positi in conditione, non censerentur tacitè inuitati, sic non redderetur inutile mento ergo viget maior ratio coniecturandi voluntatẽ testatoris in casu nostro quã in d.§.Seya, præsertim, quia coniectura, ne pereat actus, in iure sit multi poteris.l. quoties in actionibus.de rebus dub.& c. si Pap. & vtrobique
36 Doct.de priuileg.li. 6.cum simil. Confirmo dictam opin. auctoritate Raph.Cuma.in l.filiusfamil.§.cum quis. ff. de leg.1.vbi ad ostendendũ, quòd sint positi in dispositione, dicit quod licet filij ita positi in conditione, nolint vel nõ possint hæredes esse patris: attamen possunt ex fideicommisso tacitè à testatore relicto venire per tex. no.in l. inter socerum.§.cum inter.ff.de pac.dot.& ita voluit Rom. cõ.32.incip.vsa municipali constitutio, in secũdo principali dubio per tex.in alleg.l. Lucius. & l.filiusfamil.& l.ex facto.§. fin.ff. ad Trebellia.à contrario sensu. & not.Flo. in l.cum acutissimi.sæpe alleg.C.de fideic.

Facit. & ad prædictorum corroborationem quod not. Pau.de Cast.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus. vbi filij naturales tantum etiam si legitimi non sint, excludunt substitutum sub ea conditione, si sine liberis decesserit: attamen filius naturalis ab intestato patre non succedit, ergo, & c.& ita consuluit idem Pau.de Cast.cons.434.aliàs est 436.incip.dubitatio vertitur de bonis.col.7.& 8.

Pro quo etiam facit, quòd licet filius renuntiauerit hæreditati paternæ: non tamen videtur fideicommisso conditionali renuntiasse, vt per Socin.omnino consi.251.inc. in præsenti cõsultatione.col.16.vers. ex qua conclusione.
37 vol.2.† Sic etiam filius succedit in fideicommisso, licet bona patris trãseant in fiscum propter ipsius patris delictũ.l. Imperator.ff.de fideicõmis.libert.not.abundẽ Alex.cõsil. 23.volu.1.& consil.88.volu.3.de quo dicto videatur omnino Socin.consi.275.incip.in causa fratrum, & c. per totũ vol.2.& maximè col.11.

Quanta sit authoritas Bar. testatur ipse Bal. alioqui, opinionibus Bart. fermè semper contrarius, qui in c. quoniam contra falsam. extra de probat. vocat Bart. summū doctorum, & præceptorem suum, & quod in eo solet esse substantia veritatis, in iudicando & consulendo sequenda, ꝙ etiam Rom. cons. 469. dicit quòd incip. quò ad primum. colum. 3. & cons. 470. incip. in casu proposito, &c. et Ioan. de Imo. in capi. dilecta. extra de appel. refert assessores non velle recedere ab opinio. Bart. idem enim omnium iudicio cunctos scribentes in æquitate et veritate præcedit. vt Panorm. scripsit in c. cum nobis colum. pe. extra de rescript. Quandoquidem Bar. est pater iuris ciuilis, vt vt Aretins dicit, cons. 154. inci. periculosum. &c. & illuminator illius. vt per Panormi. cons. 3. vol. 1. & Ancha. in proe. 6. ad principiū & etiam Lucerna illius iuris, vt posuit Ange. consil. 15. vbi gloriatur, quòd sępe quiescat sub vmbra Bar. quem etiam præceptorem suum appellat, in repet. l. 1. C. de iudi. possumus ergo intrepidè sequendo opin. Bar. supra allegatam, concludere cum ipso Bartol. sæpe dictum dominum Vicecomitem agentem uocatum esse ex testamento dicti quondam Bernardin. de Capraria, per rationes prędictas, quæ stringere uidentur pro hac opinione, & rationes quæ pro alia parte solent adduci & fuerunt suprà pro contrario allegatę, superare comprobātur. & ostendemus apertius respondendo in contrarium obiectis. Quam etiam opinionē Bar. tenuit dominus meus Fran. de Curte tanquam communem. consi. 10. incip. thema tale propo-
38 nitur. col. 5. uers. confirmo præmissam conclusionem. † Vlterius attendatur ꝙ nos non sumus in solis puris terminis Bar. sed plura hic cōcurrunt in fauorem dicti domini Vicecomitis, quæ in casu Bar. non procedebant. In casu etenim. Bar. dubitatur vtrum per illa verba, sine filijs decesserit: uel ipsi filij sine liberis substituo Meuium, grauamē appositū fuisset ipsis filijs, & filiorum filijs, prout dixi suprà uers. 29. inferens distinctionem Areti. in d. l. Centurio. uolētis, ꝙ ubi est grauamen expressè appositum, procedat opi. Bar. alias in dubio secus quod ēt pro responsione ad doctrinam Bar. præallegatam ponit Franci. de Curte, & collegiū Papiense, in præalleg. cons. 42. 45. & 63. unde si grauamen ostendatur, erit opinioni contrariæ (etiam si uerior esset) satisfactū. Et in primis pondero uerba substitutionum, ei, uel eis substituo, & c. l. 10. capite substitutionis factæ Iofredo & suis filijs, & descēdētib. masculis ꝑ quę uerba cōstat apertè factā fuisse substitutionē descendētib. dicti Iofredi. cū enim testator prędictus prænominasset dictū dominū Iofredū: & postmodū subdidisset, & si dictus Iofred⁹, &c. & sequitur, & decesserit sine dictis libero. vel liberis masculis, & ex legitimo matrimonio procreatis, vel si ipsi liberi, vel aliquis eorum de descendentibus, &c. substituimus ei, vel eis, &c. vt suprà versi. 19. dicebatur. quare patet quod substitutio est facta nedum ipsi domino Iofredo, & ipsi domino agenti: sed etiam alijs, descendentibus positis in dicto decimo gradu, uel capite substitutioni. & sic censetur etiam appositum illis grauamen. Ista enim verba ei, vel eis, sunt indefinite prolata, post ipsum dominum Iofredum & descendentes, igitur æquipollent illi vniuersali l. si pluribus. cum ibi not. per Bart. ff. de legatis secundo. & capitulo quia circa. extra de priuileg. & sic videtur etiā facta omnibus substitutio. Ita etiā Socin. per plures rationes not. in dicto consi. 249. colum. 2. versic. 2. pono aliam conclusionem vol. 2. & consi. 252. colum. septima. versic. circa secundam. eodem vol. 2.

Nec obstāt solutiones & respōsiones, quas ad hoc obiectum tradere nititur Frācis. de Curte in sæpe allegato cōsilio. 42. quæ fuerunt refricata consi. 45. suprà allegato. colum. penultima. versi. ad aliud dum ponderabantur, &c. ꝙ consi. 45. vt prædixi, fuit collegij Papiensis. Quandoquidem illa verba referri non possunt ad positos in conditione, sed ad institutos, & substitutos: & sic ad eos qui positi sunt dispositiue, vt illę dictiones adaptentur cōgrue, argument. notatorum per gloss. cap. 2. de electio. libro 6. in versic. ex quibus. allegato per Francis. de Aretio ad hoc propositum. consi. 106. incipiente diligenter vilis, &c. colum. 2. & melius colum. 4. quod etiam tenet Ioannes de Imo. & Moder. licet eos non alleget in l. Centurio. sępe allegat. dicentes, quòd in dubio videtur iniunctum onus filijs institutis, & non his, qui solum positi sunt in conditione. allegant Moder. Imol. & Bartol. in l. codicillis. in principio. ff. de vsu & vsufru. & ita. n. sentit Bar. in l. Marcellus & ibi dominus meus Ias. ff. ad senatusconsultum Trebellianum quam etiam opinionem approbāt Bal. & Salycet. in l. precibus. C. de impub. & alij substitut. & fuit de mēte Ang. & Imol. in l. si pater impuberis. ff. de vulg. & pupil.

Dico enim pro responsione, quòd procedere possunt suprà dicta, vt dicunt Doctor. præallega. in dubio: sed nos, sumus in casu, qui colligitur ex verbis expressis dicti testamenti. quoniam illa verba, ei: vel eis: non possunt ad alios. quam ad Iofredum, & eius descendentes referri, nec adaptari: licet ipsi positi dicerentur in conditione. fecit enim testator plura substitutionum capita, prout est supra deductū, & in quolibet capite proprias speciales, fecit substitutiones, prout ipsius testamenti lectura monstrat ad oculū & sic in dicto capite substitutionis verbum ei, vel eis: ad dictum Iofredum ac descendentes eius masculos, & non ad alios potest adaptari, cum de illis solis fuit locutus in dicto substitutionis decimo articulo, vel capite. & ita resoluit in fortioribus terminis Socinus in præallegato consil. 249. versic. 2. principaliter. & cons. 250. incip. in causa Bononien. colum. 6. versi. solum restat ostendere. eo. 2. vbi rationes ad vtramque partem adducit: & tādem se resoluit pro nostra sententia, et respondet obiectis in contrarium

Corroborantur prædicta ponderando illa verba substitutionis, vel ipsi liberi, vel alius de descendentibus ab ipsis quia ista pronomina ipsi, vel aliqui, demonstratiua ad oculum. l. nemo dubitat. & l. hoc articulo. ff. de hæredibus instituend. & not. Barto. in l. 1. in principio. ff. de noui operis nuntiatio. Dicendo enim ipsis filijs: &, si aliquis de descendentibus, de quibus in dicto substitutionis capite decimo locutus fuerat ipsum dominū Vicecomitem, qui est de descendentibus dicti domini Iofredi, cōplexus est indubie quoniam omnia quæ sunt in termino ad quem referunt, cēsentur esse repetita in termino referente, cū omnibus suis qualitatibus. l. si prior maritus. & ibi Bar. ff. solu. matri. & l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstr. cum similibus. & no. omnino dominus meus Philip. Dec. cōsi. ad princip. & consi. 182. col. 4. vol. 1.

Considero insuper, quòd in dicto capite decimo substitutionis, testator volens ostēdere plures substituisse, & sub diuersis cōditionibus, subdidit, his casibus, & quolibet eorum: & sic vt dicebam, nō fecit in dicto capite vnicam substitutionem, sed plures, iuxta regulā pluralis de regulis iuris. lib. 6. & maximè propter distributiuam dic. quolibet ipsorum, vt not. in cap. verum. extra de condit. appo. & c. si quis homicidium. 50. dist. & not. Barto. in l. si ita quis. ff. de leg. 2. Idem & doct. in l. hoc articulo. ff. de hæredib. instituēd. & in l. Iulianus. §. eum in plures. ff. de arbit. de quo latè dico infra consi. 69. versi. 3.

Ex quibus videtur esse clara conclusio prædicta, quę & confirmatur auctoritate Bald. & Doc. in l. ex tribus. ad fi. C. de inof. testa. ꝙ ex quo sæpe dictus testator huic domino agenti substituit, ut est suprà mōstratum, videtur eum grauasse & per consequens eum cum alijs descendentib. Iofredi, & vlterius vocatis inuicem substituisse: sicut cum fit substitutio vltimo morienti ex pluribus substitutis, videntur omnes inuicem substitui. argumen. l. si pater impuberis. cum gl. & ibi Doctor. & in l. qui duos. ff. de vulgari & pupillari. cum ibi notat. per Doctores. & est casus in sępe allegato. §. seya. maxime ex quo facta fuit substitutio in tota hęreditate. ꝙ est satis: vt est suprà late deductū ver-
39 siculo vigesimooctauo. † Cōprobo prædicta vno marmoreo fundamēto: quia in dicto decimo gradu, vel capite substitutionis, cui spec. domin. Vicecomes innititur, fit mētio de descen-

de descendẽtibus. Ideo dispositio illa ad omnes in infinitũ
debet extendi secundum Iacob.de Beluiso in authent. de
restit.fideicommiss.§.nos igitur.Alex.cons.56.volum.2.&
cons.22.volum.2.& cons.57.volum.3.per tex.in l. fi.C.de
suis & legit.et in auth.de hæred.quæ ab intesta.defer. §.1.
sequitur Barbat.consil.27.colum. mihi 14. vers. præterea
isti liberi.volu.1.Ergo cum ista verba demõstrent exten-
sionem etiam vltra decimum gradum. coniecturare non
possumus,quòd testator voluerit considerare reseruatio-
nem legitimarum hereditatum ab intestato prout gloss.vi
detur dixisse in d.l. Lucius.quandoquidem post gradum
decimum nõ datur ab intestato successio. Institu.de succe
ssio.cogna.§.fi.cum similibus.

Nec obstat quòd verba ista,quibus innititur dominus
Vicecomes,& super quibus totus processus fundatur, con
ditionalia sint:& per consequẽs non videantur disponere
vt est supra deductum respondeo etenim:quia quãuis pro
cederet hoc contrarium vbi simplex grauamen tantum es
se appositum,attamen locum nõ habet vbi cum grauami-
accedunt aliæ coniecturæ & præsumptiones mentis testa
toris,quòd voluerit prouidere descẽdentibus masculis, si-
cut visus est voluisse testator Bernardus in casu nostro,
prout suprà latè deduxi:maximè quando talis dispositio il
lis verbis per modum conditionis prolatis annexa, nõ sor
tiretur aliàs effectum.argument.l.Proculus.& ibi no. ff.de
vsufru.& l.cũ tale.§.fi.ff.de cõditio.& demõstratio.& pro
secutus sum latè supra versi.29.& sequentibus,vsq; ad ver.
40 36.†Sed fingamus citra ueri prçiudiciũ ex supradictis non
induci grauamen,apparet nihilominus dominum agentẽ
grauatum fuisse aliũ de deportando nomẽ, arma,& signũ
de Capraria:quo casu non solum videtur dominus Vice-
comes grauatus esse verumetiam honoratus & substitu-
tus,vt late prosequitur Andrea.Barba.consilio mihi 22. in
cip.volum.2.allegat ad hoc text.quem iudicio suo dicit es
se meliorem de iure,& qui in terminis quæstionem istam
decidit in l.quoties.C.de fideicommiss.in quo consilio.per
multas rationes cõcludit,quòd per hæc verba,& si dictus
Geraldus & proles sua non erãt hæredes(& per cõsequẽs
ille,qui in dicti testatoris hçreditate deberet vltimus de iu
re succedere)suscipiat cognomen dicti testatoris,& de ter
minis se faciat cognominari,& arma ipsius testatoris de-
ferat:concludit inquam Barbat.ibi, quod per illa verba vi-
detur substituisse quendam Raymundum, proximiorem
suum.Ratio enim quæ mouit testatorem videtur(ait)esse
sola hæc assignabilis quia iste proximior assumẽdo cogno
mẽ,& arma,videtur oneratus & grauatus quo ad propul-
sationem iniuriarum actiuè ac passiuè, pro seruando ho-
nore domus ipsius testatoris & quò ad similia huiusmo-
di alia onera & incommoda.Est ergo,subdit Barbat.æquũ
quòd ibi collocentur commoda prouenientia ex domo ip
sius testatoris, vbi collocantur incommoda.l.1.§.fin.ff.de
aqua pluuiali arcenda.& l.secundum naturam. ff.de regu-
lis iuris.Ita ergo dicendum erit, quòd hæreditas sequatur
istũ,qui tenetur assumere cognomen,& arma,& pro hoc
allegat Bal.cõs.suo incipiente Martinus de Florentia.quod
est inter consi.Angel.in ordine 63.Ita etiam nota. Guido
Pap.in decisio. Delphinal.quæst. 251.incipiente testator
præcepit.pro quo dicit esse casum in l.mulier. §.si quis hæ
reditariũ seruũ. ff.de condi.insti.Ego vero adduco tex.me
liores,vnum in l.facta.§.si in danda.ibi, si vero nominis fe
rendi cõditio,&c.ff.ad Trebelliã.& aliũ in l.hoc iure. §.fi.
ff.de donatio vbi fit donatio p quedã alteri,si ille nomẽ sũ
assumeret.& facit tex.in l.cum filius. §. pater cum filia.de
legatis secundo . vbi testator Sempronio nepotis suo plus
tribui voluit in honorem nominis sui. Sic igitur est dicen
dum,quòd testator considerans quòd in sæpe dicto Gof-
fredo,& descendentibus eius masculis cognomem,& ar-
ma sua conseruarẽtur,grauauit ipsos expressè deportando
cognomen,& arma,& signum de capraria : cum tamẽ ap
pellatio de Rupebertino de nobilissima & antiqssima fami
lia Cataloniæ dominetur,& per consequẽs est grauamen,
41 vt in d.§.pater cum filia.†Fortius & ordine successiuo de
monstrari videtur coniecturata & verisimilis mens testa-
toris , quòd voluerit omnes descendentes masculos ip-
sius Iosfredi,& sic dominum Vicecomitem sæpedic.inui-
tare ex tacita fideicõmissaria substitutione reciproca: quia
cum causa prohibuit hæreditatis suæ prædictæ alienatio-
nem,venditionem distractionem, longi temporis locatio
Quod cõfirmo:quia testator in omnibus substitutioni-
bus,& potissimũ in substitione facta de descẽdentibus ex
masculis Iofredi,& descendẽtibus ex filiabus ipsius, facit
differentiam inter masculos & fœminas: & sic considera-
uit sexum masculinum, per quẽ dignitas suæ familiæ con
seruaretur attento præsertim grauamine de portando no-
men,& arma,& signũ ipsius testatoris:ut dixi suprà uers.
40.& l.1.§.5.ff.de ventre inspi.Cyn.in l.1.C.de adul.Bal.
et Sal.in l.cũctos populos.C.de summa trinitate.et in l.ma
ximum vitium.C.de lib.præter.& Ioann.And.in addi.ad
Specu.titu.de success.ab intesta. Ideo clarè constat de uo-
luntate nedum cõiecturata ipsius testatoris: uerumetiam
de expressa.et per consequens sumus extra omnem aleam
et præmissis addatur Barb.in ca.Ray.nu.51.extrà de testa.
et Decius cons.55.co.2.uer.et planè uidetur.etc.uol.2.ubi
58 allegat ad hoc propositum alias multas rationes.† Decimũ
septimum obiectum,iunctum 14.uersic.nihil aduersatur,
per ea quæ dixi supra uers.54.ad fi.nec etiam sumus in ca-
su contrariorum.quia non sumus in directa substitutione
simpliciter.et in d.uers.54.deduxi.et maximè,quia per uer
ba quę ibi pondero,constat apertè quòd uoluit dictã sub-
stitutionem ualere,in uim fideicõmissi,quæ cum sint cla-
ra non est opus cõiecturis.l.ille aut illæ.§.cum in uerbis,et
l.non aliter.ff.de leg. 3.

Et ubi dictum contrarium urgeret,etiam si nihil posset
in contrarium adduci,saluaretur attamẽ per clausulam co
dicillarem in d.testamento appositam,cuius natura est, quod
substitutio quantuncũque sit facta per uerba directa, si nõ
potest ualere iure directo,ualebit iure fideicõmissi, et obli
quãtur uerba:ut uoluit singulariter Bal.et sequuntur Mo-
der.in alleg.l.uerbis ciuilibus.ff.de uulg.et pupil.Vbi etiam
Ang.dicit,hoc esse nouum dictum Bal.& ibi.Io.de Imol.
et Alex.colum.1.uers. hanc tamen conclusionem. cu mul-
tis concord.per eum ibi signatis.et ita uoluit Rapha. Fulg.
per illum tex. in l.si frater. C.de fideicommissis. idẽ Paul.
de cast.et moder,in l.præcibus.sæpe alleg.et Phil.Cor.cõs.
44.in litera,a.uo.3.quibus addantur quæ dixi supra in uer
59 siculo.54.ad fi.† Vltimum contrarium non procedit in ca
su nostro,licet enim sit communis doctorum sententia,
quod

quod appositio sula grauaminis nõ faciat, quòd sint honorati: attamen quando sunt grauati onere fideicommissi, tunc videntur esse tacite inuicem substituti, vt dixi suprà versi. 22. & hoc maximè quando grauamen est expressũ: vt ibi versi. 28. vel quando cũ grauamine concurrit aliqua cõiectura, vt ibi versi. 35. & versi. 34. de qua quidẽ coniectura cum grauamine, suprà versic. 36. & seq. monstrauimus apparere. q̃ expressim versi. 38. deducitur: & expressius versi. 40. de armis & nomine, &c. vt ibi.

Ex quibus quidẽ in vnã massam cõgestis, resoluo spect. dominum Vicecomitem de Rupebertino admittendum esse & debere admitti, sed vniuersam hæreditatem dicti quondam domini Bernardi de Capraria, exclusa penitus dicta quondam illustri domina Anna. & ita vt est præmissum & conclusum decidebam & resoluebã Barchinonæ. 1523. saluo. &c. ad laudem & gloriam Dei, Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *VXor si relinquatur vsufructuaria, domina & potens in omnibus bonis ab eius marito, institutisque aut substitutis filijs aut descendentibus testatoris: consequitur duntaxat alimenta cum quadam præeminentia, quæ percipere debeat de manu sua, quandiu extabunt filij & descendẽtes, quibus deficientibus, vel institutis extraneis est vsufructuaria. vide & numer. 2. & 1. consi. 24 num. 6. videtur aliter resoluere.*

2 *Verba illa potentem & vsufructuariam quid importent. Verba prolata à iurisperito, vel alia persona docta & literata, debẽtur intelligi secundum interpretationem quã iurisperiti faciunt: vel secundum quod ipsi loquuntur, etiã si communis vsus aut locutio refragetur.*

3 *Filiorum appellatione venit nepos ex filio, vel filia, quando agitur de fauore illorum. & vtrum in substitutionibus, quando vocãtur filij, comprehendantur etiam nepotes testatoris, & num. 4.*

CONSILIVM XXI.

EX TESTAMENTO quod clarissimus olim decretorum Doctor dominus Hugo de Media villa condidisse dicitur, resultant duo dubia decidenda. Primo, quid operetur legatum factum dominæ Aldonciæ dicti quondam testatoris vxori, in illo capite seu versi. Itẽ dimitto, siue lego dominæ Aldonciæ, &c. vbi institutis filijs dicti quondã d. Hugonis, legauit ei vsumfructũ omniũ & singulorũ bonorum suorũ quandiu castè viueret, & sine viro. secundo cũ præsupponatur (vt pdixi) filios testaturis hæredes scriptos vniuersales omnes sine filijs decessisse, & similiter omnes dicti quondã testatoris filias & hæredes particulariter institutas diẽ suũ obijsse, quarũ vna duos filios, & alia filiũ & duas filias, & tertia ex filia præmortua nepotes reliquisse. quæritur qualiter ex dicto testamento, & pro quibus portionibus appellantur, & an proneptis illa cũ dictis
1 nepotibus admittetur.† Et licet in consilijs decisiuis plerique tradiderint esse respondendum absq; iuriũ & rationũ allegationibus, vt tradit Specular. optimus practicus, in tit. de allega. & disputat. §. porrò. versi. in summa. & tit. de sent. §. qualiter. versi. Vtrum. & not. Ioann. Andr. & Modern. in capitulo sicut. extrà de re Iudica. quoniam iuris quosdã peritos aliter audiui sensisse, quã infrà decidã, pro resolutionis meę decisione rationes & authoritates in medium proferre, quæ tumultuariè & raptim occurrerãt, iudicaui non esse impertinens. Quatenus aut ipsi meis rationibus moti, in meam sententiam conueniant: aut eorũ rationibus motus, si fortè quas adduxero rationes conuincant, ego palinodiam cantem.

Dicebam itaque quò ad primum dubium, dominã Aldonciã cõplequi ex huiusmodi legato alimenta sola, moueor, quoniam si testator institutis filijs, vel eius descẽdentibus hæredibus, vxorem suam relinquat dominam potentẽ, & vsufructuariã, & massariã omniũ & singulorum mobiliũ & immobiliũ suorũ tuto tempore vitæ suæ ipsa permanente in viduitate, communis omnium doctorum sententia, q per illa verba consequetur vxor duntaxat alimenta, cum quadam præeminẽtia in domo ipsius testatoris: prout & eo viuente illa habebat. vbi vero instituuntur vel substituuntur extranei: tunc debet consequi integrum & plenum vsumfructum. ita no. Bar. & omnes in l. Titia. §. Titia. ff. de legatis secundo in l. 1. post glossam. & in authentica q locũ. C. si mulier secundò nupserit. not. Specu. in titulo qui filij sint legitim. §. quid si vir. & ibi Ioannes Andræas in additio. ad ipsum. not. Alber. de Rosate plenè in d. auth. quod locum. Bal. in l. fina. in lecturis antiquis. C. de indict. vidu. Franciscus de Aretio in l. & si contra. ff. de vulgari & pupilla. Bartholomeus Cepol. in tract. seruitu. titulo de vsufruct. tenuit etiam hanc opinionem Bart. in consulendo consilio mihi centesimo sexagesimo quinto incipiente Nicolaus Ser Ama:i. & cons. 9. incipiente super eo, quod quęritur. tenuit Angelus consilio centesimo trigesimotertio. incip. reuocatur in dubio & consi. 144. incipiente donato Paulus de Caster. consil. 11 t. super primo. quæsito idem consi. trecentesimo octuagesimo. incipiẽte quod vxor quondam Alexandri consilio. 184. incipiente viso processu. & consilio. 421. incipiente perlectis verbis testamenti & consilio sequẽti in quibus multa ad hoc propositum refert & signanter in dicto consil. 184. Quam ẽt opinionẽ tenet vt communem Philip. Corne. consil. 112. incipiente quanquam videatur. in litera c, volu. secundo. idem consilio. 187. incip. circa præsentem. consultationẽ. in princip. eodem volum. idem in consili. 113. incip. circa primum in litera c. volum. 3. Aretin. consilio. 130. incip. diligenter & maturè. Idem Roman. consilio. 516. incip. in casu propositæ consultationis, colum. 2. versic. 6. quia videmus. &c. panormi. consil. 78. punctus quæstionis. in secundo dubio volumine secundo. & aliquid consil. 4. in 3. dubio, eodem volumine. notat. Socin. consil. 68. incipiẽte Ioannes magister & sequenti. per totum, volu. tertio. vbi etiam dicit se ita alias consuluisse. & tenuit etiam in fortioribus terminis Francisc. de Curte consilio 14. incipiente nobilis testator. & sequen. vbi dicit hanc determinationẽ veram esse etiam si in testamẽto dicatur, quòd dicta vxor rationem non teneatur reddere.

Et præter id quòd Doctor. præallegati concludunt ẽt in fortioribus terminis, quàm sint termini nostri prædicti considero, q testator in dubio pręsumitur se voluisse cõformare iuri communi, vt per Alexan. pulchrè. consi. 5. ad princip. vol. 3. multas ad hoc rationes adducit, quanto magis in casu nostro: quia verba illa fuerunt prolata à testatore, qui fuit doctor, & qui non pręsumẽdus est ignorasse decisionem illã tam vulgarem, & communem, cum aliàs turpe sit patritio ius ignorare in quo versatur. l. 2. §. Seruius aũt Sulpitius. ff. de origine iuris. Et sic clausula dominã, potentem, vsufructuariã, &c. in testamento prædicto à iurisperito testatore edito, incerta, debet interpretari secundũ interpretationẽ, quã iuristę faciunt, & prout iuristę loquuntur, ẽt si communis vsus loquenti refragetur secundum Baldum capitulo. 1. colum. 3. de succes. feud. & tradit Alexan. consilio. 2. incipiente visis codicillis. colum. duodecima. volumine secundo. & consilio. 85. incipiente animaduersis, &c. colum. penultima. volumine. quarto. vbi allegat Bald. vbi suprà. Si enim verba illa, dominam, potentem, & vsufructuariam secundum suam propriam significationẽ interpretaremur haberent in se repugnantiã quandam, quia non potest quis habere dominium & vsumfructum in eisdem bonis, vsusfructus etenim est quędam seruitus personalis: ideo nõ põt pertinere ad dominũ super re sua, vt est tex. in l. vti frui. ff. si vsusfr. petat. & l. in re cõmuni. ff. de seruitu. vrba. prædiorũ. Ideo iuris cõsultus diffinit vsumfructũ q sit, ius vtẽdi & fruẽdi, in rebus alienis,

vt in l. t.ff.de vsufruct. & Institut.eodem titul. in principio.& per cōsequens apparet, q; non posset esse domina & vsufructuaria. Si ergo testator voluit vxorem suam dominam esse, potentem, ac vsufructuariā, videtur velle incompatibilia, & repugnantia, & sic relictum illud tanquā repugnantia continens esset nullum. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. igitur dicendum erit post Doctores tātos prætertim Aretium Franciscinū de Curte & alios præallegatos, q; illa verba denotant quandam præeminentiam (vt prædixi) quam habeat vxor post sui mariti decessum, & ius percipiendi illa alimenta, vt in iuribus suprà alleg.

. Et q; illa fuerit intētio testatoris prædicti, s. quòd vxor prędicta virtute dicti relicti consequeretur alimenta tantum, cum illa præeminentia cōstat ex dicto capite legati, ibi: & vltra pdicta dimitto, &c. vbi legat dictæ suæ vxori vsumfructum certi censualis decē librarum, volēs q; ipsa quandiu viueret, posset percipere pensionem annuā dicti cēsualis. si. n. plenarium vsumfructum reliquisset testator prædictus ipsi suæ vxori, ad quid reliquit postea vsumfructum eidē in dicto censuali? cum sciret testator iuris peritus nihil esse debere in testamēto (ēt verbū vnū quantumuis minimū) absq; ministerio operandi. glo. & in l. i. ff. q; metus causa. & c. si Romanorum. 18. distinct. & c. solitæ. extra de ma. & obedien. & Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. q. 9. & alibi sæpe. igitur verba illa posita in eodem versiculo, & à testatore iurisperito, interpretantur indubiè verba præcedentis legati dubia. l. qui filiabus. in princip. & l. si seruus plurium. ff. de leg. i. igitur quò ad hoc primum dubium intrepidè resoluo, & ex iuris dispositione: & ex aperta testatoris intentione, ac verbis dictam, dominam Aldonciam consequi posse duntaxat alimenta vigore dicti relicti, etiam si reliquisset eam dominam & potentem, & vsufructuariam.

Et cū ita fuerit determinatū in audientia Regia, etiā in fortioribus terminis anno isto millesimo quingentesimo uigesimo tertio. t t. Iulij. in causa viduę Ferrādę, villę franchæ Peitentiū, cū tñ testator addidisset in suo testamēto, q; non teneretur reddere rationem administrationis, vel bonorum, nec inuentarium facere, quæ verba multum vrgebant ad probandum vsumfructum relinqui, & non solum alimenta, prout resoluimus, videtur super his frustra
3 insisti † Secundum dubium ex serie testamenti resoluitur: quia cum testator expresè vocauerit filios, vel filias filiorum suorum æquis portionibus, alia interpretatio non requiritur. l. 3. C. de liberis præteritis. Dico ergo ad hāc successionem admitti suprà nominatos nepotes testatoris filios filiarum suarum, & neptem vnius filiarum ex filia prę mortua, testatorisq; prædicti proneptem in capita. Quia hoc casu substitutio ista simpliciter facta, plures personas respiciens, debet eā æqualiter determinare. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. l. quāuis. C. de impuberi. & alijs subst. & l. in testamento. C. de testa. milit. vbi Alexand. declarauit hoc procedere, etiam si diuersa ratio subsit magis determinandi in vna, quam in alia, per illum textum. & idē Alex. in d. l. iam hoc iure. in pen. notabili. Et ideo in casu nostro licet prima facie videatur, q; in filijs filiorū ipsius testatoris eisdemque nepotibus ipsius, deberent præferri pronepti supradictæ, tāquam proximiores dicto quondā testatori: nihilominus cum omnes filij & filiæ dictarum filiarum fuerint simul substituti, videntur omnes vocati. ita voluit Alex. de Imol. cōsi. 26. incipi. videretur fortasse. columna quarta, & quinta. volumine tertio. Idem consil. octuagesimo octauo, volumine primo repetito consilio. centesimo trigesimo tertio septimo. colum. t. volum. 2. & in auth. cessante. post glos. C. de legi. hæred. quam gloss. Bald. consi. 488. incipien. casus talis, quidam Titius decessit, &c. secundum meam impressionem. volumine tertio refert & sequitur, & hanc sententiam comprobat; licet videatur in contrarium facere domini mei Philipp. Decij consilio suo. nonagesimoquinto. auctoritati cuius & rationibus abundè satisfecissem, ostendissemque non loqui ipsum, nec iura per eū allegata in terminis nostris, nisi domini consulentis præcipitatio (qui hoc consilium meum etiam indigestum extorquet) me prohiberet, facturos nihilominus si causa subsequatur, vel aduersarū fuisse huic meę resolutioni per dominos primos cōsultores authēticę.

4 † Nec dicatur vocatam nō fuisse dictam proneptem ex testamento prædicto in quo testator vocauit filias suas: & earundem filiarum filias. Colligitur etenim ex notatis per Doct. suprà allegatos, ad illud obiectum respōsio, & clara est aliundè iuris decisio, quòd vbi agitur de commodo nepotum, & eorum fauore veniant sub appellatione filiorū & nepotes pronepotes prout Alexand. per plura decidit consi. 37. col. mihi. 3. versiculo sed præmissis. volu. 6. quod consilium omnino videatur. & Aretin. consi. 145. incipien. respondendo summatim not. Barto. in l. liberorum. ff. de verborum significa. vbi dicit, quod quando nomen filij ponitur in dispositione, quæ fit in eos, appellatio filij comprehendit nepotem, per l. Lucius. ff. de hęred. institu. & hanc opinionem sequitur in terminis nostris Ioan. de Imo. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthum. dicens, q; quādo fit dispositio erga filios incerto futuro euētu, intra quē filij substituantur alteri si decesserit sine liberis, tunc quia testator cōsiderare potuit, q; fortè tempore euentus conditionis, verè non extarēt filij, videtur ēt sub nomine filiorum sensisse de nepotibus si tempore conditionis nō extarent, nisi nepotes, de quo infrà cōsi. 49. vers. 25. & consi. 121. versi. 26, 33. & 55.

Fateor nō carere scrupulo determinationem hāc, quoniam Soc. consi. 62. vol. 3. & cons. 17. & 73. & 124. videtur de direct. huic dicto aduersari, cuius auctoritati, & rationibus licet dicti domini consulentis præcipitatio nō permittat satisfacere: attamē hæc est veritas. quā si oportuerit, corroborabo diffusius nactus maius consulendi spatiū.

Ex quibus resolutiuè concludo dictæ viduæ solum alimenta deberi, & illam debere restituere hæreditatem dicti quondā testatoris nepotibus, & pronepti dicti quondā testatoris, dote & augmento illius prius sibi restitutis, pro quibus duntaxat illam hæreditatem possidere pōt, iuxta constitutionē Regis Petri tertij in curijs Perpigniani editam incipientem hac nostra. de qua locuti fuimus abūdè supra consil. 1. Ita dicebam & concludebam (licet raptim, vt pręmisi) saluo, &c. Barchinonę. 1523. ad laudem & gloriam. Dei Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio facta per fratres de hæreditate subiecta fideicommissa vel si orta desuper inter eos contentione feratur arbitraria sententia per quam diuidantur inter illos bona prædicta & pareatur sententiæ prædictæ & promittent dicti fratres non venire contra huiusmodi diuisionem & sententiam, faciantque vnus alteri finem, & refutationem, & quietationem generalem, sub pœna & eam iuramento, an & quando videatur renuntiatum esse fideicommisso. & consi. 24. nu. 17.*

2 *Hæres, & defunctus censentur eadem persona: & an & quando possit hæres contrauenire defuncti dispositioni.*

3 *Laudum arbitrorum si fuerit per partes approbatum resultat ex huiusmodi approbatione actio & pactum pro obseruantia contentorum in dicta sententia. ibid. nu. 3.*

4 *Arbitralis sententia potest etiam tacitè approbari, & quādo dicatur fuisse tacitè homologata & approbata. & 5.*

Aditio hæreditatis præsumitur facta ex actu, quem quis fecit, qui geri non potuit citra ius & nomen hæredis ibi num. 5. 8. & 34.

6 *Pater alienare potest bona etiam immobilia filij sui sine decreta. ibidem numero 6. & renuntiare potest emphyteusim quam acquisiuit pro se & suis filijs, etiam sine illorum consensu.*

10 *Testes singulares qui attestantur super acta successiuè, probant.*

12 *Priuilegio licita facilius prosternuntur, quàm ea, quæ iure cõmuni permissa sunt, si in aliquo deficient. & priuilegiũ, quod quis possit testari coram duobus testibus, quando notariꝫ copia desit, quæ requirantur, vt locum habeat.*

13 *Priuilegio licet derogatum sit testamenti solennitati quo ad numerum testium, non tamen est derogatum quo ad qualitatem illorum.*

14 *Decretum sine causa cognitia interpositum & parte cuius interest non citata, nullum est. idem si præcipitanter fuerit interpositum & quando dicatur præcipitanter interpositum. num. 21.*

15 *Familiaris & continuus commensalis, & salariatus, non est testis idoneus etiam in testamento, in quo dominus cuius hæres institutus est.*

16 *Hæreditas si donetur aliquæ non veniunt actiones & iura in huiusmodi relicto, vel donatione.*

17 *Legatarius capiens legatum de manu sua per semetipsum, legatum amittit nisi fuerit relictus executor testamenti, & de quo executore intelligatur, & quid vbi plures sunt executores. num. 18.*

19 *Falsa causa siue exprimatur in sententia, siue per relationē ad acta, vitiat illam.*

20 *Tutor compromittere non potest super rebus immobilibus minorum sine iudicis decreto. & quale debet esse decretum num. 21.*

22 *Prorogatio compromissi si non fuerit notificata partibus, nõ valet arbitralis sententia, etiam si dictum sit in compromisso quod partibus præsentibus & absentibus, citatis, et non citatis, prorogari possit, & procedi.*

23 *Iuramenti effectus in compromisso, vel promissione.*

24 *Reductio sententiæ arbitrariæ, an et quando possit peti si fuerit illi renuntiatum.*

25 *Doctor quando variare possit, & opinionem suam mutare sine rubore, in addi. consi.*

27 *Ratificatio inducitur ex actu, qui geri non potuit citra ius & nomen ratificantis.*

28 *Approbare dicitur acquisitionem ille, qui fructus percipit ex rebus acquisitis. & quando fit aliquis actus, qui recipit approbationem, non reprobare, approbare est.*

29 *Titulus præcedens possessionem si appareat, tunc præsumitur ex illo titulo possidere.*

30 *Hypothecariam intentans, oportet quod probet de dominio illius, qui hypothecauit tempore quo constituit hypothecã, & non esset satis quòd probaret possessionem hypothecãtis. Quod intellige vt nume. 34.*

31 *Dominium quid sit? & quid quasi dominium, & qualiter probetur.*

32 *Reseruatio iurium facta per aliquem ex contrahentibus super dictis bonis pro obseruantia contractus, impedit dominij translationem. præsertim si fuerit specialis.*

33 *Obligatione omnium bonorum præsentium & futurorum nõ veniunt bona alicuius viuentis, cuius hæreditatem sperabat obligans etiamsi postea ad ipsum deuenerint.*

35 *Filij hæredes alicuius ratificata tenentur contractus illius cui succedunt, licet non possit regulariter ratificari quod suo nomine gestum non est.*

CONSILIVM XXII.

SVPER controuersia hæreditatis, vulgò appellatæ de Borrugat, quæ inter Isabellã & Iustinã Guiller. filias Bernardi Guiller. & Ioannæ coniugum seu tutores & curatores earũ, agitur contra Iacobũ & Ioannem Pallares filios quondam Ioannis Pallares, breuitati studens casum habeo pro præsupposito, nisi quatenus infrà deducetur,
5 versi. 1. & versi. 11. & versi. 26. †Et in primis non parua dubitatio ex narratis in facti contingentia oritur. An per illam arbitralẽ sententiam datã Dertusæ quintadecima die Ian. anno. 1449. videatur esse fideicõmisso renũtiatum, per quondam Ioannem Pallares substitutum à patre in dicta hæreditate de Borrugat Guillermo Pallares eius fratri, si contingeret ipsum sine liberis decedere. & licet passus videatur dubius & disputabilis valde. An scilicet per simplicẽ diuisionẽ dictæ hæreditatis de Borrugat factã inter dictos Guillermum & Ioannem fratres, in vim sententiæ arbitralis prædictæ, videatur dictus Ioannes renuntiasse fideicommisso, per quod succedebat dicto eius fratri Guillermo, si moreretur sine liberis, vt prædixi, cum præsupponatur dictos fratres alterũ alteri promisisse se nihil contra diuisionẽ hæreditatis prædictæ factã per dictã arbitralem sententiã facturos. Attamen Alex. plenè post Bartolũ & gloss. referendo latè opin. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verborum oblig. & ibi dominus meus Iason. inhærendo opinioni Bar. tanquam communi, resoluunt per illam generalẽ clausulã, nõ esse renuntiatũ fideicommisso, etiã si diceretur sibi inuicem facere finem & refutationẽ, & quietationẽ, & litem & controuersiam nullo vnquam tempore inferre sub certa pœna etiam cum iuramento, vt ibi latè per eos. & in terminis arbitramenti diuisorij consuluit Bald. consil. 75 incipiente dominus Thomas Assisinarus. ad princi. & Paulò ante finem. versi. circa quartum punctum. volum. 3. & consilio sexagesimo octauo incipiente res prohibitæ alienari. eodẽ volumine. & consilio quinquagesimoquarto incipiente in testamẽto Rolandi volumine primo & clarius Ludouicus Roma. consilio num. 403. incip. pro decisione propositæ consultationis. vbi latè prosequitur, & nihil melius ad propositum adduci potest contra dictas pupillas.

Attamen ista difficultas non videtur in casu nostro procedere, vbi fratres illi sciebant de testamentu patris eorũ: imo, quia compromissum solũ constat factũ fuisse super dicto testamento. Vnde dicti fratres notitiam testamenti habentes potuerant indubiè inuicem remittere iura fideicommissi, quæ sibi cõpetebãt respectiuè ex dicto testam. 5
l. s. & ibi Doctor. communiter, C. de pact. plenè Francisc. de Curte consil. 63. incipiente antiquissima familia. colu. mihi antepenultima. versicu. quarta principalis dubitatio. vbi plenissimè dubitationem examinat & decidit. Sed in casu isto considero, quòd illi fratres diuidentes hæreditatem de borrugat sępe dictã non institerunt in finibus simplicis diuisionis, nec generalium refutationum, & quietationum, seu clausularũ: sed vlterius processum fuit ad compromissum in honorabilem Augustinũ Broho monachũ maiorẽ sedis Dertusen. & Ioannem Balaguer magistrum in medicina, super successione quondam Guillermi eorũ patris, deinde fuit ad sententiam prædictã arbitralẽ diuisoriam deuentũ: quę fuit per dictos fratres homologata, promiseruntq; partẽ assignatã, & adiudicatam cuilibet eorũ, defendere ab omni persona, & de euictione obligãdo sibi adinuicem pro prædictis omnibus attendendis & obseruandis, eorum bona præsentia & futura specialiter in casu quo contraueniretur à dicto Ioanne, vel filijs eius, aut dictam sentẽtiã nõ homologarent, aut approbarẽt, renuntiareneque dicto fideicommissu vi dictæ arbitralis sentẽtiæ, pars dicto Ioanni assignata deuolui & reuerti deberet di. Guillermo & eius hęredibus, vna cum fructibus, &c. & ad id erat d. Guillermo & hęredibus eius prędictis reseruata hypotheca per dictam arbitralem sententiã, super dicta parte dicto Ioanni adiudicata, quo casu sine dubio videtur esse remissum fideicommissum. Quia, quẽ de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio. l. cum à matre. secundo responso C. de rei vendicatione. l. vendirenci. C. de rebus alienis nõ alienã. l. & l. vẽdicantẽ. ff. de euictio. cũ similib. & ideo prędicti Io. & Iac. p̃d. cũ filij, & hære-

redes dicti Ioannis, qui teneretur de euictione si viueret,
& quem repræsentant, vt est tex. in gl. in auth. de iure iu-
rand. à moriente præst. in principio. vbi dicit gloss. per illũ
textum esse bonum argumen. hoc non potuit à testatore
fieri: ergo nec ab hęrede, cum sit eadem persona cum de-
functo. ideo non pôt impugnare factum defuncti, vel cō-
tra illud venire. l. pro hæreditarijs. C. de hæredibus actio. l.
ab eo. C. de negotijs gestis. l. fi. §. in computatione. de iure
deliberandi. notat Angelus post gloss. in l. prætoriæ. §. sed
si vnus. ff. de prætor. stipulatio. & Bar. in l. rem alienā. in fi.
ff. de pigno. actio. & in l. creditore. C. de seruo pigno. dato
manu. Nec enim debent Iacubus & Ioannes prædicti es-
se melioris conditionis, quam eorum pater. l. in his, §. nō
deben. ff. de regulis iuris. si enim radix excluditur, sic etiam
excluduntur & omnes procedentes ex ea. ita not. Baldus
in cap. primo. §. hoc autem notandum. in tit. qui feud. dare
possunt. in vsibus feudorum. Cum ergo dictus Ioannes &
Guillermus fratres prædicti promiserint de defensione al
ter alteri: & de euictione sub pœnis & clausulis de quib. in
dicta arbitrali sentētia, certè non poterūt venire ad aliquā
fideicommissi petitionem: & ita resoluit in proprijs ter-
minis Romanus consi. mihi. 457. incipiente circa proposi
tam consultationem. columna secunda. versi. animaduer-
tendum puto. Nam magna est differentia quando fratres
diuidunt inter se bona aliena vel alijs hypothecant. quia si
diuisionem simplicem faciāt rem alienam esse ignorātes,
isto casu quando conuentionalis est diuisio tenentur alij di
uidentes de euictione pro eorum parte. l. si fratres. primo
responso. & ibi not. omnes docto. C. com. vtriusq; iudic.
si enim aliquis sciens rem esse alienam, aut alteri obligatā
illam emeret. quamuis emptor non posset agere de eui-
ctione ex quo sciuit rem alienam, nisi interposita stipula-
tione. l. si fundū sciens. C. de euictio. attamen posset agere
ad pretiū. l. emptorē. §. fi. ff. de actione empti. cum simili-
2 bus. † Considero præterea, quod in prædicta sententia arbi-
traria data est dictis fratribus diuidentibus potestas dispo-
nendi de bonis prædictis tanquam de proprijs, etiā tāquā
sublato vinculo fideicommissi: vnde cessat indubiè do-
ctrina suprà pro contrario allegata ratione potestatis alie-
nādi, sm Bartolū & Angelum in d. §. duo fratres. Secūdò,
quia verba diuisionis non solum hęreditatis de Borrugat,
verumetiam totius hæreditatis quund. Guillermi dictorū
diuidentiū patris sunt, derogant multū pręgnantia & ex-
pressè fideicōmisso: vnde cū appareat de mēte diuidentiū
hæreditatem prædictam, nō debet in dubium restricari, si
derogatum fuerit fiddeicommisso: vt not. Ioann. Andreas
in addition. ad Specul. titu. de testament. §. in primis. versi.
quid de duobus, &c. & Bal. in l. qui non tutoribus. ff. de trās
actionibus. & in l. cum pater. §. quindecim. ff. de legatis. 3.
& in hoc conueniunt omnes in dicto §. duo fratres, quod
dictum Socinin. consil. mihi 43. incipiente viso testamēto
Ruberti. per totum, vol. 4. per rationes pulchras & cōclu-
dentes ampliat, etiam si dicti fratres diuidētes apposuisset
expressè, quòd per prædicta non intendebāt præiudicare
aliquibus contentis in testamēto eorum patris in quo qui
dem testamento fuisset fideicōmissum, quale fuit in testa
3 mento de quo queritur † Præterea quòd laudum siue arbi
tralis sententia à fratribus prædictis diuidentibus ipsumq;
laudum ferri instantibus, fuit expressè homologatum &
approbatum: licet alias per dictarum partium solam præ-
sentiam in probatione laudi, & non cōtradicentium, fuis-
set illud tacitè approbatum, ex qua quidem acceptatione
resultat aliunde parte dictorum fratrum, quòd cōtenta in
dicto laudo obseruabunt. l. secunda. C. communia vtriusq;
iudic. vbi Bartol. Angel. & Salicetus post glossam. idem
Bartolus & Baldus in l. prima. C. qui pro sua iurisdictio.
& cano. in capitulo significasti. & ibi Panormitan. colum.
penultima. extrà de foro competenti. Ideo ex tali pacto
oritur actio. capitulo primo extrà de pactis. iuncta dicta l.
secunda. & quod ibi not. Doctor. & hoc clarissimum est
præsertim ex quo cōpromissum fuit stipulatione vallatū.

4 † Similiter etiam potest dici fuisse per dictos Iacobum &
Ioannē dicti quondam Ioannis filios homologatum lau-
dum prædictum, constat enim ex dicta sententia arbitrali
partes fuisse condemnatas ad homologandū dictū laudū
incontinenti post illius lecturā. Et licet inter Doctor. sit
quæstio quantum temporis denotet dictio incontinenti,
vt per eosdem in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis.
& Canon. post glossam in capitulo penultimo in verb. in
continenti. extrà de testi. cogē. si essemus in casu dubio &
dictio illa incontinenti, admitteret aliquod interuallū (quod
non, vt suprà consi. 1. in addi. mea nume. 53. demonstraui)
appareret attamen ex verbis dictæ arbitralis sententiæ infrà
quod tempus voluerunt arbitri prædicti homologationē
illam differri nō posse. dum dicūt, si quid occasione dictæ
arbitralis sententiæ, inter dictas partes oriretur dissidij, de
beret corā dictis arbitris infrà 15. dierum spatiū proponi:
ad cuius quidē dubij, vel dissidij determinationem arbitri
prædicti terminū vnius mensis reseruauerūt. Vnde cōstat
post dictū terminū quindecim dierū reclamationi locum
non esse, & per consequens, cum infrà terminum illum re
clamatum non fuerit, consequens est tacitè fuisse homo-
5 logatum dictum laudū, & approbatum ab eisdē. † Et con-
sideretur, quod dicti Iacobus & Ioannes filij dicti quō-
dam Ioannis alterius ex compromittentibus, post ipsius
Ioannis obitū, non solum hæreditatē prædictā de Borru-
gat: sed etiā dimidiā totius hæreditatis quondā Guillermi
eorū aui possederunt, prout & adhuc possidere dicuntur.
Cū ergo ex testamento dicti quon. Guillermi aui, hære-
ditas prædicta fuisset relicta Guillermo eius filio, & ipse gra
uatus fuisset onere fideicōmissi ex dicto testamento dictā
hæreditatē de Borrugat restituere, si ipse sine filijs mascu
lis decederet, dicto quandā Ioanni eius fratri, dictorumq;
Iacobi & Ioannis patri, vt suprà versiculo 5. dicebamus.
Nec dictus Ioannes, sed nec præfati Iacobus & Ioannes
eius filij potuerunt dictā hæreditatē de Borrugat, aut par-
tē illius possidere, quandiu superesset dictus quondā Guil
lermus frater & patruus respectiue prædictorū, cum vsq;
ad obitū dicti quondā Guillermi purificari potuit condi
tio, sub qua Ioannes & Iacobus & Ioannes eius filij vo-
cati fuerunt: cum vsque tunc semper habere potuit filios,
& dictus quondā Ioānes: & post eius obitum Iacobus &
Ioannes prædicti eius filij partē dictæ hæreditatis de Bor
rugat possedisse dicuntur, ēt viuo dicto Guillermo eorū
patruo: consequens est, quod illā partem hæreditatis de Bor-
rugat, tum ipse Ioannes, cum Iacobus & Ioānes eius filij,
ex dicta arbitrali sententia, per quā fuit eisdem (vt præ-
misimus) adiudicata pars hæreditatis illius de Burrugat,
pręsumuntur indubiè possedisse: & per consequens ipsam
arbitrariam sentētiam laudasse, & approbasse, saltē tacitè.
Cum aliàs iubebantur illa bona dicto quondā Guillermo
& eius hæredibus vna cum fructibus perceptis (vt supra
dicto versi. præmisimus) restituere. Qui enim vult vnum
sic etiam vult omne suum necessarium antecedens. l. illud.
ff. de acquiren. hęreditate & l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de
procurato. & l. secunda. ff. de iurisdictione omnium iudi-
cum. Præsumitur etenim potius quis ratificare, quā actū
frustratorium facere, vel superuacuum. l. si constat. & l. ex
consensu. §. 1. C. de procuratorib. Sicut enim regulariter
tunc resultat hæreditatis aditio, quando fit actus, qui geri
non potest citra ius & nomen hæredis. l. pro hærede. §. pe
nultimo. ff. de acquirenda hæreditate. & l. gerit. eodē titu.
& l. secunda. C. de iure deliberandi. & suprà proximè dixi
mus, ita etiam, qui facit actum, qui fieri nō potest citra ius
& nomen ratificantis, censetur ratificare. Cum ratificatio
à nuda voluntate depēdeat: sicut & aditio, & ideò est eadē
ratio, per consequens, idem ius. l. illud. ff. ad legem Aquiliā
& l. actio. ff. de verborum obligationib. cum similibus. &
ideo prout aditio ostenditur nedum verbis, sed etiā facto
vt in iuribus præallegatis: ita & ratificatio nedum verbis,
verū ēt facto resultat. l. Paulus respondit nō tm̄ verbis. ff.
rē ratā haberi. & ita concludit in his terminis Philip. Cor.
consilio

consilio.s 59 incipiente quæritur à me.per totũ, maximè
in litera l,& sequenti.volumine primo. quod consiliũ om
nino videatur,quia dum determinat arbitrariam senten-
tiam facto,sicut & verbis ratificari,per multa quæ in alle-
gat in terminis nostris determinat contra dictos fratres:
& maximè ex quo dictis fratribus post mortem;eorum
patris intimata fuit sententia arbitralis prædicta,requisi-
tiq; fuerunt, quòd si & quatenus opus esset illam homo-
logarent. Vnde cum nõ constet de reclamatione dicti lau
di,tacitè videntur illud approbasse,vt est suprà deductum
& maximè ex quo dicti fratres postea bona prædicta pos
sederunt per multũ tempus:cũ tamen satis fuisset spatium
vnius anni post obitum eorum patris priusquam contra
dicerent, ad hoc vt tacitè ex huiusmodi sola possessione
visi fuissent arbitralem sententiam prædictam homolo-
gasse & approbasse,Soci.expressè voluit.consil.220.inci-
piente visis compromisso laudo statutis.&c.colu.3.versi-
culo circa secundam difficultatem. volumine secundo. q
etiam tenent expressè.Bart.& Bartholum.de Salyceto in
l.si societatem.§.arbitrorum quæstione 12.ff.pro socio.&
Bart.in l.finali.C.de appellationibus recipien.facit ad cor
roborationem præmissorum,l.mater.C.de re iudicata.vbi
consentiens venditioni prius ex interuallo factæ,censetur
ratificari venditionem,etiam non suo nomine factã.Mul-
tò videtur ergo fortius quis ratificasse actum suo nomine
gestum.argumentum. eius quod habetur in l. si pupilli.§.
sed si ego. ff. de negotijs gestis. His addantur quæ scripsit
Doctor excellsus Didacus Segura in repetitione. l. impe-
rator.ff.ad senatusconsultum Trebellianum.fol.65.col.4.
6 vers.ex supradictis.&c.†Et si pertinaciter dicatur. prædi-
ctos Iacobum & Ioannem dictum laudũ nõ homologas-
se (cuius appositum est clarũ) tñ parũ referret in casu no-
stro.Quandoquidem potuit Ioan.eorum pater dictũ cõ-
promissum etiam in eorũ præiudiciũ facere:qui etiã bona
illa(si dictorum filiorũ suorum fuissent, aut in dictos eius
filius actualiter deuenissent) alienare potuit,ẽt absq; iudi-
cis decreto,vt no.Azo.in summa tit.de bo.quæ lib.versi.
habet autẽ pater. vbi voluit q pater qui habet legitimam
administrationem in bonis filij,potest illius bona etiã im
mobilia alienare etiam sine decreto, quod dictum refert
& sequitur Baldus in l. t.ff.de rebus eor.dicens illud Azo.
dictum,alibi non reperiri. Quod dictum etiã refert & se-
quitur idem Bal.in l.præses.vbi etiam Alex. C.de transa-
ctionibus.notat.idem Bald.in l.fin.§ sin autem æs alienũ.
C.de bonis quæ liberis. clarum est autẽ, quòd facilius iuri
quærendo & in spe derogatur,quam iuri quæsito, vt sunt
iura vulgar.& dixi infrà consiliu 26.versic. siue.numero.
7 10.& resoluo num.25.29.30.& melius versic.82.† Acce-
dat prædictis quod quemadmodum pater in emphyteusi,
quam pro se,& suis filius acceperat, potest filijs suis præiu
dicare & illam renuntiare, vt per Bartolum in authen-
tica si quas ruinas.col.pen.versicul.iuxta hoc quæro. C.de
sacrosanctis ecclesijs.Modern.in l.secunda.C.de iure em-
phyteut.Ioannes de Imola in capitulo potuit. extra de lo
cato.Ancharan.542.incipiente pro domina Paula. Paulus
de Castro in consi.161.incipiente in causa,quam magnifi
cus.Ruma.consi.35.incipiente visa facti serie.ad finem.&
Soci.consi.25.incipiente dominus Franciscus.colu.quarta
& quinta. volumin.1.multo fortius est dicendum in casu
nostro, quod potuerit dictus Ioannes pater, in præiudi-
cium dictorum filiorum suorum compromittere de bo-
nis contentiosis,& laudum latum, tam suo,quam dictorũ
eius filiorũ,quos in sua potestate habebat.nomine homo-
logare & approbare,præsertim cum tunc (vt prædixi)nõ
fuisset purificata conditio fideicõmissi per quod ipse Ioan
nes & eius filij prædicti vocabant. Sed ex incerto futuro
euentu põderet,qui poterat esse & non esse,& sic videtur
dicta arbitralis sentẽtia magis in fauorem dicti quondã Io.
& eius filiorum fuisse lata,quã in dicti quondã Guillermi
attentis præmissi.& q certa portio bonorum dicto quon-
dam Guillermo à patre sibi relictorũ, in quibus grauatus
nõ fuerat onere fideicommissi,& quod dicta conditio sub
qua Guillerm.hæreditatẽ de Borrugat restituere debebat.
casualis erat & ex futuro & incerto euentu dependens,vt
8 prædixi.quæ omnia veniunt in considerationem. † Nec
possunt dicti Iacobus & Ioannes dicere se dicti quondam
patris sui hæredes non esse prout & videntur velle facere,
contendentes se bona prædicta possedisse,tanquam hypo
thecata eis pro dote materna:& sic non vt hęredes,est enim
iuris decisio clara,q hæres possidens bona hæreditaria vi-
detur hæreditatem adire:vt per Bald.& doct. in l.2.C.qui
admit.in suis enim (quales sunt dicti aduersarij) psumitur
aditio:nec est probanda.licet sit secus in extraneis. vt nota.
Bal.in l.fi.C. communia de leg.idem in l.si matre.eod. tit.
idem consi.inci.allegationes suprà factæ.Ang.consi.incip.
tanta est scientia patris & Socin.cõsi.64.incip.in casu,&c.
9 vol.j.†deberent enim dicti Iacobus & Ioannes allegantes
se possedisse & possidere hęreditatem ratione dictæ hypo
thecę dotalis,probare se possidere tanquam hypothecata.
Argum.l.ei,qui dicit.ff.de probationibus.& ita cõcludit in
fortioribus terminis Philippus Corn.consi.321.incip.præ
mitto,&c.in litera d,& e,vol.1.

Aliunde cõstare potest fratres prædictos filios Ioannis
paternam hæreditatem adijsse, præsupposito etiam q ex
factis nudis hęreditas adiri possit,vt suprà dicebamus, ver.
5.sed tempore mortis dicti Ioannis eorum patris, cum vi-
ueret dictus quondam Guillermus eorum patruus,non po
tuerunt hæreditatem contentiosam inter bona patris eo-
rum inuentam,nisi velut hęredes eius possidere,aut certè
tanquam approbantes arbitralem sententiam prædictã q
est mihi indifferẽs quo ad casum nostrum. Quandoquidẽ
eorum pater nullũ ius habere poterat in ea,nisi virtute di-
ctæ arbitralis sentẽtiæ cum fuisset integraliter per dictum
quondam Guillermum seniorem relicta Guillermo eius
filio,vt præmisimus. Vnde etiã si matris essent hæredes,
nullum ius competebat eis in hæreditate illa,nisi vigore di
10 ctæ arbitralis sentẽtiæ. †Postremo ẽt si prædicta omnia si
gillatim nõ prodessent,simul iuncta saltẽ adiuuabũt,vt l.3.
C.de testib.c.cum causam.extra eodem tit.& not.Doct.in
l.admonẽdi.ff.de iureiurand. Proponitur ẽt mihi q aditio
hæreditatis per d.fratres facta verificatur per testes singula
res sed hæreditatis aditio per testes singulares probatur,
quando attestantur super actu successiuo,prout in casu no
stro.Et ita consulendo tenuit Anch.consil.316.incip. visis
dictis & attestationibus, cuius dictum per multas rationes
& iura comprobat Soci.consi.295.incip.in causa contra fi
lios & hæredes,&c.col.2.versi.postremo & si omnia præ
dicta,&c.vol.2.

Ex quibus apparet ad oculum q per dictam arbitralẽ
sententiam derogatum fuit fideicommisso, q in dicta hæ
reditate de Borrugat iniunxerat Guillermo, Guillermus
eius pater,vt suprà pręmisimus.& per cõsequẽs constet ẽt
potuisse dictũ Guillermũ filium ex potestate sibi data per
dictũ laudũ de dicta hęreditate disponere cũ sublatũ esset
11 fideicõmissum,& de hoc non dubito.†Superest autẽ ma-
ior scrupulus, ad quem veniẽt bona prædicti quondã Guil
lermi filij præsuppositis donatione ipsius per quam do-
nasse dicitur hæreditatem illam Ioãnę Guil.eius ex sorore
consobrinæ.& testamento dicti quondam Guillermi,quo
dicitur substituisse dictæ consobrinæ suæ Ioannam eiusdẽ
Guillermi sororem in omnibus alijs bonis & iuribus &
actionibus,&c.& similiter prætenso testamẽto nuncupa-
tiuo dictæ Ioannæ consobrinæ, quo dicitur instituisse Ca
tarinã sororẽ suã in dicta hęreditate de Borrugat, & in om
nibus alijs bonis eius.Quę quidẽ Catarina ẽt dicitur in suo
testamento hæreditatẽ prędictam de Borrugat legasse Mi
chaeli Bonifacio eius marito. Ac ẽt præsupponitur, q cũ
oriri speraretur controuersia inter Isabellã & Iustinã Guil
ler.& Bonifacium sępe dictum super hęreditate prædicta.
Ioannes Guillerm. notarius tutor datiuus dictarum Isa-
bellę & Iustinę pupillarum, & Bonifacius prędictus com
promisisse dicuntur in ampla forma in Guillermi. Mur

inrisperitum, vt constare dicitur instrumento recepto die
17. Nouemb. 1522. & alijs quæ per dictum Bonifacium,
siue per quendam Ioannem eius cessionarium deducun-
tur. Quibus omnibus rectè animaduersis, concludo intre
pidè Isabellam, & Iustinam prędictas admittendas esse ad
hæreditatem prædictam de Borrugat, tãquam succedẽtes
ab intestato earum matri & sororibus. Et cum sit earum
intentio quo ad causã intestati fundata, superest ostendere
12 testamenta, quæ ex aduerso allegantur non obstare. † Non
obstat igitur primum testamentũ Ioannę cum in illo (cũ
sit nuncupatiuum) non interuenerit iuris solennitas requi
sita, de qua in auctoritate. l. hac cõsultissima. C. de testamẽ:
& l. si vnut. eodẽ titulo. cũ similibus. & licet dicatur quẽ-
libet habilẽ ex priuilegio speciali ciuitati Dertusensi con-
cesso testari posse in præsentia dunrum testium, vbi nõ da
tur copia notariorum: si tamen postea infrà sex menses or
dinarius loci dictorum testium dicta redegerit in scriptis,
quo casu habebit huiusmodi instrumentum ex dictis te-
stium prædictorum vim & robur veri testamenti nuncu
patiui. Considero ergo post Fulgos. cõs. 77. quòd concessa
ex priuilegio, vel iure speciali, facilius prosternuntur si in
aliquo deficiãt, textus est in terminis in l. eius militis. §. mi
litia missus. ff. de testamento militari. quẽ (licet ad effectũ
aliũ) allegat in simili dominus meus Franciscinus de Cur
te consil. 17. incipiente licet per celeberrimos, & cætera.
Vnde cum ex aduerso prætendatur affuisse curatus sedis
Dertusæ notarius. qui dictorum pestiferatorum testa-
menta recipere consueuerat, ac etiam nun negetur tunc af
fuisse notariorum copia, qui etiam pestiferatorum testa-
menta reciperẽt, non potuit dicta Ioãna, quæ dolore mor
bi præcipitabatur, coram dictis duobus testibus testari.
quãdoquidem vt deponunt testes instrumentarij, triduo
postquã in eorũ præsentia testata fuit, mortua est. & sic cõ
sequens, q̃ validè & legitimè coram dictis testibus testari
non potuit, cum cessaret in casu isto causa & ratio priuile
gij, q̃ ex aduerso prætanditur, vt per Albericũ de Rosate
in l. milites. C. de testament. milit. argum. l. diuus. & quod
ibi not. communiter doctor. ff. eodẽ. notant ẽt cano. in ca-
pitulo cum esses. extrà de test. sicut dicimus in l. ex testa-
mento. C. de testamen. milit. & in l. testamẽta. & in l. q̃ di-
citur. ff. eodẽ. & ita dicit Saly. in l. 1. in repet. quæst. 3: versi.
3. quæro, quid si ab illo periculo euasit. C. de sacrosanctis
13 ecclesijs. † Similiter considero, q̃ licet ex dicto priuilegio
sit derogatũ solennitati testamenti, & numero testiũ: non
tñ est derogatum quò ad qualitatẽ dictorũ testiũ: ita no-
tat in terminis Panormitã. post Imol. collect. Hostiens. &
antiquos in cap. cum esses. extrà de testamẽ. vbi in quãtum
disponit tex. q̃ in terris ecclesiæ sufficit, q̃ fiat testamẽtũ
corã presbytero parrochiali & duorũ testiũ: nõ tñ quò ad
qualitatẽ illorũ. requiritur enim q̃ testes sint idonei. & ad
hoc videatur dominus meus Ias. in l. si quando, post prin-
cipi. C. de inoffi. testa. Vnde succedit elegãs doctrina Bar.
Ang. & aliorũ in l. 1. §. si quis negei. ff. quemadmod. testa-
men. ape. q̃ vbi lex vel statutũ requirit actũ debere legi-
timè probari, debet articulari & probari, q̃ testes nedum
sint idonei, verumetiã omni exceptione maiores, Cũ er-
go dicantur testes prædicti summa laborare paupertate,
non vidẽtur idonei testes, vt dicit tex. in l. quisquis. in ver
siculo paupertate sordescant. C. ad legẽ Iuliã Maiestatis.
probatur in clemẽ. in plerisq; de electio. iura etenim sum
mè aduertunt an testes sint pauperes, an verò diuites: &
maximè in re vbi suspitio adest. l. 3. ad princ. ff. de testi. cũ
sua glo. & not. Specul. eodẽ tit. post princip. Præterea con
currit in altero testiũ vilitas & infamia multiplex: vnde di
ci nõ potest legitimus testis, aut idoneus, vel omni exce-
ptione maior, quæ idẽ sunt, vt dicit Bar. in l. 2. C. de anno.
ciuil. li. 12. Illi. n. dicũtur testes idonei & omni exceptione
maiores, qui nulla exceptione legitima repelli possunt,
prout dicit glos. multũ singularis in §. itẽ verborũ, Institu:
de inutil. stipulat. de quo Panormi. c. j. extrà de consangui-
nitate & affinitate facit magnũ festum, & per consequẽs

ex deductis cõstat dictos testes nõ esse idoneos, & omni
exceptione maiores, præsertim in causa tã necessaria, vt
est testamẽtum ita priuilegiatum, in quo duo testes vices
nnıarij. & septẽ testium legitimorum suppleant, per tex. in
l. iubemus. C. de test. & in terminis nostris resoluit And.
14 Barba. cõs. 32. col. 6. versi. præterea accedat. volu. 1. † Nec
dicto testamento robur adijcit decretum iudicis, cum in
testium prædictorum examinatione & ipsius decreti in-
terpositionẽ debuerint pupillæ prædictæ, & alij interesse
prætendentes citari, aut pro illis dictarũ pupillarũ consan
guinei (cũ is, qui dicti testamenti publicationẽ instaret tu
tor esset dictarũ pupillarũ) in cuius vtilitatẽ resultaret di-
ctum testamentũ, & aliàs cum debita causæ cognitio in se
pe dicti decreti interpositione non interuenerit, nullũ est,
prout voluit Fœdericus de Senis consilio. 137. & sequent.
Bart. in l. 1. C. de prædijs curialium. lib. 12. idem Alexan.
& doct. in l. bonorum. C. qui admitti. nota. Fely. omnino.
in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ. col. 5. versiculo senten-
tia nulla. extrà de constitution. & ita etiam resoluit And.
Barbat. consi. 1. num. 32. volum. 1. & consil. 6. num. 3. vol.
4. & Bologninus. consil. 59. column. tertia. nec etiam iudi
cis decretum validat donationem, aut contractum fraudu
lentum vt not. Bald. in l. 2. ad finem. C. de sacrosanctis ec-
clesiis. idem in l. secunda. C. de fideiusso. minorum. & no-
tat in Lait prætor. §. permittitur. ff. de minor. & his addan-
15 tur quæ dicimus infrà versi. 21. † Secundũ autem testamẽ
tum scilicet Catharinæ eodem vitio quo & primum labo
rat cum in illo vnus testium alterius testamenti cuius pro
ximè diximus, interuenisse dicatur: & alter testium dici-
tur etiam esse famulus in seruitio dicti Bonifacij hæredis
instituti, & ad eius salarium commorans clarum est autẽ
quòd in huiusmodi priuilegiato testamento non est hu-
iusmodi familiaris salariatus testis idoneus: cũ aliàs de iure
communi repellatur, nec pro domino suo testificari pos-
sit l. feroos. & ibi Salyeetus. C. de quæ. l. etiam & ibi Doct.
C. de testibus. cum enim dominus possit ei imperare non
est habilis, aut idoneus testis, vt volunt Doctores. vbi su-
prà. & de hoc est glo. tertia. quæstio. 5. capitulo idonei. §.
testes & Abb. Siculus. c. in literis. extrà de testibus. & not.
Cyn. & doct. in l. 2. C. eodem.

Non ignoro Bald. & Salycet. in præalleg. l. etiam Alex.
post Bar. in l. vir. de don. inter virum & vxorem. & in l. fi.
§. super his. ff. de his, qui deie. vel effude. & Inno. in d. c. in
literis. restrinxisse dictam glos. vt non procedat in famulo
alicuius magnatis, vel magni domini, qui esset honesta p-
sona quòd etiam voluit Card. c. insinuante extrà de offic.
deleg. & Fely. c. quoniam. extrà de testi. Quæ quidam re-
strictio cessat in casu nostro. Quinimo dictus famulus di-
citor adhuc perseuerare in dicti Bonifacij seruitio & fa-
milatu: vnde repelletur omnino vt not. Salicet. & Ang. in
16 præallega. l. seruos. Bart. in l. 1. §. item est. ff. de testib. † Ex
quibus constat non obstare dictis pupillis causam testati,
ex vi dictorum testamentorum, quæ propter defectus su-
pradictos nulla est. Et si diceretur ex pręmissis non annul
lari, vel irritari testamentũ, adhuc est in aperto q̃ ius quæ
relandi, vel petendi restitutionem dictæ dimidiæ hæredi
tatis adiudicatæ dictis pupillis, competeret illis tanquã suc
cessoribus ab intestato dictæ quondã eorũ matris: quę (vt
suprà versi. 11. deduximus) à præfato quõdã Guil. eius fra
tre, instituta fuit hæres eius vniuersalis in omnibus bonis,
& iuribus dicto quondã Guil. pertinẽtibus & cõpetenti-
bus. & sic in iure & actione petẽdi dictã dimidiã hæredita
tem cũ fructibus, saltẽ à tpe sententiæ latæ vsq; ad præfati
Guil. obitum, q̃ tempus fuit, vt prætenditur plusquam vi
ginti annorum. & similiter quò ad residuum dictæ dimi-
diæ hæreditatis Guil. sæpe dicti. quę in quantũ nõ esset de
hæreditate de Barrugat, non erat subiecta restitutioni, cõ
petit eis ius repetendi in totum: in casu non obseruantiæ
dictæ arbitralis sententiæ. Prædictæ. n. Ioannę consobrinę
donata fuit (vt prædiximus tãtummodo hæreditas de Bor
rugat, vnde in dubio nec alia bona, nec iura & actiones
in huius-

in huiusmodi donatione venerunt.l.quam Tuberonis. §.
pen.ff.de pec.l.à diuo Pio.§.in venditione.& ibi dominus
Iason post alios.ff.de re iudic.& not.Angel. §.1.in authen.
de non alien. & remissiue Soc.consi.175.col.2. vo.2. Bar.
consi.36.per totum,volum.1.Areti.consi.54. & dominus
17 meus Philip.Decius.consi.30.volumi.1.† Vlterius contra
Bonifacium & cõsecutiuè eius cessionariũ, facit quod etiã
si dictus Bonifacius vigore dicti testamẽti Catarinę vxo-
ris eius: ius haberet quale prætẽdit in hæreditate de Bor-
rugat sæpe dicta, cecidit attamen à sępe dicto legato cum
ipsum legatũ propria sua auctoritate occupauerit.l.j. §.j.
& ibi docto.ff. quorum le.j. & ibi dominus meus Decius
dra.107.incip.circa ius municipale,&c.ad fin.Roma. con
sil.312.incipien.circa propositam consultationem. Socin.
cons.33.incipien.prosequendo ordinem,&c.colum.7.ver
sic.circa quintam quæstionem.volu. 1. & dominus meus
Philip.Decius cons.343.incip.vt clarior reddatur.colum.
pen.vers.ad maiorem tamen declarationem,& volum.2.
6 †Nec obst. si diceretur, allatam doctrinam in d.l.extraneũ
in casu nostro locum non habere , cum ibi extranei fuis-
sent instituti,vnde non mirum si hæres adire nó possit,vi
uente dicta vxore quę habet in dictis bonis integrũ vsum
fructum,vt ibi:secus autem quando instituuntur filij (vt
in casu nostro)quo casu consequitur vxor dũtaxat alimẽ-
ta,prout voluerunt glos.Cynus,Baldus,Salicetus,& cære
ri in authentic.hoc locum.C.si secundò nupse.& diximus
suprà cons.21.num.1.Respondeo enim, quòd etiam si ex
communi obseruantia & interpretatione per huiusmodi
legatum,quale factum est dictæ d. Hieronymę etiá in ca-
su nostro integrum vsumfructũ non assequeretur ipsa do.
Hieronyma:nihilominus posset sustentari,ꝙ de iure com
muni dicta domina vsufructum integrum cósequeretur.
quia nos non sumus in casu contrario in quo doctor.pon
derant verba legati,quæ communiter apponuntur,verbũ
scilicet,massariam,post verbum.vsufructuariam & ver-
bum,dominam,& quæ nos in con.21. ponderabamus ad
hunc effectum.& quòd essent illa verba à iurisconsulto pro
lata.Et in casu simili consuluit Philipp.Corn.consi.5.inci
pien.in hac consultatione,&c.per totum,volumi. 1.quod
vxor etiam filijs institutis consequitur integrum vsumfru
ctum.quod & voluit consi.187.incip.circa hãc consulta-
tionem.per totum volu.2.idem consil.308.incip. ꝙ dicta
vxor.in litera f.& g. vol.4.
Super quo relicto , & si in terminis nostris importet
vsumfructum integrũ,vt dicebamus,nó immoror. quo-
niam aliunde dicta do.Hieronyma ex constitutione Re-
gis Petri tertij Perpigniani quæ incipi.hanc nostram.&
ex beneficio illius,hæreditatẽ dicti domi.Petri eius mari-
ti possidebat:& fructus suos faciebat pro suis dote,& aug-
mento,siue sponsalicio,quá nos donationem propter nu-
ptias dicimus,de qua constitutione diximus abunde supra
consi.primo,per totum,& specialiter in addi.nume. 253.
& consi.2.ad princ.Ex quo constat,ꝙ dictus dom.Petrus
bonorum prædictorum possessionem petere non potest
vt hæres.quandoquidem fideicommissarius propriè non
dicitur hæres.l.postulante.§. 1.ibi,loco hæredis.ff.ad Tre-
bellianum.est.n.dictio,loco improprietatis no.l.mercis.se
cunda ibi,loco mercis.ff.de verbo.signi. & ita tenet Ioan.
de Imola in l.qui liberis.§.hęc verba.ff. de vulg. & pupil.
Soc.in rubr.eodem titu.& cons.13.incip. post consi.suprà
scriptum column.3.ver.restat nunc respondere. volum.3.
& dominus Anton.consil.77. incipiente viso puncto.Cũ
ergo dictus dominus Petrus,vt fideicommissarius: sit lo-
co hęredis,scilicet domini Gueraldi , nó video qualiter,su
per existẽte dicto domino Gueraldo, capere possit dicto
rum bonorum possessionem,quam ipse dominus Gueral.
nondum fuit adsecutus,& quam tenetur dictus dominus
Petrus de ipsi⁹ domini Gueraldi hæredis scripti manu re
8 cipere,vt supra monstratum est.†Non obstabit etiam di-
cto domino Gueraldo,confirmatio suprà dicta:quoniam
etiam si renuntiationem importaret dictæ hæreditatis, at
tamen censetur dictus dominus Gueraldus plus intellexis
se,scilicet quòd adiret,& postea renuntiaret, etiam si fuis-
set eius institutio pura.Ita not.Socin.abundè consi. 91.in-
cipien.visa & diligenter considerata,&c.colum. 3.volum.
1.Nec enim dicendum est,quòd per dictam approbationẽ
(etiam si renuntiationẽ importaret)voluerit renuntiasse il
li hæreditati purè & ex tunc,cum nondum esset conditio
fideicommissi,sub qua vocabatur dominus Petrus, purifi
cata,qui ante conditionis prædictæ purificationem pote-
rat præmori hæredi. Ideo inclusit ipse dominus Gueral-
dus prius acceptationem hæreditatis prædictæ. per le.fuit
quæstionis.

quæstionis.ff.de acqui.hære.& l.potuit.C.de iure delib.& ita not.Bal.consi.15.incip.præmittendum,&c. Quæ dixi in casu quo dictus dominus Gueraldus renunciasset hæreditati prædictæ dicti quondam eius patris,quod mihi non præsupponitur,sed id citra veri præiudiciū præsuppono, vt apertioribus rationibus fundemus dicti domini consulentis iustitiā, ex quibus hoc secundum dubiū resoluendo dico,quod sæpedi.domi. Gueraldus prius debet mitti in possessionem bonorum & hæreditatis paternæ, à quo fuit hæres institutus,& hanc hæreditatem præfatus dominus

9 Petrus de ipsius hæredis manu debet accipere. † Aggrediendo itaque tertium dubium,videndum est quanta portio bonorum contentiosorū sæpe d.domi.Gueraldo cum petat.Et ponderando verba præmentionatorum capitulorum nuptialium dicti quondam d.Petri,ibi , & post obitū dicti do.Petri omnia bona , & res prædictæ quæ referuntur ad donationem factam in dictis capitulis præfato do. Petro,sint filij,vel filiorum quos dicta domina Hieronyma ex ipso do.Petro procreauit,& nascentur ex ea , vt ψ ibi sequitur,per quod restringit potestatem dicti do.Petri donatarij,vt solum testari posset de dimidia parte bonorū donatorum,& sic hæreditatis ipsius do.Petri. Et ne videamur nodum in scirpo quærere , licet dici possit prohibitionem prædictam comprehendere dimidiam partem bonorum prædictorum per illa verba , post decessum dicti do. Petri,credo nihilominus ad dimidiam prædictam do.Petri.& alios eius fratres ab intestato æquis portionibus admitti debere,etiam si dictum fuisset,quòd illa bona essent primogeniti,vel aliorum filiorum , ex dicto matrimonio nasciturorum,quo etiam casu,primo & secūdo genitū concurrerent.l.cum quidam.ff.de verbo.signific. & l. vtrum. §.cum quidam,ff.de reb.dub.& hāc conclusionem pro-

10 secutus sum latius supra col.17.num.1.versi.28.† Sed nec illi conclusioni obstat testamentum dicti quondam domini Petri, quia quò ad illam mediam partem de qua testari non poterat,dicitur intestatus decessisse. per tex. expressum in l.intestato.ff.de leg.tut.vbi ita dicit text.in princip. intestato mortuo parente,agnatis defertur tutela.quę verba referuntur in conditionem,si pater decesserit intestatus.l.à testatore.ff.de conditi.n.& demon.& subdit in tex. intestatus autem videtur non tantum qui testamentum non fecit.sed & is,qui suo testamento liberis suis tutores non dedit. quantum enim ad tutelam pertinet intestatus est,cui similis est tex.l.nititur.de legitima agna.tut.§. quod autem Et ita not.in simili Raph.Fulg.in l.generaliter.in fi.princ. & in l.si mater.in fi.prin.C.de instit.& substi.sub condi.factis refert hoc dictum & sequitur Soc.qui per multa illud comprobat,consil. 92.incip.in causa domini Antonij col. 12.versic.succedit autem tertia d difficultas. volu.3.Vnde si consideramus prohibitionem prædictam, dicemus præfatum magnificum dominum Gueraldum in quarta parte dimidia hæreditatis prædictæ ab intestato succedisse dicto domino Petro eius patri cū sit vnus ex quatuor filijs, per supradicta.& his accedūt quæ diximus supra col.17. ad principium,vbi latius hoc prosecuti fuimus.

Et si dicimus prohibitionem illam cessare, fingamusq; duntaxat esse factum si dictus quondam dominus Petrus absq; filijs moreretur(quæ expositio & interpretatio satis est amica literæ)tunc latebimur dictum quondam dominum Petrum in dicto eius testamento hæredem instituisse in dictis bonis in forma supradicta, sæpe nominatū dominum Gueraldum, cum onere fideicōmissi. quæ institutio,si consideremus causam intestati prædictam,comprehenderet totam aliam dimidiam partem hæreditatis dic-

11 ti quondam domini Petri.† Ex quibus sequitur vnū correlatiuum,quod in vtroque casu prædicto, ex quo sæpedictus dominus Gueraldus per fideicommissum hæreditatem prædictam sæpe nominato domino Petro, & respectiuè alijs nominatis in dicto testamentuto restituere tenetur, potest ipse dominus Gueraldus duas quartas detrahere:scilicet legitimam & Trebelli.secundum communes doctrinas in l.quanquam.C.ad ad legem Falcidiā. Paulus de Castr.not.post Bal.in eius filium , quem habentem.C. famil.ercisc.Ancha.consi.205.incip.nō seruato ordine.Franciscus de Aretio consil.18.incip. visa & discussa consultatione,&c.& Alexan.in infinitis consilijs. Esset autem legitima ex constitutionibus Cataloniæ conformis illi, quam Romana iura statuunt:scilicet triēs portionis eius, quam dictus dominus Gueraldus ab intestato fuisset habiturus: vt traditur in authent.nouissima.C.de inoffi. testam. & in corpore vnde sumitur. & Trebellianica est quarta illius residui hæreditatis,quam restituere debet, prius ex illo deductis debitis.secundum Baldum.& doct.in l.cumus.in principio.ad finem colum.penultima.C.de inoffic. testamen.& l.si verò.ff.de testam.milit.nota.Ioannes de Imola.in l.in ratione.1.§. quod vulgo.ff.ad legem Falc.glo.& doct.o.ca. Raynu.& c.Raynaldus. vbi repentes.extra de test. Ancharan.consi.15 t.incipien.plura sunt dubia. & Alexand.consi. 53.volum.2.vbi dicunt prius esse detrahendam legitimā secūdum numerum liberorū,& de residuo quartā Trebel-

12 lianicam detrahi debere.† Nec obijciatur contra determinationem hāc ψ dictus dominus Gueraldus illud testamētum approbauit,etiam cum iuramento,in quo quidem testamento grauatus est dictus dominus Gueraldus expressè de restituendo hæreditatem prædictam absque hoc, ψ in dicto testamento reseruauerit testator prædictus domino Gueraldo legitimam,& minus Treb.llianicā. In qua etiam approbatione cum iuramento ipsius domini Gueraldi dicatur interuenisse,illud videtur operari prohibitionem expressam,tum quia iuramentum habet vim clausulæ,ψ valeat actus eo meliori modo, quo potest , vt prima facie videbatur,vt est tex.aureus in l.sī pater.§.filij s n aterem.ff.de legatis secundo.not.Barto.& omnes in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.Romanus & Modern.in leg. 1.§.si quis ita.ff.de verborum obligation.Barto.& omnes in l.si quis maior.ad fi.C.de transaction.inferentes. ψ transactio quæ sustineri non potest, vt transactio , virtute iuramenti desuper præstiti sustinebitur.vt valeat in vim pacti simplicis.& sequuntur Angel.& Alexander in lege. ca sa cogni ta.C.de transact.& sanxeruntur cap.cum contingat.extra de iureiur. colum. 3.

Et in casu nostro(Maximè quoàd Trebellianicam)voluit Petrus de Ancharan.dicto consi.151.colu.5 vbi consuluit expressè,quòd per approbationem testamēti paterni,quamuis non prohibeatur filij legitimam detrahere, quia (vt ait)illa detrahitur contra voluntatem defuncti: secus tamen est quo ad Trebellianicam,cum enim illa detrahatur contra voluntatem defuncti de iure cō,t. odi. & Digesto rum l.Tria.ff.ad legem Falc. ergo(subdit) approbando testamentum paternū videtur filij remittere ius suum,quemadmodum remitti videtur ius fideicommissi per diuisionem hæreditatis contra quam dividentes promiserūt se nihil facturos.l.qui Roma. §.duo fratres. ff. de verborum obligation. Maximè vbi iuramentum interuenit (prout in casu nostro)quod habet vim specialis certiorationis.capi. ex rescripto. extra de iureiu. & doctio. moder. post antiq.in l.stipulatio.ff.de verborum obligationib.& prosequitur Alex.latè consi.27.vol.1.

Ita vero quantumcūq; sint colorata,& fundare videātur intentionē dicti d.Petri, vt prima facie videbatur, contrarium attamen puto de iure verissimū. & hoc ne dum quò ad legitimam de qua non dubitanit Anchara.(vt dictum est)verumetiam quoad Trebellianicam.& quod non obstāte huiusmodi approbatione etiā iurata domini Gueraldi sæpe dicti non prohibeatur legitimam detrahere. Moueor per tex.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic. testam. vbi pater non potest imponere grauamē aut onus filio in sua legitima.ad quod l.cū etiam tex.in l.cohæredi.§.cum filię.ff.de vulgari & pup.& in l.cum patronus.de legatis 2. cum simil.& tradit Roma.consi.185. incipien. pro decisione qua storum.in principio.& consi.239.incipiente in hac re breuis ero.Alexāder consi.151.incipiente circa pigmillam

miſſam conſultationem.volum.4.Ate.conſi.19.incipiēte
ex facto proponitur.colum.2. & do.meus Philippus De
cius conſil.218.incipien.in caſu ad me tranſmiſſu de Ita-
lia.colum.1.verſ.circa vero proprietatem.volum. 2.vnde
ſequitur,quòd cum pater, vt, eſt dictum nō poſſet filium
grauare in legitimam fideicommiſſum ſimpliciter iniun-
ctū in teſtamento ſępedicti quondam domini Petri,non
debet intelligi reſpectu legitimæ dicti domini Gueraldi.
Quoniam diſpoſitio facta ſimpliciter nō porrigitur ad ca
ſum in quo quis non habet poteſtatem.ca.à nobis.1.extrà
de ſenten.excommu.not.Bart.in l.ſi quis ſub conditione.
ff.de conditio.inſti.Bal.in l.ſi in computatione.C.de iure.
deliberan.cum ſimilibus.& ſecundum hanc determinatio
nem vltra Roman.conſuluit Rapha.Cuman.conſi.25.Ra
pha.Fulgo.conſi.19 incipien.Tertio principaliter. Et hoc
procedit etiam ſi fideicommiſſum piæ cauſæ debeatur,vt
tradit Paulus de Caſtro conſi.551.ſecundum ſtāpam anti-
quam,incip.ſubſtitutio.colum.3.verſ.nunc ergo videndū
& Bened.Capra.conſi.66.incipi.puctus.Quod etiam pro
cedit quamuis fuiſſet rogatus.quo caſu poſſet etiam legi-
mam detrahere,vt concludit Alexander in l.cohæredi.§.
cum filiæ.colum.2.ff.de vulgari & pupillari.Angelus con
ſi.524.incipiente viſis ad fi.& conſilio 155.incipiente quiſ
dam Nicolaus.& Areti.conſil. 160.incipiente longa eſt.
Quod etiam eſt verum,quamuis dictus dominus Gueral
dus fuiſſet à patre iuſſus plus non petere: vt not.Bal.per il-
lum tex.in l.ſi quando.§.fin.C.de inoffic.teſta.no.Bar.in
l.Papinianus.§.ſi conditioni.in fi.ff.eod.titul.& Alex.con
ſilio.69.incipien.ſuper primo dubio. & proſecutus ſum
abunde in cōſi.meo,quod in fauorem illuſtrium fratrum
Cardonæ edidi,quarto dub.verſi.15.& reſoluo verſic.70.
ad quod eſt bonus text.in authen.vt cum de appel.cog.§.
cæterum.& cum hæc ſint clara non immoror.præſertim,
14 quia non militant in caſu noſtro.† Et in terminis noſtris,
quòd huiuſmodi approbatione teſtamenti non obſtante,
dictus dominus Gueraldus poſſit legitimā detrahere non
dubitauit Pet.de Anchara.in d.conſi.151.quē cū alijs mul
tis refert & ſequitur dominus meus Phil.Deci.in ſuprà al-
legato conſi.218.& conſi.320.incip.dum legerem Paduę.
col.2.verſi.circa primum.eod.vol. 2.

Quod dictū corroboro per ea,quæ no.dominus meus
Iaſon.poſt.Alber.Bald.Salycet.& Alex.in l.hæres inſtitu.
C.de impub.& alijs ſubſtitut.vbi corrigendo Cyn.dicit,
quòd filius repudiando hæreditatem ſimpliciter, non pro
hibetur legitimam petere,quicquid ibi Cyn.dixerit. quia
(vt ait) nunquam eſt renunciandum legitimæ niſi in renū
ſiatione fiat expreſsè mentio de legitima, quod etiam vo
luit dominus meus Iaſon. poſt alios in l.1.ff.ſi quis in ius
vocat.non ierit.& Barbat.remiſſiuè conſi.54.colu.2.verſ.
& probo inconuincibiliter.volu.1.vbi allegat ad hoc tex.
meliorem,vt dicit,de corpore iuris in l.ſi quando.§.& ge
neraliter.vbi Guillerm.de Cugn.Bal.& Salyc.& Moder.
C.de inofficio.teſtamen.& Franc.de Curte.conſ.13.ad fi.
& conſil.39.colum. 3.& concluſi in fortioribus terminis
in prælleg.conſi.Cardonæ.dub.4.verſic.30.quod ſi pater
relinquat aliquid ſuo filio pro ſua legitima:& iubeat eum
contentum eſſe illo relicto,ita quod non poſſit plus pete-
re,vel habere occaſione dictæ legitimæ,vel alia quacunq;
cauſa,ſi ille filius acceptauerit huiuſmodi relictum,& fece
rit hæredi quietationem generalem, non per hoc impedi
retur quò minus legitimę ſupplementum petere poſſet.&
ita reſoluit dominus meus Iaſon poſt ſupra allegatos Do-
ctor.in d.§.& generaliter.Alex.cōſ.69.incip.ſuper primo
dubio,an dicta Agnes.vol.5.& conſil.8.incip. viſis ſubti-
liſſimis dubitationibus.volu.3.& conſil.89.incip.vtrum
emphyteuſis eccleſiaſtica.volumin.4.et Ioannes.de Ana.
conſilio 99.incipien.viſis & ponderatis his, quæ in facto
proponuntur.

Quinimo Paul.de Caſt. non contentus de reſolutione
prædicta illam ampliauit in d. §. & generaliter. vt proce-
dat etiam ſi teſtator in huiuſmodi relicto adiecerit, quòd
caſu quo filius plus peteret,priuabat eum dicto relicto.&
illo etiam caſu non obſtante dicta clauſula,quæ ſatiure te-
ſtamenti habetur pro nō adiecta,poterit dictus filius ſup
plementum legitimæ petere,quod etiā voluit idem Paul.
de Ca.in l.omnimod.C.de inoffi.teſta.& iſta reſolutio cū
fiat in terminis fortiorib.videtur in aperto decidēdo cor-
roborare,quòd huiuſmodi approbatio teſtamēti dicto do
mino Gueraldo non pręiudicet,quo minus legitimam de
trahere poſſit,antequam reſtituat hæreditatem ſæpedictā
& licet dominus meus Philippus Decius conſi.ſuo 26.in
cip.& pro tenui facultate.colum.2.verſi.præterea renūtia
tio.volum.1.determinationem & doctrinam prædictam
viſus ſit limitaſſe,vt non procedat vbi ſpecialis eſſet renū-
tiatio,vel vbi iuramento roborata fuiſſet: per doctrinam
Bal.in l.ſi quando.§.illud.C.de fideicommiſſis.Prædictas
attamen limitationes oſtendit non procedere dominus,
meus Iaſon,primam videtur in d.l.1.ff.ſi quis in ius voca
tus non ierit.& aliam in l.ſed & ſi quis.§.quęſitum.ff.ſi qs
cautio.colu.fin.verſi.quærit hic Bar.quod latius non pro
ſequor,cum ex ſuprà dictis,& his quæ ſubdemus docean-
15 tur limitationes prædictas nō procedere. †Sed quò ad Tre
bellianicam maior ineſſe videtur difficultas: tum quia nō
eſt ita debita Trebellianica,ſicut legitima, vt prædixi.Vn
de filius grauatus purè licet poſſit legitimam detrahere.vt
ſupra concluſimus,attamen non videtur quòd Trebellia
nicam detrahere poſſit:vt concludit Bartol.in d.l.Papinia
nus.§.meminiſſe.& hāc eſſe practicā tradit Ang.in l.in ra
tione.1.§.quod vulgo.ff.ad le.Falcid.& in allagata l.cohæ
redi.§.cum filiæ.de vulg.& pupil.& Alex.conſil.43.in fi.
quod incip.attenta.vol.2.

In contrarium attamen prædictis non obſtantibus eſt
veritas,præſertim,quia non fuit domi. Gueraldus graua-
tus purè,ad quod pōdero verba teſtamēti,ibi, & habita &
adepta realiter & de facto per dictum nobilem Gueraldū
poſſeſsione Baronię,&c.Sed eſt clara deciſio quod ablatius
abſoluti reſoluūtur in conditionē.l.a teſtatore.ff.de condi
tio.& demonſtr.& l.euictis agris.ff.de euic.& not.Bal.in l.
fi.ff.ad Treb. cum ſimil.quæ dominus meus Philip. Dec.
allega.conſi.69.colum.2.volum. 1. & ſic illa verba ſona-
bunt,ſi dictus nobilis Gueraldus habuerit pacificam poſ-
ſeſſionem Baroniæ de Querako,quæ ex teſtamētaria di-
ſpoſitione ſui aui debebatur eidem(poſt obitum tamē do
mini.Dalmacij,& ſi ipſo decedente ſine filijs)cum autem
clarum ſit quod dictus dominus Dalmacius quemadmo-
dum poterat filios habere qui excluderent dictum domi-
num Gualcerādum, & poterat etiam ipſi ſuperuiuere di-
ctus dominus Dalmacius: ſic enim intentio dicti domini
Petri teſtatoris non erat,quod ipſe dom. Gueraldus hære
ditatem contentioſam reſtitueret domino Petro eius fra-
tri,niſi ipſe poſsideret pacificè hæreditatem ſæpe dicti do
mini Dalmacij. præſertim, quia illa hæreditas non debe-
tur præfato domino Gueraldo pure: ſed ſub conditio-
ne,quæ poterat eſſe,& non eſſe: vt ſupra dicebamus, & ꝙ
huiuſmodi fideicommiſſum conditionale ſit,& non purū
tex.eſt ad literam,in præallega.l.extraneum,vbi peculiari-
16 ter examinatur hęc materia.per Doct.†Reſtat igitur ſolū
diluere contrariū ſuprà factum,quo dicebatur ſæpe dictū
dominum Gueraldum Trebellianicam detrahere nō poſ
ſe eo ꝙ approbaſſet teſtamentum paternum & iuraſſet illi
non contrauenire,pro quo allegatum fuit dictum & ratio
nes Petr.de Anchara.d.conſi.151.

Et vt liberè dicam quod ſentio, credo quòd dominus
Petrus,ſalua ſua honorificentia,errauit in ſuis fundamētis,
quòd hodie de iure communi per authent.ſed cum teſta-
tor.C.ad legem Falcidiam.& in corpore vnde ſumitur Fal
cidia contra voluntatem teſtatoris non detrahitur, niſi in
filijs primi gradus, vt dicimus infrà verſi.18.Imo.ſecundū
tacitam voluntatem teſtatoris detrahatur, niſi prohibeat
illā expreſsè.Si ergo nō prohibet illam detrahi,teſtator vi
detur tacitè velle, ꝙ illam detrahere poſſit grauatus: quia
mens teſtatoris talis eſt,qualis diſpoſitio legis:quia ſemper
præſumitur

præsumitur cogitasse,& velle quod ius disponit.ita no.Bal
dus.& Doctor.in l.præcibus.colum.17.C.de impuber.&
alijs substit.& Barba.c.Raynutius.columin.6.& 45.extrà
de testam.dicit,quod etiam videtur testator se conforma-
re voluisse cũ statuto suæ patriæ.quod & voluit in cômen
to l.cum acutissimi.C.de fideicommiss.Alexand.post Bar-
to.& alios in l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Trebellia. & con
sil.5.volum.3.& consi.15.incip.viso testamento volumi.
4.& alibi sæpe: si ergo testatur non prohibuerit Trebellia
nicam,cum potuisset illam prohibere,videtur voluisse illã
detrahi posse,postquã ius vult,sicut in simili dicimus, ius,
accrescendi ubuenire ex voluntate testatoris expressa.le.
apud Iulianum. §.Iulianus.ff.ad Trebellia.in gl.fi. attamẽ
bene dicitur venire ex tacita voluntate testatoris postquã
prohibere potuit, & non prohibuit. l.si Titio & Mæuio.
Iulianus.ff.de legatis secundo.& ita declarat Alexan.in l.si
in testamento.& faciunt not.per Modern.in leg.si seruus.
communis ab extero. ff.de acquirenda hæred. vbi nota.ꝙ
vocatus per ius accrescendi, videtur vocatus ex tacita de-
17 functi voluntate:vt ibi declarat Franc.de Aretio.†Et dete
rius peccauit Ancha.in dictis fundamentis,dum voluit,ꝙ
per simplicem diuisionem induceretur tacita fideicom-
missi renuntiatio,quoniam in contrarium est opinio cô-
munis, vt plenè prosequitur dominus meus Iason, in d.le.
Romæ.§.duo fratres.ff.de verbor. obligat. post Alexand.
& alios ibi,ac quos supra allegauimus,côsi.22.n.1.Quin-
imo si dicta opinio esset vera sequeretur quòd dictus do-
minus Gueraldus adeundu hæreditatem & soluendo ali-
qua legata post testamẽtum seu aditionem hæreditatis, cũ
per hmôi actus videatur approbasse & confirmasse patris'
testamentũ(quia adendo quasi côtrahitur.l.ex maleficijs.
§.hęres.ff.de act.& obl.)& multo magis soluẽdo,& adim
plendo, videretur patris testamentum approbasse & re-
nuntiasse iuri detrahendi Falcidiam,,quod est absurdum,
vt comprobat abunde Franc.de Corte consi.75.incip. do.
Ludouicus.col.5.ver.sed pręmissis non obstãtibus vel ra-
tionib. & plurimis authoritatibus in terminis nostris con
futat Ancha.præallegatum.& in eisdem,imo etiam in for
tioribus terminis per easdem & alias rationes confutat di-
cta Anchar.dominus meus Philippus Decius consil.257.
18 incip.quæritur,an legitimatus.volum.2.† Nec omitto,ꝙ
etiam si prohibita fuisset per dictum quondam dominum
Petrum detractio Trebellianicæ illa non valuisset,quoniã
facta fuisset filijs primi gradus,quibus secundũ magis cô-
mnoem opinionem non potest detractio Trebellianicæ
prohiberi.Quam opinionem tenent Bal. & Salycet. in l.
iubemus.per illum tex.C.ad Trebel.Roma.consi.206.in-
cip.licet de communi conclusione.& dominus meus Phi
lip.Decius consi.81.incip.in casu proposito.quarto dubio
volum.1.vbi & remissiones ad satietatem adducit, dicens
post longam altercationem hanc esse communem Doct.
sententiam,quòd etiam voluit idẽ dominus meus in pre-
allegato consi.218. quod incip.,in casu ad me trãsmisso de
19 Italia.col.2.versi.& si casus. † Nec obstat iuramentum in
quo videtur para aduersa totum fundamentum suum po-
suisse,quod in approbatione testamenti sæpe dicti dicatur
interuenisse.Sed nec ea quæ suprà dicta sunt,inferendo,ꝙ
iuramẽtum illud habebat vim clausulæ, omni meliori mo
do,& specialis consensus.Quoniam hoc procederet in eo
duntaxat in quo consentitur, & non vltra, quoniam iura-
mentum non trahitur,nisi ad eos casus ad quos renuntia-
tio traheretur si iurata non esset.ita Salycet.post Cyn.limi
tando d.§.filius matrem.in l.1.C.commoda. Idem Barto.
Bald.& communiter omnes in l.sed & si quis.§.quæsitũ.
ff.si quis cautio.per text.in l.fi.C. de non numer. pecun.&
in l.fin.ff.qui satisdat.cogan.& in l.fi. ad princip.ff.ad mu-
nicip.& pro hoc Bal.& Angel.in dicto. §. quæsitum alle-
gant glo.in authen.sacramenta puberum.C.si aduersus vẽ
di.quod & voluit Bal.in capit.1.in tit.de contro.feu.apud
pares termin.in vtibus feud.Ioannes Andr.Anton.de Bu
tri. Abb.vterque,& Cardina.in capit.1.extrà de commo.

& Alexand.consi.28.incip.visis & acutè ponderatis.colũ
penult.volumin.1.Et per hanc doctrinam Doctorum in
d.§.quæsitum.communiter approbatam, confunditur di
ctum Bal in d.l.1.C.cômodati.quem sequitur Roman.in
d.l.1.§.si quis ita.colum.10.suprà pro contrario allegat,
in quãtum voluerunt iuramentũ operari specialem renun-
tiationem, et inducere specialem & expressum côsensum
Et sic omnia in contrarium allegata corruũt & confutan-
tur,per tex.in l.fi.§.omnem defensionem:quem ibi nota.
Bar.Ang.& Salycet.post Cyn.C.de administra.tutor.Bar
tol.Paul.de Cast.Roman.& Alexan.in l. prætor ait.in prin.
cip.ff.de noui operis nuntiat.Bart.in l.legitimos.ff.de legi.
tute.Angel.in authen.vt hi,qui obli. se hab. perhibent res
minor.§.fin.Aret.in §.actionum.colum.8.versi.septimo.
quæro,quid de tutore dato in testamento.Instit. de actio.
Alex.consil.229.incip.ponderatis verbis,&c.volum.1.&
Andr.Siculus consi.47.volumin.2.vbi voluerunt doctor.
præallegati,quod cum tex.in dicto §. omnẽ requirat spe-
cialem expressionem, quòd tutor & curator promittant
sine vlla dilatione pro pupillis et adultis subire omnem de-
fensionem,ꝙ si ipsi iurauerint vtilia facere & inutilia pre-
termittere, non per hoc videntur satisfecisse dispositioni
illius textus. Nec iuramẽtum illo casu operatur specialem
renũtiationẽ,postquã tex.ille requirit ea specialiter exprimi

Sic dicamus in proposito.cum tex.in d.authent. sed cũ
testator requirat expressim Falcidiã prohiberi:non erit sa
tisfactum per illa verba generalia consensus iuramento fir
mati.Sic etiam probatur per text.quem not.Bald.Salycet.
& omnes in d.§.& generaliter.Bald.Alberic.de Rosate et
Angel.in l.de his.ff.de transactio.Alexand.consi.8.volum.
3.Barb.consi.52. ad fin.vol.2.vbi decidunt,ꝙ non sufficit
ad excludendum filium à supplemento legitimæ, quòd
ipse vocaret se tacitum & contentum de his,quæ sibi reli-
cta fuerant in testamento,quia tex.in dicto §.& generali-
ter.specialem exigit renuntiationem.& bene facit gloss.in
cap.inquisitores.in versi.expressè.de hæret.lib.6.& in cle-
ment.2.in versic.specialis.de officio ordina. per quæ iura,
aliaque multa,quæ possent accumulari colligitur doctrina
quòd vbi tex.requirit aliquid specialiter fieri vel expressè
non satisfit legi,si per verba generalia fiat, vt tradidit Fran
ci.de Curte,qui ad hoc multa adducit consi.49. incip.me-
moriæ recolendæ,col.1.versi.sic etiam.& consi.47.ver.
20 ad primũ.†Ad quod facit vulgata illa regula,quod solẽni-
tas requisita in actu conficiẽdo,requiritur etiam in destru
ctione illius:vt est tex.in auth.contra filijsfam.C.de repud.
& in authen.de desensu.ciuita.de quo per Card. in c.rela-
tum.extrà de testa.& Ange.consi.20.incip.ars.And.Sicu.
consi.47.num. 11.vol.2. & dominus meus Franciscinus
de Curte in suo trac. feu.par.2.q.5. versi. sexta opinio. &
dixi supra consi.1.in additio.illius.versi.39. Sed prohibi-
tionẽ Træbellianicę monstrauimus suprà debere expressè
fieri ergo et ne inducatur debet esse renuntiatio specialis.
21 †Aliunde cũ illa côfirmatio fuerit generalis,& de sui natu
ra,côfirmatio licet robur addat rei quę côfirmatur:nõ ta-
men rem illam extendit ad id quod in canon continteba-
tur.arg.l.Aurelius.§.legato.ff.de liberis legatis & ita forma
liter dicit Bald.in l.3.C.si aduersus rem iudica.& idem est
etiam in iuramẽto,quoniam licet addat robur actui super
quo interponitur,quemadmodum approbatio & confir-
matio,vt suprà dicebatur:attamẽ non ampliat ipsum sicut
nec confirmatio.ita declarat Bal.in l.si procurator.col. pe.
de condi.indeb.Ideo secundũ eundem in præalle.§. quæ-
situm.nihil operatur iuramentum in his,quę debent speci
ficari.& per consequens infertur,ꝙ approbatio etiam iu-
rata dn.Gueraldi,non pręiudicat sibi in Trebel.sed solum
in eo in quo consensit expressè. & ita resoluit in fortiori-
bus terminis do.meus Philippus Decius præallega.consi.
257.vbi testator prohibuerat venientibus ab intestato Tre
bellianicam detrahi:concludit, quòd illa prohibitio non
officiebat venientibus ex testamento,qui testamẽtum pre
22 dictum approbauerunt etiam cum iuramento† Omitto,
quòd

q Ang.in l.Senium.C.qui testa.facere pos. voluit illud dictum, quòd iuramentum habeat vim consensus expressi, debere intelligi, vbi tam testator, quam filij iurassent:& sic in casu nostro non faceret ad contrarium.

Possumus etiam ad iuramentū prædictum respondere q illud recipit tacitas conditiones actus illius super quo interponitur.c.peruenit.&c.quemadmodum.extrà de iureiuran.vnde, qui iurat aliquem actum, seu cōtractum obseruare, non incurrit periurium, si ex iusta causa, quæ veniebat ex natura cōtractus non obseruauit illud.l.si.ff. qui satisdar.cogan.& l.fi.C.de non numer.pecun. Ideo donās causa mortis, non incurrit periurium reuocando donationem iuratam ex pœnitentia, quæ ex natura contractus inerat.Sic ergo erit in casu nostro.

Ex quibus in vnam massam digestis, concludendū est, dictum magnificum do.Petrum accipere non posse bonorum contentiosorum possessionem:sed illam recipere debere de manu præfati d.Gueraldi hæredis scripti.qui etiā hæres deducere pōt de illa hæreditate legitimā, & postea Trebellianicam,non obstante, q testamentum paternū cum iuramento approbauerit.ita dicebam & concludebā saluo, &c. Barchunonæ 1523.ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ succedunt in bonis allodialibus, etiam in iurisdictione & in dubio bona præsumuntur allodialia.*

2 *Fœmina non succedat in feudo regulariter.*

3 *In fideicommissis attēditur voluntas testatoris:& generaliter hoc intelligitur.*

4 *Casus omissus, vel contingens præter ordinationem testatoris, quando includitur sub dispositione.*

5 *Filij positi simpliciter in conditione, non sunt in dispositione secundum magis communem opinionem.*

6 *Substitutus sub pluribus conditionibus, vtrum admittatur nisi purificatis omnibus conditionibus prædictis. & num.8.& 9.*

7 *Substitutio directa per quæ verba fiat.*

8 *Clausula illa, tali casu & euentu, & alia huiusmodi in fideicommissaria substitutione apposita, restringit eam ad casum vel casus expressos duntaxat:*

6 *Substitutionis gradus intermedius si defecerit, vel enauerit, vtrum admittantur qui ex gradibus sequentibus vocati sunt.*

10 *Neptis an veniat filiarum appellatione, & quid si natæ vel conceptæ non fuissent tempore testamenti.ibid. num.10.*

CONSILIVM XXV.

CONSVLTVS à multum magnifico d.Gueraldo de Queralto do.Baroniæ de Queralto, &c. vtrū attentis verbis testamenti quondam do.Gueraldi eius aui, quæ ponūtur infrà ver. 3.& 5.& 9. possit ipse dominus Gueraldus nepos disponere de dicta Baronia, & alijs castris & locis, quæ habet, in filias eius, vel descendentes ex eis, si masculos non habeat, cum ex testamento dicti aui videantur esse

1 exclusæ.†Primò, cum mihi dicatur, q ista bona sunt allodialia, fundata erit intentio dictarū filiarū in bonis earū patris, tā ab intestato si fuerunt institutæ & si nō probarētur esse allodialia cū præsumātur in dubio esse allodialia, & nō feudalia, prout no.Io.And.in c.nimis.extrà de iureiurand.& probatur in c.1.in gl.1.de contro. inuestit.inter masculos.& fœmin.cū similibus, quæ Allegat Alex.con.129. incip.ponderatis bis.in princip.vol.1.& cōs.53.incip.visis narratis,&c.vol.5.& omnino Frāc.de Curte cōs.75.incip. dñs ludouicus.ad principium, vbi remissiones allegat ad satietatē.& diximus suprà consi.10.versi.4. feudū etenim (vt dicunt)est seruitus quædā, quæ non præsumitur, licet iurisdictio censeatur et apud principē. ita tenuit Oldra.in summa de feu.ut.quib. incūbit probatio.Pau.de Ca.consi. 151.incip.super primo quæsito. Alex.in præalleg..consil. 129.& in huiusmodi bonis allodialib. fœminæ succedere possunt etiam in iurisdictione, & illam exercere, vt not. in cap.dilecti.extrà de arbit.& c.significauit.vbi Panorm. latè extrà de rescript.& in c.dilecta. de maior. & obediēt. & not.Ang.in l.fœminæ.ff.de regu.iur.Alex.consil.1.col. 9.& consi.54.incip.ponderatis hic, &c.colu.5. volum.5. & clarius Abb.consil.3.nitar.in præsenti.col.4. versiculo ex his infertur, volum. 5.vbi ad hoc inducit multa iura.& Anchar.consil.339.aliàs est 341. incip.ad maiorem intelligentiam.column.9.versicu.3.quòd proles fœminea.vbi concludit in regna, quòd etiam sit transmissibile sd fœminam, in quo fœminæ agnatos remotiores excludunt.& de hoc abundè dixi suprà consilio.10. præalleg.versicul. 2.& 3.& in consilio meo qnod pro illustribus fratribus de Cardona, contrà illustrem ducem Cardonæ fratrem eo

2 rum feci in primo dub. versicu. 54. † Non immoror infundando vlterius successionē fœmininam:cum illa bona mihi præsupponantur esse allodialia, in quibus latis superque suprà.versic.præcedenti fœminam succedere nō prohiberi docuimus. Imo etiam si feudalia essent de iure patriæ Cataloniæ vt in vasatico, de baiulis.q.7. versicul.14. scripsit Iacob. Marquilles practicus illius patriæ, fœmina succedit indistinctè.allegat Petrum Albe.in cap. secundo. si defuncto.& c.26.incip.nullus potest in suis commemo

3 rationibus. † Sed obstare videtur testamentaria dispositio prænominati quōdam domini Gueraldi aui paterni dicti domini Gueraldi, in qua, vt prędixi, videtur expresse filias repellere, in perextantibus masculis, super quo testamēto cum lex peodeat & prophetæ, & totum cōsultationis huius pondus, omissa impugnatione, vel ad vtranque partem argumentis, cum petatur à me consilium decisiuum in cu iusmodi consilijs Specul.voluit esse respondendum absq; iurium & rationum allegationibus.in tit.de disputa. & al lega.§.porro.versi.in summa.& in tit.de senten.§. qualiter.versi.verum, Dico non obstare testamentariā dispositionem prædictam, quo minus dictus magnificus Gueraldus de bonis, quæ vigore dicti testamenti fuit assecutus disponere possit, prout & de alijs eius bonis allodialib. quæ nulli subiacent fideicōmisso. li.n. rectè & subtiliter dicti testamenti verba cōsideremus,(Imperatoris exemplo in auth.de resti.fideicōmissi.§.nos igitur.ibi, subtilius testamentū cōsiderātes inuenimus, & c.colla.9.quē ad hoc pro positū allegat Bal.in c.1.de feudo Guardiæ. in vsib. feud.) inueniemus in primo capite substitutionē, sæpe dictū do. Gueraldū, in casu quo dominus Dalmacius eius patruus sine filijs masculis decederet, vel ipsi sine filijs masculis, vocauisse d\~n\~m Petrum eius filiū secundū patremq; dicti domini Gueraldis iunioris, si tūc viueret, & eius filios masculini sexus,&c. Quam quidem substitutionem filiorū do.Petri:& ordinē, quē inter eos seruari voluit ipse testator expressit:dicens, videlicet primogenitū. ex quo non possunt alij filij dicti do. Petri ius aliquod prætendere in vim dictę substitutionis, ipso dom.Gueraldo viuēte, quia moriente dicto domino Dalmacio primogenito dicti testatoris, absq; filijs masculis cū prænominatus dictus do. Petrus esset præmortuus, succelsit dominus Gueraldus filius eius primogenitus virtute dictorū verborū primo natū,&c.quamuis.n.per illa verba in dicto capite substitutionis per quæ vocabat Petrū de Queralto, & filiū, vel filios masculini sexus, potuissent fratres dicti d.Gueraldi consulentis prætendere se vocatos esse:testator attamē in dicto substitutionis casu scrupulū(qui etiā aliàs de iure satis dissolui poterat in fauorem dicti domin.Gueraldi primogeniti)voluit auferre dum dixit primo natum. Linea enim descendentium solet de cōsuetudine, quæ communiter vi get inter magnates, in plures lineas, diuidi:in lineam.s. primogenitorū, & secundò genitorum, & aliorum: quā con suetudinem deducit Guillermus de monte Serrato, & eam comprobat tanquam consonā iuri diuino, canonico, & ciuili, in suo tracta.success.Regum Franciæ, par.3.col.3. versic.

versi.nunc intro finalem partem huius dubij, &c. de quo dixi infra consi.49.versi.17.& consi.93.versi.6.

Si ergo discutiamus primũ caput illud substitutionis antedictæ, inueniemus ꝙ præfatus do.Gueraldus testatoris nepos, vocatus fuit à domino Gueraldo eius auo, decedēte dicto domino Dalmaiio sine filijs masculis: cum, vt prædixi, dom.Petrus dicti domini Gueraldi pater, cum dictus Dalmacius (vt est dictum) sine liberis masculis decederet, iam erat defunctus, & sic in vim dictorum verborum, & sui filij, declaratorũ (vt diximus) de primogenito. & cum dictus domin.Petrus præmortuus fuisset Dalmacio, vt sępe diximus, cessauit illa difficultas, quam abundè & subtiliter examinat dominus meus Philip.Decius cōsi. 205.per totũ, vol.2. quo scilicet ordine vocabatur Petrus & filij: an simultaneo, vel successiuo ordine.

Similiter alij filij dicti domini Petri, fratresq; do.Gueraldi.ex capite substitutionis præd.vocati non fuerũt: nisi vbi dicti Petrus pater, & Gueraldus primo natus eius tēpore purificatæ cōditionis, de qua in dicto capite substitutionis, præmortui fuissent: vel vbi ipse dominus Gueraldus primo natus ad ætatem perfectam moriens non deuenisset: vel vbi sanæ mentis non fuisset, illis etenim (fateor) casibus superuiuētes alij filij dicti quondã do. Petri, ex dicto primo substitutionis capite vocabãtur. Cũ aũt purificata cōditione substitutionis prædictę per obitũ quōdã do.Dalmacij sine masculis defuncti do.Gueraldus superstes esset, trãsegeritq; pubertatis annos, & sit qualificatus qualitate, quã requirit testator. Quinimo & locum habuit in eius personã dispositio testatoris in illo capite substitutionis, non possunt ex eo.capite (vt sæpe dixi) alij do. Gueraldi fratres admitti. Licet.n.testatoris attendatur voluntas pręsertim in fideicommissis.l.fideicommiss.§.itē si quis.ff.de leg.3.& l.in conditionibus primũ locũ. in prin. ff.de cond.& demon.Illud verũ est, quando de voluntate testatoris prædicti dispositiuè cōstat: quoniam nō est satis ita voluisse testatorē, nisi ita disponat.tex.est not.in l.quidã cũ filiũ.vbi Bal.& Ioan.de Imol. ita no.per illum text. ff.de hæred.instit.& in l.1.§.sin aũt ad deficientis.C.de cadu.toll.per quē tex.dicit ibi Bald.ꝙ id quòd non loquitur testator, nō pręsumitur velle.Et huiusmodi voluntas cōcipi debet ex verbis ipsius testatoris.l. Gallus. §.quidã rectè.ibi, vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit.ff.de lib.& posth.quē & tex.ad hoc ponderauit Bal.in c.2.requiris.apostillando tex.ibi, in versi.intentioni.extra de appel. allegatur bonus tex.in l.si alij.ibi, interdum plus valet scriptura, quã ꝙ gestũ sit.ff.de vsufr.lega. Hinc dicebat idem Bal.in c.mandatũ.extrà de rescript.ꝙ voluntas tacita testatoris in mente retēta, vel in corde, nō attenditur: sed illa, quæ cohęret expresse, habetur pro expressa. Cum ergo dictus dominus Gueraldus ex illo primo capite substitutionis grauatus non fuerit, nisi in casu quo ipse moreretur ante fratres suos in ætate nondum perfecta, vel vbi sanæ mentis non esset, etiam si nunc decederet absque filijs masculis, aut fratribus, non admitterentur ex illo capite fratres dicti domini Gueraldi, cum ibi non fuerint eidem substituti, si dictus dominus Gueraldus moreretur sine filijs, vel filiabus, & sic substitutio fuit extincta.l.cum vxori.C.quãdo dies lega.cedat.Hinc enim censetur conditio deficere eo ipso, quod certum est ea euenire nō posse.l.in illa stipulatione.& l.hoc iure.ff.de verb.oblig.& l.fi. de condi.inst.
4 & l.fi.ff.quando dies leg.cedat.†Facit, quia conditio illa apposita in casu quo vocabantur fratres dicti domini Gueraldi, voluntaria fuit.ideo locum habet solum in terminis in quibus loquitur, vt not.Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff. de lib. & posthu. & quia casus contingens præter ordinationem testatoris. non includitur sub dispositione facta a testatore, etiam si maior esset ratio disponendi, vt not.Cyn.in l.quod fauore.C. de legib. quem refert & sequitur Anch.consi.357.incip.ex serie testamenti.colum.
5 3.& his accedãt quæ mox subdemus.† Et licet ex secũdo capite substitutionis: ibi, veruntamen si dictus Petrus de Quæralto filius noster decesserit, quãdocunque sine filio, vel filijs.& sequitur, decesserintque, quandocunque sine filijs masculis & legitimis, de legitimo matrimonio natis & procreatis, ad ætatem perfectam non venientibus, &c. videãtur dicti fratres dicti domini Gueraldi filij pręd.quōdam domini Petri ex fideicommisso vocari, secundũ doctrinam Ioan.de Imo.in l.Lucius.2.ff.de hæred.insti.quæ fuit originalis opinio Oldr. quam refert & sequitur Saly. in l.1. C. de condi.insertis. vbi dicunt, ꝙ testator quando instituit filios, & eis dat substitutum sub conditione, si decesserint sine filijs, sint in dispositione.argu.l.cũ auus.ff. de condi.& demon.l.cum acutissimi.C.de fideicommis.licet Bal.in l.vnica.§.pro secũdo. C.de cadu. tol.non fuerit ausus se firmare: quia q̃stio pēdebat de facto. idē tñ Saly. in l. 1. præallega. subijcit hanc opin.veriorem esse, quam sequuntur plurimi Doct.quos enumerat Franc.de Cur.9. & 45.incip.sæpe reuoluta, &c.col.1.& 2.

Attamē ex hoc capite dico dictos fratres domini Gueraldi, aut eorum filios, vocatos nō esse, quamuis dictus dominus Gueraldus absq; liberis decederet possetq; dici, ꝙ nec ipse dominus Gueraldus nec ipse etiam pater eius domi.Petrus si fuerint à testatore hæredes instituti: In quo casu loquitur dictũ contrariũ: & si essemus in puris terminis dicti contrarij, ꝙ non, vt subsequentia docebunt. & ex suprà dictis apparet, ꝙ opinio & sententia cōtraria simpliciter nō est vera, prout ostēdit pręalleg.Franc.de Curte consi.suo 42.incipiente testator, Augustinus.col.6. ver.sed præmissis.& consi.63.incipiente antiquissima, &c.& illã opinionem tanquam communem tenuit collegium Papiense inter consilia dicti Franisc.de curte.consi.præalleg. 45.col.6.versic.sed transitum faciamus.&c. ibi, corroborando hanc opin.nostram, &c. vbi docent eã confirmari à gloss.& docto.infinitis: à qua (subdunt) tanquam à communi opinione recedendum non esse, tam in consulēdo, quam in iudicando, propter singularem doctoris alicuius opinionem quãdoquidē præsumitur in dubio communis opinio vera, dummodo defendi possit: vt voluit gl. in capitulo fin.de pœni.distinc.1.Ideo nimium est ignorans iudex, qui contra communem opinionem iudicat: vt dicit Angel.in l.si filius.ff.de iudic.& Bart.in disputatione, quæ incip.Iudex, qui per imperitiam, &c.

Hanc opinionem roborare superfluũ esse iudicaui: tũ ꝙ in dubium est in illis terminis hãc esse communē opinionem, cum etiam, quia in præallegatis consilijs Francis. de Curte, quæ passim habentur, citantur Doct.innumeri. qui hanc sententiam tanquam communē amplectuntur, reprobata alia cōtraria opinione. Et maximè ꝙ huius Regiæ audientiæ Cataloniæ stilus illam opinionē approbauit, declarando per sentētias plures, ꝙ filij simpliciter positi in cōditione, nō sint in dispositione. Qui stilus ēt si ista nō esset opinio communis, (vt prędixi) faceret ius: etiã si sua commune esset in contrarium. vt per Felinũ omnino in capitulo ꝙ super his.extrà de fideiiostrum. idem & plenius c.3.versi.stilus curiæ.extrà de rescript.ad ꝙ est tex.in capitulo ex literis.extrà de constitut.& in capit.venerabilis, extrà de cōfirmatione vtili, vel inutili.& tex. est ad hoc melior, quem legistæ ad hoc allegant pro singulari in l.fin. vbi And.de Barulo, & Bar.C.de cano.largi. eodem tit. li. 12.& dixi suprà consi.20.versi.30.

Et non solum filij simpliciter positi in conditione, nō sunt in dispositione, vt suprà dicebamus. Quinimo ēt vbi testator digrederetur ad vlteriores gradus substitutionis, voluerunt aliqui, quos Francisc.de Curte & collegium Papiense in præallegato consilio comprobant, cōtra Bar.qui aliter voluit in l.Centurio.in tertia quæstio.substitutionis compendiosæ.ff.de vulgar.& pupil. Cuius quidē Bar.opinionē.quamuis fuerim sequutus his diebus in arduo facto contra illustrē Admiraldũ Castellæ, & illustrē eius, vxorē dominam Annã de Capraria, vt patet consilio meo vigesimo, versiculo.21.& sequenti. Illam tamen Barto. sententiam coadiuuabant. nempe quòd huiusmodi filij erant grauati:

granati:& erant honorati expressè, & alienatio in eorum
fauorem prohibita fuerat,cum clausula irritante,& quod
inductum erat tacitum reciprocum fideicommissum ĕt
in tota hæreditate:& grauamen erat appositum ĕt in tota
hæreditate.& alia multa concurrebant ibi:vltra Bart.quæ
cessabant in casibus in quibus cõsuluerunt Franciscinus
de Curte,& collegium Papiense præallegatum.& quæ ĕt
non allegantur in his terminis procedere, quæ designaui
in dicto consilio vigesimo. versiculo quadragesimosep-
ptimo. Quinimo in his terminis etiam non habet locum
doctrina Bart.nuda & simplex. quoniã dicti filij non sunt
positi in conditione, cum restrictionem aliorum graduũ
substitutionis, & grauaminis appositione, in quo casu Bar
tol. si bene inspiciatur loquitur. Eo enim solo,quòd filij
positi in condicione,quamuis nõ cẽseantur tacitè inuitati
secundum communem Doct.post gl.in d.l.Lucius.2.ff.
de hæred.institu.& in l.filiusfami.§.cum quis.ff.de legat.
primo.& in l.prima.C.de conditio.inser.sic etiam nec eo
solo,quod sunt grauati censentur honorati.lab eo.C.de
fideicommiss. Illis tamen duobus simul concurrentibus,
procedit opio.Bartol. prædicta. & ita semper sum illum
sequutus,quoniam illis concurrentibus tacitè censentur
honorati. vt per Philippum Corn.consil.119.incipiente
circa primũ.in litera c,secunda.volumine secundo.& hęc
opinio Bartol.nõ procedit in casu nostro,quoniã in dicto
secundo gradu substitutionis filij dicti quondam domini
Petri fuerunt simpliciter positi in conditione, & testator
non processit ad vlteriores gradus substitutionis.Nec etiã
grauauit eosdẽ,quo casu Barto.in d.l.centurio.in pręalleg.
quæstio.tertia.nõ dubitauit:sed tenuit cũ opinio. commu
ni quòd non sint in dispositione positi.

Aliunde ex dicto secũdo gradu substitutionis nõ fuisse
vocatos constat expressè, quoniam in eodem prouisum
est de substituto expressè:quoniam illo casu filiæ præfati
domini Dalmacij.quæ cum non extent,vocantur per tер
tium gradum substitutionis,filię filiorum dicti quondam
6 domini Petri,vt infrà suo loco dicemus.† Sed fingamus
extare filias dicti quondam domini Dalmacij, vel ipsorũ
fratrum filios esse vocatos per hæc verba, & decesserint
quandocunque sine filijs masculis, &c. vt sic dicamus
condicionaliter comprehensos,per modum dispositionis,
expressos esse, velut est in statutis, secundum Romanum
consi.32.per l.fideicommissa.§. cum esset.ff. de legatis 2.
illa nihilominus sępe d.domino Gueraldo nõ officerent.
Primo. ꝙ tñ ipsi filij domini Petri cũ ipse etiam filiæ Dal
macij, fuerunt substitutę sub pluribus conditionibus.l.si
quõdam do.Petrus mortuus esset sine filijs masculis, &c.
non venientibus ad perfectam & legitimam ętatem. Se-
cundo vbi dicti filij ad legitimam ætatem peruenissent,
cum ceteris qualitatibus ibi designatis,& vltimo loco si
qualitates(de quibus ibi)habentes decesserint quandocũ-
que sine filiis masculis naturalib. & legitimis,de legitimo
matrimonio natis & procreatis,ad perfectam ętatem non
veniẽtibus, quo casu & euẽtu substituit filiam,vel filias,si
quæ fuissent prædicti quondam Dalmacij. Vnde dico,ꝙ
dictæ filiæ Dalmacij.(si quæ fuissent) nõ admitterentur,
nisi purificata conditione in persona omniũm filiorum
dicti quondã domini Petri. & sic, nisi tum ipse dominus
consulens,cum dicti domini fratres illius sine filijs mascu
lis huiusmodi decederẽt,ita in terminis nostris cõsulendo
resoluit Andræas Siculus consilium 55. columna decima
versi.præterea faciat ad prædicta. volum.secundo. allegat
Roma. consil. 129. secundum meum numerum est.131.
incip.prima dubitatio resolutionis,&c.per tex.in l.si hæ-
redi plures.ff.de condi.institu.& ꝙ habetur in l. pater filiũ.
§.fi.ff.ad legẽ Falcid.& ꝙ voluit Bart.in l.hæredes mei.§.
cũ ita.ff.ad Trebel.& respondet ad illũ tex.ex not. ibi per
glo.in vltima solutione quã Bar. & omnes ibi approbant.
& ita tenet dominus meus Phil.Decius consi.269.incip.
consultus, &c.col.fi.versi.in alio testamento.vol.2.vbi in
terminis nostris consuluit & resoluit,ꝙ vno decedẽte cũ
filijs euanescit substitutio.& illam tenet consi.187.incip
in ciuitate Placentiæ.col.7.versi.& ideo,&c.eodem volu.
Nec dicat aliquis me aliter tenuisse suprà in d.consilio.20.
quoniam si attendantur,quę deduco versic.52.& seq.ap-
parebit nos hic esse in casu longè ab illo diuerso: & ma-
ximè,quia licet plures essent factæ substitutiones erat vo
catus sub qualibet illarũ:vt ibi vers.55.doceo ponderãdo
7 verba illa,his casibus,& quolibet eorum,&c. † Et in casu
nostro videtur esse magis expeditum,ex quo videtur ista
substitutio esse directa,ponderando illa verba, nobis hæ-
redem vniuersalem instituto.vt probatur in l.1.ff.de hæ-
red.inst.& ponit Bar.in l.Centurio.sepealleg.& doct.in d.
l.precibus.C.de impub.& alijs subst.vbi cõcludunt in for
tiorib' terminis,ꝙ illa verba,sit hęres,sint verba directa.
ꝙ & voluit Gemi.in c.si pater.de testa.li.6. Vnde ex quo
substitutio ista est directa.locum non habet, nisi in perso
nam omnium conditio extiterit.vt in l.quamuis.C.de im
pub.& alijs subst.cum similibus,& per consequẽs si vnus
filiorum,quondam domini filios masculos prædictos re-
linquat,euanescit prædicta substitutio.

Et si vellemus fideicommissariam dicere,cuius contra
riũ ostendunt illa verba,& nobis hæredẽ vniuersalẽ insti-
tuimus, &c.nihilominus habet locũ decisio prædicta.ad
ꝙ põdero verba illa substitutionis, tali casu & euẽtu,&c.
Si.n.dicere volumus post Roma.in d.consil.135.incip.ex
serie testamẽti,&c.vbi voluit,ꝙ ĕt in substitutione fideicõ
missaria,si apponantur illa verba, restringunt substitutio-
nẽ ad casum duntaxat expressum:& ita respondet ad hoc
contrariũ dominus meus Philipp.Decius cõs.227.incip.
in casu ad me transmisso de Italia.col.3.versic.& hæc ser-
uiunt,&c.Vnde licet velimus digredi ad omnes conditio
nes in dicto secundo substitutionis gradu appositas, inue
niemus hactenus nullã ex eis extitisse de illis ad quas se re
sulit testator per illa verba,hoc casu & euentu.Sed nec illa
uerba locũ habere, ĕt si dominus Gueraldus sine filijs ma
sculis decederet;dum tñ aliquis fratrũ suorũ huiusmodi fi
lios moriẽs reliquisset, & nõ deberet expectari mors alio
rũ fratrũ, ad sciendũ si illi tpe mortis eorũ filios relinque-
rent.quia satis est,ꝙ tpe mortis vnius eorũ sint aliqui filij
masculi ex illo decedente,vel alijs eius fratribus. Ita con-
cludit Alex.cõsi.26.incip.videretur fortasse,&c.ad fi.vol.
3.vbi ad hoc citat Io.And.in addi.ad Spe.in rubr.de testa.
col.3.versi.Item Lambertinus,&c.allegat ĕt tex.in l.cum
pater.§.hæreditatẽ.1.in fi.de leg.2. & ibi respondet ad ea,
quæ possunt in contrariũ adduci,quæ breuitatis causa nõ
refero.& facit ad hoc ꝙ notat Bal.cõsi.470.incip. statuto
cauetur.volu.2.& vt clarius appareat ꝙ illa conditio non
verificatur,nisi concurrente morte omnium filiorũ dicti
quondam domini Petri, qualiscunque sit illa substitutio,
quis dicat filias præfati quondã domini Dalmacij vocari:
quãdiu superest masculus ex masculis dicti domini Petri,
quos testator prædilexit, cum illos vocauerit ante dictas
filias?Certè nullus dixerit.

Quare dicendo & enumerando casus, qui possunt eue
nire,dico ꝙ licet dominus cõsulens tpe suæ mortis filios
masculos non relinquat, si alij fratres eius, aut vnus eorũ
tũc filios masculos habuerit, tunc euanuit(vt prædixi)cõ
ditio in dicto secũdo capite,vel gradu substitutionis appo
sita.& hoc casu filiæ Dalmacij,quę in dicto secũdo gradu
vocantur,ĕt si viuerent non admitterentur: si verò dece-
dẽte dicto domino Gueraldo, tũc nec ipse,nec aliquis fra
trũ suorũ liberos haberet,ĕt nõ admittuntur si superuiuat
aliquis fratrũ:quia quãdiu superest,purificari põt illa con-
ditio,cũ posset liberos habere. quoniã vsq; ad omniũ fra-
trũ obitũ dicitur illa cõditio esse in pendẽti.vt per Roma
cõsil.452.si aũt nullus dictorũ fratrũ,nec ipse ĕt dominus
cõsulẽs filios masculos reliquisset, qui superstites fuissent
tpe mortis alicuius fratrũ, hoc casu locũ haberet huius-
modi fideicõmissum in persona filiarũ Dalmacij,si aliquę
extarẽt:quoniã aliæ personę,pter eas in secũdo gradu pręe
dicto vocãtur vt suprà dictũ est: & addãtur,q̃ seq.versi.di

9 cemus†Cũ aũt nullas reliquisse filias pręsupponatur dictus dominus Dalmacius, deueniendo ad tertium substitutionis gradum discutiendum est, qui vocentur ex dicto tertio gradu substitutionis, & quo casu. Et breuiter ex illius tenore cognoscitur, quòd facta est vbi omnes filij dicti quōdā domini Dalmacij sine filiis decessissent, & præsupposita conclusione suprà facta, scilicet si alicuius dictorũ fratrũ masculi superessent tempore quo aliquis filiorũ dicti quōdam Petri decessisset, quòd illo casu non admittantur filię dicti quondam Dalmacij, quicquid postea de ipsis filijs accidisset. vt versic. præcedenti dicebamus. & decidit in terminis Oldra. consilio. 21. incip. thema tale est, testator, & c. Ioan. Andr. in additione ad Spec. titu. de testa. §. in primis in addi. quę. incip. quęstio talis est. & sequitur Pau. de Cas. in. l. ex facto. § pe. ff. ad Trebel. vbi concludunt quòd substitutio alicui facta si sine liberis decesserit. expirat ipso cum filijs moriente, quicquid postea de ipsis filijs contingat. quia qualitas adiuncta verbo secundũ tempus verbi est intelligenda. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & l. Titius. ff. de testamento milita. & ita etiam consulendo tenuit Ioannes de Ana. cons. 66. & cōs. 68. & do. meus Philippus Decius consil. 118. incip. in casu ad me transmisso de Italia. volum. secundo. Idem consil. 290. nume. 8. eodē volum. secundo, vbi dicit quòd quando fideicommissum collatum est in tempus futurum, satis est quòd filij superfuerint tēpore purificatæ conditionis, quamuis postea moriantur. in casu autē nostro, cum dico satis esse quòd extent aliqui ex filiis dictorum filiorum quondā Petri, quādo vnus dictorum fratrum decederet, intelligo si illi filij sint ætatis perfectæ: quoniā huiusmodi qualitatē requirit testator vt supradixim᷒. Et vbi omnes filij Petri sine filijs masculis decederent, vocantur, ex secundo gradu substitutionis filiæ Dalmacij, si extitissent. Sed cum illæ nō superfint, imò etiam natæ non fuerint, vtroque dictorum casuũ vocantur filiæ dicti petri, quæ à dicta successione repelluntur, illis rationibus quibus suprà cōcludebamus filias quōdam Dalmacij non admitti.

Si verò non extent filiæ dicti quondam domini Petri, & ex eis extarent masculi, aut fœminæ, nō possunt venire masculi. quia illi non veniunt appellatione filiarũ, cum sit in dubium fœmininũ nō cōcipere masculinũ (licet è cōtra plerunq;) & quis licet in dispositione fauorabili, quamuis non admittatur passim, ꝙ appellatione filiorũ veniat nepos, de quo suprà consi. 21. versi. 3. & 4. attamē nō veniet neptis per rationem supradictam. & maximè, quia nō possunt repręsentare fœminæ personam paternā, vel ex eius persona succedere. argum. l. fi. C. de naturalibus lib. & hoc genere argum. vtitur Bar. in hac materia, in l. liberorũ. ver.
10 pone quæro. & seq. ff. de verb. signi. †Sed an veniāt neptes dicti quondā domini Petri filiæ filiorum eius ex dicto capite? & quo ordine? & credo indubiè quòd si actualiter nō extent filiæ dicti quondā domini Petri tempore quo purificabitur conditio in forma designata, ꝙ filię dictorũ fratrum, & multo minus dictarum filiarũ non vocabunť ex dicto substitutionis capite, prout apertissimis rationibus demonstrat do. Ottolapp. inter cōsi. Soc. cōs. 155. incip. casus iste non est nouus, per totum. cui consi. se subscripserunt Soci. & alij plures insignes Docto. Italiæ plus, quàm 15. Præsupposito etenim ꝙ neptes prædictę siue ex dictis filijs, siue ex filiabus dicti quōdā do. Petri, nō insillo, quoniā si repellimus neptes ex masculis, multo magis repellunť ex filiabus illius descendentes, quæ tpe testamēti prædicti non essent natæ: sed tantummodo filij & filiæ dicti quondā domini Petri. Et tunc aut dicimus ꝙ illæ neptes veniunt ad huiusmodi substitutionē ex propria significatione dicti verbi filiarũ: aut ex mēte testatoris. Primũ est falsum, vt cōmunis est omniũ sententia, post Bar. in l. liberorũ. ff. de verb. signif. vbi ēt Alex. post And. de Pisis, & Ray. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & post. quos ibi sequũtur Bal. Io. de Imo. & plerıq;. & Bal. in l. 1. C. de succes. edicto. Aut volumus nos fundare in secũdo, scilicet ꝙ dictæ neptes veniāt ex mente præsumpta testatoris, & tūc ex quo natæ, vel conceptæ nō erant tempore mortis ipsius testatoris; dicere non possumus ꝙ admittantur ex eius mente ad fideicommissum: & de hoc est text. in l. si quis ita. §. si quis eum. ff. de testa. tute. vbi tex. dicit, ꝙ appellatione filiorũ nō veniat nepos, quē testator ignorabat se habere. Quā opinionē tũ ipse Soci. cum alij subscribentes dicto cons. 152. pluribus fundamentis corroborant, quā ēt tenet idem Soci. in fortioribus terminis consi. 62. incip. viso capitulo substitutionis. col. 3. versi. nec obstat ꝙ tertio loco, &c. vol. 3. & sic dicendum erit hoc casu dictas omnes substitutiones euanuisse. & per consequens illa bona esse in casu liberæ dispositionis.

Si autem tempore dicti testamenti ex dictis filijs, vel filiabus de quibus esset præsumēdum testatorem cogitare potuisse, vel etiā dicere vellemus contrariā sententiā, scilicet ꝙ appellatione filiorum veniant neptes. maximè in dispositione facta per ascendētem in linea recta, quæ fuit opinio Iacob. de Romanis, vt per Soci. in dicto cōsi. 152. col. 2. vol. 2. & diximus suprà in consi 21. versi. 3. quo etiā casu non loquuntur doct. in dicto consi. 152. licet idē Socin. in illo casu ibi loquatur in dicto consil. 62. & illo casu dico ante cæteras omnes neptes filias dicti domini Gueraldi admitti. Moueor, quia sicut in substitutione, quam fecit 101. capite substitutionis de dicto domino consulente, vt primo nato, sic etiam debent prius ipsius primò natæ filiæ ad bona prædicta admitti. clarum est. n. ꝙ vnum capitulum testamenti declarat aliud. l. qui filiabus. in princi. & l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. & ostendit dominus meus Philippus Decius cōs. 15. incip. & pro tenui facultate, &c. col. 3. versi. confirmātur, &c. vol. 1. & sic istæ filię domini consulentis, dato ꝙ vocarentur aliquæ fœminæ ex dicto testamento, tanquam personæ magis dilectę, excluderent alias neptes dicti quondam domini Petri. vt not. Anchar. consi. 357. incip. ex serie testamenti, &c.

Ad quod bene facit qđ notat Bartolus, & omnes post glossam in l. si mater. §. fin. ff. de vulg. & pupil. & l. cũ auus. de condit. & demonstrat. & l. cum acutissimi. C. de fideicommissis, vbi si testator prætulit filiam, vel neptem substituto: eadem ratione prętulisse videtur eorundem filios, aut filias. etiam si substituti essent alij descendentes testatoris. & probatur in l. generaliter. §. cum aũt vbi Salicet. post Albéricũ. C. de institutionibus & substitutionib᷒, &c. præsertim ex quo dictus testator tam in institutionibus, quā ēt in substitutionibus distinxit suorum descendentiũ lineam primogeniti: quē fecit hæredē suum vniuersalē. & similiter in substitutionibus in primo capitulo vbi moriēte domino Dalmacio hærede illius vniuersali, substituit filios dicti quondam domini Petri declarando ꝙ illa ex dictis filijs qui successurus erat in vna parte dictæ substitutionis esset præfati domini Petri primo natus: & sic debet indubiè attēdi consuetudo pręallegata distinguens lineas, & illas diuidens, vt suprà dicebamus: de quo diximus latè infrà consi. 82. versic. 6. prællег. & hoc maximè ex quo ius assistit. quoniam linea ad quam deuenit fideicommissum debet omnino purgari & euacuari priusquā possit ad aliam lineam deueniri, vt supra dicebamus consi. 5. vers. 9.

Possunt supradictis alia multa superaddi, & conclusiones præmissæ rationibus alijs & medijs roborari, si temporis ad consulendum dati pateretur angustia. Quinimo hęc raptim & persunctoriè, & sicut vulgo dici solet, prout in lineam veniunt descripsi.

Ex quib᷒ totius cōsilij summā in vnā massā redigēdo, dico ꝙ moriēte dicto dño consulēte cũ filijs sumus extra omnē aleā: si verò absq; filijs decedat, & vnus fratrũ dicti dñi cōsulentis masculos habeat ætatis legitimæ quando vel ipse dñs consulens vel aliquis ex dictis eius fratribus decesserit: veniunt filiæ dicti dñi consulentis ab intestato, vel ex testamento si vocentur à patre. & ita vt est præmissum & dictum resoluebam & concludebā saluo, &c. Barchionæ 1533. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Feudum si concedatur alicui pro eo & eius hæredibus, an per illa verba videatur hæreditarium, an verò ex pacto & prouidentia. & nu.56.

2 Hæredibus verbo, si addatur in inuestitura verbum successoribus, quid erit? & de quibus successoribus intelligitur. & num.58.

3 Feudum quòd non ex liberalitate, sed accepto pretio concessum est, vel propter seruitia, vel, ex causa onerosa, est magis irreuocabile: & transmissibile est ad fœminas; & potest alienari. & nu,56,& 67,

4 Præterquam, quid significet. Et quomodo differat à dictione Nisi. nu.68.

Feudum quod alienari potest, est impropriè feudum, vel feudum improprium. Et quod dicatur feudum improprium. num.33.

5 In Feudo improprio & cõditionato dictio hæredibus, & successoribus, verificatur etiam in femina. nu.69.

6 Vassallus de huiusmodi feudo in quo est alterata eius natura potest testari. & nu.70.

7 In perpetuum dict. & dict. quibus volueritis, addita in inuestitura post dictionem hæredibus, & successoribus, facit quod extranei & inhabiles admittantur, qui de natura feudi non possunt admitti. & quid si à lege vel statuto proferuntur illa verba, & nu.45.46,& 71,

8 Feudum an noua qualitate apposita fiat nouum, & desinat esse antiquum. & nu.9.24.72.& 88.

9 Feudum noua inuestitura desinit esse antiquum, vel paternum. & nu.81.

Feudum paternum dicitur inter eos, quorum principium connexum est in vno stipite: & qualiter cognoscatur: & qui succedunt. & nu.43.

10 Rex vel alius dominus feudi, tam in feudo nouo quam antiquo, potest alterare naturam feudi, in præiudicium filiorum, vel agnatorum vassalli: etiam si dictis filijs vel agnatis ius erat quæsitum in re, & non solum in spe. & nu.25. 28.30,& 82.

Imperator, aut princeps sicut põt habilitare vel legitimare spurios in præiudicium filiorum, vel agnatorum, sic etiam potest habilitare descendentes ex fœmina vt succedant in aliquo feudo, in præiudiciũ agnatorum: cum hoc sit multò minus & nu.28.50.82.

Rex vel princep. superiorem non recognoscens, potest omnia in suis regnis & dominijs, quæ potest Imperator in suo imperio. & nu.28,& 30,

11 Agnati de quorũ præiudicio agitur, citari non debent, quãdo ampliatur feudum vel alteratur, etiam si multum ex eo perdatur. & nu.83.

Citandus non est ille ad aliquem actum faciendum, quando potest ipso inuito fieri huiusmodi actus. & nu.83.

12 Derogatio generalis sufficit, quando princeps vel dominus feudi per aliquam ampliationem, vel alterationem præiudicat agnatis. & nu.64.73,& 79.

13 Pactum appositum in inuestitura, vel alio contractu, contra substantiam inuestituræ vel contractus huiusmodi, transformat ipsum in aliam naturam feudi, vel in aliam speciem contractus. & nu.33.34,& 85.

Inuestituræ tenor derogat cuicunque naturæ feudi, & ab huiusmodi tenore non est recedendum, quia vim legis habet, & debent illius verba seruari vt statutum ciuitatis, & nu.39,& 46.

14 Feudatarius vel emphyteuta potest in suo testamento vnũ ex filijs suis eligere, cui det feudum, vel emphyteusim, quam acquisiuit pro se & suis filijs & nu.86 Et quid si alij filij consentiant. nu.15.29.75,& 87,

16 Vasallo si in concessione feudi data sit facultas alienandi illud, potest per vltimam voluntatem instituere vel substituere in illo, etiam prohibitos & nu.88.

17 Alienari prohibita, si semel alienentur, perpetuo durant alienabilia. & nu.89.

1 Feudum venditum per vassallum, licet redimatur vel recuperetur, desinit esse paternum. & nu.68.72,& 81.

19 Feudum nouum agnatos non habet, & in illo non succedunt agnati.

20 Vasallus si contra personam domini de directo committat delictum, aperitur feudum domino. & 81,& 91

21 Feudum præsumitur nouum, quando quis possidet illud virtute nouæ inuestituræ. & nu.92.

22 Feudum quando est indiuisibile, si duo simul illud petant. malè agunt. & nu.93.

23 Hæres aut successor vasalli, si mortuo vasallo non petat infra annum inuestituram à domino, feudum est domino apertum. & nu.94.

24 Feudum antiquum si confirmetur, vel prorogetur, non propter hoc dicitur esse nouum, sed nec vbi vasallus contra dominum commisisset feloniam, propter quam feudum illud amisisset. si dominus illam feloniam remiserit (nisi appareat quòd dominus per nouam inuestituram voluerit de nouo infeudare vel inuestire) etiam si in inuestitura dicatur. de nouo inuestimus vel repetantur, aut inserantur omnes inuestituræ præcedentes. Et idem etiam erit si duę inuestiturę appareant, quarum secunda formam aliam habeat quam prima.

25 Imperator, vel Rex, vel alius dominus, alterare non potest naturam feudi antiqui, in præiudicium agnatorum. Et quid in feudo nouo. nu.30.

26 Principi quanuis subiecerit Deus omnia, non tamen subiecit contractus, ideo non potest infringere contractus quos fecit. Vbi etiam an ligent successorem principis, & quid si fiant inter principem & subditum. nu. 30.

27 Feudum secundum magis communem opinionem est contractus nominatus, & quæ actiones ex illo oriantur.

28 Ius in re, vel ad rẽ, vel in spe, quis dicatur habere, & vasallus quãdo dicatur ius habere ĩ re, vel in feudo. & nu.seq.

Vasallus cui ex pacto & prouidentia, vel ex consuetudine feudum debet deuolui, habet ius in eo ideò si vasallus religionem ingrediatur, vel vbi feudo priuatur propter delictum, quod non respiciat personam domini de directo, vel si priuetur propter alienationem prohibitam, deuoluitur huiusmodi feudum antiquum ad agnatos.

29 Vasallus si refutet feudum antiquum, etiam in manibus domini, non præiudicat agnatis, nisi in vita ipsius refutãtis & descendentium suorum. & nu.67.

30 Princeps contrahendo cum subdito, vel non subdito, redactus est instar priuati hominis, ideò recedere non potest ab huiusmodi contractu, & quare. & nu.73.

31 Imperator nõ põs priuare Ducem, vel Comitem, nisi prius iudicati sint indigni per patres Curiæ sic ẽt non põt ipse, vel alius dominus priuare vasallum suũ, nisi conuicta culpa.

32 Vasallus ex quibus causis priuatur feudo, eisdem causis dominus priuatur directo dominio.

34 Pacta si apponãtur in inuestitura contraria de directo ipsis feudis, vel naturæ feudi, aut consuetudini illius, reijciuntur, & illis non obstantibus regulabuntur secundum cõsuetudines, & constitutiones feudales.

35 Secundum, dictio quid importet, & quam naturam habeat.

36 Geminotionis effectus, & quando aliquis actus geminatur, quæ vtilitas resultat ex hoc.

Verbum nullum esse debet in aliquo priuilegio, vel instrumento, sine effectu operandi, pręsertim quando apponitur geminatum.

37 *Supplicationis tenor oblata principi probat contra supplicantem. Et verba narratiua principis quando probent. nume. 38.*

39 *Inuestitura apposita verba licet aliquid operari debeant, attamen tanquàm stricti iuris postquàm aliquid operata sunt, debent ad ius commune restringi.*

40 *Agnatis in feudi deuolutione magis fauendum in dubio, quam domino feudi.*

41 *Feudi vel emphyteusis concessione finita propter generationem, debet potius renouatio fieri in persona agnatorum quam aliorum; aliàs dominus si aliter faceret, eis diceretur iniuriam facere.*

42 *Errans in iure an & quando teneatur fructus rei quam possedit restituere, si euincatur ab eo per iudicium; & qualis error excuset à fructuum restitutione: & quando iusta causa litigandi.*

44 *Fœmina regulariter non succedit in feudo, nec etiam descendentes ex ea licet sint masculi.*

46 *Contractus aliquis vt sustentetur, secundum suam naturam debent amplè verba interpretari etiã illa impropriando.*

47 *Feudum si fuerit alicui concessum & eius filijs, & filiabus, vel pro eo & eius descendentibus vtriusque sexus, fœminæ non succedunt, quandiu extant filij, vel descendentes ex eis. Et si fuerit admissa fœmina propter defectum masculorum, an superueniente masculo, fœmina quæ vt (est dictum) successerat, postea expellatur à dicto feudo.*

48 *Fœmina si fuerit semel exclusa per masculum à successione feudi, an sit exclusa perpetuò? & an descendentes ex ea.*

49 *in Executiuis apposita clausula primariam dispositionem non alterat, vel immutat. & nu. 55.*

50 *Princeps in generali quacunque concessione, non videtur concessisse id, quod in specie concessurus non fuisset.*

51 *Priuilegium an & quando extinguatur cum persona illius cui conceditur, & an & quando derogatur illi per actũ contrarium, quando successiuum actum non habet.*

52 *Feudum antiquum licet fiat nouum, priorum inuestiturarum forma non mutatur.*

53 *Feudum quod alicui concessum est pro eo, & eius filijs vel liberis, est ex pacto & prouidentia. & qualiter aliàs cognoscatur feudum esse ex pacto & prouidentia. & nume. 57.*

54 *Feudi paterni vel antiqui nomine si castrum possidendum alicui concedatur, licet sit feudum nouum, assumit tamen naturam feudi paterni vel antiqui.*

55 *Natura propria feudi est, quòd in eo non succedatur hæreditario iure, & qualiter in eo succedatur.*

56 *Hæres dictio, in inuestitura non denotat qualitatem successionis, sed qualitatem successoris: ita quòd satis est quòd sit descendens à primo inuestito, licet non successerit illi. & num. 62.*

57 *Feudi ex pacto & prouidentia filius antiquior etiam viuo patre dicitur hæres; sic etiam primogenitus Regis vel Ducis, dicitur Rex vel Dux etiam viuo patre, & qualiter hoc sit verum.*

58 *Successoribus dictio, apposita post dict. hæredibus, in inuestitura per copulam, & non derogat alijs verbis positis in infeudatione. & ista dictio successorem sanguinis denotat. & num. 62.*

60 *Barones qui dicantur, & an fœminæ succedant in Baronia: & an in feudis capitaneorum.*

61 *Ignorantiæ signum est ad obiecta non respondere, vel præsumptionis, aut ambitionis.*

62 *Feudo tam hæreditario quam ex pacto & prouidentia, si dictio hæres in inuestitura apponatur, denotat successorem sanguinis, quòd scilicet sint filij, aut descendentes masculi. & num. 63.*

65 *In Feudo pro se & hæredibus acquisito simpliciter, secundum magis communem opinionem satis est quod sit hæres particularis inuestiti: & non est necesse quòd sit hæres vltimi vassalli.*

66 *Relinquo, verbum, vel dimitto, & alia huiusmodi obliqua, addita legitimè, important hæredis institutionem*

73 *In Principe considerantur duæ voluntates, aut potestates, absoluta scilicet, per quam est supra legem, & alia ordinaria, per quam est sub lege, & quando præsumitur Princeps, aut possit de potestatis plenitudine procedere, vel de absoluta eius voluntate, & ad quid cognoscatur.*

74 *Princeps tunc demum dicitur aliquid ex certa scientia facere, quando bene fuit informatus de serie negocij, aliàs non, etiam si vtatur in rescripto clausula, de certa scientia.*

Clausula, Ex certa scientia, non habet effectum plenitudinis potestatis in his quæ sunt facti.

76 *Ablatiui absoluti de sui natura faciunt conditionalem orationem.*

Nedum, dictionis natura qualis sit.

77 *Priuilegia & rescripta regia debẽt intelligi sine præiudicio iuris alieni. Et qualis derogatoria requiratur? nume. 73. 79. & 84.*

78 *Rescripta, vel priuilegia si appareant alicui, vel diuersis concessa quæ contradicant inuicem, nulla sunt.*

80 *Principis concessio in quantum se extendit vltra supplicata, non præsumitur de principis emanasse scientia, & habetur pro non adiecta.*

82 *Spurius aut naturalis de iure feudali legitimari potest, etiã in præiudicium agnatorum, & legitimans solum habet necesse derogare cap. naturales si de feu. fue. contro. &c. Legitimatio autem de filio fœminæ, vt succedat in feudo in præiudicium agnatorum, est multo grauior, & naturaliter impossibilis, & qualiter fiat vtraque legitimatio, & quid differant inuicem.*

87 *Frater qui refutauit feudum fratri, an, & quibus casibus possit refutans, altero fratre decedente, admitti ad feudum refutatum.*

91 *Vassalli ad hoc quòd feudo priuentur propter feloniã quam commisissent contra dominum, etiam si talis esset quod propter illam feudo priuari deberent, debuit nihilominus dominus in vita vassalli conqueri.*

93 *Feudum quando est indiuisibile, qualiter succedant plures fratres in eo, vel in feudis regalium dignitatum, & bona temporalia, vel corpora dignitatum regalium prædictarum, vel huiusmodi feudi, vtrum possint diuidi.*

95 *Testator si iubeat hæredem portare nomen suum, & arma, est institutus conditionaliter, & cuius effectus est.*

CONSILIVM XXVI.

CVm ex facto ius oriri dixerit Iurisconsultus in vulg. l. si ex plagis. ff. ad legem Aquil. paucis ordinabo casũ, & dubitationis causas subdã: cum sciam causam hanc determinari debere in sacro maiore Consilio Aragonũ Cæsareæ, & cathol. maiestatũ, apud quos tam præstãtes viros verba inutilia depromere piaculum est. Comperi n ergo ex meritis mihi exhibiti processus, quod fœlicis recordationis Alphonsus Rex Aragonũ catholicus, anno 1420. pridie Calen. Septem. concessit & dedit in feudũ, & ad propriã naturam feudi, iuxta morem Italiæ villas de Massana, domus noas margal. villa parda Pardo longo situatas in partita de figerio, Regni Sardiniæ, & villas Dolcay, villã Maioda, & villã de font, & Baroniã Dololai, in d. Regno situatas, d. Ludouico de aragal, & suis successoribus in perpetuũ, demũ in clausulis executiuis fit mẽtio de hæredib' in hęc verba, Hãc aũt donationẽ facimus vobis d. Ludouico & vestris

& vestris hæredibus & successoribus in feudū,& ad propriam naturam feudi,iuxta morē Italiæ, sub certis iā conuentionibus,& retentionibus (preter certū seruitiū) per regiam maiestatem expresse reseruatis:videlicet, q dictū feudum partemve eius nulli alij preterquā Catalano, vel Aragonēsi, vel Sardo fideli vendere aut alienare posset:& q illud feudū diuidere nō possit in duas pluresue partes. Nec etiam aliud feudum illi possit addere per modū emptionis,matrimonij, vel aliàs:quandiu feudum illud teneret absq; dicti Regis,et successorum eius speciali licentia, & permissu: præter quas quidē reseruationes dictus Rex facit in alias multas reseruationes in signum superioris domini j,de quibus non est in præsentiarum quæstio.

Postmodum autē idem Rex die 24. Iunij,anno 1432. concessit præfatodomino Ludouico castrū de la Ioyosa guarda in dicto Regno Sardiniæ, per hæc verba. Vendimus,& titulo perfectæ & irreuocabilis donationis cōcedimus & tradimus,seu quasi tradimus vobis dilecto nostro Lud.de Arragal militi locū tenēti gubernatoris dicti Regni,in capite Callari,& Gallura,præsenti & acceptāti,vestrisq; hæredibus & successoribus, & quibus volueritis in perpetuū, sub & conditionibus iō & retentionibus infrà scriptis &c.Et post subditur,in prædictisq; vobis vendimus in feudū,&c.Et specialiter,q huiusmodi feudum diuidi nō posit,ac ēt q alienari nō posit,nisi Catalano, vel Aragonēsi,vel Sardo fideli prout in alia inuestitura,cuius suprà meminimus.& sequitur in eadē,saluo & retēto nobis ac successoribus nostris in dicto feudo, q habeamus omnia & singula, quæ sm morem feudorum Italiæ dominus maior & princeps habet,& habere potest in feudis propriam naturā feudi habentibus:exceptis præmissis.Et paulò post subditur,ad habendum,tenendū,omniq; tempora pacificè possidendum,vendendū,seu aliter alienandum ad vestram vestrorumq; voluntatem inde liberè faciendum,sine impedimento nostri,nostrorumq;,aut alterius personæ,seu officialis cuiusuis,iuxta mores, & cōsuetudines expressas.Successiuè aūt idem Rex.die 16. Iulij, anno prædicto 1432.concessit præfato Ludouico iurisdictionē ciuilē, ac merum & mistum Imperiū in prædictis feudis,& Castro de Ioyosa guarda.In qua quidē concessione inter cætera fuerunt apposita verba sequentia.Cæterū volēt esdictū Ludouicum de Aragal vestrorū seruitiorū intuitu, & aliàs contēplationē nōnullorū familiarium domesticorum nostrorū apud nos crebris instantiū supplicationibus,gratia prosequi ampliori.Cū hac eadē, ōcedimus vobis & licentiā & facultatē elargimur,q possideris & liberè valeatis dictū castrū,villas,saltus,& terminos & territoria eorundē, iurisdictionemq; ciuilem,& criminalem,& merum & mistum imperium eorundem simul, vel diuisim,tā inter viuos,quā causa mortis, aut in vltima volūtate vestra dare dimittere,seu legare filio,seu filijs vestris,tā masculini sexus,quā fœminini de legitimo thoro natis,aut aliàs naturalibus,& ex vobis procreatis,seu descēdentibus prout fuerit vobis bene visum:non obstante cōsuetudine, seu more feudorum Italiæ, seu retentionibus quibuscunq; eorundem, super quibus quoad hoc vobiscū ex nostræ potestatis plenitudine dispēsamus,& effectū eorum tollimus, & penitus præsentibus volumus derogari.

Consequenter autē idem Rex Alph.die 9.Martij,anno 1441.dictum Ludouicū de Aragal. inuestiuit de villa de Decimo,in d.Regno Sardiniæ,approbauitq; per dictę inuestituræ instrumentū,cōtractū venditionis de dicta villa de Decimo, inter ipsum Ludouicū de Aragal. & Vicecomitem Salauri,in dicto regno celebratum : in quo erat clausula sequens,gratis & ex nostra scientia,per nos & hæredes & successores nostros quoscunque vendimus & ex causa vēditionis cōcedimus vobis honorabili Ludouico de Aragal militi domiciliato in castro Callari, & vestris, & quib⁹ volueritis in perpetuū sub debito & cōsueto seruitio per vos,& eos prestādo curiæ Regiæ,iuxta vsum & consuetudinē dicti Regni,villas de Decimo:ita q vos & vestri hæredes & successores teneatis & possideatis dictā villā cū omnibus singulis supradictis:saluis r te ionibus, & consuetudinibus superius & inferius specificatis , inter quas fuerunt illæ, quas suprà in alijs inuestituris designauimus : inter quas feudū illud in duas , pluresve partes, &c. & q nulli alij,nisi Catalano,&c.& clausula saluationis directi dnminij:vt suprà.

Similiter indelebilis memoriæ rex Ferdinandus.anno 1484.in obsidione villę Granatę.in qua seruiebat Iaco.de Aragal d. Regi, cui dictorū suorū seruitiorū d.do. Regi prestitorū,tū in dicto exercitu, cū alias Rex præfatus supdictas omnes villas, castra , & loca erexit in Baronia de la Ioyosa guarda, & dictū Ia.de Aragal.in Baronē prædictū, de la Ioyosa guarda,& tit.Baronis insigniuit,& decorauit in qua quidē erectione sunt apposita verba sequentia.gaudeatisq; & vtamini vos,& vestri in illis successores, oibus & singulis priuilegijs,libertatib.prrogatiuis,& immunitatibus,cū dictis villis,& castro,quibus Barones in principatu Cataloniæ de iure,vel cōsuetudine,aut alias quomodocū que vti & gaudere cōsueuerūt , possunt,& debēt.Nos.n. eis ipsa priuilegia,libertates,prrogatiuas,& immunitates, vobis & vestris successoribus in dictis villis,& castris cōcedimus,& pro cōcessis habere volumus,& cōcessimus.

Postea verò idem gloriosus Rex ann.1499 in dicta villa Granatæ cōcessit ampliationē quādā prædicto Iacobo de Aragal in recompēsam seruitiorū dictæ serenitati Regiæ(vt in dicta ampliatione dicitur)exhibitionū per dictū Iacobū de Aragal, & prædecessores suos:cuius quidē ampliationis verba(quia visa sunt esse multū prægnātia)subiunximus:quia ēt ponderanda sunt , in cuius exordio dicitur sic,expositū fuit maiestati nostræ parte vestri nobilis, & dilecti nostri Iacobi de Aragal militis tenentis & possidentis in feudū pro nobis & nostra curia Baroniā,& Castrū de Ioyosa guarda,&c.cū terminis,& territoris,& psinētijs suis, & cū mero & mixto imperio in eisdē, prout accepimus antecessorib.vestris vendita, seu donata in feudū tū,vt præmittitur,& iuxta morē feudorū Italiæ,ita & tali forma adstricta,vt nō nisi in illorū,seu vestri posteros masculos successores legitimos in , dicta feuda deueniāt,prout in Regijs primordialib⁹ cōcessionibus,ad quas nos referimus,dicitur latius contineri.Et subdit,Qua supplicatione benignè admissa , volētes vos dictū Iacobū de Aragal,& pro vestris,& vestrorū erga nos & curiā nostrā assiduè impēsis seruitijs, maiora de vobis promittētibus, speciali fauore , & gratia prosequi in hac parte, præsentiū tenor scienter,deliberata & cōsulto feuda pdicta & vnūquodq; illorū,vobis nobili Iacobo de Aragal.extēdimus, protēdimus,& ampliamus, ita & taliter q vobis & dicto Philippo, siue masculis filijs ex vxore vestra,seu ex dicto Philip.& eius vxore nasciturus decedētibus,dictę filiæ vestræ,& post ipsas filij & alij descēdentes ex ipsis masculi legitimi,& naturales possint & valeāt in dictis feudis,& eorum quolibet nō obstāte dicta natura feudi, liberè succedere,& eo ordine quo fuerit per vos quomodocūq; inter viuos, aut in vltima volūtate inter eos dispositum & ordinatum.Et sequitur in eadem, Deinde verò cum ad dictas filias vestras,& post ipsas ad earum filios, seu descendentes masculos naturales & legitimos dicta feuda deuenient,illa retineant suam propriam naturam feudi.

Non omittendum quod in dicta supplicatione Iacobus de Aragal prædictus Regiæ serenitati prædictæ exposuerat se vnicum filium masculum iam vxoratū habere, qui nullos vsque ad illa tempora procreauerat masculos: & q ipse erat sine spe alios filios habendi : quódque quatuor filias naturales & legitimas habebat : vnde supplicabat ampliationem prædictam sibi concedi.

Postremo aūt dictus Rex Cathol. in dicta ciuitate Granatæ dictāsuā ampliationē, anno 1501.extendit ad filias dicti Philippi,& earū filios, eo modo quo in dicta prima ampliatione, hoc saluo , q in verbis dispositiui huius secundæ ampliationis dicitur,decedentibus vobis, & dicto filio

filio, veſtro ſine filijs maſculus, ex vobis & vxore veſtra, ſeu ex ipſo,& eius vxore naſcituris,ad legitimã ætatẽ condendi teſtamentũ nõ deuenientibus, nedũ filiæ veſtræ & earum filij:ſed ẽt filia, ſeu filiæ dicti Philippi de Aragal,& earum filij maſculi &c.vt in prima ampliatione dicitur.

Sed nec omittatur, ꝙ in omnibus inueſtituris nedũ ſemel. verumetiã ſæpius eſt appoſita clauſula cõceſsionis in feudum ſecundũ morẽ feudorũ Italiæ:& aliquando eſt repetita clauſula,ſecundũ morem & conſuetudinem feudorũ Italiæ. quæ clauſula ſemel & ſæpius repetita fuit vt eſt dictum. Quinimo dictus Iacobus de Aragal, vt ex dictis ampliationibus conſtat,in quibus ẽt eſt ſæpius repetita,& ſucceſsiuè Ludouicus Bellit aduerſarius,in inueſtitura quã habuit, recognouerunt feudum huiuſmodi eſſe ſecũdum morem & conſuetudinem feudorum Italiæ.

His ita præmiſsis, dicitur ꝙ dictus Ludouicus primus feudatarius,habens Philippũ & Iacobus filios,in ſuo teſtamento inſtituit in dictis bonis feudalibus Philippũ primogenitũ.Iacobo vero certa bona allodialia dimiſit(dixi notanter dimiſit,cũ iſto verbo, ꝙ infrà ponderabimus,fuerit vſus teſtator)pro ſua parte & licẽtia, ac pro alijs iuribus ſibi pertinentibus in hæreditate & ſucceſsione dicti Ludouici, quem ẽt Iacobum dicto filio ſuo Philippo ſi decederet ſine liberis,ſubſtituit in feudis prædictis. Cui Philippo ſucceſsit præmẽtionatus Iacobus eius filius vnicus,qui dictas ampliationes obtinuit qui vigore dictarum ampliationum in ſuo teſtamento Philippum filium ſuum vnicũ ſibi hæredem inſtituit:illique ſubſtituit, ſi ſine filijs decederet,vel cum filijs ad ætatem legitimam condendi teſtamentum non deuenientibus, Antoniam filiam ſuam primogenitam illius,&c.mandans expreſſe,ac ordinãs quòd filij dictæ filię ſuæ,qui eidem in dictis feudis ſuccederent. teneantur,& ſint obligati portare nomen & arma de Aragal, abſque aliqua mixtura. Prædictis autem Philippus Iacobi filius dič obijſſe dicitur, relicto vnico filio paruulo Petro Ludouico, qui in pupillari deceſsit ætate.Quare Ludouicus Bellit Antonię de Aragal filię primogenitæ dicti Iacobi ad hæc feuda ſe vocatum dicit ex ſubſtitutione dicti Iacobi aui eius materni. & fecit ſe de illis inueſtiri per regiam ſerenitatem,anno 1512.renuntiauitq́; dicta regia ſerenitas iuri, liti,& cauſæ per eius procuratorem fiſcalẽ contra dictum Bellit intentatæ, & indeciſæ: in cuius litis proſequutione dictus fiſcalis procurator prætendebat feudum prædictum fuiſſe regiæ ſerenitati apertum per dicti Petri Ludouici,ſine filijs,obitum.

Vtrunq; autem ſe dicunt excludere magnifici domini Petrus & Michael prænominati Ludouici primi feudatarij ex Iacobo,eius ſecundo filio nepotes:prætẽdentes feudum huiuſmodi paternum eſſe, & ex pacto & prouidentia:& aliàs ſecundum morẽ feudorum Italiæ ſe velut agnatos admittendos eſſe.

Supradictis igitur pro iuſtiore informatione clariſsimorum dominorũ ſacri maioris conſilij Ceſareæ & Catholo. maieſtatum regni Aragonum Conſiliariorum, præmiſsis in facto,quia in iure verba dari nequeunt, nec inſidijs eſt locus,vt oculis ſpeciata, inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata manibus,vt dicit lex.formalis, quem not Bar. & omnes in l.hac conſultiſsima. C.qui teſtam.fa.poſſ. tria principaliter,& quantum potero breuiter attingemus.

Primò,an dictus Ludouicus Bellit ex perſona Antonię matris eius, vel ex ſua poſsit adhuc feudũ, vel aliquã eius partem admitti.aut ſaltem, cum ipſe dominus Ludouicus teneat & poſsideat feudum prædictum, repellere poſsit dictos magnificos Petrum & Michaelem de Aragal agnatos,ratione iuris deficientia in eis, eo ꝙ feudũ ſit nouum, ad quòd agnati non admittuntur. quia non habet agnatos feudum nouum,& per exceptionem de notorio non iure ipſorum, prout in dicto proceſſu viſus eſt facere voluiſſe, quas quidẽ dicti Ludouici Bellit prætenſiones per rationes & authoritates iuris roborabo,ſubdamq́; alia, quæ in ipſius fauorem poſſunt adduci vrgentia fundamenta ad exclusionem dictorum agnatorum.

Secundò pluribus & ineuitabilibus fundamẽtis,& motiuis ſic ſuadente iuſtitia & veritate in fauorem dictorum agnatorum me reſoluam.

Tertiò & vltimo loco pro clariori demonſtratione iuſtitiæ dictorum dominorum de Aragal,reſpondebimus ſigillatim ad obiecta omnia, quæ obſtare videbantur ipſorum dominorum agnatorum intentioni, demonſtrando feudum hoc paternum eſſe,ꝙ quæ ex pacto & prouiden-
1 tia ſm naturam feudorum Italiæ regulandum eſt.† Excelſus igitur dominus humilia reſpiciens, humiliter imploratus adſiſtat. His quæ ſuprà ſunt deducta prima facie conſideratis, videtur prædictum Ludouicũ Bellit in hac cauſa fouere iuſtitiã.Et vt clarius & ſigillatim oſtendamus,pondero verba infeudationis villæ de Maſſana, & aliarũ villarũ & locorũ quæ deſignauimus in themate. Primo loco dũ dicitur ibi ,vobis & veſtris hæredibus, & ſucceſſorib. quia in dubio verba iſta ſoli Ludouico cõueniũt. Per iſta enim verba inueſtituræ pro ſe & hęredibus,videẽ eſſe feudũ hæreditariũ:vt declarat And.de Iſernia in cap.1.§.hoc quoque:in tit.de ſucceſſ.feudi.& c.1.qui ſucceſſ.tenentur. & c.1.de alie.feudi.poſt Iacobũ de Bello viſu in c.j.de eo, qui ſibi & hæred.ſuis maſculis & fœminis.& Alex.conſi. 50.incipiente,ponderatis his.col.4.vol.3.idem conſil. 55. incipiente,perſpectis.col.5. eodem volumine. Cuius effectus eſt ſecundum And.de Iſernia in c.1.an agnatus,vel filius.ꝙ ad huiuſmodi feudum non vocentur filij, niſi ſint hęredes,pront ẽt viſus eſt tenuiſſe Cin.in l.ſi manumiſſus. in vltima q.C.de libertis & eorũ li.Din.Bar.& Pau.de Ca. in l.ſi patroni.in lectura Paduana cũ concordãt. per Alex. ibi allegatis,ff.ad Trebel.& latius not.idẽ Alex. conſi.19. incipiente,conſilium ſuper eo de quo quæritur. &c.vol.2.
2 †Similiter attendatur,ꝙ licet verbum ſucceſſoribus,verificari poſsit in dictis agentibus de Aragal,hoc tñ non videtur eſſe ſatis:quia illa qualitas,ꝙ ſint hæredes & ſucceſſores,requiritur,ſecundum Bald.& Sali.in l. qui ſe patris.C. vnde libe.Nam hæredũ & ſucceſſorum appellatione cõprehenduntur ſucceſſores hæredes vniuerſales tãtum, & non ſingulares.ita Bal.in l.emptorẽ col.3.C. locati.allegat tex.in l.quidam.§.nihil.ff.de edendo.Ideo Io.de Imol.in l. 2.colum.pen.ff.de verb.oblig.infert, ꝙ accipiens inueſtituram pro eo & eius hæredibus,& ſucceſſoribus, intelligitur de hæredibus vniuerſalibus,qui ſint hęredes de iure ciuili,& de ſucceſſoribus,qui ſuccedant de iure prętorio. l.ſtipulatio iſta.in princi.cum glo.in ver. cæterorum.ff.de verb.oblig.& Bald. in c.imperialem. in princi.de prohib. feud.alie.per Fede.& c.1.§.donare.qualiter olim feudum alie.pote. Vidatur,ergo dicendũ.ꝙ hæredũ & ſucceſſorũ appellatione non venit ſucceſſor ſingularis,ſeu in re certa: quoniã hæreditas eſt ſucceſsio in ius vniuerſum defuncti. l.hæreditas.ff.de reg.iur.l.pecuniæ.§.hæreditas.ff. de ver. ſignifica.& ita inquit in terminis Bald. in repeti.c. ſi pater col.18.de teſtamen.li.6.& probatur in l.quoties. cum ibi
3 not.per Bar.Ang.& Sali.C.de hæred. inſti. † Corroboratur,quia feudum huiuſmodi,& alia feuda,ſi primã acquiſitionẽ inſpiciamus d.Ludouico peruenerũt ex emptione cum Regia ſerenitate celebrata: vt conſtat ex inueſtituris Cum ergo feudum hoc à principe conceſſum fuerit, accepto pretio,& non gratioſe, deuolui poterit ad filias, & ad quoſcunque,ſecundum glo.& Doct.in c.1.§.& quia vidimus.& ibi Bald.in verſi.decedenti.quẽ legit.pro.§. col. 5.& 6.in tit.qui feud.dare poſſ.& in l.fi.C.de ſuis & legiti. Quamuis enim regulariter fęminę nõ ſuccedãt in feudo, hoc eſſet quando feudum liberè conceditur, & gratis,ſeu gratioſè;ſi aũt cõcedaẽ pro pretio,vel pro mercede,prout & fieri põt,cũ poſſit ẽt.vend.c.ad noſtrã.extrà de emptio. capi.1.de natu.feud.in vſi.feudo.Bald.in l.licet.C.de libe. cauſa.& in d.§. & quia vidimus aliàs in præalleg.§. decedenti.& c.1. & ibi gloſſ.& Docto. de beneficio fratrum. & ita in facti cõtingentia refert ſe conſuluiſſe Roma. ſingulari.150.aliàs.177.inci, hodie.fœmina.&c. Sic ẽt legari

poteſt

potest ecclesiæ:& potest alienari feudum huiusmodi secũ
dum Hosti.& Io. And.in c.fi.extra de rebus eccle.non alie
nã.& ita voluit Bal.in auth.nisi rogati.C. ad Treb.vbi di-
cit ita posse intelligi textũ in c.inter dilectoa. extrà de fide
instr.& ita uoluit Alex.consi.3.vol.1. idem Bal.in c.1.de be
neficio fratrum.vbi dicit,quod feudum datum pro pretio
vel ex causa onerosa, tunc magis est irreuocabile, nec re-
gulatur secundum naturã feudi recti.quia feuda.recta con
ceduntur ex gratia,& nõ per pecuniam acquirũtur, secun-
dum Innocen.capitulo.2.extra de feudo. & Baldus in sua
marga.in versiculo.feuda.& bene facit textus. in capitulo.
2.& ibi expressè And.de Isern.& Baldus.ex quibus causis
feudum amitt.Idem Bal.in præludijs feudorum post Iaco
bus.de Bello visu.& in rub.C.de iure emphy.& prææalleg.
Andr. de Isernia summus Feudist. in princip. feudorum,
4 charta.3.in princi.† Confirmantur prædicta, scilicet quod
feudum de quo est in præsentiarum quæstio, sit feudum
improprium & transmissibile ad extraneos, ponderando
verba illa inuestituræ,quòd dictum feudũ, partemve eius
nulli alij,quàm Catalano.&c.vbi Rex prohibet feudũ hoc
alienari in aliquem preterquam Catalanum,vel Aragonẽ.
vel Sardum fidelem.ergo videtur concedere illam aliena-
tionem fieri posse in Aragonensem, Catalanum,vel Sar-
dum fidelem. Ista enim dictio,præterquam,illi negatiuæ
propositioni,nulli alij,iuncta,stat positiuè. & sic effectus
eius est ponere quod præcedens positio negabat,scilicet ꝙ
feudum possit alienari in Catalanum, Aragonensem, vel
Sardum fidelem.ita nota.Car.clemen.1.§.pen.de heret.et
clem.3.de pœn.Din.in regula,peccatum.li.6.& Io.And.c.
ad apostolicæ dignitatis.in prin.de re iudi.eo.li.6. in nouel
la.Notorium est autem plures esse Catalanos, & Arago-
nenses,& fideles Sardos, qui non sunt de descendentibus
dicti Ludouici:& tamen in illos cõceditur alienatio indi-
stinctè:& per consequens fatẽdum erit, ꝙ etiam in extra-
neos possit huiusmodi feudum alienari.quod si esset, con-
sequens est,ꝙ multo magis in descendentes masculos à di
cto Ludo.quamuis ex fœmina veniant,si sunt Aragonen-
ses,vel Catalani,vel Sardi fideles,& sic in hunc do. Ludo-
uicum,cum ex præmissis appareat, ꝙ feudum huiusmodi
est improprium,seu propriam naturam feudi non habẽs:
quoniam inter cæteras naturas,quas habet feudũ propriũ
est ꝙ alienari non potest,aut vẽdi vt per Bal.plenè in præ
5 lud.feud.in 4.diuisione feudi.† Ex quo infero vnum corre
larium,ꝙ ex quo feudum huiusmodi est improprium, &
conditionatum,verba ista,pro vobis,& hæredibus & suc-
cessoribus:verificantur & locum habent etiam in fœmina
& ita multum subtiliter infert Bar.Soci.consi.257.inci.vi
sis inuestituris,&c.columun.5.volum.2.& ita visus est etiã
firmasse Phil.Corn.consi.16.incip.aperta fronte. in litera.
6 l.volum.1.† Vnde infero vnum aliud, scilicet ꝙ cum sit al
terata natura feudi de quo agitur,quòd potuerũt dicti Lu
douicus & eius successores in dicto feudo, de illo testari:
quod aliàs eis non licuisset.vt est tex.ad literam in c.1.ibi,
nulla dispositione defuncti in feudo manẽte (aliàs valẽte)
de success.feu.& ita consuluit Pau.de Cast.consi.173.alias
163.incip.In nomine dñi amen,in causa,quam habet ma-
gnificus dominus,&c. Si.n.feudum hoc propriũ esset, aut
propriam naturam feudi haberet,secundum morem feu-
dorum Italiæ, omnes liberi succederent æqualiter, vt est
tex.c.1.§.& quia vidimus.qui feu.dare pos.vbi tex.ita for
maliter dicit ad omnes liberos æqualiter perueniat.c.1.§.
si.ex quibus causis feud.amitt.Et sic infertur correlarie,ꝙ
testamentum defuncti Iacobi de Aragal (de quo suprà. in
themate præmisimus ad finem) vocantis per substitutio-
nem ad hoc feudum dictum dominum Ludouicum Bel-
7 lit,eius ex filia nepotem valeat & teneat.† Sed quid sequor
ambages?ꝙ potuerit hoc feudum ad extraneos transmitti
constat,quoniam præter clausulas in prioribus inuestitu-
ris appositas in infeudatione castri de la Ioyosa guarda, &
villę de decimo post verba supra expressa,vobis & vestris
hæredibus & successoribus,&c.fuerunt addita illa verba,
& quibus volueritis in perpetuum,per quę verba constat
extraneos(maximè qui ex testamento vocantur)admitti.
vt per Bart.in l.si ita quis.§.ea leg.de verb.obliga.& Alex.
consi.188.col.4.vol.2.

Et licet Bald.in l.cum virum. C.de fideicom.dicat sub
dubio,fortè,verba illa referri ad habiles tantum, iuxta l.1.
C.de sacrosanc.eccle.idem tamen Baldus in l.1. quæst.24.
ff.de rerum diuisi.voluit quòd comprehendat omnes etiã
inhabiles,per tex.in cap.1.de feudo non habente propriã
naturam feudi.fateor etiam plures fixo pede opinionẽ Bal.
tenuisse in d.l.cum virũ. pro quorum concordia distingui
tur à nõnullis,vt illa verba à lege,vel statuto prolata, ad ha
biles solum referantur:ne aliter generaliter intelligendo le
gum aliarum correctio induceretur.cõtra.l.vnicam, C.de
inoffic.dona.vbi verò proferrentur ab homine,tunc illam
restrictionem non admitterent: quia cessat dicta ratio.&
hanc distinct.posuit formaliter Baldus in l.fi.C.sine censu
vel reliq.&c.quam etiam tenuit Felin.cap. in præsentia.co
lum.vndecima, extra de proba.& Alexand.in l.Gallus.§.
etiam si parente.colum.3.ff.de lib.& posthum.Sic videtur
corroborata substitutio facta de dicto domino Ludouico
Bellit,per dictum Iacobum de Aragal eius auum mater-
8 num.† Sed restringamus fimbrias ad calum nostrum dun
taxat:& sufficiat nobis ostendere validum esse testamentũ
dicti domini Iacobi,per quod vocatur sæpedictus Bellit,
quod vel eo facillimum erit, quo in secunda inuestitu-
ra,quæ fuit facta dicto Ludouico de bonis cõtẽtiosis(dem
pto feudo villę de Decimo)cum concessione iurisdictio-
nis ciuilis & criminalis,merique & misti imperij, in dictis
villis,de quibus supra in themate fecimus mentionem,Re
gia serenitas Ludouico prædicto primo acquisitori cõces
sit,non solum quod posset in testamento, sed etiam inter
uiuos,vel mortis causa disponere de bonis & feudis præ-
dictis,etiam in filios vtriusque sexus,etiam si naturales tan
tum essent,& nõ legitimi. Quod etiam fuit clarius & ex-
pressius concessum per fœlicis recordationis Ferdinandũ
Regem pręmentionatum,intelligo de dispositione in de-
scendentes ex filiabus.In illis duabus ampliationibus. Vn-
de cõsequens est,quod cum per dictum Regem Ferdinan
dum sit apposita noua qualitas in feudo,illa noua qualitas
fecit & reddit tale feudum nouum,ut voluit Ludo.Bolog.
9 consi.1.colum.7.versi.confirmantur prædicta.&c.† Cu-
ius effectus erit,quòd attenta hac noua inuestitura, feudũ
illud non dicatur antiquum, vel paternum, quo ad dictos
dominos de Aragal agẽtes:sed erit nouum, vt clarè docet
Bal.in cap.1.§.hoc quoque.in secunda opposi. de success.
feud.feudum enim nouum nõ habet agnatos. Nec dicitur
paternum,nisi inter eos quorum principium est in stipite
feudali.Vnde bene sequitur,esto,fœminæ non succederẽt
in feudo:tamen adhuc non venirent dicti domini agẽtes
cum non descendant à dicto domino Iacobo in cuius per
sona factum est per dictas ampliationes feudum hoc no-
uum:imo apertum esset Regiæ serenitati.ca.j. de nat.suc-
cess.feudi.& cap.1.& vtrobiq; Bal.& Car. Alex. post anti
10 quos,de gradibus.success.in feudo. † Nec satisfaceret,qui
diceret huiusmodi nouam concessionem tollere non po-
tuisse formam in antiqua inuestitura constitutam in pręiu
dicium agnatorum,videlicet dominorum agentium. arg.
l.impuberi.ff.de admi.tutorum. quoniam si cõsideremus
ampliationem primam,quæ facta est Ludouico in conces
sione iurisdictionis præmentionata,potuit dictus Ludoui
cus præiudicare filijs,etiam si ius fuisset eis quæsitum:quia
erat feudum nouum,vt post longam altercationem cõclu
dit Alex.consi.13.incipiente,perspectis bis,&c. volum.5.
Si verò attendamus dictas ampliationes quæ dicto Iaco-
bo de Aragal factæ sunt.quamuis videatur dictum Regẽ
illas ampliationes concedere non potuisse in præiudicium
dictorum dominorum de Aragal agnatorum,qui exclusis
fœminis,et descendentibus ex eis ad successionem borum
feudorum, vel feudi,vocabantur.cap.1.de nat. success. feu
di.& alibi sępe.Ideo dicit tex.in c.1.de alien.feudi.pat.quod
alienatio

alienatio feudi paterni non valet (nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficium sit quandoque reversurum) etiã de consensu domini. Cum enim sit agnatis ius quæsitum ex prima investitura, quæ facta fuit pro descẽdentibus masculis, non videtur quod potuerit dominus etiam Imperator tollere ius ex contractu quæsitum. l. ciuitas. ff. si certũ petatur l. digna vox. ff. de legib. & cap. 1. extrà de proba. Quinimo in terminis magis cõcludentibus dicit textus. in c. 2. de success. feud. ꝙ si frater meus alienauit partem suã, vel fecit, ad eam investiri filiam suam, si ipse moriatur sine hærede masculo, nihilominus revertitur ad me. Sic probat ille textus aperte, quòd dominus non possit in præiudiciũ agnatorum facere quod feudum trãseat in filias fœminas, nec etiam in descendentes ex eis: quia pari passu ambulãt ca. 1. §. hoc quoque. cum gl. qui feudũ dare poss. Respondeo etenim, omissa distinctione, quæ solet cõmuniter fieri, vtrum illi quibus fit præiudicium habebant iam quæsitum ius in dicto feudo, & in dicta iura loquantur in Imperatore, vel alio dño inferiore, & an Imperator, vel alius dominus superiorem non recognoscens, possit alicui tollere sine causa, ea quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, etiam de plenitudine potestatis. de quo latè per Felin. post Anch. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & per Ang. in l. Lucius. ff. de euict. Sed attingendo radicem præsentis dubitationis satisfaciendo integrè suprà deductis in contrarium, dico, quod licet per dictas ampliationes fuerint habilitati nepotes & descendentes ex fœmina ad feudi successionem non tamen propter id tollitur agnatis certitudinariè ius succedendi, quod habent in spe: sed potius illa spes prorogari dicitur, & fieri nouus gradus succedendi, qui alias fuisset, nisi feudorum obstitisset, consuetudo. quod quidem impedimentum potest Imperator vel facilè auferre: quia vt dicunt glo. & doct. in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. pub. Imperator habet in sua potestate rescribere contra ius, & ei derogare. l. si quis in princip. testamenti. ff. de leg. 3. & facit l. quoties. C. de preci. impe. offeren.

Præterea isti masculi descendẽtes ex fœmina solũ prohibiti sunt succedere in feudis p̃dictis ex dispositione consuetudinis feudalis. c. 1. §. notandũ. qui feud. dare poss. quamuis enim verba investituræ simpliciter dicerẽt, pro vobis, & vestris hæredibus & successoribus: quo casu intelligeretur de masculis tantum. c. 1. §. si clientulus. in tit. de aliena. feudi paterni. Nec etiã si ampliatæ fuissent, ꝓut supra mõstratum est, attamẽ iste dominus Bellit, nepos ex filia masculus, est secundum vim verborum comprehẽsus, cui nihil obstat, nisi consuetudo prædicta feudalis, quæ descendentes ex fœmina non admittit. Cui ergo dubium, quin possit Rex, aut Imperator huic cõsuetudini derogare, præsertim quia masculi tales habent contra se tantum impedimentum iuris feudorum, & pro se habent ius ciuile, sed naturales & spurij habent contra se tam iùs ciuile, quam feudorum: attamen Imperator nedum vbi agnati extant, verumetiam stantibus filijs & alijs descendentibus legitimis potest habilitare spurios & naturales in præiudictũ dictorum filiorum, & agnatorũ, si in legitimatione hoc exprimat, & derogauerit c. naturales. in titu. si de feud. fue. contro. vt est gloss. per Bald. & omnes Docto. approbata in d. c. naturales. vnde videtur ꝙ multo magis potuerit istos descendentes ex fœmina habilitare, quia, vt inquit gl. in c. 1. §. notãdũ. qui feud. dare pos. pro sola voluntate, siue ratione descendẽtes masculi ex fœmina redditi sunt incapaces & sic habent contra se solum rigorem feudorum,

Posset etiam (& fortè non ineptè) supradicto contrario responderi, quod in casu nostro Reges Catholici non abstulerunt de directo ius dictis agnatis competens: sed potius processerunt remouendo obstaculum ab eo cui tale ius competere potest, faciendo de incapace capacem, quæ dispositio valet in dubio, etiam si facta sit sine causa, istud probatur in l. quæris. ff. de natal. restit. & in toto tit. C. pro quibus caus. serui pro præmio liberta. accip. & in authentica quibus modis natu. effic. sui. Et hic casus dubitationem habere non videt, quin princeps hoc facere possit, vt Iurisconsulti verbis vtãr in d. l. quæris, Et procedit hæc cõclusio nedum in alia materia, verum etiã in materia feudali, vt est tex. & ibi gloss. in d. cap. naturales vbi deciditur, quo naturalis legitimatus nõ succedit in feudo, nisi specialiter legitimatus sit ad feudum, quam glo. sequuntur ibi Andr. de Iser. Iac. de Bel. Pet. de cer. Baldus, Alua. & Card. Alex. Nullus autem (vt opinor) dicet quin maior sit defectus naturalitatis, vel spurietas, quã sit iste ꝙ masculus ex fœmina non succedat. quia in eo cessant rationes, ꝓhibentes succedere, quas Bal. in l. quoties. C. de iuis & legi. assignat.

Et minus obstat, quia iura præ allegata loquuntur in imperatore, qui suam intentionem habet fundatã super toto orbe, vt per docto. in l. cunctos populos. C. de summa trini. fuerunt etenim concessæ dictæ ampliationes per Aragonũ Catholicos Reges, qui superiorẽ non recognoscunt in suo Regno: quia illud eruerũt de faucibus infidelium, vt notat glo. 63. distin. cap. Adrianus. 2. & Bald. in le. ex hoc iure colum. penultima, de iust. & iure. & Felin. cap. cum non licet. column. 2. extrà de prescript. & possunt in suis Regnis omnia quæ potest Imperator in toto orbe, vt est vulg. doctrina Bart. & Ioannis de Imola, in l. in famẽ. ff. de publi. iudic. & Bald. & Barto. & aliorum in l. 1. & le. digna vxo. C. de legib. quam potestatem doct. extendunt etiam ad Duces & Comites perpetuos: vt per Felin. omnino in c. quæ in ecclesiarum. col. 13. versi. quarta declara-
11 tio. extra de constitutionib. † Nec obst. etiã ꝙ in dictis ampliationibus non fuerunt vocati. vel citati dicti agnati, de quorum præiudicio tractabatur. quoniam Bal. in l. nam ita diuus. ad prin. ff. de adopt. & in l. fin. C. quibus res iudica. non nocet. & Ioannes de Imola, cap. Albericus. ad fi. extrà de testi. vbi not. quòd dispensationes & priuilegia conceduntur nemine vocato. de quo dicto meminit Panor. in c. cum olim. extrà de re iudica. & cons. 84. incipiente, illud in summa quæritur. columna penultima volumine 1. & Ruma. consilio. 169. alias trecentesimo sexagesimooctauo incip. circa primum.

Sed nec his obstat, quòd ex quo fuerũt dicti agnati per dictas ampliationes multũ læsi, citari debuerũt dicti agnatis, vt voluit Bartolus in l. 2. C. de temp. appell. & in præalleg. l. nam ita diuus. ff. de adopt. quia præsupposita veritate dicti Bart. per quod suprà dicta restringuntur, de quo tamen multi doctorum dubitãt: præsupposito etiam, ꝙ per dictas ampliationes essent multũ læsi dñi de Aragal, agentes: cuius cõtrarium superius dictum est: & maximè, quia ius eorum cõsistebat in spe tm̃: consequens est ꝙ defectus citationis eorũ tales actus nõ reddidit nullos, ex quo materia est talis, quod princeps potuit eis inuitis præiudicare: & cum cõstet, ꝙ eis præiudicare voluit, potuit hoc facere ipsis agnatis non citatis, vt voluit Panor. in capitu. inter quatuor. extra de maio. & obed. ad princip. & in præal leg. c. cum olim. & Rum. in consi. 369. Ratio eorum sumitur ex regula, qui potest inuitis. vbi plenè dominus meus. Philippus Decius. ff. de regulis iuris. per quã rationẽ Alex. cons. 2. repetito cons. 237. incipiente, visis condicillis. & c. colum. 10. dicit quod si constat principem adeo dispositũ fuisse ad aliquid faciẽdum quòd etiam partes si præsentes fuissent non possent eius voluntatem impedire, de quib. satis cogitauit, ꝙ tunc valebit actus eis non citatis. & ideo consuluit in consi. præd. quòd legitimatio spurij, vel naturalis, quæ de plenitudine potestatis fieri potest à principe, etiam in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum, in spe potest fieri ipsis non citatis. & ita firmãt Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. pro quibus est bo. tex. in l. 2. ad fi. in versi. non facile. ff. de natalibus. resti. de quo per Felin. omnino in alleg. c. cum olim. colum. 10. & seq. vbi multis rationibus hanc conclusionẽ
12 corroborat. † Nec obstat quod in amplionibus prædictis non deroget princeps expressè iuri agnatorum, & sic non constat, ꝙ eis præiudicare voluerit, quod tamẽ supra præsupponitur. Ad hoc enim dicitur quòd satis videtur eorũ

iuri

iuri derogatum cum sit derogatum cōsuetudini, seu mori
feudorum Italiæ: per quam solam consuetudinem (vt su-
prà dicebamus versi. 10.) dicti domini agnati vocantur ad
huiusmodi feudū. vnde videtur, quòd talis derogatio suf-
ficiat, licet vltra non procedat. vt per Bartol. & doct. in l. 1.
C. si contra ius vel vti. pub. idem Bar. in extrauag. ad repri-
mendum. in versi. non obstante. & Pau. de Cast. consi. 54.
13 incip. passus iste, &c. † Nec etiam obstat, quòd dictæ con-
cessiones factæ fuerunt dicto Ludouico, & successoribus
eius secundum morem feudorum Italiæ, de cuius natura
est (vt dictum est sæpe) quòd vassallus testari de illo feudo
non possit aut illud alienare: imò portionibus æquis inter
filios diuiditur illud feudum. Respondeo etenim, quòd li-
cet fuerit inter docto. altercatum, vtrum pactum appositū
in aliquo contractu contra substantiam illius transformet
ipsum in alium cōtractum. de quo per Baldū in l. si plures.
colum. 2. C. de conditionibus insertis. & cap. 1. §. final. in ti
tu. per quos fiat inuestitura. communiter attamen transeūt
feudistæ cum Baldo in dict. ca. 1. §. penultimo, quid sit in-
uesti. quòd in feudis admittātur pacts etiam extranea, & te
nor inuestituræ seruandus est, licet repugnet naturæ feudi
c. 1. §. fi. de duob. fratribus à cap. inuesti. quem Bal. dicit ibi
perpetuo esse notandum ad hoc quòd tenor inuestituræ
derogat cuicunque naturæ feudi. ad idem est text. cap. 1. ad
fin. de success. feudi. & cap. 1. de duobus fratribus à cap. in-
uesti. vbi dicitur, tenorem inuestituræ, nec non vim verbo
rum ac sensum contrahentium inspici debere. quem text.
Bald. allegat in c. 1. §. denique. quæ fuit prima causa benef.
amitt. vbi dicitur, quòd forma inuestituræ præcisa est, & ab
eius tenore non est recedendum. ita etiam Marti. Lauden.
in ca. 1. in prin. qui feu. da. poss. & omnino Franc. de Curte
consi. 50. in secunda compilatione. colum. 10. versi. igitur
pro solidissimo fundamento. & versi. seq. Indicat enim te
nor inuestituræ (vt dictus Franciscus de Curte dicit vbi
suprà) & cons. 49. col. 7. vers. ad demonstrandum qualis sit
contractus. quod & voluit Andr. Siculus consi. 66. ad fi. vo
lum. 4. sed nec mirum si deroget omni naturæ feudorum
vt dicebamus. quia inuestituræ verba vim legis habent, &
debent vt statuta ciuitatum seruari. l. pen. cum ibi not. per
Bar. C. de dona. inter vi. & vxo. cum similibus. & cōsulēdo
tenuit præallegat. Francis. de Curte d. consil. 50. colum. 36.
versicul. vltimo comprobantur. ad fin. & sic non sequitur,
feudum istud concessum est secundum cōsuetudinem &
morem feudorū Italiæ: ergo pacta naturæ dicti feudi con
14 traria non seruabuntur, per ea quæ suprà dicebantur. † Et
hoc etiā à primo feudatario fuit visum obseruari, & per
successores eius continuari, qui primus feudatarius, videli-
cet dominus Ludouicus de Aragal, in suo testamento in-
stituit sibi hæredem vniuersalem in d. feudo Philippū filiū
suum primo genitum, patrem dicti domini Iacobi. quod
quidem testamentum indubiè valuit, etiam vbi essemus
in feudo cōcesso pro eo, & eius hæredibus & successorib.
simpliciter, maximè prouidendo alijs filijs secūdum quali
tatem eorum prout consulendo tenuit Paul. de Castr. con
sil. 173. aliàs est consil. 163. incip. in causa, quam habet ma-
gnificus dominus Titus. in quo plures rationes ad id ad-
ducit. & inter cętera pro sui dicti corroboratione, citat Spe
cu. titul. de loca. §. nunc vero aliqua. versi. 78. vbi dicit, ꝙ
pater qui stipulatus est emphyteusim pro se, & suis liberis
potest in vltima volūtate vnum ex illis eligere cui totam
emphyteusim assignet, & alios excludere: & hoc fuit de
mente Bal. in authentic. si quas ruinas. C. de sacrosanct. ec-
clesia. Deinde idem Paul. de Cast. refert Specu. vbi supra,
subijciens, & idem fortè dicendum est in feudo. Sic vide-
tur quòd rectè innititur sæpe d. dominus Bellit, fundans
suam intentionem ex testamento Iacobi aui, quo vocatur
ad successionem Petri Ludouici impuberis, qui successit
Philppo patri suo ex testamēto Iacobi illius aui sui pater-
ni, ex quo etiam testamento prætendit se vocatum dictus
15 dominus Bellit. † Et si quis obstinato animo diceret, quòd
dictus Iacobus non potuit ita testari, per tex. in capitu. 1.
de succes. feud. vbi dicit, quod in feudalibus non valet di-
spositio testamentaria. Et tex. satisfacit Paul. de Castr. vbi
supra, præterquam responsionem dico, ꝙ omnes admit-
tūt, ꝙ valet assignatio facta de feudo vni filio de consensu
aliorum suorum fratrum, vel si postea alij filij ratificēt. ita
not. Bal. in cap. Imperialem colum. 5. de prohib. feudi alie.
per fede. per tex. ad hoc not. in l. sicut §. venditionis. ff. qui
bus mod. pign. vel hypo. sol. Nam, quòd feudum pertine-
ret æqualiter omnibus filijs inductum est filiorum fauo-
re, vt dicit tex. in capit. 1. §. & quia vidimus. ibi: ad omnes
æqualiter pertineat. in primo titu. de feud. non autem fa-
uore dominorum. ideo hoc casu feudum non deuoluere-
tur ad dominum, sed ad filios. l. fina. ff. de litigios. Vnde in-
fertur, quòd prænominatus Iacobus secundus filius Ludo
uici primi feudatarij, ratificando assignationem, quam fe-
cerat dict⁹ eius pater fratri suo primogenito de dicto feu
do, præiudicauit sibi & successoribus suis: & sic dominis
agentibus, qui sunt eius filij, & per consequens feudū hoc
debet manere in tronco dicti dom. Philippi, cuius ipse est
caput, & domini agētes transuersales, & ipse dominus Bel
lit est de descendētibus dicti domini Philippi, pronepos-
16 que eius, licet ex fęmina, vt est sępe dictum. † Item & alio
capite valuit dicti Ludouici testamētum, quoniam fuerat
ei in primis inuestituris, & expressè in concessione iurisdi
ctionis, & meri & misti imperij supradictis concessum, ꝙ
alienare posset dicta feuda tum per contractum inter vi-
uos, cum etiam per vltimam dispositionē: quod fuerat spe
cialius d. Iacobo concessum in ampliationibus prædictis.
Verbum autem, alienationis, comprehendit hæredis insti
tutionem, & substitutionem, & legatum. l. si quis. §. cęterū
& ibi Bal. C. de secundis nupt. idem Bal. in authentic. nisi
rogatus. columna secunda versiculo considera. & versicu.
pone, &c. C. ad Trebel. & Bartolus in lege à filia. in prin-
cip. ff. eodem titulo. Paulus de Castro consil. nono & con-
silio 561. & 572. & 179. per text. in lege. filiusfam. §. cum
pater. ff. de lega. 1.

Sed quid opus rationibus multis ad probandum, quòd
huiusmodi bona in feudum concessa, sunt alienabilia, etiā
in extraneos? Iacobus de Aragal, erat filius Ludouici cui
fuit vendita villa de Decimo per dictum Iacobū eius con
sobrinum, seu eius legitimum tutorem, fuitque dictus Ia-
cob. patruus auus sæpe dicti Bellit. Hinc succedit notabilis
theorica Barto. in l. 1. §. quindecim. per illum textum. ff. de
leg. 3. vbi tenet, ꝙ portio alienari prohibita, si semel alie-
nata fuerit, semper durat alienabilis. & ita resolui in consi.
quod feci pro Illustribus fratribus de Cardona, contra illu
strē Ducem Cardonę fratrem eorum. 3. dubio ver. 4. ad fi.
Et sic cessat ille scrupulus, vtrum sufficiat vnicus actus, de
quo per Moder. Feudistas in ca. 1. in titu. qui feudum dare
poss. Sic etiam cessat ratio lęsionis agnatorum, quia ille de
cuius solius præiudicio agebatur, consensit illi alienationi,
& cum eo facta est, & in eius vtilitatem, vt est supra dictū
& per consequens videtur, quòd Iacobus potuerit dictum
feudū sæpe dicto domino Bellit cōcedere, sicut alicui ex-
traneo transferre & alienare poterat, vt est sæpe dictum.
18 Ex quo infero vnum correlarium, quòd tale feudum re-
acquisitum per dictum Iacobum venditorē desijt esse pa
ternum quo ad præfatum Iacobum patruum emptorem:
& sic quo ad descendentes dicti Iacobi consobrini seu iu-
nioris factū est paternum, iuxta decisionem Bald. Alua. &
aliorum, in 3. & 4. diuisione feud. in proem. & c. 1. §. his ve
ro deficientibus. in titu. de grad. succes. in feud. & dixi la-
tius supra versi. 9. Quandoquidem feudum paternum nū-
quam dicitur nisi inter eos quorum principiū cōnexū est
in vno stipite feudali: vt dicit Bal. in c. 1. §. hoc quoque. de
success. feud. & dicebamus vbi suprà. vnde sequit aliud cor
relarium, quòd in hoc feudo, quòd (ut dictum est) est no-
uum, non possunt admitti dicti domini agentes, quoniam
feudum nouum non habet agnatos secundum Bald. Al-
uarot. Iacob. de Bello visu And. de Isern. Præposi. & alios
in d. §. hoc quoque. idem Bald. c. 1. an agna. uel filius. cons.
306. cui

106.cui se subscripsit Angel.eius frater, vbi dicunt, q ideò
non succedunt agnati transuersales in feudo nouo, quia no
19 ua feuda non vaduot per saltus. † Sed fingamus hoc feudũ
antiquum esse, attamẽ videtur adhuc, quod in eo succede-
re non possunt domini agentes agnati, dato etiam quod
in totum esset desecta linea primogeniti dicti quondã Phi
lipi, vel quod fœminæ, vel ex eis descendentes essent peni
tus exclusæ à dicta successione. quoniam illo casu feudum
hoc esset apertum Cæsareæ & Cathol. maiestatis, à qua
ius habet præfatus Bellit in hac parte. Nõ.n.sunt dicti agen
tes heredes dicti Petri Luduuici vltimo decedẽtis, q tamẽ
reqrĩ dicit And.de Iseroia in c.1.c.j. de suc.feu. Idẽ an agn.
vel fil. vbi dicit, q quando quis est institutus pro se, & suis
hæredibus, adhoc vt agnati succedant excluso domino, ne
cesse est quod sint hæredes decedentis vassalli. quod etiam
voluerunt Aluor.& Iac.de Bello visu.c.2.de eo, qui sibi et
hæred.suis.& Alexand.consi.10.volu.3.& dixi suprà vers.
2.sibi etiam amplio.non procedere, si essent hęredes parti
20 culares.† Excluduntur etiã dicti agnati à feudo sępedicto,
etiam si antiquum esset, quoniam aliunde erat ad Cæsareã
& Cath. maiesta. deuolutum ex causis per procuratorem
regium in dicto regno allegatis in causa, quam cõtra dictũ
Bellit, super dicto feudo coram generali locum tenẽte Re
gni Sardiniæ, anno 1511.agebat, inter quas pretendebatur
Iacobum de Aragal.filium Philippi, auumque maternum
dicti Bellit deliquisse & commisisse culpam, quę concer-
nebat dominum, seu eius personam, & per cõsequens Re-
gius fiscus prætẽdebat feudum hoc Regiæ serenitati aper
tũ per tex.in c.1.§.fi.in primo dicto principij. quę fuit pri
ma causa benefic.amit. vbi ad hoc est bo.glo. de quo est alia
gl.& expressior in c.1.§.fin.de pace iurameo.fir. Iacob.de
Bel. Nicol.de Neapo.in suprà allegato.§.fi.quæ fuit prima
causa.&c.& ca.1.§.aut si libellario.quibus mo.feud.amitt.
inde Aret.& Odof.in c.1.§.fi.d.titu.quibus mo.feu.amit.

Cum ergo dominus Rex Ferdinãdus anno 1512.infeu
dando & inuestiendo sępe d.dominum Bellit de prędictis
Baronijs, villis, & Castro, renuntiauerit in fauorem dicti
dicti domini Bellit, iuri, liti, & causæ, ac etiam de nouo con-
cesserit in feudum præfato domino Bellit bona contensio
sa, vt constat instrumento siue priuilegio dictæ inuestitu-
ræ, videtur etiã hoc solo capite satis esse exclusi dicti domi
21 ni agentes, per ea quæ latè suprà deducta sunt.† Omitto,
quòd cum dictus dominus Bellit sit in possessione dicto-
rum bonorum feudalium virtute dictæ inuestiturę, præsu
mitur hoc feudum nouum esse, et non antiquum, secundũ
Iaco.de Bel.in c.1.ad fi.versi.oppuoitur extrà gl.in titul. de
gradi.succes.in feud.allegat.c.1.§.eum autem.in ti. de con
tro.inuesti.& in cap.1.de contẽ.inter me, & dominum de
port.fratris mei.idem Paul.de Castr.consil.152.incip.circa
præsentem casum.& sequitur Alex.consi. 10.incip.ponde
ratis bis, quæ in themate narrantur.col.1.vo.3.attamen cõ
tenditur nõ fuisse probatũ hoc feudũ antiquũ. † Præterea
22 ex capitulis & cõuẽtionib. expressis in oĩb' inuestituris &
ampliationibus earum bona hęc feudalia in duas pluresve
partes diuidi prohibent, attamen duo sunt domini agẽtes,
quare videtur indubiè sæpe dictum dominum Bellit pos-
sessorem, etiam si ius non haberet, excipere posse contra
eos, q audiri non debent vt trãdit Bald.in l.2.colum.18.de
seru.& aqua.& per Fel.latè in c.exceptionem. col.12.ext.
de except.contra quos allegat etiam dictus Bellit exceptio
nem, dolo petis &c.de qua per Bar.post glo.in l.1.ff.quo-
rum lega. Angel. in l. ille à quo. §.si de testamento. ff.ad
23 Trebel. † Quinimo etiam si & vbi non sufficerent suprà al
gata, attamen certem est, quòd mortuo vassallo hæres, aut
successor defuncti, si infra annuam inuestituram nõ petat
à domino feudum, est domino apertum & deuolutũ. per
text.in dicto c.1.in titu. quæ fuit prima causa benefi.amit.
quem quidem tex. quanuis loquatur in masculo, Bal.in c.
imperialem.§.præterea ducatus. de prohib. feudi alie. per
Fede. extendit etiam ad fœminas. cum quo transit Alber.
ibi, dicens esse de hoc tex.in c.1.de benefic.fœminæ.& in
c.1.§.personam.in titu. per quos fiat inuestitu.

Ex quibus apparet prima frõte multis capitib. esse fun-
datam intentionem dicti domini Bellit: & ex diuerso con
stare per præmissa de non iure dictorum dominorũ agen
24 tium.† Et licet ista videantur prima facie colorata, in con
trariam tamen sententiam condescẽdo, resoluens sæpe d.
do.de Aragal agentes ad huiusmodi feudũ, aut feuda ad-
mitti debere. Ad quod ostendendũ, quanuis esset satis ad-
uersę partis obiectis respõdere, cõstitui nihilominus pro eo
rũdẽ iustitia quædã, solida fundamẽta in mediũ proferre
postea suprà factis contrarijs responsurus.

Resumendo igitur quod suprà versi. 13. pro fundamẽto
patris aduersæ dicebatur, q scilicet tenor inuestituræ de-
monstrat qualis sit natura feudi, per iura quæ ibi allegan-
tur: Præsuppono, quod confirmatione vel prorogatione
feudi antiqui non dicitur esse nouum feudum. vt nota. Ol
dra.consi.178.incip.quædam nobilis. Paul.de Castr. cons.
154.& secundum meũ numerũ est cons. 157.inci. q istud
feudum &c. Alber. de Rosate in suo dictionario in versi.
nouum. licet de vtroque non faciat mentionẽ Paol. de Ca.
vbi suprà.& facit in arg.l.4.§.fi.& l.sed & si manente.in fi.
ff. de præca.gl.& Doct. in l.1.§. cum dies.in prin.ff.de arbit.
& in l.4.in princi.ff.damno infecto. Quinimò in fortiori-
bus terminis concludit Bartol.post glo.& Din.in l.quod
dicitur.ff.de impen.in rebus dota.factis. vbi dicunt, quòd
licet vnus ex pluribus fratribus habentibus feudum anti-
quum, seu quod habeat naturam feudi antiqui, commisit
feloniam propter quam amisit feudum, si dominus remi-
sit sibi feloniam, remanet nihilominus feudum antiquum,
sicut erat prius, & succedet frater in eo, qui tamen in feu-
do nouo non succederet. & hoc quãdo non apparat, quòd
dominus per nouam inuestiturã voluerit de nouo infeu-
dare: sed potius antiquis inuestituris inhærere. Ita Bal.de-
clarat in l.1.colum.15.ff.de rerum diuisi. per tex. optimum
in cap.1. vbi Præpo.post antiq. Feudistas, de vassallo decre
pi.ætatis. Ita etiam declarat Paul.de Cast.in l.si peculium.
§.si hæres.ff.de pecul.& Francis.de Curte consilio 49.in-
cipien.memoriæ recolendæ, &c.colum.antepenul.versic.
tertiò respondemus, &c.

Quod etiam verum est quanuis in tali noua inuestitura
dicatur, vel apponatur clausula, inuestimus: quoniã per hu
iusmodi clausulã, nõ desinit feudum tale paternũ esse, vel
antiquum, per tex. quem ad hoc not. Bal.in allega.c.1.de vas
sallo decrepitæ æta.idem Bal.cap.1.de eo, qui fi.fecit.agna.
idem & Aluarot.in capit.1.in titulo.an agna. vel filius, &c.
& omnino Fran.de Curt.consilio.52.colum.3.versicul.7.
iustificantur, &c.

Amplio etiam si in tali inuestitura repetantur omnes
aliæ præcedentes inuestituræ, & illæ confirmentur, & illis
inhæreat. nec.n. ex his dicetur esse nouum feudũ, sed anti
quum. Ita tenet And.de Isern.in cap.1.de vassallo decrep.
ætatis. quod etiam est de expressa mente Bal.in l. 1.colum.
penult. C. quando non pet.par.& quod volunt Iac.de Bello
vis.& Aluar.c.1.§.denique. quæ fuit prima causa benefic.
amitt.in secunda conclusione.& Philip.Cor.cõsi.16.incip.
aperta fronte.in litera, p.vol. 1.

Hinc est quòd si duæ inuestituræ reperiãtur, prima vno
modo cantet, secunda repiatur alterata, stabitur nihilomi-
nus primæ, nec per secundam fiet præiudicium illi primę.
ita singulariter determinat Bal.consi.82.incipien. proponi
tur, quòd inuestitura. vol.1.vbi etiam dicit, q quando feu-
dum est antiquum, primæuus illius status nõ est mutãdus
& quod renũtiatio patris nõ nocebit filijs. Eandẽ opinio-
nem tenet Card.Ho.consi.92.incip.nobiles viri.ad princi.
vbi dicit inuestituram nouam habentem aliam formam,
quam habeat prima, non immutare formã illius antiquæ,
per tex.expressum in c.1.de vasal.decrep.æta. suprà allega
to. Ita not. Pau.de Castr.consil.154.incip.circa præsentem
casum allegat textum in c.1.de eo, qui finem fecit agna.&
Io.And.in addi.ad Specu.tit.de feudis.§.1.versi.&c.refert
& sequitur dom.meus Francis.de Curte in suo tract.feu-
dorum,

dorum,part.2.q.7.principali: & dominus meus Iacobinus de sancto Georgio etiam in tract.suo feud. in glo. in vers. itaque ipsi inuestiti habeãt.& versiculo sed ponamus. &c.
25 †Præsuppono similiter,quòd sicut dominus feudi nõ potest naturam feudi antiqui alterari in præiudicium agnatorum,vt scribit Bal.in c.1.in tit.an filius vel agna.l.fin. ff. de pact.& l.si post mortem.§.fi.ff.de bo.pol.& cõtra tab. sic nec etiam vassallus in præiudicium agnatorum,quãdo feudum est antiquum.probatur in sæpe alleg.c.1. & eorũ vbi Bald.& Moder.Feudistæ in titu. de vasallo decre.æta. Ita no.do.meus Iacob nus vbi suprà in præall.vers.sed ponamus.& Franc.de Curte consi.1.incip.facti contingẽtia. col.4.uersi.nec obstat si quis dixerit,&c.

Fundatur hoc præsuppositum in text.in l. Impuberi.ff. de admi.tutorum.quem ad hoc inducit Baldus in l. vnica C.quando nõ pet.par.in l. qui se patris.vbi omnino idem Baldus colum.8.versic.item quæritur.& Alex.C.vnde libe.vbi loquuntur etiam in feudo nouo stipulato filijs per parentem.†Idem Bald.Paulus de Cast.& Ioannes de Imola,post Din.in l.apud Iulianum.§. si quis alicui. vbi etiam Ange.ff.de le.j. Idem Baldus in l.in personam.C. de fideiuss.Ioannes de Imo.in le.stipulatio ista. §. si quis ita.ff.de verborum obligationibus.& Paulus de Castro in præallegato consi.154.aliàs 156.incipien.circa præsentem casum & Franc.de Curt.consi.25.quod incipit,tria ex facti narratione,&c.ad fi.Ratio eorum est , quoniam in feudo nouo filij,in antiquo vero agnati succedunt iure contractus , vt not.Din.Bald.Imol.Alex. in d.l. apud Iulianum. & Alex. de Imo.in addi.ad Bald.in d.l.qui se patris. vbi etiam idem tenuit in apostil.ad eum in versi.hoc scias. & in addi. ad Sa li.in l.fi.C.de iure emphy.de quo latius intrà deducemus. Oritur enim ex feudo quidam contractus vltro citroque obligatorius,vt tenuit Francis.de Curte consi.63. per iura
26 potissima & rationes supradictas.† Nec facio differentiam hoc casu inter inferiorem dominum & principem : quoniam nec ipse etiam princeps à dictis contractus obseruantia absoluitur: vt scribit Bal. in c.1.in prin.de natura feud. vbi per hanc rationem tenet Imperatorem,aut Regẽ Frãcorum non posse reuocare feudi concessionem,quam fecissent sine culpa vasalli.Nam licet princeps sit legibus solutus,Deus tamẽ cui subditus non subdidit illi contractus ex quibus obligatus est:vt not.in vulga.l.digna vox. C. de legi.ipse etenim princeps obligatur ex pacto.vt est tex.expressus in cap.1. ext. de proba.not.Alexand. in apostill. ad Bald.in præalleg.l.qui se patris & in l. Titius.ff.de iure patronatus. Roma.plenè consil.321.vbi alleg.illud dictum Bal.& ita etiam transeunt Aluar. & Andræas de Iser.in c. 1.de natura feudi.refert & sequitur Alexand.consi. 30.colum.2.volum.5.& Franci.de Curte in sæpe allegato consi. 49.ad fi.refert & sequitur dominus meus Frãcischinus in d.tract.feud.part.2. quæst.52. principal.quod etiam latius
26 examinans concludo intrà consi.153.versi.11.† Dominus Barthol.Chassanæus compatriota meus in suo commẽto consuetudinum Burgundiæ,in rubric.de feudo.§. dominus feudi.qui est §.3.in gloss.in versi.dominus.dictum illud Bal.& Iac.& Aluar.in d.c.1.de natura feud.ampliat. in successore Imperatoris , vel Regis : qui feudum concesserunt,vel pactum fecerunt,quod etiam non liceat. alleg. not.in ca.nouit.extra de iudic.fateor inter Doct.fuisse altercatum,an feudum contractus sit nominatus,vel innominatus:vt per Barto.& Bal.in l.iurisgentium.§.quinimo ff.de pact.idem Bal.& Doct.in l.final.C.quando liceat ab empt.discedere.Communis tamen est opinio secundum Bar.in l.vnica.C.de condic.ex lege,quòd sit cõtractus innominatus.quod etiam voluit Bald.in suis conclusionibus feudorum,prout eum refert & sequitur Socin. consil. 67. incip.visis inuestituris,&c.colum.2.versi.4.& vltim.votum.1.& ibi columi.4.versi.primo.quia consuetudo,&c. contrariam opinionem confutat.& hanc opi.tenet sæpe d. dominus meus Francischinus de Curte vbi supra quæst. 9.principali. & ita tenuit in sæpe dicto cõsilio Illust.fratrũ Cardonæ,primo dubio versic.12.ad fi. & And.de Isernia in præludijs feudorum post Odofr.coln. 6.dixit,quòd ex huiusmodi contractu triplex oritur actio,secũdum quod iura vasallorum sunt varia .

Datur etenim vasallo prædicto in actualem feudi possessionẽ vtilis rei vendicatio nedũ cõtra extraneum verũ & contra dominum. isti aũt vassallo cui facta est sola promissio de inuestiendo vallata stipulatione , datur actio ex stipulatu,& si in huiusmodi promissione stipulatio nõ interuenerit,datur conditio ex moribus:vt referendo sequitur do. meus Francis.de Curte vbi supra.parte 1.q.9.& 10.

Nec facit,quod contractus principis regulariter in successorem non transit.vt Bal.plenè nota. in l.1.ad princip. ff.de const.prin.Bald.n.ibi seipsum declarat restringẽs suũ dictũ ibi, nisi qñ princeps facit ea quæ sunt sui officij prout est infeudare argu.in authẽ. vt nulli iudi.§.& hæc vero iubemus.& in auth.consti.quæ de dig §. illud aũt. de quo plenè per Felin.& moder.c.j.extrà de consti. & ita voluit do.meus Franc.de Curte consi.1.col.13.versi. non obstante.n.nulla & in tract.feud.par.2. q.2. principali. vbi allegat Laud.& Card.Alex.et alius in d.c.1.de natura feu. & Feli. in c.quę in ecclesiarum, post princip.extra de constitu.

Ex quo Mar.Laudẽ.& alij in d.c.1.de natura feudi, inferunt , quòd non possit hodie Imperator infeudare aliquam ciuitatem,vel castrum Lombardiæ:quia Ducẽ Mediolani iam inuestiuit de terris Lombardiæ,quem nõ posset disuestire,nisi culpa cognita.quod etiam voluit Andr. Barba.consi.56.colum.2.versi. primo & si quispiam opponat.volum.2.& not.Curt.præallega.consi.50.column.
28 70.versi. † Nec obstat,quòd iura prædicta loquantur in principe disuestiente vasallum,quem iam prius inuestiuit & sic locum non habent in casu nostro, vbi agitur solũ de iure quod habebant dicti agnati , sed nec de derogatione iuris illius,imò duntaxat agebatur de remouendo obstaculum,faciendo de incapace capacem,prout latè deducebatur suprà versi.8. & nono.Et prædicta pro fundamento allegata loquuntur in derogatione & ablatione iuris , quòd quis habet in re nos autem sumus in his,qui habent duntaxat ius ad rem, vel in spe,per ea quæ notant Alb. de Rosate,& Bartolus in l.1.§.si quis.ff.à quibus appell.non lic.& dominus meus Ias.in l.conditionis.C. pact. Dico etenim quod nedum vasalli,sed etiam hi,quibus ex consuetudine feudi, vel pacto debet fundum deuolui, ius habẽt in eo,per tex.& nota.in l.2.§.in hac actione.ff.vi bonorum rapt. & Doctor.post gloss.in §.sanè.insti.eod.& facit l.rem in bonis.& ibi Bart.ff.de acquirendo rerum dominio.Idẽ Bart. in l.1.C.quando & quibus quarta pars deb. libro decimo. & dominus meus Ias.in vsib.feudorũ col.mihi 177. versi. adde quòd quædam sunt in bonis.

Hinc est,quòd vasallo ingrediente religionem deuoluitur ad agnatos feudum antiquum,prout nota. Iac. de Bel. And.de Isernia, Aluar.Præpo.& alij in capit.j.de vasal.qui arm.bel. depon. restringentes gloss.in ca.j.§.j.de benefic. feudi.& loquitur in feudo nouo refert & sequitur Rapha. Cum.consilio.167.incipien.Ioseph & Antonius . & dominus meus Franci.de Curt.in sæpe alleg.trac.feud.par.3. in 10.quæstione principali.in fine .

Sic etiam quando vasallus ex aliqua causa, quæ de directo nõ respiciat dominũ, feudo priuatur , reuertitur illud feudum antiquum ad agnatos, nõ autem ad dominum.vt est tex.expressus in ca.j.§.fi. in 2.responso.quæ fuit prima causa benefici. amitt. de quo est tex. bonus realiter intellectus,in cap.j.an ille,qui interfe.fratrem domini sui. & ita voluerunt Andr. de Isernia & alij scribentes suprà allegati,vbi eos proximè allegaui.refert & sequitur Alua.in d. §.fi.in 51.conclusione .

Et similiter vbi feudo priuatur vasallus propter alienationem illius prohibitam,feudum antiquũ ad agnatos reuertitur.& ita intelligitur tex.in c.1.§.hoc quoque.de successi.feudi.vbi hoc tenet glo.per omnes approbata. Iac. de Bel.And.de Isern.Bal.Præpo.communiter omnes in d.§. fina.

sina.quæ fuit prima causa beneficij amit.vbi Aluar.conclu
sione 16.refert ita tenere communiter omnes docto.dem
pto.Petro de Ceruetis,quem refert,qui tenet indistinctè,
29 quod ad dominum reuertatur, vt dicit† Hinc est etiam,quod
in feudo antiquo,vel paterno,consensus domini non suf-
ficit ad hoc,quòd vasallus possit alienare illud.per tex.cla
rum & apertum in c.j.de alie.paterni feudi.& ibi commu-
niter Feudistæ notant.

Quod est etiam verum si vasallus feudum antiquũ re-
futaret in manibus domini:quia non præiudicaret agna-
tis,nisi in vita ipsius refutantis & descendentium suorũ.
Ita tenuit Iaco.Ardizon.in summa feud.titu. quibus mo.
feud.amitt.sub rubricella,si vasallus feudum refuta. domi-
no. Eandem opinionem tenuit Bald. in l.qua ratione. §.
5.quoque colum.5.in prima conclusione.ff.de acquir.rerũ
do.Idem in cap. 1.colum.2.de alie.pat.feude. cui opinioni
condescendit Aluar.in sæpeall.§.fin.q.37. quæ fuit prim.
causa beneficij amitt. Quod vsque adeo verum est, quòd
multi dubitauerũt, vtrum vasallo feudum paternum, vel
antiquum alienante in vnum agnatum gradus remotioris
sufficeret consensus proximiorum agnatorum . ita quod
agnati medij gradus nõ possent huiusmodi alienationem
reuocare in manib.illius agnati remotioris gradus.In quo
dubio consuluerunt pro vna parte collegium Mediolanẽ-
se,& pro alia collegium Bononiense.& refert Bald. in ca.
1.de alie.pat.feudi.de qua quæst. qui voluerit latè videre,
(nec enim est pręsentis speculationis)videat Mart.Laud.
in d.c.Titius.colum.7.& 8.in titu.si de feudo fue. contro.
& dominum meum Curt.in d.tract.feud.par.4.q.9.princi
30 pali.versi.tertia igitur est regula,&c.† Vnde breuiter hoc
præsuppositũ perstringendo,dico non referre an sit Rex,
aut Imperator,vel alius dominus inferior : quoniam nul-
lus illorum potest in præiudicium agnatorum , vel descen
dẽtium primęuã inuestituram alterare,nisi de eorum con
sensu.Ad quod præter ea quæ supradicta sunt resumendo
quòd supra dicebatur versi.27.quod.f.in feudo , est quidã
contractus in quo vltro citroque nascitur obligatio : vt
not.Francis.de Curte sæpeall.consil. 50. in a.compilatio-
ne.col.69.versic.tamen iterato redeundo.& And.Siculus
cap.canonum statuta. extra , de constitu. vbi loquentes in
contractu celebrato inter principem & priuatum, conclu
dunt quod non possit à principe reuocari in pręiudicium iu-
ris ex illo quæsiti etiam non subdito.

Fateor Inno.in c.nouit.extra de iudi. Abb.in c. cum M.
Ferrarien.extra de consti.Baldum in l.qui se patris. sæpe-
allegata,C.vnde libe.& alios docto.quot Barba.refert vbi
supra,loqui in contractu inter principem,& nõ subditum
celebrato.Sed hanc distin.Bal.in c.j.vbi etiã Laud. & Præ
po.de natu.feudi.& c. 1 .de feudo sine causa nõ amit.repro
bant, volentes quod eo ipso quod princeps contraxit siue cũ sub-
dito,siue cũ non subdito,redactus est instar priuati hõis:si
cut ergo contractus qui celebratur inter dñm & nõ subdi-
tum,est vltro citroque obligatorius, vt admittunt omnes
Doctores in l.digna vox.C.de leg.et in l.si verò.§.de viro
ff.soluto matrimonio.sic erit etiam quando celebratur cũ
subdito. Contractus etenim sunt de iure gentium . vnde
sequitur,quòd princeps nõ possit tollere ea, quæ sunt iuris
gentium,nisi causa subsit de iure gentium rationabilis. ve
rificantur prædict.in l.prima.in princip.quod incip. huius
edicti æquitas,&c.ff.de pact. Nec lex regia , quæ princi-
pem liberum reddidit à legibus Romanis , potuit eum li-
berare à iure gentium , cuius est vt pacta seruentur. & ita
per plures columnas resoluit Andræas Barbat. vbi suprà,
præsertim colũna, 11.versi.si mihi dicatur,&c.concludens
quod licet Imperator sit suprà caput iuris ciuilis:est tñ sub pe
dibus iuris gentium.vnde in terminis nostris dicit, quod non
pôt Imperator venire contra suos contractus,vel conuen
tiones suas.Subdens,quòd sicut non potest mihi auferre
dominium rei meæ,vt scribunt omnes communiter in c.
quæ in ecclesiarum.de consti.& prosequor latius infrà ver
sicul.74.& sequen.sic non potest auferre mihi , obligatio-
nem de iure gentium quæsitam ex suo contractu. Ita etiã
in casu Cin.concludit in allega.l.digna vox. vbi dicit Prin
cipẽ posse contrahere cũ suis subditis & eis teneri de iure
gentium:quia naturalis ratio cooperatur.l.bona fide.ff.de
posit.adducit & Barba.vbi suprà,fundamenta plura.osten
dẽs indistinctè per illa,quod Princeps, vel Imperator nõ pos
sit disuestire vasallũ sine culpa: sed nec etiã possit tollere
obligationem non subdito ex suo contractu quæsitam.

Addatur quod in facti contingentia scripsit Rom.con
silio 352.ad finem.alias est consi.252.vbi dicit, quòd si re
solutio contractus initi cum principe, esset in potestate il
lius,non reperiretur qui cum eo contrahere vellet, & sic
careret omni commertio,quod esset valde graue.quia om
nium præsul,fieret omnium exul.l.e.ei,qui sanctum. C.de
31 apost.† Ad quod similiter addo Bald.in auth.omnes pere-
grini.C.communia de success.vbi dicit, quod ex quo consue
tudo feudorum dictat,quod princeps non possit priuare Du
ces,nisi per pares antea iudicentur indigni : sic etiam non
poterit Imperator contrarium statuere, & abusiuas facere
dignitates. Ratio sua ęst,quia consuetudo quę disponit in
ipsum principem,maior est ipso principe: vt ibi per eum,
& in capitul.1.§.1.versi.quęro nunquid de noua formãda
fide.(vbi etiam dicit,quòd consuetudines feudorum cen-
sentur ius naturale)& elegantius idem Bal.capitulo 1.§.&
quia vidimus,colum.1.versic.quæro nunquid Imperator.
qui feudum dare possunt. decidit,post gloss.ibi quòd Im-
perator non possit diuestire vasallum,nisi conuicta culpa
assignat rationem,quia bonæ naturales consuetudines li-
gant Principem:quia potentius est ius naturale,quam Prin
cipatus.Nec decet principem beneficium suũ reuocare,cũ
debeat in ore eius veritas esse.vt not.Ioan.Andr. in capi.
quod dilecti.de consanguin.& affinit.in nouella.& Bal. in
32 d.§.& quia vidimus.† Corroboro prædicta vno funda-
mento vrgentiori.per tex.æterna memoria dignum , in c.
1.de formanda fide,vbi tex.ille continens ius sanctum di-
cit,quòd in omnibus in quibus vassallus debet esse fidelis
domino suo,in eisdem debet dominus esse fidelis suo va-
sallo:alioqui dominus iudicabitur male fidus:quo casu nõ
solum dominus priuabitur proprietate, vt vult text.ibi &
prosequitur dominus meus Franciscus de Curte in sæpe-
dicto tractatu feudo.parte sexta.in principio. verum etiã
poterit vasallus propter aliquam dictarum causarum do-
minum diffidere, prout nu. Bald. ubi suprà,quem refert et
sequitur Barbatia præallegato cap.canonum statuta.colu.
11.uersiculo.Et si mihi dicatur, inferens ex dicto tex.con
tra Innocentium in cap.cæterum.extra de iudicijs. qui di
cit ibi,quod dominus agit interdicto unde ui. contra ua-
sallum: sed non cõtra,qm (ut dicit pręfatus Barbatia ibi) In
noc.non bene loquitur,cum dominus & uasallus ad impa
ria non iudicetur,per illum textũ. & allegat pro communi
doctrina tex.elegantẽ in c.esto subiectus.95.distin.in uer-
sicu.scitum est illud oratoris Dominij, Cur te habeam ut
principem,cum tu me non habeas vt senatorem. Ex qui-
bus infert unum correlarium,quòd sicut uasallus non po-
test in præiudicium domini,uel suorum successorum ali-
quid agere contra formam primæ inuestiturę,ut est supra
latè demonstratum: sic nec etiã dominus.non distinguẽdo
inter principem, & alium inferiorem quod intelligo cau-
sa non subsistente , cum limitationibus & restrictionibus
33 quas infrà subdam.† Præsuppono consequẽter (resumen
do dicta suprà versicul. vigesimo quarto. ubi conclude-
bam tenorẽ inuestiturę seruandũ,quãuis naturæ feudi re-
pugnet) quod licet magna sit inter Doctor.disputatio, an
pacta in aliquo contractu apposita contra substantialia cõ
tractus valeant: alijs dicentibus huiusmodi pacta non ua-
lere, alijs aũt valere & contractum in aliam speciem trãs-
formari,ut per dominum meum Curtium in sæpe dicto
tractatu feud. parte prima.quæstio.sexta principali. uersic.
sed circa prædicta,&c.ubi resoluit cum Bald.in capi. 1 .per
quos fiat inuest.et cum eodem in l.ubi ita donatur.ff.de do
nat.causa mortis.dum uoluit,quòd pactum quod apposi-
tum est

tum eſt contra ſubſtantiam,vel naturam cõtractus poteſt
transformari in alium contractum,remanente eodem no
mine appellatiun,inducitur talis trãſformatio:ſicut in pro
poſito noſtro(ait)habemus ſeudum propriũ,ꝙ habet ſex
vel ſeptem qualitates requiſitas.de quibus per Doctor.in
prælud.feud.& habemus ſeudum improprium in quo al-
teratur natura feudi circa præmiſſa ſeptẽ requiſita.de quo
titulum habemus ſpecialem , de ſeudo non habente pro-
priam naturam ſeud. vnde inſert, ꝙ ex quo poteſt tranſ-
formari in aliam ſpeciẽ contractus non diſcedendo à ge-
nerali nomine cõtractus,ſiue à nomine appellatiuo,& ſic
de feudo proprio ad ſeudum improprium fier talis tranſ-
formatio,& non annullabitur contractus, vel pactum ſe-
cũdum dictum Bartolum. vbi ſuprà.& ita etiam viſus eſt
ſenſiſſe Panormitanus in cap.1.extra de commod.& in c.
inſinuante.extrà qui cle.vel vo.dicens , quòd pactum ap-
poſitũ contra accidentalia contractus valet, & in hoc vin
cit legem:ſed ſi contra ſubſtantialia contractus appona-
tur non valet, niſi tranſire poſſit in aliam formam non di
ſcedendo à generali nomine contractus, vt ſuprà diceba-
34 mus.†Dico autem,quòd in caſu noſtro ſubſiſtere non po
teſt ſeudum proprium,ſecũdum mores feudorum Italiæ,
cum pactis de quibus in themate 1 quia de directo repu-
gnant,nec ſe compatiuntur:nec etiam in aliam ſpeciẽ cõ-
tractus poſſunt transferri, eodem nomine appellatiuo re-
tento.Vnde ſuccedit doctrin.Speculator.titulo de locato
§.nunc aliqua.verſi.89. & ibi Ioannes Andræas in addi-
tion.& Salycet.in l.2.C.de iure emphyteu.concludentiũ,
ꝙ pactum contra ſubſtantialia contractus non valet. imò
reijcitur tale pactum.l.cum precariò.ff.de precar.l.obliga
tionum ferè.§.placet.ff. de verborum obligationibus.l.ro
gaſti.§.ſi tibi.ff.ſi certum petatur.& l.ſi tibi decem milia.
in principio.ff.de pactis. & l.1. §.1.ff. ſi vſusfructus peta-
tur.& tex.ad literam in cap. ſuper eo.& ibi Doctor.extrà
de condit.appo.Quod dictum Bal.in l.etiam.C.ad Velle
ianum.& Bar.in l.2.col.2.vbi etiam Alberi.de Roſate, &
Salycet.C.de iure emphyt.locum habere voluerũt,etiam
ſi contractus eſſet iuratus, quod nihilominus huiuſmodi
pacta reijciantur.Ex quo infero, quòd nõ obſtantibus pa
ctis,quæ de directo contrariantur feudis,ſecundũ morem
feudorum Italiæ,ſeudum hoc,de quo eſt in præſentiarum
quæſtio, ex pacto & prouidentia regulabitur ſecundum
cõſuetudines & cõſtitutiones ſeudales:vt monſtrat apertè
dominus meus Frãciſchinus vbi ſupra.in princip.ſui trac.
35 quæſt.prima principali.†Corroboro prædicta vltra ſuprà
allegata,quòd pacto & conuentione contrahentium actũ
eſt , quòd d.ſeuda conceſſa fuerant Ludouic. de Aragal
primo ſeudatario ſecundum mores & conſuetudines ſeu-
dorum Italię,cuius natura eſt,ſecundm Bald.in l.edita.C.
de edendo.ad fi.& in l.1.in ſecundo notab.vbi etiam Bar.
C.de inſtitu.& ſubſtitu.&c. Idem Bar.in l.eum,qui.§.Iu
lianus.ff.de conſtitut.pecul.vbi dicit,ꝙ ſi iudex condem-
net Titium ad dandum par caponum,& annuatim, ſecun
dum ꝙ anteceſſores ſui facere conſueuerunt:dicit , quòd
teneiur illud par caponum dare quamuis ſui prædeceſſo-
res nunquã ſoluerint.ſimile(dicit)eſt, ſi dicat cõdemno te
ſecundum formam ſtatuti, etiam ſi nullum ſtatutum inue
niatur,intelligitur attamen condemnatus: quia dictio ſe-
cundum,non facit conditionem.ita etiam not.Bal.Alberi.
& Salyc.poſt Cin.in d.l.pen.& Felyn.c.ex parte.1. col.4.
verſ.ſcias autem.extrà de reſcr.vbi volunt, ꝙ etiam in pri
uilegio principis nõ faciat conditionem.de quo eſt text.in
cap.Abbate ſanè.de re iudic.li.6.& in alleg.§. Iulianus.de
36 conſtitu.pecul.† Confirmantur prædicta,quia nedum in
tribus illis primis inueſtituris,quarum ſupra in themate ſe
cimus mentionem:verumetiam in prętenſis ampliationi
bus,non vno loco ſolum,verum etiam pluries,vſq; ad fa-
ſtidium ſit appoſita illa clauſula, ſecundum mores & con-
ſuetudines feudorum Italiæ,quæ quidem clauſula in præ-
dictis inueſtituris appoſita eſt in clauſulis diſpoſitiuis ip-
ſarum,immediatè poſt illa verba,vobis & veſtris hæredi-
bus & ſucceſſoribus, &c. & ſequitur ſecundum mores &
conſuetudines ſeudorum Italiæ, niſi in inueſtitura Caſtri
de la ſoyoſa guarda:ſed vbi in alijs eſt inſerta , ſequuntur
iſta verba,& cum retentionibus & conuentionibus infra
ſcriptis,& conſequenter,& quòd non liceat diuidere ſeu-
dum abſque licentia domini Regis,iuxta morem & con-
ſuetudinem ſeudorum Italiæ. Item alia clauſula,ſaluo &
retento nobis,ac noſtris , in dicto ſeudo, quod habeamus
omnia & ſingula,quę ſecundum morem feudorum Italię
dominus maior & princeps habet,& debet habere in ſeu-
dis propriam naturam habentibus,& alibi paſsim . Quæ
verba referuntur indubiè ad omnia pręcedentia,quamuis
etiam non fuiſſent toties repetita , propter continuationẽ
verborum in dicta inueſtitura poſitorum. vbi dicitur,vo
bis & hæredibus & ſucceſſoribus veſtris & cum conditio
nibus & reſtrictionibus infrà ſcriptis quę dictio, &, cum
adiungitur diſpoſitioni de præſenti,facit vnionem.l. cum
ad patris.ff.ſi certum petatur,not.Bar.& Alberic.in l.Gal-
lus.§. quidam rectè de liber. & poſthum. idem in l.1.ff.ſi
pendente appel. mors interue. & nota. Bald. & Salycet.
in l.vnica.§.vbi autem.C.de caduc.tollen.

Comprobantur prædicta verba illa , ſecundum mores
& conſuetudines ſeudorũ Italiæ, toties geminata,& mul-
tiplicata,plus ſemper operantur quã ſimplicia verba: quia
nõ ſine cauſa geminantur. Imo ampliant effectum,vt tra
dit latè Franc.de Curte,in ſecũda editione conſilij ſui 50.
col.27.verſiculo 5. cõprobantur.Cui addo Alex.de Imo.
conſi.213.incipiente,An princeps poteſt.col.8.vol.2.cõſ.
101.incipiente viſis inſtrumentis exemptionis. volu.1.&
in l.3.in principio.ff.quòd quiſque iuris.Pau.de Caſt.conſ.
176.incip.proponitur in facto.& conſilio.84. incipiente
quòd pręfata,&c.Bald.in l.pręcibus.col.5.C.de impuber.
& alijs ſubſtitut.& in prima conſtitutione Digeſtorũ,col.
4. Franciſcus de Aretio omnino conſi.incip. diligenter &
mature.vbi ponens de natura actus geminati et illius im-
portantia dicit, quod fortius operatur , quam ſimplex. &
ita etiam permulta , quæ ad hoc allegat Doctor egregius
dominus Didacus de Segura, reſoluit in repetitio. l. filius
dum in ciuitate eſt.ff.de verborũ obligationibus. fol.116.
col.3.verſi.ex hoc etiam infertur & ſecũdo. Vnde ſi verba
illa ſecundum morem & cõſuetudinem ſeudorum Italię,
important omnem ſubſtãtiam & qualitatem dicti ſeudi ,
per l.2.§.furioſus.& ibi Ang.qui reputat tex.illum ad hoc
eſſe ſingularem.ff.de iure codicil.Idem Ang.in l.in nego-
tijs.ff.de regul.iur.& in ſuo cõſ.incip.quòd ſententia lata.
& roma.cõſ.82.incipiente,quoad id,quod quæritur,certè
dicta verba,ſecũdum mores.&c. reiterata & geminata cẽ
ſentur eſſe non ſine miniſterio ,& virtute operandi : imò
ampliant effectum(vt dixi)ſecundum Baldũ in l.fructus.
C.de actio.empti.quia ſermo geminatus cenſetur cũ ma
iori deliberatione expreſſus. capitu. & ſi Chriſtus . & ibi
Doctores extra de iureiurando.tex.cum gloſſ. in capitulo
ſi pars iram.in verbo,reiterato.vbi Archidiaconus ſecũda
quæſtione tertia.& in l.ſi mulier.2.C.ad Velleian.Ita not.
Pau.de Caſt.conſi.82.incip.ius debolatis. & Panorm.cõſ.
82.incip.quanquam in his dubijs.vol.j.& dixi ſupra conſ.
10.verſiculo ſexto.

Sequitur ergo,quod non obſtantibus pactis contra ſub
ſtãtiam, vel naturam feudorum Italiæ poſitis in dictis in-
ſeudationibus,intellexerunt contrahentes , quòd dictum
ſeudum regularetur ſecundum morem ſeudorum Italiæ,
& hoc quod in omnibus inueſtituris , etiam poſt omnes
conuentiones partium , & in princi. & in fine ſit appoſita
clauſula præd.ſecundum mores, &c. Quæ quidem clau-
ſula ſic,vt præmittitur , inſerta afficit omnia capitula,etiã
ſi remota fuerint,aut diſtincta. prout not. Cardin.in Cle.
1.§.2.de ſuplen.negli.præla.& in Cle. 1.§.fin. de iure par.
not.Guilliel.de Cug.in l.ſi idem cum eodem.in princi. &
ibi etiam Bal.ff.de iuriſ.omnium iudic.Bar.& omnes in l.
talis ſcriptura.§.fi.ad princip.verſi.venio ad ſecundum no
37 tabile.ff.de leg.1. †Sed quid opus tot probationibus,quòd
illa fuerit

illa fuerit mens & intentio principis concedentis feudum
huiusmodi, & domini Ludouici recipientis illud, scilicet
quòd regularetur secundum mores & consuetudines feu
dorum Italiæ. vltra sępe d. clausulę geminationem & rei-
terationem, per eadem verba etiam repetita sæpius in cô-
cessione iurisdictionis & meri & misti imperij, de quibus
in themate, ac etiam in erectione in Baroniam suprà men
tionatam, quę facta fuit ad supplicationē prædicti Iacobi,
aui materni dicti domini Bellit. sicut & aliæ duæ amplia-
tiones, vt constat in themate. per quas quidem ampliatio
nes & erectionem, appares illam fuisse voluntatem & in
tentionem Regis Catholici concedentis, & Iacobi reci-
pientis, ꝙ ista feuda essent & regularentur secundum mo
rem & consuetudinem feudorum Italiæ, etiam si dubia
essent: quia ad postulationem dicti Iacobi concessæ fue-
runt, secūdum Bartulum, Alex. & doctores in l. 3. ff. quod
quisque iur. Idem in l. 1. vbi etiam Iacobus Rebuffi. C. de
peti. bon. sublatis. libr. 10. per textum in capitulo si motu
proprio. quem ad hoc nota. Philippus Francus post Gem.
de præbend. libr. 6. Quinimò ex quo toties fuit repetita
dicta verba, & in tot inuestituris & concessionibus semel
& sæpius reiterata, videntur contrahentes voluisse, quòd
contra id nihil posset opponi, prout voluit Baldus in tra-
ctat. schismatis, posito post rubr. C. si quis aliquem testari
prohib. ad quod benè fa. l. Balista. secundum Alexandr.
ff. ad Trebel.

Quinimò ex prædictorum Ludouici & Iacobi suppli-
cationibus, super quibus emanauerunt respectiue concel
sio. iurisdictionis, & ampliationis prædictæ, constat feuda
prædicta nedum esse ex pacto & prouidentia, verum &
quòd ad successionem illorū soli masculi, & ex eis descen
dentes masculi succedūt. quod Saluator Bellit, pater dicti
dom. Ludo. Bellit, supplicando regiam inuestituram pro
filio suo prædicto confessus est. quæ confessiones indu-
biè dicto domino Bellit præiudicant: vt per Innoc. in c.
ex literis. in gl. in verbo, supplicauit. extrà de restitu. in in-
teg. Albe. de Rosa. & Bald. in auth. quæ supplicatio. C. de
præci. Impe. offe. nota. dominus meus Iason. ad literam in
l. cum te. C. de transactio. vbi dicit, quòd confessio facta
in supplicatione præiudicat supplicanti: & est irreuocabi-
lis: quod & voluit in l. cōditio. C. de instit. & substi. & c. &
not. Bal. consi. 141. vol. 5. quod latè prosequitur And. Bar.
consi. 38. col. 9. versi. capio modo primam partem. num.
38 58. vol. 2. † Nec obstat, ꝙ de dictis supplicationibus non
constat, nisi per verba enūtiatiua ipsius principis. quoniā
huiusmodi verba prolata à principe probant. & disponūt
quò ad sustinēdum actum principaliter gestum, secundū
do. Anto. in capit. illud. per text. ibi, & gloss. extrà de præ-
sumpt. refert & sequit Mathesila. singulari 80. incip. nota,
quod quotiescunque. Alex. consi. 136. col. pen. vol. j. idem
Alex. consi. 15. eo. vol. præsertim ex quo non solum fue-
runt geminata: quinimò tum in erectione baroniæ, cum
in concessione iurisdictionis & ampliationibus fuerūt, sæ
pius itarata. Quare probant indubiè, ac etiam disponunt:
vt resoluit Franc. de Curte in sæpe dicto consi. 49. col. 18.
versi. ad quintum arg. ad fin. & in secunda editione consi-
lij illius, col. 60. versic. & benè facit etiam ad propositum.
& omnino per Felyn. c. cum in iure peritus. col. 6. versic.
sententia enuntians. extrà de offic. delega. & in c. cum vi-
cesimum. ad fi. versi. nec obstat. c. licet, & c. eod. tit. idem in
c. nonnulli. §. sunt & alij. col. 5. versi. Amplia quarto. extrà
de rescripi. & dixi suprà consi. 56. versi. 5.

Præsuppono etiam, quòd etiam si verba inuestiturę de
beāt aliquid operari, ipsa tanquam stricti iuris, postquam
aliquod operatur sunt, debent restringi ad ius commune.
tex. est notab. qui hoc probat in c. j. §. filia. de success. feudi.
& c. 1. de eo, qui sibi & hæredibus suis masc. & fęminis. &
c. 1. §. ad filias. de grad. success. in feudo. & c. 1. de duobus
fratribus à capi. inuesti. vbi dicitur, quòd licet contineat in
inuestitura, ꝙ filij & fœminæ succedant in dicto feudo,
quamuis in inuestituris celebrandis possint apponi pacta
exorbitantia à natura contractus feudorum, vt per Bald.
Alua. & communiter Modern. in alleg. c. 1. de duobus fra.
dicebamus. suprà versic. 53. & duobus sequenti. non ob-
stante, quòd simpliciter facta fuerit inuestitura feudalis, ꝙ
filij & fœminæ succedant filiæ: tamen succedere non po-
terunt, nisi deficientibus masculis: vt habetur in d. §. filia.
vbi etiam, & in alijs locis præallegatis, Bal. & communiter
omnes scribentes tenent, ꝙ verba contractus feudalis de
bent indubie intelligi, secudum naturam feudalem, vt mi-
nus lædant quàm fieri potuerit. & ita voluit Andræas de
Isernia in c. 1. quibus modis feudum amitt. Ecce ergo quo
modo materia feudalis est restringēda, vt deseruiamus na
turæ feudali. multo ergo fortius erit in casu nostro, vt de-
seruiamus ipsi, & naturæ feudorum Italiæ, secundum ꝙ
ex pacto expresso fuit cōcessum d. feudum, vt constat ex
40 primis inuestituris, ac cōcessione iurisdictionis, erectione
in Baroniam, & ampliationibus sępe dictis. † Præsuppono
vlterius, quod si quæstio fuerit inter dominum feudi, &
agnatos, super ipsius feudi deuolutione, in dubio magis
fauere debet agnatis, quam domino feudi. ita nota. Rapha.
Cuma. in l. non puto. per illum textum. ff. de iure fisci. alle
gant Ioan. Andræ. in c. in nostra. extra. de testi. & in addit.
ad Specu. eod. tit. §. qualiter, versi. quamuis, & c. Idem Ra-
pha. in l. 1. ff. soluto matrimonio. Ang. de Aretio in l. scien
dum. ff. de appellatio. recip. & in §. fi. Instit. quibus mod. te
sta. infir. de quo scripsit abūdè dominus meus Curtius in
dicto tractat. feudorū. parte quinta. quęstione quarta prin
41 cipali † Præsuppono consequenter, ꝙ vbi feudalis, vel em-
phyteuticaria concessio finitur propter generationē: po-
tius feudum hoc, vel emphyteusis renouari debet in agna
tis masculis, quā in alijs personis: alioquin fieret ipsis agna
tis iniuria. propter quam possent appellare. ita not. Bart. in
l. 1. §. permittitur. per tex. ibi, cum gloss. ff. de aqua quotid.
& estiua. Alexander & Franciscus de Aretio latisimè in l.
si mihi & Titio. ff. de verborum obligationibus. Cano. in
c. 2. extra feudis. & ita in facti contingentia se dicit cōsul-
uisse de in ciuitate Placentiæ, & obtinuisse, Franciscus de
Curte. consi. 50. col. 7. versic. transeamus ad secundum. su-
prædictum autem consilium insertum est inter ipsius cō-
silia nu. 48. incipiente. super controuersia. vbi dicit hanc es
se communem sententiam. ita etiā posuit dominus meus
Curtius in dicto tractat. feud. parte tertia. quæstione 1. in
42 tertia limitatione. † Ex quibus apparet sępe dictum feudū
restitui debere dominis agnatibus vna cum fructibus. Et
licet errās in iure, fructus suos faciat, illius rei, quam bona
fide possidet, si se putat dominum, vt per Abba. plenè in
c. grauis. col. 12. extra, de restitu. spol. & in capi. penult. ex
trà, de rebus eccles. non alien. vbi ecclesia restituta contra
læsionem enormem: restituet rem: attamen facit fructus
suos per quem tex. dicit ibi Innocent. ꝙ licet de iure com
muni sit nullus contractus: attamē si percipiens illos fuit
in bona fide, lucratur eosdem. l. sed & si lege. §. scire. ff. de
peti. hæred. qui tex. probat, ꝙ error iuris excusat à dolo, &
inducit bonam fidem, quò ad lucrandum fructus. In con
trarium tamen est ipsa veritas, & resumendo ea, quæ su-
prà dicebamus, quod ex quo ille dominus Bellit possedit
feuda ista relegante consuetudine feudorū, & natura ip-
sius feudi, videtur dolo, seu mala fide possedisse: & sic nec
fecit fructus suos. Nec etiam procedit in terminis nostris
cōtrarium pręallegatum, vt per Dyn. in regula, possessor.
& ibi dominus Nicolaus Boerius præses in senatu Aqui-
taniæ, li. 6. Quo casu concludit contra dictum Bellit An-
charan. consi. 130. incipien. satis inaduertenter. ad fin. Ita
etiam Alexand. qui ad hoc multa allegat consi. 73. incipiē.
viso, & c. vol. 2. ad fi. & in pręalleg. §. scire. vbi etiam Ang.
dicit, ꝙ ad hoc ꝙ excusetur à dolo errans requiritur ꝙ sit
probatus error ille: quod ait valde difficile est. Vnde pro-
batur quando erratur in articulo iuris probabili, & consul
uit peritiores. Bal. in c. cum super. col. 3. extrà de ca. poss. &
propriè & in l. 4. ad fi. C. pro emptore. Ideo Andr. Barba.
in pręlliega. capit. penultim. de rebus eccle. non alien. tenet.
indistinctè

indistinctè opinio. Hostien.ibi contra Innocen.ꝙ scilicet non faciat fructus suos,nisi fortè, vt non dicatur fur, aut prędo.sed tamē non prodest ei error ille iuris,quò ad fructnum retētionem.quoniā illos restituere tenetur,per ea,quæ not.Bar.& Angel.in l.1.C.de his, quibus vt indig. Alexand.omnino in præalleg.consil.72.alias 73.quod incipit,viso themat.& maximè si factus est locupletior(nisi probet contrarium)vt est glo.notab.quam ibi commendat Ang.in l.vtrum.ff.de petit.hæredi.

Facit ad hoc etiam, ꝙ iusta causa litigandi non excusat aliquem à restitutione fructuū,vt per Bal.in l. ex diuerso, §.vbi aūt.per illum textum.ff.de rei vendica.& de hoc est glo.peregrina.38.distinctio. in summa.vbi dicit, ꝙ error iuris non excusat à pœna: & in terminis nostris est text. Institut. vi bonorum raptorum. §.2. vbi error iuris non excusat à dolo. Consequens est ergo, quòd ex quo constat dictum dominum Bellit in dolo fuisse(vt apparet per prædicta) quòd non fecit fructus suos,sed illos restituere tenetur vnà cum dicto feudo.

Non obstat cap.penulti.de rebus ecclesi.non alien.quoniam ibi multa concurrebant, s. quòd alienatio de qua in illo tex.fuit celebrata ex causa necessaria & vtili ipsi monasterio:vt Bal.voluit in l. si prædium. C.de præd.minorū. quem tex.allegat in c.ad audientiam,eod. tit.de rebus ecclesi.non alie.Item ꝙ iste,qui fecit fructus suos, erat laicus & idiota.Item dicitur in textu pro labore.& ita dicit Baldus in præallegata.§.scire vbi dicit. quòd fructus industriales non videntur haberi ex causa lucratiua.

Posset etiam dici pro concordia, ꝙ ille qui facit contra iura prohibitiua,tunc nedū non facit fructus suos,verū ēt est in mala fide.si vero iura nec prohibent, nec adsistunt: illo casu,qui errat in eis,excusatur à dolo. Vel iura contraria loquuntur quādo nulla lis mota est.& sic nō militāt in casu nostro.qui ēt saltē à tempore litis motæ debuit præfatus Bellit ad peritos recurrere,à quibus resciuisset feudū hoc pertinere ad dominos de Aragal agentes:& sic si hoc non fecit addidit dolū dolo.& ita in terminis distinguēdo resoluit egregius doctor Hispanus Didacus de Segura, in repetitione legis primæ.§.si vir.ff. de acquirēda possessio.
43 fo.8 t.col. t. versiculo restat.¶ Nec omitto,quòd stilus huius sacri maioris consilij.sic se habet:& ita fuit declaratum in causa quorundam pupillorum de Cedrellas, cōtra quendam Io.Fabra super Baronia Vscini in dicto regno Sardiniæ prout infrà versi.77.deduco.

Et licet ex præmissis iustitia dictorū dominorū agētiū satis videatur esse fundata: & è diuerso rationes pro dño Bellit adductæ sublatæ: Corroborando tamen ipsorum dominorum agentium iustitiam(quoniam veritas sæpius exagitata magis splēdescit)inuenio multa esse,quę possint præter allegatam inadmissibilitatem ipsius domini Bellit, & incapacitatem eius ad feuda prædicta demonstrare.

Considerādo in primis ꝙ feudū à do.Ludouico auo paterno dominorū agentium,& ipsius do.Bellit abauo materno,quòad ipsos dominos agētes paternū est quo ad dominū Bellit est antiquū, si ipse de masculis recta linea descēdisset.ꝙ colligitur ex diuisione feudorū, quā faciūt cōmuniter Feudistæ in ꝑludijs feudorū.in quo quidē feudo paterno,seu antiquo(nonnunquā.n.cōfunditur hęc appellatio,ēt citra quartū descendentiū gradū,vt docet Iaco.de sancto Georgio,dñs & præceptor meus in suo tract.feud. in gl.sua in ver.feu.) descēdentes,quāuis respectu vltimorū vasallorū sint collaterales,vt in terminis nostris sunt domini agētes, attēta persona Petri Ludouici vltimi feudatarij(vt in themate præmisimus)cuius sunt agnati & collaterales. Respectu vero domini Ludouici primi vasalli, descendētes succedent vsq; ad septimū gradū.& per hanc distinctionē agnatorū cōcordatur discordia q̄ inter Doc. erat super extētione graduū successionis agnatorū, prout latè per dñm meū in dicto tract.feud.par.3.in materia successionis descendentium,post q.17. quam distinct.ponūt in effectu Ia.de Bel.Nico.de Neap.Bal.Alu.Card.Alex.& cōmuniter oēs in c.1.§.si capitaneus.de feudo Marchiæ.

Ad propositū igitur dico, ꝙ in hoc feudo siue paternū dicamus, siue antiquum, excluditur sæpedictus dominus Bellit,cum descendat ex fœmina:& reuertitur ad ipsos dominos de Aragal agnatos, qui succedunt exclusa fœmina & descendentibus ex ea ex natura principij & stipitis, in quo fundatur antiquum,& paternum feudū,veluti in radice portante feudum ad posteros:sicut fons ad riuulos. secundū Bal.in c.1.de grad.succes.quē tex.Bal.& alij voluerunt esse ad hoc meliorē de iure, ꝙ si feudum paternum fuerit,succedūt in eo agnati, dummodo sint ex descendētibus primi stipitis,quoniam illis dicitur esse ius acquisitum virtute primæ inuestituræ.tex.est mirabilis,secūdum Bal. in d.c.1.de feudo Marchiæ.quem ad hoc allegant Iaco. de Bel.Bald.Andr.de Isern. & cæteri in prælud. feud.in 3.diuisione feu.Idem.Iacob.de Bel. & Aluaro.in 6. diuisione. Mart.Lauden.in c.1.§.in 3.diuisione,qui feudū dare poss. Idem Bald. & Card. Alex.in ca.1.§.hoc quoq; de success. feudi,in vsib.feudo.vbi communiter omnes. idem Bal. in auth.defuncto.C.ad trebel.Card.Zaba.in c.2.vbi communiter alij Canonistæ,extrà de feudis.& Frā.de Curte sæpe allegato consi.49.col.3.versi.sed antiquū.vbi ad hoc multas concord.allegat.& maximè in x.editione dicti cōsilij, col.7.versi.transeamus.quas non repero, cum etiā sit iste
44 articulus indubius.¶ Nec facit ad casum ꝙ dictus Bellit descenderet ex dicto Lud. primo feudatario, qui fuit eius abauus maternus.cum descenderit ex fœmina, quemadmodum.n.fœmina non succedit in feudo.c. s.§.& quia vidimus.qui feud.da.po.vbi solent communiter à Doct.rationes exclusionis fœminæ assignari. Sic etiā nō succedūt descendentes ex ipsis fœminis,vt in d.§.& quia vidimus. & not.in locis allegatis suprà versi.præcedenti.& in præ allg.consilijs Fran. de Curte. ita ēt not.Bal.in l.quoties.C. de iuis & legi.Et licet glo.in d.§.& quia vidimus. in ver.in feudum. videatur dubitare de ratione exclusionis masculorum,qui à fœmina descendunt, dicens ꝙ est pro ratione voluntas: Doct.attamen communiter vbi suprà dicunt. quòd cū initium cuiusque rei sit inspiciendum.l. qui id ꝙ. ibi,causam enim & originem constitutæ pecuniæ, &c.ff. de dona.attendit sapiens ꝙ infecturum erat, etiā quod ex infecta radice descenderet.l. si viua matre. C. de ho.mat. & sic excluditur descendens ex fœmina, sicut & ipsa fœmina.Possumus etiam dicere post not.in l.Gallus.§.nunc de l. Velleia.ff.de lib.& posth. ꝙ nepos ex fœmina non dicitur de linea masculina, vel de descendentibus virilis sexus,de quo per Guid.Pap.consi.176.ad fi.volum.3.& per sæpe allegatum dominum meum Franciſchinum consil.
45 5.col.10.¶ Nec adiuuatur dictus dominus Bellit virtute pactorum in dictis inuestituris appositorum, quoniam suprà versicul. 33. & seq.versiculis, vsque ad versum 36.satisfaciendo huic obiecto inter cætera fundauimus, quòd ex quo illa sunt incompatibilia naturæ feudi, cui contrahentes innitebantur, remanebat hoc feudum absque aliqua conditione maximè cum illis, vel illa, cum quibus regulari non posset secundum morem feudorum Italiæ, per rationes supra dictas. & vbi possent concorderi per aliquam subauditionem & interpretationem verborum, salua tamen semper dicti feudi qualitate, secundum ea quæ dixi supra, versicul.41.consequens est, quòd virtute dictarum inuestiturarum non potest admitti per aliqua verba in eis posita.

Et prout suprà dicebamus in themate tribus diuersis tēporibus,& per tres diuersas inuestituras bona cōtētiosa fuerunt data in feudum dicto domino Ludouic. In prima quæ fuit de villa de Masargia.fuit facta cōcessio d. Ludo. pro eo,& eius successorib.in perpetuū,ꝙ in clausulis executiuis dictæ inuestituræ fuit superaddita dictio,hæredib. post dictionē successorib⁹,nec fuit posita in illa, dictio,in ꝑpetuū,quę prius apposita fuerat. Sed statim post dictionem hæredibus,subditū est, in feudum tamen, & ad propriam naturam feudi,&c.vt suprà in themate,& alibi sæ-

pè diximus. In secunda verò inuestitura (quæ fuit de castro de la soyosa guarda (dicitur, vestris hæredibus, successoribus, & quibus volueritis in perpetuum: & sub conditionibus, &c. prout in themate dicitur. In tertia autem (quę fuit de villa de Decimo) dicitur, vobis & quib. volueritis in perpetuum, &c. vt diximus in dicto themate, præter quas inuestituras, est concessio iurisdictio. & meri & misti imperij (de qua in themate & alibi sæpè diximus per quam data fuit sæpè dicto Ludouico facultas & potestas de dictis feudis disponẽdi tam inter viuos, quàm causa mortis, etiam in fratres & filios naturales, vt prima facie videtur.

Et quòd succedere non posit vigore dictarum inuestiturarum sępe dictus dominus Bellit, clarũ est: quia successio fœminea per illas non est admissa: & hoc patet, nisi forte quis vellet dicere, quod per illa verba, in perpetuum, & quibus volueritis, fuisset alterata natura feudi, prout supra dicebamus versi. quarto & latius se videtur resoluere dominus meus Francischinus in dict. tracta. feudo. par. 3, quæst. 10. ad fin. dicens, ꝙ vt euitetur legum & statutorũ correctio, verba illa, quibuscunq;: & in perpetuum, & similia restringuntur ad habiles. si vero ab homine proferuntur, admittantur omnes, etiam inhabiles, & sic extranei. Et tamẽ, licet colorata videatur & apparens prędicta concordia, dico quòd si talia verba prolata sint ab homine, & possent aliquid operari in suo significato, ꝙ generalia non sint, & non videãtur habilitare personam alias inhabilem, prout notab. voluit subtilitatũ princeps Are. in l. Gallus. §. ẽt si parẽte. col. 4. ff. de lib. & post h. alleg. text. quẽ dicit ad hoc esse notabilissimũ, & à Bar. põderatũ in l. s. §. ꝙ ait prætor, ff. qui satisd. cog. & gl. ordi. quã ad hoc ibi notat Bar. in l. 3. C. de fide inst. & iure hastæ fisc. libr. 10. & in hãc sententiã descẽdit Bal. c. j. §. donare. qualiter olim feu. pot. alie. & in d. c. verũ, licet ibi sub dubio fortè, per tex. in l. 1. C. de sacrosanc. eccle. & in hanc ẽt sententiã descendit And. Barb. in rubr. extrà de feudis. col. 2. & consi. pe. vol. 1. col. 11. Alex. cõs. 30. vol. 1. Iac. de Aren. indistinctè in l. j. §. itẽ nuntiatio. ff. de no. ope. nuntia. & dominus meus Iaco. in d. tract. feud. in gl. in ver. hæredibus quibuscunq;. Si. n. ratione dictorũ verborũ ẽt inhabiles vocarẽtur, sequeretur ꝙ agnatis & cognatis deficiẽtibus, admitteretur vxor defuncti, si hæres illius esset, ꝙ esset impropriare feudũ duobus modis: primò, quantũ ad qualitatẽ hæredũ, qui nõ essent agnationis communis: secundò, quia fœminę succederent in feudo cõtra naturalem regulam feudorũ. c. 1. de benefic. fœminæ. c. 1. §. hæc autem. qui feu. da. poss. & hãc opinionem tenet absque distinctione aliqua Marti. de laude in capitulo. primo in §. donare. vbi etiam idem Bal. qualiter olim feudum alien. poterat. & dominus meus Iacobi. vbi suprà dicens se ita in facti contingentia consuluisse. & ita seruari in patria Sabaudiæ.

Et per hoc possumus ẽt ad opinionem contrariam respondere, ꝙ illa posset esse vera, quando illa verba prioribus non repugnant, sicut faciũt in casu nostro, propter illa verba toties repetita, secundum morem & cõsuetudinem feudorum Italiæ. vt abundè suprà diximus. & ita videntur loqui Docto. in contrariũ per dominũ meum Francischinum vbi suprà allegati. verba. n. potius debẽt deseruire naturæ contractus, quàm natura verbis. Vnde qualis sit contractus inspicitur natura & non verba. notat Bald. amplè. in l. 2. C. commod. & in l. qui Romæ. in princip. vbi etiam Alexan. ff. de verbo. obli. & in l. vbi ita donatur de dona. causa mortis. & facit l. cũ præcario. ff. de præca. & l. si vno. in princip. ff. locati.

Accedat quod notat dominus meus Philippus Decius consi. 171. post princip. volumine primo. vbi dicit, quòd per istam dictionem, quibus dederitis, non admittuntur Bastardi legitimati: nec etiã extranei. quod & voluit consi. 193. ad fi. eodem volumi. & omnino Franciscus de Curte consilio. 63. incip. antiquissima, &c. column. 19. & pen. & addantur quæ dixi in consilio Illust. fratrum Cardonæ. 4. dubio versic. 55. de dictione quibuscunque: de quo etiam infrà versi. 58.

Per quam rationem dicere possumus, quòd potius illa verba deberent impropriari restringendo ea ad habiles, si ita restringere esset impropriare, ꝙ non, ad hoc vt contractus iste sustineretur, & regularetur secundum morem feudorum Italiæ. l. si insulam. ff. de præscriptis verbis. l. si olei. in princip. C. de locato. & Alexand. plenè in l. si tibi. ff. si cert. pet. idem amplè consil. suo 42. volumine quarto. & Franciscus de Aretio in l. qui absenti. ff. de acqui. posses. vbi exponit verbum, voluntas, in instrumento editionis filij, pro iussu: quod tamen est multũ impropriare. de quo etiam per Feli. omnino in capit. auditis. col. 2. versic. item inquantum ponit Abb. extrà de præscription. & capitu. in omni, ad principium extrà de testibus. & quod illa verba non debeant ampliari præter prædictas rationes, apparet ex illis verbis dictarum inuestiturarum. Item, quòd dictũ feudum nulli alij, &c. quæ clausula modificanda est per rationes suprà deductas.

Sed vt magis conuincamus dictũ Bellit, præsupponamus citra veri præiudicium, quòd per dicta verba vocarẽtur etiam extranei: vellem scire, an plus habeant prærogatiue ex eo quòd vocarẽtur ex subaudita verborum interpretatione, quam si expresse vocarentur ad illud feudum. Notum est autem, quòd etiam si sępe d. Ludouico cõcessum fuisset huiusmodi feudum, vel feuda, pro eo, & filijs suis masculis & fœminis, non tamen admitterentur fœminæ, vel descendentes ex eis ẽt masculi, quandiu superessent masculi descendẽtes à dicto feudatario. textus est clarus in capi. s. §. quinetiam. in titulo. episcopum, vel abbatem, &c. & ita latè prosequitur dominus meus Curtius in dicto tractatu feudorum, tertia parte quæstio. decima septima principali. Ita etiam notat Baldus in l. quoties. C. de suis & legitimis hæredibus, ad principium. notat Franciscus Cremensis singularis septima incipiente, quidam pater, vbi inter cætera allegat textum in capitulo primo in. §. si filia. de feudi successione. Quod etiam verum est, si in inuestitura dicatur, pro eo, & hæredibus eius vtriusque sexus quoniam licet tam fœminæ, quàm masculi per illa verba comprehendantur: hoc tamen intelligitur ordine successiuo, vt tunc demum fœminæ admittantur, quãdo non erant masculi, vel descendentes ex eis: vt per multa decidit Alexand. consilio nono, incip. ponderatis his, &c. column. 2. volum. 5.

Et hoc vsque adeo verum est: quinetiam si fœmina admissa fuisset propter defectũ masculi, si postea masculi superueniant, expellent nihilominus dictam fœminã, quæ, vt est dictũ, fuerat admissa in dicto feudo. ita determinat Rex Feudistarũ Andræas de Isernia in c. 1. de eo qui sibi & hęredibus suis masculis & fœminis & pro dicto suo dicit ibi esse gloss. quod dictus masculus superueniens excludet fœminam in possessione feudi existentem. & hãc opinionẽ Martinus Lauden. ibi tenet, dicens se in secreto conscientiæ credere eam esse veriorem: comprobans eam pluribus rationibus & authoritatibus. Quinetiam visus est tenuisse Cardi. Alexan. ibi, per fundamenta Lauden. non tñ faciens de dicto Martino mentionem. Et hanc tenuerunt domini mei Iacobin' de sancto Georgio in dicto tractatu feudorum in glossa in verbo, & fœminas. col. 2. versic, Sed ponamus. & Francis. Curtius in dicto etiam tractatu feudorum, parte 3. quæst. 16. principali.

Vlterius attendatur, ꝙ domina Antonia mater dicti domini Ludouici Bellit, exclusa fuerat per Philippum eius fratrem, & deinde per Petrum Ludouicum eius consobrinum: ideo, perpetuatur exclusio illa ẽt in persona dicti domini Bellit eius filij, cũ supersint domini agentes qui sunt descendẽtes masculi à primo feudatario, licet mortuus sit ille qui eam exclusit. ad hoc solet allegari tex. in d. §. quinetiam. in titulo Episcopum, vel abbatem. vbi Andræas de Isernia, Baldus aluarotus & Cardinalis firmant illã cõclusionẽ, quòd fœmina semel exclusa à feudo, perpetuò

dicatur

dicatur exclusa & licet Martinus Lauden.sequutus, vt pri
ma facie videtur Iacobum de Bel.ibi reprehendat hāc sen
tentiam, cōmunis attamen est opinio domini Andręæ de
Isernia, quam sequitur Baldus vbi suprà. & in capit. 1. de fi
liis natis ex matrimonio ad morga.contracto. & in auth ē.
si quis. in. l. in quibus. C. de. secund. nup. Odof. in summa
tituli, qui possunt succedere in feudo. Alb. de Rosa. in tra
ctatu statu. parte secunda questio. quarta, versiculo statuto
cauetur. Calderin. consilio quarto in rubrica de feudis. An
cha. consilio. 121. incipien. hæc quæstio vulgaris est. Paul.
de Castro consilio ducentesimo vigesimo quinto. incip. ui
so consil. supra scripto. Raph. Cuma. consilio. nonagesimo
nono. incipiente, quædam possessio. & Raph. Fulg. consil.
22. incip. ad id quod sequitur, &c.

Et sic apparet, q feudum huiusmodi cum sit paternū
& antiquū non pōt ad illud admitti sæpe dictus dominus
Belhi ex dicta domina Antonia, etiam intelligēdo & acci
piēdo verba in quacunque significatione, vel posito quòd
49 fœminę essent ad dictum feudū admissæ. †Superest igitur,
præsupposita citra veri pręiudiciū validitate ampliationis
factæ dicto Ludouico, cuius contrariū ostendimus suprà
versiculo 26. vsq; ad versiculum trigesimum supposita ēt
admissibilitate fœminarum, & descendentium ab eis, de-
monstrare quod dictus Ludouicus testari non potuit, vo-
cando fœminas, ex quo masculi extabant agnati. Non pri-
mo, cum natura feudi resistat, quæ testamenta non admic
tit: vt infrà versiculo septuagesimoquinto deducemus.
Nec etiam virtute dictæ ampliationis, quoniam etiam si
esset ampliatio (quod nō vt infrà monstratur) illa nō plus
operari potuit, quam si fuisset noua infeudatio: attamē illa
non posset derogare primis inuestituris, quæ fœminas ex
cludunt ex natura ipsius feudi & si fingamus ampliationē
fuisse, & valuisse, nihil obest his agnatis: quoniam illa fa-
cultas, vel concessio siue clausula ampliationis tum in in-
uestituris, cum etiam in ipsa concessione posita non fuit
circa substantialia ipsius concessionis: sed in quibusdam
clausulis executiuis. vnde licet fuisset in dictis inuestituris
apposita, nihil operatur, cū sit cōclusio vulgata, quod clau
sulæ executiuæ nō ampliant principalem dispositionem.
textus est communiter reputatus singularis in clem. pri-
ma, de præbend. per quem textum dominus Antonius de
Butrio consil. vigesimo nono incipiente, visis puncto, &
quęstione, & c. cōcludit, q verba ad executionem prolata,
nō alterant vim primatiæ dispositionis. sed solam illam in
suo primo intellectu confirmant: quod prosequor infrà
50 versiculo, 55. magis amplè. †Sed nec per illa verba, quibus
vobis fuerit bene visum, &c. datur dicto Ludouico facul-
tas eligendi successorem in dicto feudo ex fœmina descē
dentem, si ipse voluisset. Quoniā intelliguntur talia verba,
sm naturā contractus, vt suprà dixi, versic. 45. sed ordine
successiuo, vt ostendimus suprà versi. 47. tanquam si dice-
ret, si masculi extarent, locus non esset gratificationi: & si
non extarent, vocaret fœminas. & vbi fœminæ non exta
rent vocaret, naturales legitimatos. nō q dico præsuppo-
sita validitate dictæ ampliationis, cuius cōtrariū esse verū
satis superq; monstratū est. Quis. n. dicat, q tam larga ha-
bena data fuisset ipsi Ludouico, q extantibus masculis vo
care posset fœminas, vel existētibus vtrisq; naturales tm̄
admitteret? Cū nec ipse Imperator hoc posset, nisi de ple
nitudine potestatis, vt per feudistas in cap. naturales, si de
feudo fuerit controuersia. & derogando expressè dicto c.
naturales. vt ibi per Feudistas. Quinimo Imperator legiti
mans naturales ad feudum existentibus masculis, est vos
pecus, & bestia, vt dicit Franciscus de Curte consi. 73. inci
piente, super memorata facti narratione, &c.

Succedit ergo, quòd si & vbi valeret extēsio prædicta,
non tm̄ potuisset dictus Ludouicus de feudo prædicto di-
sponere, nisi seruato ordine prædicto. maximè, cum in di-
cta concessione iurisdictionis (ex qua colligitur dicta am-
pliatio) semel & sæpius fuerit repetita clausula, secundum
morem & consuetudines feudorum Italiæ. Clausulæ ete-
nim quę prima facie repugnare videntur, saluandę sunt. vt
dixi suprà versic. quadragesimoquinto, & quadragesimo-
sexto, eo meliori modo quo fieri poterit, ne in contrarieta
tem incidatur. ita Bartolus in l. finali. §. fin. li. ff. de condi-
ctione indeb. Bal. in l. cum falsa in fi. C. de iur. & facti igno.
& prosequitur Franc. de Curte consil. 50. colum. 23. versi.
ò. si pertinaciter, &c.

Corroboro, quoniā Imperator, & multo min' inferior
non præsumitur in genere voluisse, quod in specie facere
nō potuisset, ita notabiliter Hostiensis c. tua nos. extrà, de
decimis. Baldus in l. finali. §. in cōputatione: C. de iure de-
liberandi. Bartolus in l. si quis sub conditione. ff. de condi-
tionibus institut. notat Panormi. in capitulo à nobis. extrà
de decimis. dominus Antonius & Moderni in capitul. ec-
clesia Sanctæ Mariæ. extrà de constitutionibus. & Roma
nus consilio 48. Vnde succedit, quòd non potuit dictus
Ludouicus eligere, nisi vt dictum est, & præsertim natu-
rales: cum nec Imperator hoc potuisset, etiā in specie, ex
quo in dicta ampliatione non erat derogatum expressè di
cto capitulo naturales. quod tamen de necessitate requiri
versiculo præcedenti monstrauimus.

Addantur notat. per Bartolum & scribentes maximè
per Franciscum de Curte, qui ad hoc multa cumulata in l.
3. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. vbi volunt, quòd
in quacunq; potestate concessa Comiti Palatino, nunquā
venit aliquid, quòd contineat repugnantiā, vel delictū, vel
inhonestum, seu absurdum. l. si procurator. & ibi Bartolus
& omnes, de condictione indebiti. attamen valde reputa-
retur absurdum, si spurij etiam legitimati, qui sunt aduenę
prolem excluderent legitimam, per textum notabilem in
§. tribus. in authentica, quibus modis naturales efficiātur
sui. Sic etiam dicendum erit, vt intelligantur dicta verba,
ordine successiuo. & sic succedit q ad hoc, quod admitta
tur concordia circa dictum aliquod, vel testamentum, vel
instrumentum, nō est satis q illa concordia sit possibilis,
sed quod sit verisimilis. ita scripsit in effectu Socinus cons.
277. incipiente, visis publico instrumento. ver. 1. quia & c.
51 & versi. seq. volu. 2. †Imò (quod magis est) & si fingamus
ampliationis validitatem, & quòd virtute illius Ludoui-
cus potuisset eligere fœminam, vel descendentē ab ea, ex-
tantibus masculis, apparet nihilominus q dictus Ludoui-
cus disposuit secundum naturam feudi, & non pręiudica-
uit illis quibus ex dicta concessione præiudicare potuis-
set, quo minus bona peruenirant ad eos ad quos erant aliàs
peruentura. ita decidit Bartolus in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres. in octaua quæstione. ff. de verb. obligationi. iuncto eo
quod dicit Angelus ibi, & dominus Alexā. qui loquuntur
de illis verbis, & quibus dederit.

Præterea dictus Ludouicus (vt constat ex tenore con-
cessionis dictæ iurisdictionis) fuit persona quæ est causa
mediatę priuilegij, vnde mortuo illo fuit extinctum pri-
uilegium, siue potestas disponēdi, vt notat Bal. in l. cum pa
tronus. ff. de le. a. idem in rubr. C. de vsuc. 4. q. per l. 1. C. de
impo. lucrati. descript. not. Bartolus in l. Paulus. in fin. ff. de
acquir. hęre. & Ioan. And. in regula, priuilegiū personale.
li. 6. Imò constat, q dictus Ludouicus non obstante dicta
concessione disposuit cōtrario modo sm ius commune,
vocādo filiū suum primogenitum ad dictum feudum, &
illi, si decederet sine masculis, substituebat Iacobū secun-
do genitū patrē dominorū agentiū. vt in themate, & alibi
sæpe præmisimus. de cuius ēt testamenti validitate subdi-
mus infra versi. 86. Quare dicendum est, q vtendo cōtra
suum præfactum priuilegium, nō solum illi derogauit: vt
per Bartolū not. in l. apud hostes. C. de suis & legitim. ve-
rum etiam per actum illum cōtrarium, qui actum succes-
siuum non habebat, renuntiasse visus est illi: vt not. Bar. &
Alex. in l. in priuilegio. C. de decur. not. Canonistæ in c. be
neficium. extrà de concess. præbend. & c. cum accessissent.
vbi Fely. post glo. ordina. extrà de constitut. Io. de Imo. c.
accedentibus. & c. si terra. extrà de priuileg.

Et si dicatur feudum hoc saltem per ampliationes, quæ

dicto quondam Iacobo concessæ fuerunt(vt themate di-
ximus,)& alibi sæpe factũ fuit nouum in persona præno-
minati Philippi filij Iacobi, auunculiq; dicti domi. Bellit,
vt suprà dicebaſ vers.9. & effectũ est fœmineũ per dictas
ampliationes,& per cõsequens videtur, ꝙ in illo potuerit
(etiã ab intestato)succedere dictus dominus Bellit si non
fuisset vocatus expressè à d.Iacobo , prout latè cõcludere
videtor domi.meus Curtius consil.4.incipientè super cõ-
trouersia.colum.3.versiculo præmissis tamen non obstan
tibus,cum pluribus sequentibus. Respondeo etenim ne-
gando assumpta,quæ suprà versic.33.monstrauimus locũ
non habere,quòd feudum hoc si, & vbi nouum effectum
esset,ꝙ nihilominus priorũ inuestiturarũ forma, non mu
tatur,vnde dictus Bellit,qui ex antiquis inuestituris succe
dere non poterat,etiam ex illis ampliationibus succedere
non posset,secundum Oldradum consi.178. per tex.in c.
1.§.cum verò.& ibi feudistæ communiter, qui feud.dare
possunt & capitulo si duo fratres.de frat.de nouo benefic.
inuestit.& præalleg.c.1. de gradi.suc. Rationem assignat
Oldra.ibi,quia dominus(ait) videtur eligere terram quie-
tam,& pacatam familiam & per Roman. consil.1.& hoc
probatur in d.c.1.de fratribus de nouo Benefic.inuestit.&
c.1.vbi Bal.& alij de succes.feud.

Quinimo si esset feudum nouũ in persona Iacobi filij
dicti Philippi,concessum,nihilominus feudum non ad ip
sum Bellit,sed ad dominũ deuolueretur, vt suprà de mon-
stratũ est.quo casu potius deberet Regia Sereni. inuestire
hos dominos agnatos,quã alios, vt cõclusimus suprà ver.
53 41.†Et licet ex prædictis abunde sit monstrata iustitia do
minorũ agentiũ:attamẽ quia diximus hoc feudũ ex pacto
& prouidentia esse,ac ipsos ex Regis inuestientis,& Ludo
uici recipientis pacto & prouidentia succedere, superest
ostendere feudũ hoc esse ex pacto & prouidentia.Ad hoc
probandũ adduco notata per And.de Isernia in c.1.§.hoc
quoq;.de success.feudi.& in ca.1. vbi ẽt Iacobus de Bel.qui
succes.tene.vbi dicunt, ꝙ si quispiam feudũ acceperit pro
se & suis filijs,vel pro se & liberis suis, est feudũ ex pacto
& prouidentia concedentis proueniens,& idẽ est si sum-
ptum fuisset pro se & successoribus suis secundũ Bal.& Ia.
de Bel.in d.§.hoc quoq;.idẽ Iacob.in c.1.de eo qui sibi &
hæred.suis mas.& fœminis.& c.1.an agnatus, vel filius.&
Alex.consi.10.incip.ponderatis his,&c.col.4.vol.3.& cõs.
55.incip.perspectis.col.5.eo.vol.Ita etiam teneo in arduo
casu infrà.consi.113.versi.8.

Facit ad hoc ꝙ not.Bal.in l. qui se patris.C. vnde lib.dũ
dicit,ꝙ descendentes vocant ad feudum ex consuetudine
feudorum,& non iure hæreditario. Vnde non incongruè
tex.in c.1.de succes.feudi vocat eos successores.& in c.1.an
agna.vel filius.& in c.1.de natu.succes. feudi. Vnde ad hoc
feudum appellantur agnati masculi descendentes ex pro-
pinquitate sanguinis prout resoluit Soci.consi.249.ad fin.
vol.2.& Bal.in d.§.hoc quoque in 4.conclusione.

Et hanc conclusionem non negauerit esse veram , qui
ponderauerit illa verba,secundum morẽ & consuetudinẽ
feudorum Italiæ,per quæ verba dictũ feudum , aut feuda,
sunt ex pacto & prouidentia: & importãt omnẽ substan-
tiã & qualitatẽ dicti feudi.vt no.Ange.in l.si ei.§.furiosus.
per illum tex.quẽ,ad hoc dicit ibi esse singularẽ.ff. de iure
codicil.idẽ Ang.in l.in negotijs.ff.de reg.iur.not. Alex.de
Imo.in l.1.per illũ tex.ff.de leg.1.& Rom. cõs.82. inci.ꝙ
54 id,ꝙ quæritur,&c.†Ad ꝙ etiam facit quod. no. Iaco. Ar-
dizo in summa feud.in ver.nouum & non paternum. sub
rubricella prima.dicens , ꝙ vbi princeps concedit castrũ
nomine feudi paterni possidendum , quamuis sit feudum
nouum:attamen assumet naturam feudi paterni.Ita etiam
not.Bal.in c.1.de alien.feudi.pat.Alua.c.j.de grads.success.
& in c.1.vbi Bal.Card.& alij.de vasallo decrepitæ.ęta.no.
Alex.consi.30.incipien. extant priuilegia.vol.1.& cõs.10.
incipien.quid operantur illa verba,&c.volu.3.& consil.1.
incip. an stantibus verbis,&c.colum.3.volum.5.& consi.
29.inci.an succedatur.eo.vo.Quod & probat etiam in sor
uoribus terminis Franci.de Curte alleg.consilio.49.col.9.
versic.2.confirmantur præmissa.& in secunda editione di
cti consilij,quod est consiliũ quinquagesimum,& consil.
52. quod fuit consilium quod collegium Bononiense in
dicta materia edidit: vbi loquuntur, quando dictum est, ꝙ
55 feudum sapiat & sortiatur,&c.†Non obstat dictio, hære-
dibus,in dicta prima inuestitura, post dictionẽ dictis suc-
cessoribus,addita:quæ videtur illam restringere,prout di-
cebamus suprà versi.2.Dico enim dictam primã inuesti-
turam,nec rationem nec iura in d.ver.2. allegata militare.
Moueor,quia dictio illa,hæredibus,in illa inuestitura , nõ
fuit apposita circa substantiam concessionis ipsius.vnde li
cet apposita fuerit in ipsis clausulis executiuis, non altera-
tur,vel ampliatur principalis inuestitura,prout dixi suprà
versi.49.Ita dicit Panor.c.cum nostris.ad fi. extrà de con
cess.præben.ita etiam not.Ioan.de Imo.in l.qui Romæ.§.
duo fratres.col.8.ff.de verb.obliga. quòd clausula adiecta
ad executionem principalis dispositionis, non ampliat il-
lam.Idem Alex.in l.more.colu.6.ff. de iurisdict. omnium
iud.not.Cald.consil. 16.sub rubr.de præben.Pau.de Castr.
consi.132.incip.notandũ.Roma.consi.484.incip.in casu
in quo quæritur.& dominus meus Philip. Decius consil.
193.col.4.vol.1.& dixi suprà consi.7.versi.3.

Cum ergo propria natura feudi sit, ꝙ in eo non succe-
datur iure hæreditario.c.1.& ibi Cardi. Alex. post alios de
succes.feudi.per adiectionem aliquam non immutabitur
natura feudi,nisi dicatur expressè.& not.in d.c.1.in fin.&
ponit latè Fran.de Curte in sæpe alleg. consi.50.Sequitur,
quòd in huiusmodi feudis succeditur secundũ mores feu-
dorũ Italię quo more succedunt descendẽtes soli masculi.
prout est sæpe dictum & est tex.in c.1.§.cum verò. de ijs
qui feudum dare poss.per quem text.Paul.de Castr.in l.si
seruus.§.si alicui.ff.de lega.1.dicit,ꝙ si pater accepit sim-
pliciter feudũ pro se,nihilominus liberi succedũt in feudo
prædicto,quia à moribus feudorũ introductum est,ꝙ vo
centur descendentes:& idẽ dicit And.de Isern. vbi suprà.
nam quilibet constituit , ꝙ ad nepotes ex filio perueniat.
Idem c.1.in prin.de success.feudi.& melius in c.Imperia-
lem.§.prętereà Ducatus de prohib.feudi alie.per Fede.vbi
dicit,ꝙ quādo feudũ à patre venit, tũc filij habebũt illud,
licet dictũ nõ fuerit.Ita no.Bal.And.de Iser. & alij in c.1.
quib.mod.feu.amit.Bart.in l.iurisiurãdi.§.liberi.ff.de ope.
liber.& Alex. latè in alleg.consi.29.volum.5.vbi voluit.ꝙ
ex inuestitura facta alicui,siue noua, siue antiqua etiã sine
expressione descendentium , admittantur tamen omnes
in infinitum.Ita tenet collegium. Bononiense in causa il-
lorum de Becharia,quod est inter consilia Curt.cõsi.quin
quagesimo primo,aliàs quinquagesimo, colum.5.versic.
quia ad hoc. & pluribus alijs seq.versiculis. Quibus acce-
dant,quæ dixi suprà versic.36. de geminatione & reitera-
tione multiplici,& clausulę secundum morem feudorum
Italiæ.& versiculo quadragesimo quinto: & in alijs pluri-
bus versiculis præsertim versiculo trigesimo septimo. &
38. vbi ad oculum monstro per confessionem , dicti do-
mini Bellit , & suorum prædecessorum feuda hæc ex pa-
cto & prouidentia esse: & quòd in eis fœminæ & descen
dentes ex eis non succedunt.Et sic constabit apertè de iu-
stitia dominorum agentium quo ad feudum villarũ Maf-
56 fargiæ.& de Decimo . † Sed maior adesse videtur diffi-
cultas. quo ad feudum castri de la Ioyosa guarda, quòd
prima facie videtur ex inuestitura emptum fuisse per di-
ctum Ludo.à bonæ memoriæ Alphonso Rege. & sic nõ
videtur esse propriè feudum:quia debet gratis concedi,&
siue interuentu pecuniæ; vt voluit Spec.titu.de loca.§.nũc
aliqua.versiculo.quarto.& Bald. in authent.si quas ruinas.
C.de sacrosanct.eccles.Pro quibus videtur esse tex.expres
sus,quem tamen neuter illorum allegat in c.j.ad fi.de feu-
do dato in vim legis commisso,& late dicebatur.suprà vers.
tertio. Sic etiam ex quo datum est pro Ludou. & hære-
dibus , & successoribus , & quibus voluisset in perpe-
tuum per quæ verba tum separata tum coniuncta suprà
versic.1.

vers. 1 &. 2. &. 7. inferebatur feudum hoc esse hęreditariū & non ex pacto & prouidentia. & prosequitur dominus meus Curtius in dicto tract. feud. par. 1. in 4. diuisione primæ speciei feudi. versiculo quarto. Sub hac prima specie, &c. itaque ad hoc, ꝙ possit in huiusmodi feudo succedi per agnatos. debent esse primi feudatarij, vel suorum descendentium hæredes: vt in dictis iuribus. Qua tamen dictione hæredibus, non obstante, quòd feudum hoc non sit hæreditarium (vt in dicto versi. 2. resoluebatur) teneo pro claro. Quandoquidē hæc dictio hæres, in feudis, aut in inuestituris non designat qualitatem successionis, sed qualitatem successoris. Ita no. Iacob. de Bel. c. 1. & ibi latè Bal. post eum colum. 2. versi. & nota. quòd Iac. de eo, qui sibi & hæredi. suis masc. Cum ergo in materia feudali dictio, hæres, communiter exponatur pro descendente masculo, vt dicit vterque Imola in l. quod dicitur. ff. de verborum obligationibus &, Bald. etiam super glo. in fine. ff. solu. ma. dicens hanc esse communem opinionem. quam & tenuit Cal. consi. 15. in rubr. de verbo. signi. ad quòd est bo. text. in c. 1. §. & si clientulus. de alie. feudi. Pro quo etiam bene fa. tex. in c. 2. §. sed quia de his, qui feud. da. pos. Nec. n. iura facientia mentionē de hæredibus, volūt ꝙ sit filius & hęres: sed est satis, ꝙ filius sit vel descendens, vt admittatur ad feudi successionem absque qualitate ꝙ sit hæres. c. 1. de succes. feudi. in princip. & c. 1. de grad. success. in feudo. vbi filij & descendētes post eorum patris, aut aui mortem, vocantur ad eorū successionē in feudo iure sanguinis, & nō iure hæreditario, ꝙ ēt probatur in pręallega. c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis, &c. & fa. c. 1. ibi, vt quādiu ipsi, vel hæredes eorū masculi, & c. c. 1. de natura succes. feudi vbi filius & descendēs, ex natura feudorū succedit patri & auo. Cū ergo natura feudorum sit vt succedāt in eis hæredes sanguinis id est, descendentes ex Ludouico primo acquirēte, vt iura pręallegata volunt, & And. de Iser. in c. 1. de aliena. feudi pater. sintq; feuda omnia, de quibus est in præsentiarū quæstio, cōcessa dicto primo acquirenti pro eo, & eius hęredibus, ſm mores feudorum Italiæ, secundū quos mores dictio, hæres, exponitur, id est, filius, & descendens, vt dicit Bal. in rub. ff. de rerū diuisi. col. 8. allegans. §. fi. de prohib. feudi alie. per Lutha. Sequitur ergo, ꝙ domini agentes succedunt in hoc feudo ex pacto & prouidentia concedentis, vel moribus & cōsuetudinibus feudorum, quamuis non sint hæredes bonorum.

Accedat ꝙ not. Paulus de Cast. in l. si quis ita. §. ex facto. ff. ad Trebel. & Bal. in l. liberti. C. de libert. & eorū lib. vbi dicit, ꝙ in materia differenti, sicut est feudū, verbū hæ
57 redibus, exponitur, id est, filijs. † Facit ꝙ not. idem Bald. in l. quæsitum. §. si seruus. ff. de leg. 1. ꝙ in feudis ex pacto & prouidentia, antiquior filius dicitur hæres viuo patre. quia destinatus post mortē imponitur ante mortē, secundum Baldum cap. j. quis dicatur dux, marchio, comes, &c. & in c. j. de feudo Marchiæ. quem ibi sequitur Iacobus de Bel. & Marti. de Laude dicens ꝙ si tota domus Regia sit extincta, & adsit aliquis de sanguine Regio, etiā si distaret millesimo gradu, succederet in Regno: nisi ab aliquo proximiore excluderetur: Hinc filij Regum, vel Ducum viuo patre dicuntur Reges, vel Duces. 24. quæst. 1. c. cepit. in gloss. Ita not. And. de Iser. in locis præalleg. & in c. 1. de feudi. cogno. Lucas de Pēna in l. 1. vbi ēt Iaco. Rebuffi. C. de cōduct. & procura. li. 11. Et sic apparet ex pręmissis, ꝙ si dicatur in inuestitura, solum pro te, & hęredibus, videatur etiā feudum hæreditariū, & procedunt iura, suprà versi. 1. & 2. allegata. Si autem dicatur in inuestitura, pro te & hæredibus, cum hoc adiuncto, secundum morē feudorum Italiæ: erit ex pacto et prouidentia. & hoc, quia ratione illius adiuncti, secundum morem, &c. verbum illud hæredibus, mutat suam naturam, vt not. Bald. in l. 1. col. 2. versi. non obstat, ꝙ ex interuallo. C. de his, quæ pœnæ nomine. per l. qui lancem. ff. de auro & arg. lega. & l. sed & si adijceretur. ff. pro socio. Ratione etenim adiuncti, verba limitant & qualificant adiunctum, cui adiungūtur: vt notat Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorem titulo de libelli conceptione. §. nūc videndum. in principio per l. si quis maior. C. de transactionibus. & l. vim facit. ff. de vi & vi ar. & melius in l. 1. vbi Saly. C. de his, qui latrones, & c. vnde resultat, ꝙ ista verba secundum morem feudorū Italiæ, adiuncta illi verbo, hæredibus. importāt ac si à iure feudorū verba ipsa fuissent expressa: & sic de pacto factū esse ius. prout scripsit Bal. in præall. l. liberti. C. de libert. & eorum lib. Et sic debet resolui ac si fuisset in dicta inuestitura appositum, pro vobis & vestris descendentibus.

Posset etiā vltra prædicta monstrari, ꝙ secundum morem & consuetudinem feudorum Italię, dictio hęredibus, sumatur pro filijs. & sic designat esse feudum ex pacto & prouidentia: ad quod allego And. de Isernia in c. 1. ex quibus cau. feu. amittatur. vbi dicit, quòd text. in c. 1. de duobus fra. à capi. inuesti. docet, ꝙ ius præsumit, ꝙ feudum detur pro se & hæredibus. per l. si patrem. ff. de probat. quo casu apponitur dictio hæredibus, id est, filijs & descēdētibus. & sic erit secundum iura feudorum descendentibus primi acquirentis feudum ex pacto, & prouidētia. in hāc sententiā resoluit Lucas de Penna. in l. 1. in ver. nepotes, in respōsione ad decimū obiectū. C. de priuil. eorū, qui in sa
58 cro pal. militāt. & in l. fi. de tyro. li. 12. † Nec officit dictio, successoribus: quæ sequit̄ immediatè dictionē hęredibus, quoniā vt notabiliter decidit Bar. in l. ꝑior edixit. in princip. ff. de no. ope. nuncia. quē ibi cōmuniter sequūtur omnes, verbum successor, denotat successorē sanguinis. & refert eundē & sequitur Socy. præallega. consi. 249. col. 10. vol. 2. Quinimo dominus meus Phili. Decius consil. 185. col. 1. volu. 1. dicit, quod dictio successoribus, addita verbo. hæredibus, per copulam, &, non derogat verbis positis in inuestituris: sicut in casu nostro, in quo fit concessio secundum morem & consuetudinem feudorum Italiæ: imo restringuntur verba prædicta per clausulam dispositiuam. Refert idem dominus meus, Cardinalem. Abb. Fulg. & Alexan. idem tenere: concludens, quod in feudo concesso Titio & eius hęredibus & successoribus quibuscunque, quod fiet nihilominus restrictio ad habiles, adeo ꝙ fœminæ nec descendētes ex eis, nec extranei admittentur. quod etiam probaui latè suprà versi. 45. & latius me resoluam, Deo duce, infra versi. 62. in responsione ad primum obiectum. ad quod etiam faciunt, quæ dixi suprà vers. 39
59 44. & 45. † Et quamuis examinatus & comprobatus satis. superque videatur hic articulus, pondero tamen quòd vltra id quod sępius fuit reiterata clausula sępe dicta secūdū morē, &c. in dictis inuestituris, immediatè post illa verba dispositiua, vobis & successoribus, &c. subdendo in feudū tamen in perpetuū, & ſm mores feudorum Italiæ, ꝙ per hæc verba importatur pactū factū inter dictos Reges cōcedentes, & sæpedict. Ludouicum: vt sic ex pacto & prouidentia secundum mores Italiæ. quòd pactum debet etiā seruari. quoniā ista dictio secundū morē, &c. restringit & modificat illa, quibus adiungitur: vt dixi supra versi. pręcedenti. & not. Saly. in l. vbi adhuc. & ibi dixi in apostill. ad ipsum. C. de iure dotium. & dixi supra versi. 53. & sequētibus. Vnde quò ad hunc articulū, resoluendo cōcludo, ꝙ cū feuda huiusmodi sint paterna: imo ēt antiqua: & ex pacto & prouidētia ſm morē feudorū Italiæ: in cuiusmodi feudis masculi soli succedūt exclusis fęminis et extraneis quibuscunq; debent domini agentes ad illa feuda admitti ex hoc capite, ēt si non fuerint hæredes primi feudatarij, nec Petri Ludouici vltimi vasalli: per ea, quæ suprà dixi versic. 45. & quinquagesimo. Et quòd talis fuerit mens Regis cōcedentis, & Ludouici recipientis, monstraui suprà versic. trigesimoseptimo. Quod etiam pręfatus Iacobus confessus est de omnib' feudis, dempto feudo villæ de Decimo: quòd tñ feudum confessus est tenere in feudum, prout & alia etiam secundū mores feudorum Italiæ & sic ex pacto & prouidentia, vt est sępe dictum: & hoc tam in supplicatione erectionis in Baroniam, quā in vtraque ampliatione vbi etiam confitetur, quod illa feuda sunt taliter adstricta

quòd fœminæ,& descendentes ex eis etiam masculi,repel luntur ab eorum successione. Quare præsertim,cum hoc ipsum confessus fit dictus Bellii in inuestitura quæ sibi facta est de dictis feudis, non potest hodie illud in dubium reuocari.Omitto,quod si,& vbi velleni' indistinctè sustinere dominos agentes debere necessario habere qualitaté successionis, & non successores, cuius contrarium monstrauimus suprà versic.56.& 57.adhuc tamen illa qualitas eos non repelleret.vt infrà versi.62.&.63.monstrabimus in responsione ad primũ & secundum contrarium

Admittuntur enim domini agentes ad hæc feuda exclusis,vt sæpe dictum est fœminis. quoniã constat illa feuda esse antiqua,siue paterna,prout vtrunque verificaui suprà, 43.&.44. Primus etenim feudatarius parens fuit communis agnationis,cuius sunt descendentes domini agentes. & defuncto Petro Ludouico,qui (vt est sæpe dictũ)fuit vltim' feudatarius,sicut agnati. Vnde ad illa feuda,defecta linea masculina philippi.veniunt dicti domini agentes tanquam agnati,vt dixi & hoc est vsque adeo certũ & clarũ quod contradictorum non habet, prout not. omnes in capitulo primo de natura successionis feudi.& cap.1.de success. fratrum,vel grad.success.in feud.

Nec obstat,quod ex aduerso prætenditur Iacobum patrem dominorum agentium renuntiasse ipsi feudo,& sic feudũ ipsum alteram sumpsisse naturam. quoniam huic obiecto satisfacio infrà versi.87.in responsione ad 15. obiectum.

60 & in versi.90.in responsione ad 18.contrarium.† Præterea in erectione in Baroniam præmentionata.voluit Regia Serenitas, quod Iacobus & successores sui gaudeãt & vtatur priuilegijs & prærogatiuis, libertatibus & immunitatibus,quibus alij Barones Cataloniæ gaudent,tam de iure, quam de consuetudine: sed in Baronijs Cataloniæ, quæ sunt erectæ à principe in titulum Baroniæ,fœminæ excluduntur à masculis etiam agnatis.Quod etiam de iure cõmuni feudorum procedere voluit Oldrad. consil.237.quod incipi.per telles, &c. Cuius Old. dictum comprobando, considero quod licet And.Siculus in repeti.extrauag. volentes in verb. Comites.dicat se non vidisse tex.in libro feudorum,qui de Baronibus faciat mentionem:sed quod credit, quod tex.in c.1.quis dicatur dux,marchio,& c. ver. qui verò a principe,& c.eos appellat,quos capitaneos,& propriè valuasores magnos iura vocant,& adducit ad hoc Bal. in c.1. ad princip.qui feudo dare pos.dicit,hi sunt,quos vulgo barones appellamus. Sed hoc clarius probatur in tex.iuncta glos.& his quæ notat Gemi.in c. fundamenta ad fi.de elect.li.6.dum.n. text. ibi facit de Barone mentionem,& glo.declarat quis dicatur dux,marchio,& comes, non autẽ quis dicatur Baro bene autẽ declarat quis dicatur valuasor,& capitaneus.& Gem.ibi assignans differentiam inter principem & marchionem,& Baroné,sentit quod ille quem gl.dicit Capitaneũ,alio nomine vocatur Baro. & hác opinionem tenet Aluar.in alleg.c.1.quis dicatur dux,&c.col. 2.& latius prosecutus sum in cõs.meo sæpe allega.illustr. fratrum Cardonæ.dub.1.vers.50.Quinimo Bar.cons.72. quod incip.ex facto proponitur,quod nobiles viri, &c.visus est Baroniam inter Regias dignitates annumerasse, quod tamen non pono pro constanti,quoniam aliter sensi in dicto consi.fratrum Cardonæ.in d.s.dub.versi.6.

Infero ergo,quod ex quo iura feudalia , in feudis, capitaneorum fœminas non admittunt, sed solos masculos,& feudũ Baroniæ,secũdũ illa iura debet regulari, quod domini agentes succedunt in dicta Baronia,excluso sæpe dicto domino Bellii, ex dicta domina Antonia descendente.& ita resoluit in terminis nostris Mart.de Laude in suo tract.de primogenitura.prout refert & sequit eũ Frã.de Cur.cõsil. 75.incipien.super præmissa,&c.col.52.ver.& illud colligitur.dicit, quod in Baronijs succedunt agnati, & deficiente prole descendentis à masculina.& et voluit Ang.cõs.301. incipiẽ.pro decisione,& c.ad principiũ,& Guido Pap.cõs. 60.in fi.vol.1.voluit, quòd in huiusmodi successione ser-

61 uetur ordo primogenituræ.† Aggrediẽdo igitur vltimam consultationis huius partem superest ad obiecta,quæ cõtra sæpe dictos dominos agentes in principio consilij, & alibi passim vsque ad versi.23. inclusiuè fuerunt adducta, & quæ determinationi.& decisionibus per nos in supradictorum agentium fauorem factis obstare videntur quoniam vt dicit Bal.consil.1 t. quod incipit Sanctissima & illustriss. Regina.inter consilia Ang.fratris sui, non respõdere obiectis,esset aut ambitiosum, aut ignorantiæ tenebris inuolutum.& Curtius consi.5 t.colum.2.vers.restat.&c.Et licet ex supradictis prædicta omnia contraria singula singulis referendo, sint sublata: attamen illis sigillatim respõdere curabimus contenti sola remissione ad versiculos suprà positos,quibus dictis contrarijs,vel eorum alicui satis

62 factum fuisset.† Non obstabit igitur primum & secũdum contrarium suprà versi.1.& 2.factũ, dum dicebatur quod ex quo fuerunt concessa feuda prędicta Ludouico & suis hæredibus & successoribus admitti non posse præfatos dominos agentes, qui hæredes non essent Petri Ludouici vltimi vasalli.dico.n.prout suprà dicebamus vers.53.& seq. quod feuda hæc non sunt hæreditaria: lex ex pacto & prouidétia.Vnde qualitas illa successionis non requiritur,vt ibi probaui:ét quia dictio hæredibus: verificatur in terminis nostris in dominus agentibus, quãuis hæredes nõ essent. Et suprà ver.41.respondendo dicto contrario,monstraui satis esse quod sint hæredes sanguinis,& descendentes.resoluens ibi,quòd in feudis huiusmodi dictio hæres, intelligitur de filijs & descendentibus.

3 tiasse. † Et licet videretur prima fronte dicendum præfatā nobilē dominā rectè inniti, per ea quę not. Bal. in l. si diuersa. C. de transact. versi. ex prædictis. vbi voluit, ꝙ quādo is, qui compromissum facit renūtiat alicui iuri sibi cōpetēti, vt laudū futurum habeat effectum, si ex illo compromisso laudum non sequatur, renuntiatio euanescit, & nihil præiudicat. Quod dictum refert & sequitur Alex. consi. 22. incipi. viso instrumento syndicatus. vol. 1. & dominus meus Philip. Decius consi. 93. incip. & pro tenui, &c. ver. confirmatur prędicta conclusio, &c. vol. 1. & in regula creditor, qui promittit. ad princip. ff. de regul. iur. & in c. ad aures. extra de appell. & ita per dictas & alias authoritates tenui infrà consi. 43. versi. 8. & sequenti.

Quibus tñ non obstantibus, stante dicta renuntiatione, quæ mihi præsupponitur fuisse in ampla forma, & in lōgè diuerso casu ab illo in quo cōsului in d. cōs. 43. & maximè, ꝙ dictū compromissum præcessisset, factaq; fuit in instrumento diuerso & separato à dicto compromisso, crederē dictam dominā non potuisse actioné intentare contra dictum do. Petrum, in prima instantia. Est. n. clara & trita iuris decisio, ꝙ quilibet suo iuri pōt renūtiare. l. si quis in cōscribendo. C. de pact. cum simil. & ꝙ renuntiantibus suas actiones non datur illis ad eas regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de edili. edicto. cum periculosum sit iuri suo renun-
2 tiare. c. qui sit periculosum. 7. q. j. cum concord. ibi signatis. † Nec iuuatur dicta nobilis domina ex protestatione, quā in firma compromissi fecisse dicitur, s. ꝙ in casu quo dicti arbitri cōcordes nō pronuntiassent infrà tempus ꝙ eis in dicto compromisso assignatū erat, reseruabat sibi ius agēdi pro dictis bonis, in dicto compromisso mētionatis, cōtra dictū dñm Petrū. Debuit etenim illa protestatio ad sui validitatē fieri ante perfectū actū: vt remissiué docet. Fely. in c. cum M. Ferrar. col. 17. vers. hanc conclusionē limita, &c. extrà de constit. Similiter considero, ꝙ dicta protestatio facta fuit dicto spectab. absente, saltē de illius præsentia non apparet in dicta protestatione. de qua ēt si constaret, nō tñ apparet de ipsius domini Petri consensu & approbatione. vnde non affecisset ipsa protestatio dictū dominū Petrū, quamuis tacuisset, & non contradixisset ad exclusionē iuris sibi quæsiti ex renunciatione prædicta. Ita not. Paul. de Cast. Roma. & singulariter Alexā. post. gloss. in l. si fideiussor. ff. qui satisd. cog. Bar. in l. pacta nouissima. col. 2. versic. reassumo ergo, &c. C. de pact. & in l. non solum. §. morte. vbi etiam Alex. ff. de no. oper. nontia. Quandòquidem taciturnitas sola non habetur pro consensu ad aliquem obligādum. ita not. Felyn abundè in c. nonne. super gl. fi. de foro compet. & c. significasti. post principium. versic. & de consensu. eo. tit. doct. in l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur. & Soc. plenè in suo tract. Fallen. in reg. 339. quod latius prosequor infrà consi. 110. versi. 5.

Tunc enim protestatio afficit protestatum & non contradicentem, quando fit ei cum quo contrahit protestans, & protestatio tēdit solum ad exclusionem priuilegij illius cui fit protestatio. l. fideiussor. & ibi doct. ff. qui satisd. cog. Quādo verò nō fit protestatio cū illo cum quo tūc cōtrahebat, vel vbi tenderet ad obligandū illū protestatū, vel tēderet ad minuendum obligationē iam contractā, tunc ex sola taciturnitate protestati non sibi præiudicaretur. secundum Ang. & Moder. in d. l. si fideiussor. in princip. quam ēt conclusionē firmauit Bar. & moder. in l. non solū. §. mortis. ff. de no. oper. nuntia. suprà alleg. & in d. l. pacta nouissima. & in allega. c. cō. M. Ferrarien. & formaliter Bar. in præalleg. §. morte col. 5. vers. sed quæro, an ēt partis consensus. concludit, ꝙ quando fieret protestatio ad tollendam seu limitandam obligationem iam contractam non valet, nisi pars aduersa consentiat. l. si quis maior. C. de transacti. & l. perfecta. C. de dona. quę sub modo. & l. sicut. C. de actio. et obligatio. Similiter dicit. ꝙ quādo fieret protestatio ad obligationē inducendā, vel tollendā obligationem de futuro, & obligatio contrahatur ex necessitate contractus præcedentis, similiter requiratur partis protestatę cōsensus, aliàs est inefficax dicta protestatio. l. fi. §. item si prædixerit. ff. nautæ, caupo. stabu. & illa refert & sequitur Soc. cōs. 107. col. pen. versi. sed præmissis, &c. vol. 1.

Modo ergo ad propositum per renuntiationem & diffinitioné dictæ dominæ Guiomaræ fuit extincta ciuilis & naturalis obligatio dictæ nobili dominę competens. l. legitima. & ibi Bar. post glos. ff. de pact. & not. Spec. tit. de loca. §. 6. ver. 13. vnde nō fuit in potestate ipsius nobilis dominę protestantis renouare obligationem extinctam, nisi dicto spectabili domino Petro consentiente huiusmodi protestationi. vt not. Spec. in tit. de Sala. §. fi. in princip. ipsius etenim domini Petri taciturnitas nō infert cōsensum (vt prędixi) sed requiritur, ꝙ de ipsius protestati appareat cōsensu. Quo fit ꝙ etiam si dicta protestatio facta fuisset dicto domino Petro, & nihil respondisset: attamen eidem non præiudicaret, nisi de consensu illius aliter constaret. Et per hæc satis videtur esse respōsum ad dictū Bal. suprà pro cōtrario allegatū quod aliàs fortè locum haberet, si in ipso actu cōpromissi renūtiatio facta fuisset, p ea quæ suprà dicta sunt.
3 † Possumus etiam aliter respōdere ꝙ Bald. ita generaliter nō loquitur prout à domino meo Philip. Decio refertur in d. consil. 93. & in alijs locis præallegatis. loquitur enim

Bald.in compromittentibus, inter quos fuerat prius lata sententia, quæ transiuerat in rem iudicatam, qua non obstante compromittunt in certos arbitros: cum expressa clausula, non obstante prima sententia, quæ clausula (vt voluit Bal. ibi) habet vim renunciationis sententiæ in casu quo laudum sequitur: & econtra si non subsequatur nihil operatur. & idē tenuit ipse Bald. in l. post rem. ff. de transactio. & in l. eleganter. in princi. Maximè in lectura antiqua. ff. de cond. indeb. & in l. j. colum. 2. C. quando prouo. non est necesse. & in l. iurisgentiū. §. si paciscar. j. ff. de pact. Pau. de Castr. in l. causas ad. fin. C. de transact. Roma. in repeti. rubr. ff. de arbitr. colum. 3 5. Card. in c. cum olim in princip. vbi etiam Fely. extrà de præscrip. & Raph. Fulg. cons. 66. incip. Nicolaus. &c.

Non obstat q in dicto consilio. 43. tenuerim opini. Bald. à domino meo relatā. quoniā ibi eramus in fortioribus terminis, quàm Bald. loqueretur. quia instrumentum renuntiationis, renuntiationem illam continebat in alia foram, quàm in apprisia esset scriptū. & quia renuntiando liti & causæ non propter id renuntiabat beneficio contentioso, & minus possessioni illius, cum etiam non posset renuntiari beneficio etiam contentioso sine superioris au soritate. & alias ibi dicebatur procuratorem non habuisse potestatem faciendi renuntiatione in illa forma, qua fecit eandem. & quia in eodem instrumento quo facta fuit renuntiatio. factū est etiā compromissum, cuius contrariū hic pondero, suprà versi. 1. & ex tenore dicti consilij con stat nos aliis rationibus motos, conclusisse contra dictam renuntiationem, quā his, quas Bal. dominus meus, vbi suprà, adducit. & noa ibi est in casu longè diuerso ab isto.

Posset etiam dici, q in casu quo loquitur Bal. ideo non secuto laudo clausula illa renuntiationē inducens fuit nullius effectus, quoniam illi non fuerit per arbitros derogatum: nec per partes, nisi quantum arbitri derogarent illi & sic merito sententia illa, quæ in rem transiuerit iudicatam viribus subsistebat: quod tamē non esset, vbi pars purè & nudè renuntiasset iuribus sibi competentibus: vt per Bar. & docto. in d. l. causas. C. de transactio.

Quinimò etiā si opin. do. mei Decij prædictam tingamus esse verā (de quo multū dubito) in puris terminis in quibus cōsuluit per rationes quas cōtra illā adducit Fulg. in l. si diuersa. præalle. per duas & amplius col. & quas tradit Ang. in d. l. eleganter. in prin. C. de condi. indeb. & in l. cum hi. §. si cum his. per illum tex. & ibi Pau. de Cast. ff. eo. & in l. tale pactū. §. qui prouocauit. in rep. col. 6. ff. de pac. & cōs. 248. incip. Philip. Ciuis de Florentia, &c. vbi præcipuè mouetur per regulā quā tradit Bar. (licet eum non allegat) in d. l. causas. C. de transact. adhuc non vigeret in casu nostro dictum cōtratiū. quoniā dicta clausula operata est effectū renūtiationis cōditionalis (vt ipsi dicūt). s. si sequeretur arbitraria sentētia: nos aūt sumus in casu purè & per

4 fectæ renuntiationis. † Secundum dubiū aggrediendo, ne quærere nodū in scirpo videamur, cōstanter dico, q si & vbi possit dicta nobilis do. Guiomara contra dictū specta. domi. agere, hoc esse vigore protestationis, cui dict. d. Petrus cōsensisset, & sic si dicti arbitri nō sentētiassēt cōcor des, vel infrà tps eis ab arbitris datū, vel vbi declarasēt ex tra vel præter fines cōpromissi, & per cōsequens fundatur intētio d. nobilis dominę, super eo q nō fuerit per dictos arbitros declaratū, vel nulliter. Et sic succedit regula, q debeat probari per dictā nobilē dominā, q non fuit declaratum, vel q nulliter, vt supra dicebamus per regulā l. ei, qui dicit, & ibi plenè Bar. & alex. ff. de proba. Inno. & cano. in c. super his. extrà de accusa. & Alex. omnino consi. 72. inci. viso processu & omnibus, &c. vol. 5. & cōsi. 109. inc. iudex

5 condēnat creditorē. ad princ. eo. vol. 5. † Nec obstat, q illa est negatiua. i. q sentētia arbitraria lata non fuerit, & parti affirmanti, vel asserenti latā esse, incūberet onus probādi. quoniā vt voluit Alexā. vbi suprà in tantū q illi qui dicit, onus incumbit probandi, ēt si fundata sit sua intētio in negatiua, debet eam probare. Quod ēt tenet Ang. consi. 82.

incip. spurius naturalis. idem consi. 161. incip. de petitione hæreditatis. ad fi. idem cōs. 216. incip. an consultor assumptus. idē cōs. 238. incip. Antonius de Murina. & cōs. 273. incip. Bonifacius episcopus, &c. Pau. de Cast. cōs. 154. inc. circa præsentē casum. in fi. Cardin. cōs. 139. incipi. in quæstione fratrū de Passitis. col. 9. & cons. 141. ibi immediatè seq. Rapha. Cuma. cōs. 164. inc. in causa certæ ecclesię, &c. & Rapha. Fulgo. cōsi. 340. incip. Nannes & Florus. & cōs. 182. inci. Titius fecit testamentū col. 3. &, cōs. 180. inc. viso processu causæ motæ. col. 4. Alex. cōsil. 24. incip. an si quis inuentus. & Philip. Corn. consil. 110. incip. videtur in hac consultatione, in litera n, & o, & consi. 30. incipien. pro decisione. in litera c, vol. 2. And. Barb. consi. 25. col. 3. versic. & etiam aduertendum. vol. 2. & Ludouicus Bolog. consil. 27. incipi. Bartholomeus & dominicus fratres. in princ. in quibus locis habentur ad huius dicti corroborationem ra

6 tiones & authoritates ad satietatem. † Non obst. etiam, q d. negatiua pura est & simplex & sic improbabilis secūdū gl. tā iuris ciuilis, quam canonici, vt per glo. in c. bonæ. extrà de elec. & gl. in l. 2. ff. de proba. quoniam licet id regulariter sit verum: non tamen semper, vt docet Lanfranc. de Oria. in repeti. c. quoniam contra falsam. ad princip. versi. sed pro expeditione illius cōtrarij, extrà de proba. scilicet quando illa negatiua est coniuncta sensui testis qua tunc est probabilis. super quo non insisto, cum de hoc nō sit dubium. & prosequitur late do. meus Phili. decius cōsil. 173.

7 incip. viso processu, &c. colum. 2. versi. 3. dato, &c. † Et maximè, quia negatiua hęc, de qua agitur, scilicet quod non fuerit per arbitros concordes pronuntiatum, vel, q nō fuerit per eos pronuntiatū, secūdum formā compromissi: ex quo est coarctata ad certam scripturam, seu certum locū, vel tempus, probari potest talis negatiua, & illam allegans debet eam (vt prædixi) probare. tex. est in l. j. C. de exactio. tributo. li. 10. vbi probatur illa negatiua, tu non soluisti tributum, quia non es descriptus in libro soluentium tributorum. Quòd etiam tenet Bal. per illum textum in l. fin. C. si certum petatur. & in capitulo si. extrà de cleric. non resid. Quod dictum refert & sequitur Barba. consil. 70. incipiē te clementissimi Dei. colū. 5. versiculo, & si quispiam opponat, &c. volum. 3. vbi dicit, quod probari potest ista negatiua, quòd duæ partes ex tribus, nō fuerint in creatione syndici, scilicet habito respectu ad eos, qui descripti non sunt. Idem etiam tenet ipse Barb. consil. 43. col. 5. versiculo, & si dicatur, eodem volum. 3. & cons. sexagesimoquarto. col. 7. versiculo restat nunc respondere. volum. tertio. vbi multa ad corroborationem prædictorum adducit. & melius consilio 88. colum. 7. vers. & si quispiam dicat. eodem volum. 3. vbi voluit, quòd quando negatiua est coarctata ad certum modum, vel ad certam societatem, vel ad certū tempus est probabilis. pro quo dicit esse casum in l. finali. C. de rebus credi. & in l. 1. C. de exactoribus. tributo. libr. decimo qui etiam multas aliās auctoritates & iura ibi allegat. quibus concludit, q dicenti aliquem nō exercere modum vsitatum in aliqua societate incumbit onus probādi,

8 quod est magis, quam in casu nostro. † Quinimò etiam si dicta negatiua improbabilis esset, voluit nihilominus Inn. in præal. c. super his. de accusa. quòd fundans suam intentionem super huiusmodi negatiua deberet illam probare, & sibi habeat imputare, q intentionem suam fundet super illa. Ita voluit Inno. in cap. propoluit. extrà de Cle. excom. ministrante. Anch. in c. querelam. extrà de mreiur. Bar. in l. 2. C. de iure emphyt. & in l. hoc inre. ff. de verbor. obli. quos refert & sequitur idem Anch. consi. 72. incip. subtiliter & succinctè. col. 2. & Barba. consi. 25. col. 2. versi. & etiam est aduertendum. volu. 2. & probatur illa doctrina Inn. formaliter in c. 1. de censibus. lib. 6. vbi voluit Gemi. idem quòd Inno. in loco præallegato. & Io. Andr. in mer curialibus in c. infamibus. & in c. sine possessione. de regu. iuris. eod. lib. 6. vnde sequitur, q ad hoc quod admittere tur dicta nobilis domina debuit allegare, & ēt probare illā negatiuā, quæ (vt sæpe dixi) est fundamentū suæ intētionis

nec enim

nec.n. satis est allegare, sed oportet probare, vt dicit glos.
in l.1.ff.si quadio. paupe. fecisse dicatur. & in l.1.ff.de incẽ
dio, ruina, & naufra. & in l.ait prætor.ff.vi bon. raptorũ. &
in l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorũ. & in l.2.ff.de fe-
rijs.gl.c.super eo.1.extrà de appellatio. & in c. veniẽs ex-
tra de test. & c.non est.de consue.li.6. & in Clem.1.de in
9 integr.restitu.† Plus dico, ꝙ ẽt si non esset fundata dictæ
nobilis dominæ intentio super huiusmodi negatiua, nihi-
lominus illã probare tenetur, tum quia dicta nobilis dña
negat qualitatem intrinsecam actui conformẽ, s. ꝙ post-
quã cõstat de laudo, negat præcessisse cõpromissum. ideo
incũbit illi probatio. l.ex persona.C.de proba. & l.non est
necessa.ff.eod.tit.cum etiã dicta negatiua est coarctata, vt
suprà deduximus. Imò facilis erat illius probatio per arbi
trorum attestationẽ, vel producendo sententiam eorundẽ
& maximè, quia dicta nobilis dña præsumptionẽ habet
contra se. & ita debet intelligi l.nec codicillos. C.de codi-
cillis. prout latè probat. Lanfrã. de Oriano. vbi suprà vers.
10 sed pro expeditione illius contrarij.† Præsumptio.n.iuris
videẽ esse liquida probatio, vt est tex.in l.1.in ver.liquido.
C.de test.mili. & adduci põt tex.in l.1.§.ex hoc rescripto.
ff.de ventre inspicien.in verb.euidentissimè. & fa. text.in
c. & si Christus. vers. patenter. extra de iureiur. vbi illud. ꝙ
cõstat ex intellectu legis, dicitur euidenter constare, & pa
11 tenter.† Cum ergo teneantur arbitri ad arbitrandũ, vt not.
Spec. de arbi.§.1.versic. sed nunquid arbitrator, &c. & in
tit. de offi. omnium iudic.§.iudicis officium. vers. an, &c.
Bar. & docto. in l.si quis arbitratu. col.3. vers. quæro quãto
tempore. ff.de verb.oblig. idem Bar. in l.1.col.3.ver.quę-
rit glo.ff.de leg.2. & melius in l.fi.§.fi.ff.de vac.mu. & ple
nius in l.si de meis.§.ex compromisso.in 2.opposi. & in l.
qualem.eo.tit. Vnde postquam constat de compromisso,
præsumptio ẽ iuris ꝙ fuerit subsecuta sentẽtia arbitraria,
iuxta formam compromissi. Nec.n.est dicẽdũ ꝙ illustres
arbitri prædicti negligentes fuissent in arbitrãdo infrà ter
minum eis datũ à partibus, vel ꝙ ipsi fuissent arbitrati ali-
ter, quã ex forma compromissi potuissent: maximè quia
vtrique dictorum illustriũ arbitrorũ, non deerant consilia
rij, qui de præmissis potuissent suas dominationes admo-
nere. & ꝙ aliàs facerent litem suam si nõ arbitrati fuissent
infrà terminũ, vel si formam compromissi excessissent in
sententiando, vt est text. singularis in l.sciendum.§.diuus
iuncto §.præced. ff. de magist. conue. de quo omnino per
dominũ meũ Iaso. in l.si quis in cõscribendo. col.2.C. de pa
ctis. & per Roma. consi. 338. incip. in casu propositę cõsul
12 tationis, &c. in secundo dubio.† Nec ẽt obstat, ꝙ de dicto
rum illustrium arbitrorum acceptatione nõ apparet: & sic
de complemẽto & perfectione dicti cõpromissi, cũ antè
acceptationem arbitrorũ propriè non dicantur partes cõ
promisisse: sed compromittere voluisse. & ideo non dica
tur compromissum antè acceptationem, vt voluit glo. no
tabilis & ibi colligit Bal. in l.si cum dies. in princ. ff. de arbi.
qua ratione moti quidam moderni in tract. quos scripse-
runt de arbi. inferunt ad limitationem auth. si támen. C. de
tempo. appel. & Cle. quandiu. de appe. ꝙ antè acceptatio-
nem arbitrari non suspenditur instantia.

Dico etenim, ꝙ duo sunt contractus. Vnus est, qui fit
per cõpromissum inter partes (vt est expressum sẽm vnũ
intellectum, quẽ sequuntur ibi Guil. de Cug. & Bart. in 3.
§.sed si filius. ff. de pecu. qui est notãdus ad hoc & dicitur
cõpromissum conuentionale alter contractus dicitur es-
se inter compromittentes & arbitrũ. vel arbitratorũ. Nã
arbitrium recipere seu arbitramentũ, est contractus qui-
dam qui consensu perficitur. vt probatur clarè in l.3.§.ta-
metsi neminẽ. ff. de arbi. & hoc respectu dici põt compro
missum nõ esse ante acceptationẽ. & ita propriè loquitur
gloss. in d.l.si cũ dies. Ideo bene colligit Bal. hoc respectu,
ꝙ non dicatur compromissum, nisi a die acceptationis cõ
promissi gerẽdi. ꝙ resultat inter partes, & arbitrũ, vt clarè
patet ex illatione eiusdem Baldi dũ subdit, ergo antè acce-
ptationẽ non currit tempus arbitro. quia non est arbiter,
antè acceptationem. & sic intelligit de illo secundo con-
tractu cõpromissi. sed quo ad primũ qui fit inter partes,
verum est dicere, ꝙ etiã antè acceptationem dicatur com
promissum. & ita probent multæ leges, si legatur totus ti-
tulus. ff. de arbitris. vt patet in l.3. ad fin. & in l. Pædius. & in
l. litigatores.§.interdum. & §.fin. & in l.si de meis. in prin
cip. & quasi per totum. Vnde cum text. in d. auth. si tamẽ.
& in d. clemen. quandiu. & gloss. generaliter dicunt, quòd
per compromissum suspenditur instantia generaliter de-
bet intelligi. l. de pretio. ff. de public. & l.j.§. generaliter. ff.
de lega. præstan. & ita concludendo probat per multas ra-
tiones & iura Socin. consi. 39. incipien. capio primum con
sultationis articulum. ver. circa quartam dubitationẽ, &c.
vol.4. ad quod etiã videatur Bal. consi. 319. incipien. factũ
fuit cõpromissum. vbi dicit, ꝙ aliquando cõtemnitur ar-
biter. & compromissum, quando arbiter acceptauit, & su
per cõpromissis nõ paretur arbitrio aliquando & secũdò
contemnitur arbiter, & nõ cõpromissum, quãdo post ac-
ptationẽ arbitro non paretur super nõ compromissis. ali-
quãdo & terno nec spernitur compromissum. nec arbi-
ter quãdo iussit ꝙ partes cõpareant die feriato quia in ef-
fectu nõ punitur si non paretur. l. vir bonus. ff. iudic. solui
aliquãdo, & quartò spernitur cõpromissum & nõ arbiter,
& hoc, quando quis vadit ad iudicẽ ante acceptationẽ: &
hoc casu licet arguat in contrariũ, concludit tñ ꝙ pars in-
cidit in pœnã cõpromissi. allegat not. in l. item si vnus.§.
si mulio post. ff. de arbit. & not. in d. Clement. quandiu. de
appellatio. & sic ex dictis illius sumitur conclusio, ꝙ etiã
ante acceptationem est compromissum, quòd per partes
sperni non potest. & quòd d. Clement. quandiu. locum ha
13 bet etiam antè compromissi acceptationem.† Possumus
etiã dicere, ꝙ id quod suprà diximus, ꝙ compromissum
antè arbitrorũ acceptationẽ non dicatur, nec currat tem-
pus compromissi: vt in l.si cum dies. in princip. ff. de arbit.
hoc posset esse quando compromissum factum esset per
numerũ dierum, vel mensium: puta per duos menses: per
quadraginta dies: vt per Socin. omnino consi. prealleg. 39.
incipien. capio primum, &c. nu. 40. & 44. vol.4. secus autẽ
erit si factum sit vsque ad tempus determinatum: puta, vs
que ad pascha, vel aliud huiusmodi, prout in casu nostro
factũ est. quo casu currit immediatè tempus. Videmus. n.
in simili, ꝙ antè pręsentationem literarum iudicibus de-
legatis, non currit tempus vt in ca. super eod. secũdò, extrà
de appellatio. attamen quando apponitur in rescripto, ꝙ
vsque ad certum tempus cognoscant, vel determinent, tũc
immediatè currere incipit tempus, secundũ Ioannẽ An-
dręam & doct. ibi, & ita not. docto. in c. de causis. extrà de
offic. delega. aliàs enim dicta verba fuissent apposita sine
aliquo effectu, contra l.si quando. ff. de leg.1. & c. si Papa.
de priuileg. lib.6. & not. per Bal. in rubr. C. de contrahend.
emptio. & in terminis nostris consuluit Socin. consi. 87. in
princip. eod. volum.4. qui ita se resolui. & per consequens
constat quòd etiam si non appareret in processu de com-
promissi acceptatione per arbitros facta, quòd nihilomi-
nus diceretur compromissum prędictum perfectum: ita
tamen quòd præsumitur, ꝙ sententia arbitralis subsecuta
fuerit, & quòd lata fuerit iuxta iuxta formam cõpromissi,
maximè attenta arbitrorum qualitate.

Ex quibus resoluẽdo totius consilij præsentis massam
in vnam summã, dico dictam dominã Guiomarã repelli
debere ab actione contra dictum Spectabilem intentata.
& ꝙ vbi ex aliquibus causis, quæ mihi pręsuppositæ non
fuerunt ad illarum actionum prosecutionẽ admitteretur,
deberet illa nihilominus antè omnia ꝓbare, ꝙ arbitri præ-
dicti non tulerint sententiam in dicta causa, vel saltem ꝙ
illa fuit contra formam compromissi. & ita vt est præmis-
sum & decisum, dicebam & concludebam, salua, &c. Bar-
chinonæ. 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahendo oportet quod consensus partis vtriusque validus cōcurrat in illo puncto in quo matrimonium contrahitur vel reintegratur.& nu.11.*

2 *Parentes si infrà sextum, vel septimum cōsanguinitatis gradum matrimonium contraxissent, antè cōstitutionem per quam restringitur prohibitio ad quartum gradum, debuerunt nihilominus posteà contrahere, aliàs contraueniendo peccassent. & nu.12.*

3 *Matrimonium contrahentes, per verba consensum exprimentia de præsenti, si pro illo tempore non poterat inter illos esse matrimonium, verba illa iuris fictione sunt de futuro.& num.13.*

4 *Papa an possit dispensare super matrimonio, inter quos erat impedimentum, contracto, sine partium consensu.& nu.11.15.16.& 17.& consilio 32.nu.12.*

5 *Dispensatio, iuris aufert rigorem, & actum nullum confirmat, & tollit impedimentum, per quod actus impediebatur, & quando vt ex tunc.& nu.6.& 7.*

7 *Dispensare an & quando possit Papa in radicem matrimonij, & quòd illi permanere possint in matrimonio per eos contracto, & effectus huiusmodi dispensationis, & in quo differt à dispensatione per quam cōceditur quòd possint de nouo contrahere matrimonium, & perseuerare postea in tali matrimonio.& nu.8.*

8 *Papa legitimare non potest prolem, quę suscepta fuit ex coitu non matrimoniali.*

9 *Filij nati ex aliquo illicito matrim. ad hoc vt sint legitimi, sufficit quòd alter coniugum impedimentum ignoret.*

Consanguinei in primo & secundo gradu facilè cognoscuntur, & se exhibent pro talibus. in vlterioribus autem consanguineis, est probabilis ignorantia.

Turpitudinem suam allegans in causa matrimoniali, auditur.

10 *Papa in his quæ sunt iuris positiui, habet plenitudinem potestatis, in tātum quod potest fingere quòd ea quę sunt facta, pro nō factis habeantur, & contrariu tantum quod excommunicatus, vigore alicuius constitutionis absolutione non indigeat.*

Papa quādo dispensat in radicem matrimonij, filii nati ex illo matrimonio sunt eo ipso legitimi, & coniuges absolutione non indigent, licet incurrerint sententiam excommunicationis. per Cle. 1. de consang. & affi. si contraxerunt scientes impedimentum.

11 *Papa si dispensat cum cōstituto in sacris, vt possit cum aliqua domina matrimoniū cōtrahere, cogitur inuitus illā ducere.*

12 *Constitutio regulariter ad prêterita non extenditur, sed futura respicit.*

13 *consensus impuberum non est proprie consensus, cum iudicium aut discretionem non habeant: ideo si ipsi contrahant matrimonium, etiam per verba de præsenti sunt sponsalia de futuro. Ita quod ad hoc quòd huiusmodi sponsalia transeāt in matrimonium, requiritur ipsorū impuberum post pubertatem consensus.*

Dispositio. c. si infantes. de desponsatio. impub. non debet allegari extrà suum casum.

14 *Consensisse quando dicantur impuberes, vel alij, matrimonio quod antea contraxerant, quod propter ætatis defectum, aut consensus legitimi quādo cōtractum fuit nullum erat, aut saltem non erat matrimonium.*

15 *Sponsalia sub conditione, latè differunt à matrimonio sub conditione contracto.*

18 *Stipulatio rei sacræ, vel Cæsaris aut alterius rei, cuius nō est commerciū est nulla: nec renouatur licet posteà prophana esse cœperit res huiusmodi.& nu.4.*

19 *Actus vt retrotrahatur, oportet quòd à principio potuerit incidere.& nu.4.nu.8.& nu.19.*

20 *Matrimonium semel etiam de facto contractum, separari nō debet absque iudicio ecclesiæ.*

21 *Surreptio & obreptio vitiat dispensationem: & quando dicatur esse surreptum vel obreptum.*

22 *Dispensatio & priuilegia dependent à voluntate concedētis, non illorum quibus conceduntur.*

CONSILIVM. XXXII.

PETRVS quidā de Hinodosa matrimoniū cōtraxisse mihi præsupponitur de facto (Cū de iure nō posset) cū quadā Eluira Garcia cōsanguinea sua in tertio gradu, purè et absolutè cōsummasseque dictū matrimoniū Carnali commixtione: postea vero ad vtriusq; petitionē dispensat legatus apostolicus (de cuius potestate non ambigitur) vt possint in huiusmodi matrimonio permanere. & licet dic. Petrus postea, quàm dictā dispensationē concessam fuisse sciuisset non contradixerit: attamē certo post effluxo tpe, contraxit cum altera in facie sanctę matris ecclesiæ, & matrimonium illud carnali copula consommauit. Quæritur modo ex præmissis quod horum matrimoniorum est validum. Et si primum, à quo tempore fuit validum, & si alter ex dictis Petro, & Eluira allegat ignorantiā consanguinitatis prædictæ antè, quam conuenirent, alter vero scientiam vtriusq;, cui stabitur? & cui probandi onus incumbit.

Excelsus igitur, dominus humiliter imploratus adsistat. quoniā vt Bal. ait in l. præcibus. C. de impub. & alijs subsli. ferro viam aperit, qui per contraria graditur, cōsulentium more, seruando et stilū, quē hactenus seruare consueui, ad vtranq; partē iura citabimus, & rationes in eam partē resoluentes, cui iustitiam adesse perpendemus, respondebimus posteà ad rationes, quę in contrariū fuerint adductę.

1 †Et videtur prima fronte pro secundo matrimonio cōcludendum esse. quandoquidem istud notoriè validum est, si primum sit nullum, cum nullū in hoc secundo matrimonio impedimentum interuenerit. Quod autem primū sit nullum rationes infrà scriptæ monstrare videntur apertè:

Et primo cōmunis & generalis theologorū sentētia in quarto sentētiarū. distinc. 27. dicētiū, oportere cōtrahere matrimoniū cū consensu, ita vt si prius nō erat matrimoniū, & nunc incipit esse verū matrimoniū, oportet nunc consensum esse partis vtriusq;. Ratio eorū est quia quæcunq; stipulatio, vel sponsio facta fuerit in præterito. tn̄ antequā matrimoniū sit ratū semper est in potestate partis vtriusq; dissentire, & sic nō perficitur matrimoniū. Vnde oportet in illo momento quo matrimoniū integratur esse cōsensum partiū: quia pro quocūq; tpe dissensus vitiat cōtractū, requiritur consensus vt cōtractus sit validus. sic in proposito cū in illo tpe in quo dispēsatū est cū Petro, & Eluira, potuisset quilibet eorū dissentire, videtur de necessitate cū ipsa dispēsatione cōtrahentiū exigi cōsensum quē quidē cōsensum oportet exprimi vel p verba, vel per aperta signa. Qm̄quidē matrimoniū est sacramentū, inde est ꝙ oportet interiorē hominē exterius manifestari, clarū est. n. ꝙ si nulla signa interuenerint, nunquā cōsensus interiores

2 facerēt matrimoniū, †Secūdo facit ꝙ sentiūt doc. in 4. sentētiarum. distin. quadragesima. & inter alios Richardus. argumen. primo. quæst. 6. dicunt. n. ꝙ si qui cōtraxerint in 5. sexto, vel septimo, consanguinitatis gradibus antè illud statutum consilij (ꝙ est in c. non debet. extrà de cōsangui. & aff.) vbi restringit impedimentū cōsanguinitatis, quo prohibebantur consanguinei matrimonium contrahere, ad quartū gradū duntaxat, matrimonia præterita validata nō fuerunt per illā decretalē, nō debet. Sed oportuit eos iterū contrahere alias peccassent conueniendo carnaliter, adducit pro se. c. ante trienniū. distinctio. 31. & c. de incestis. 35. q. 3. videtur autem idem esse de matrimonio Petri & Eluiræ per præmissa. ergo, &c. †Tertio faciunt docto. dicta in

3 c. si infantes. de desponsa. impub. lib. 6. vbi quantūcunque

verba

verba consensum exprimant de præsenti: si tamen pro illo
tempore non potuerunt contrahere matrimonium, talia
verba iuris interpretatione sunt de futuro, certū est quòd
non impediuit hoc secundum matrimoniū legitimè per
4 verba de præsenti contrahi, vt sunt iura vulgaria. † Quartò
facit (vt Canonistarum testimonia citem) quòd not. Inno.
& doct. c. super eo. de condi. apposi. vbi tenent, ꝙ si illi in-
ter quos est impedimentum contrahant sub conditione,
si Papa dispensauerit, non erit matrimoniū sine nouo cō-
sensu. Ratio Innocen. est: quia prior cōsensus erat omnino
reprobatus. adducit pro se. l. inte. stipulantem. §. sacramen.
ff. de verb. oblig. vbi non valet stipulatio de re sacra, vel pu
blica, vel alia huiusmodi, cuius non est commertium. Nec
renouatur obligatio, ēt si res ipsa sacra, prophana esse cœ-
perit allegat ad hoc l. cōtinuus. §. cum quis. eo. tit. & l. apud
Julian. ff. de le. 1. vbi nulla est obligatio de prædijs Cæsa-
ris, de quibus sine iussu principis non est commerciū. Pa-
normit. quoq; post eos tenet candē opinionē in præalleg.
c. super eo. motus tn̄ alia ratione. Ad hoc (ait) ꝙ actus re-
trotrahatur, oportet ꝙ à principio potuerit incidere, vt no
ta in l. si quis pro emptore. ff. de vsucapi. Vnde in propo-
sito dispensatio non potuit retrotrahere matrimonium, ꝙ
à principio non potuit incipere propter impedimentū cō
sanguinitatis prædictæ. Pro qua opinio. fa. l. si stipuler. ibi
si quis sororem adoptiuā nupturam (sibi stipuletur, nō va
let. ff. de ver. obli. vbi subditur ratio quia cōtra bonos mo
res est ex quo leges prohibent.

Et in hanc sententiā summa Rossella, Siluestrina, Ta-
biena, & totus penè summistarū exercitus cōiurauit. Qui
nimo & in hæc verba conuenire videtur Reueren. olim
do. Adrianus de traiecto, dudum Cardi. Dertusen. postea
Adrianus Papa sextus an quarto sentētiarū, in materia ma-
trimonij. q. 10. in principio col. pen. Idem videtur tenere
Aretin. consilio 142. incipiente in facto proponitur, ꝙ
illustriss. in primo dubio. secundum quo , nedum videtur
dicendum, ꝙ non solum dictus Petrus non cōtraxit cum
dicta Eluira, verumetiam ꝙ etiam si alijs nuptijs alligatus
non esset cogi non posset Eluiram sæpe dictam ducere.
5 † Sed quantumlibet colorata videatur hęc opinio: contra-
rium attamen verū esse habeo pro comperto. Ad cuius di
cti & prædicti matrimonij corroborationem, considero
ꝙ impedimentum consanguinitatis, quod inter Petrū &
Eluiram existebat facit dubitari de huius matrimonij va
liditate, cum iura canonica prohibeant inter coniunctos
infrà quartū gradū matrimoniū contrahi. præallega. ca. nō
debet. de consang. & affinit. & capit. literas. extra de restit.
spol. Vnde nisi cum ipsis fuisset dispensatum per habentē
ad id sufficientē auctoritatē dicti Petri & Eluira matri-
moniū cōtrahere non potuissent: quia cōtra legem cōtra
xerunt. Institu. de nupt. §. fi. & 26. quæstione secunda. ca-
pitulo fin. Sed dispensatio, quæ desuper. ab apostolicę sedis
legato interuenit, iuris relaxauit rigorē. septima quęst. pri-
ma can. requiritis. §. multorum. aliàs est §. nisi rigor. & so
quenti. & ibi Archidiaco. & præpo. post gloss. Vnde & im
pedimantum illud consanguinitatis, ꝙ inter dictos contra
hentes erat, abstulit penitus: ita quòd si ipsa dispēsatio hu
iusmodi matrimonium præcessisset, indubitatum fuisset
matrimonium de cuius nunc validitate decertamus: sed
cum subsequuta fuerit huiusmodi dispensatio, matrimo-
nium prædictum reuocatur nūc in dubium, an sine nouo
6 dictorum Petri & Eluiræ consensu sit matrimonium † Et
consideratis dispensationis verbis per quæ conceditur di-
ctis Petro & Eluiræ quod possint in matrimonio per eos
sic cōtracto permanere, prolem si qua ex dicto matrimo
nio processerit legitimā esse decernendo. prout in dictæ
dispensationis rescripto continetur. (certum est autem ꝙ
dispensatio actū nullū confirmat) & tollit impedimentū
propter quod actus erat nullus. ita nota. Abb. Panormita.
post Ioannem Andręam Innocen. Cald. Hostien. & com
muniter alios in c. innotuit. col. 3. extrà de electio. vbi te-
nent, ꝙ dispensatio Papæ superueniens validat præsenta-
tionem, electionē, confirmationē. seu collationē, vel pro-
missionem, ex aliquo defectu nullā. ita ꝙ absq; noua colla
tione, vel prouisione beneficiū, aut dignitatē retinere va-
leat ēt consensu eligere, vel præsentare debentiū non inter
ueniente. de quo ēt per Cald. consi. 1. in rubric. de electio.
Sequitur ergo quod dispēsatio de qua hic agitur. prædictū
consanguinitatis impedimentum quod inter sępedictum
dominum Petrū & Eluiram erat, abstulerit: & matrimo-
nium, quod occasione dicti impedimenti consanguinita-
tis fuerat nullum, validauit, & confirmauit.

Nec facit, si diceretur, quòd illud verbū, possint in ma-
trimonio per eos contracto permanere: in dispensationis
verbis positū, ad casum referatur, si dicti Petrus & Eluira
voluerint: nō aūt, ꝙ per illa varba necessitentur. iuxta no
tata in l. sicut initio. C. de action. & obligatio. & in l. in cō
modato. §. sicut. ff. commodati. cū sit eius nolle, cuius est
velle. l. eius est nolle. ff. de regul. iuris. Respondeo etenim,
ꝙ verbum pōt, ēt absq; negatiua præcedente, quandoque
necessitatem importat. tex. est in l. qui bona. §. de ilio. ff. de
damno infecto. & alius tex. iuncta gloss. in in l. placet. ff. de
liberis & posthumis. præsertim quando licitè, & honestè,
& commodè, & salua fama, pōt actus huiusmodi fieri, vt
per Innocent. in c. accedens. extra de concess. præben. quē
refert & sequitur Pau. de Cast. in l. conditiones. in princip.
quam legit cum l. filius. ff. de conditio. institut. dispensatio
nis etenim effectus (vt infrà versiculo sequenti docetur)
fecit ꝙ licitè & honestè, & commodè, & salua fama pos-
sunt in huiusmodi matrimonio perseuerare. Per quod est
responsum ad contrariū ꝙ fieri posset de dicto Bal. in l. 2.
in 2. col. in nona oppo. C. quibus res iudic. nō nocet. dum
voluit hoc verbum, potest, quadrupliciter intelligi posse.
Primò, hoc est, de iure cum illud possumus, quod de iure
possumus, vt in l. filius. in fin. ff. de conditio. institut. suprà
allegata. & in l. reprehendenda. & ibi Paulus de Cast. C. de
instit. & substitu. sub condition. factis. Secundò intelligi
voluit illud verbū pōt, secundū bonos mores. vt in l. nepos
Proculo. ff. de verborum signific. quandoquidem ea, quæ
fiunt contra bonos mores reputantur impossibilia. vt in d.
l. filius. & in l. quidam. & in dicta. l. conditiones. ff. de con-
ditio. institut. Tertio denotat secundum naturam. nam il-
lius rei quæ secundū naturalem cursum naturæ habet im-
pedimentum. nulla est potentia: nullumque posse reputa-
tur. vt in l. impossibilis & in l. inter stipulantem. §. sacram.
ff. de verborum obligatio. Postremo significat hoc verbū
potest, de facto. quoniam vbi actus includitur, ibi & potē
tia: vel econtra. vt in l. 1. in princip. ff. de suis & legit. & in
l. fi. C. de prædijs Cur. lib. 10. Per dispensationē etenim (vt
suprà dictum est) licet subsecutam: præfati Petrus & Elui-
ra, & de iure & secundū bonos mores, & ſm naturā: &
de facto, ac ēt licitè, & honestè (quę æquiparantur in iure,
vt in l. semper. ff. de ritu nupt.) & cōmodè, & salua fama,
contrahere potuerunt de nouo matrimoniū, & in per eos
contracto perseuerare, hoc eodē versi. & infra vers. seq. do
cetur abundè. Imo ꝙ est magis infrà vers. 21. ostendimus
Petrum cogi posse, vt cum dicta Eluira matrimonium cō
traheret, etiam si prius non fuisset contractum, nec car-
nali copula consummatū. Et per consequens apparet di-
ctum verbum, possunt, necessitatem importare, vt suprà
7 dicebamus. † Secundò facit & clarius: quia ex dispensa-
tionis prædictæ verbis colligitur, quòd in radicem matri-
monij fuerit dispensatū, ēt vt ex tunc, scilicet à tpe quo di
cti Petrus & Eluira primo contraxerunt. ad ꝙ pondero
illa verba, quatenus possitis permanere, &c. quo casu Ioā.
Andr. Cardi. & doct. & post eos Panormi. in cap. venerabi
lem. in gloss. 2. in fin. extrà, qui filij sint legi. concludentes,
quòd Papa dispensando circa matrimoniū, ꝙ impediente
lege canonica, nō valuit, si vtitur verbis legitimando prolē
cū matrimonio, non solū legitimat prolē quò ad vtrunq;
forū, verū ēt facit tale matrimonium remanere validum,
etiam prout ex tunc casum nostrum resoluunt apertè. &
hanc etiam opin. sequitur idem Panor. in allega. capitul.

literas.col.4.vers.adde tñ hic vnum notabile.extrà de rest.
spol.Fely.c.quæ in ecclesiarum.col.6.versi.a.fallit,&c.ex-
trà de constitut.no.Ancha.consi.301.& plenius cõsi.410.
alias est cõs.409.quod incip.viso & diligẽter inspecto,&c.
. Nec mihi satis ille faceret,qui diceret hoc casu per huius
modi dispẽsationem,matrimonium ꝙ fuit nullũ validari,
dummodo partes exinde cõsentiant, vt supra pro contra-
rio allegabatur requiri. Dico enim,ꝙ si consensus vlterior
post huiusmodi dispensationem requiratur,fatendum erit
non fuisse retro tractum:sed a tempore consensus de no-
uo præstiti cœpisse valere:quod est directè contra prædi-
ctorum & aliorum doctorum,quos referunt,auctoritatẽ.
8 † Nec posset etiam dici,matrimonium per huiusmodi di
spensationem retrotrahi solum quo ad liberorum legitima
tionem,vt iuris quadam fictione censeatur a principio va
luisse in fauorem filiorum natorum: quò ad verò ipsam ra
dicem matrimonij non,nisi à tempore dispẽsationis & ac-
ceptationis illius, superuacanea enim esset doctorum di-
stinctio,quam faciunt quando interuenit dispensatio super
matrimonio,quod impediente lege diuina, non tenuit: &
quando impediente lege canonica conceditur. primo casu
concludunt non legitimari vt ex tunc matrimonium: sed
solùm,vt ex nũc:secundo autẽ casu(in quo & nos sumus)
admittunt matrimonium tale legitimari,vt ex tunc.
Accedant ad corroborationem prædictorũ, quod nota.
Ioannes Andr.in præalleg.c.venerabilem.quẽ ibi sequun-
Panorm.& communiter alij doct.dicens quòd Papa legi-
timare non possit prolem susceptam ex coitu,non matri-
moniali.& casu consensu,& affectione, quia ex quo inter
partes non fuit matrimonium saltem de facto,non potuit
Papa inducere matrimonium supplendo consensum & sic
cum non possit supplere consensum,nec disponere in ma
trimonio.sequitur quod etiam illo casu legitimare nõ pos-
set. In terminis autem nostris clarum est,per supra allega-
ta,quòd Papa potuit legitimare prolem,si qua fuisset ex di
cto matrimonio orta.& per consequens inferendum est,
quòd per dictam dispensationem fuerit sæpe dictum ma-
trimonium retrotractum vt dicunt præallegati doct.quá-
doquidem volunt illud solum posse retrotrahi matrimo-
nium quod legitimari potest:prout ex tunc:& quando su-
scepti liberi ante dispensationẽ illius virtute legitimari pos
sunt. Ita not.Philippus de Perusio.c.referente qui filij sint
legiti.docto.in c.tantam.eod.tit.& c.quod dilectio. extrà
de consang.& affinita.Ancharan.omnino.d. consilio. 409.
9 † Nec etiam obstat,quòd dictus Petrus suá turpitudinem
allegando(quod tamen in causa matrimoniali permissum
est,vt per Ioannem Andręam in capitul. consanguinei.ex
trà de re iud.)nunc,dicatur proponere, ipsum.s. & Eluirá,
tempore quo dictum matrimonium contraxerunt,impe-
dimentum quo à contrahendo illi impediebantur,sciuisse
& sic filios,qui nati eis fuissent legitimari non potuisse, &
per consequens apparere,ꝙ huiusmodi matrimonium re-
trotrahi non potuerit,vt suprà dicebatur.& not.doctor.in
c.cum inter.per illum textum.qui filij sint legiti. Respon-
deo etenim,ꝙ dicta Eluira neget se tunc impedimentum
prędictum sciuisse,hoc satis esse ad filiorum legitimationẽ
vt no.Panormi.& doct.in alleg.c.cum inter.idem.c.ex te-
nore.eo.tit.c.1.extra de eo,qui duxit in matrimoniũ, quá
polluit per adult.& not.Bal.in l.ex liber.C.de suis & legit.
& gl.in clem.j.in versi.scienter.vbi etiam Cardina.Ancha.
& Ioan.de Imol.de consanguinit.& affinit. Quod autem
debeat audiri dom.Eluira in allegatione dictæ ignorantiæ
monstrat apertè gl.in d.verb.scienter.cum.n.(vt ait Panor.
in c.porrò.ext. de diuor.)facilis nõ est notitia cõsanguinita
tis,nisi in primo & secundo gradibus:quia fratres,qui sunt
in primo & filij duorum fratrum qui sunt in secundo gra-
du:facilè se cunctis exhibent pro consanguineis:sed in vlte
rioribus gradibus (subdit)non est sic.vnde & in illis noti-
tia non est nec præsumenda,nisi probetur. Et sic in casu
nostro,cum distarẽt inuicem in tertio,& quarto gradibus,
hæc ignorantia,quæ est facti,in alias longè peritiores inci-
dere potuisset.& ipsi Eluiræ dictam ignorantiam allegáti
stari debet,& nõ alteri(cuius fides est plusquam suspecta)
scientiam allegantí debet credi, per supra dicta. & per ea,
quæ no.Cardin.in clement.j.suprà alleg.col.4.versi.7.quę
ro.& seq.de consanguin.& affinit. Imò etiam ꝙ licet Pe-
trus suam scientiam probaret,nihil sibi prodesset, per suprà
dicta. Et per consequẽs videtur intrepidè concludendum
quod inter dictos Petrum & Eluiram fuit verũ matrimo
nium à tempore quo contraxerunt inuicem,non obstan-
te consanguinitatis impedimento,ꝙ inter ipsos tunc exi-
stebat. Quam resolutionem fundo vigore dispensationis
præmẽtionatæ ea,quæ interuenit forma, quæ dictũ matri
monium retrotraxit, & legitimauit,vt ex tunc,prout suprà
10 dicebatur. † Accedant præmissis not.Petr. Cardi. in Clẽ.
vnica.col.5.versi.9.quæro.post glo.ibi,de consanguinit.&
affinit.& melius Clemen.1.col.1.versi.7. nota casum sin-
gularem,&c.vbi etiam no.Abb.& Ioan.de Imo. post glo.
de immun.eccles.vbi concludunt,quòd Papa circa ea,quæ
sunt de iure positiuo,habet potestatem vt ex tunc in tantũ
ꝙ legitimatus per Papam possit ita legitimari ꝙ habeatur
pro legitimo,vt ex tunc,i. retro: & hoc etiam quò ad ho-
norem secularem,prout not.Archid.& Imo.ibidem. d.c.
quo remittunt ad no.in.c.per venerabilem.qui filij sint le-
giti.vbi Panormi.col.6.versi.ego pro concordia dicerem,
concordando opiniones contrarias, concludit in summa,
ꝙ vbi Papa simpliciter legitimat matrimonium,tunc prę-
cedens proles non censetur esse legitimata:secus autẽ quan
do legitimatur vt ex tunc,i.ac si à principio fuisset legiti-
mè contractum. Mouetur per tex.iuncta præallegata glo.
in versi.pro infectis.in d.clemen.1.de immun.eccles. vbi
dicitur,ꝙ tanta est potestas papæ quòad effectum iuris po
sitiui,ꝙ possit tollere constitutionem etiã quò ad effectus
præteritos,adeo quod excommunicatus vigore illius con
stitutionis,non indigebit absolutione.& ita tenuit Ioan.de
Imo.& post Ancharan.& alios in dicta clemen.prima ver
sic.gl.pro infectis quærit,&c. Vbi etiam Cardi.col.2.in pri
ma opposi.concludit ꝙ Papa possit non solùm ea, quæ fa-
cta sunt haberi pro infectis quòad effectum.25.q.2.c.impe
riale.& c.2.extrà de testibus.verumetiam possit non factũ
haberi pro facto.c.is qui.extrà de spõsa. Sicut & ipse de eo
quod nullum est,potest facere aliquid , vt tenet expressè
Lappus allega.128.vbi allegat tex.optimum,qui hoc pro-
bat in c.hæc quippe.3.quæst.6.de quo videatur. Bar.in l.si
quis pro emptore.col.14.versi.sed contra prædicta insta-
tur.ff.de vsucap.& Felyn.c.ad petitionem.col.3.versi.limi
ta tamen illam gloss.extrà de accusat.& dixi infrà consil.
34.versiculo.12.
Accedant no.per Cardi.præalleg.in clem.1.col.1.versi.
sed quid si impedimentum.de consanguin.& affinit.vbi di
cit ꝙ illi qui contra prohibitionem decretalis, quia circa
& d.clem.1.contraxerunt scienter matrimonium in gra-
du prohibito.si Papa cum huiusmodi cõtrahentibus post-
ea dispenset, & verba dispensationis concernant pœnam
præteritam illam tollendo, non indigebũt tales absolutio-
ne. Ita tenet Abb.in d.clemen.1.& alij, quod etiam tenuit
11 Roman.consi.307.incip. † Non obstant in contrarium al
legata,non ratio dictorum theologorum primo loco alle-
gata,dicentium oportere concurrere consensum cum ma
trimonio,& quod in dicto obiecto sequitur, quoniam,vt
vnico verbo concludam, hic contrahentium non negatur
interuenisse consensus,quamuis dicti impedimenti ratio-
ne fuit minus legitimus,tamen per dispensationem præal-
legatam fuit legitimatus etiam vt ex tunc,i.ab ipso princi-
pio. Vel & non sequitur correlarium, quod in eodem pri-
mo obiecto fiebat.s.ꝙ eo tempore quo fuit inter ipsos Pe
trum & Eluiram dispensatum,poterat quilibet eorum re-
clamare,& cætera.quia ex quo dispensatio sæpe dicta con
tradictionem & reclamationem pręcessit, dispensationis
ipsius effectus fuit,vt consensus : & contrahentes aliàs per
consanguinitatis prædictæ impedimentum inhabiles,legi
timarentur etiam à tẽpore per eos contracti matrimonij
vt diffusè

vt diffusè suprà monstrauimus: in tantum ꝙ licet dicti Pe-
trus & Eluira ante de facto non contraxissent, vel contra-
ctum carnali copula non consumassent nihilominus tene-
retur dictus Petrus matrimonium cum dicta Eluira con-
summare, prout in fortioribus terminis concludit Roma.
in suis singularibus 598. incip. An subdiaconus. vbi conclu
dit, ꝙ subdiaconus cum quo Papa dispensauit, vt aliquam
dominam acciperet in vxorem, cogitur inuitus illam duce
re, allegat le. Matrimonij. quæ hoc probat in terminis. ff. de
ritu nuptiarum. & id ipsum probat tex. in l. matrimonij. ff.
qui & à quibus manu. li. non fiant. & his accedant quæ di-
cta sunt suprà versiculo. 6. & infrà versicu. 16. & sequenti.
12 † Secundum obiectum de dicto Richardi in 4. distin. 40.
arg. 1. q. 6. suprà allegatum nō obstat. Solutio etenim ex ip
sius Richardi scriptis elicitur. dicendo, quod cōstitutio re-
gulariter ad preterita nō extēditur sed ad futura allegat ea.
ante triennium. 32. distinct. c. de incestis. 35. quæstio. 3. &
hoc clarius colligitur ex textu d. cap. non debet iuncta sua
glo. in quo quidem textu est dictio, de cætero, quæ nimirū
futurum, non autem præteritum tempus respicit vt nota.
amplè Cardin. clemen. prima. quæstio. 17. de electio. & in
clemen. in plerisque. quæstio. 15. eodem tit. dispensatio aūt
de qua est in præsentiarum quæstio, præteritum tempus
respicit, vt dixi suprà cum disponat ꝙ possint in cōtracto
per eos matrimonio permanere: in d. authen. ca. non debet
habetur quod matrimonia in 5. 6. & 7. & 9. consanguinita
tis gradibus, de cætero contracta valeant vnde nimirum si
præterita matrimonia per illa constitutionem non validē
tur, & his accedant quæ dixi in consi. illustrium fratrū Car
13 donæ. in quarto dubio. nu. 74. in fine: † Non obstat etiam
obiectum de notatis per Doctor. in præalleg. c. si infantes.
suprà tertio loco facto vbi dicitur quod matrimonium an
te legitimam ætatem contractū iuris interpretatione sunt
sponsalia de futuro ad quod est glo. in c. a nobis vbi etiam
Abb. eod. tit. in antiq. In terminis etenim nostris non su-
mus in casu d. c. si infantes. Nec. n. fuit infirmus dictorū
Petri & Eluiræ consensus propter ætatis legitimæ defectū
quam iura ibi exigunt ad matrimonium contrahendum.
quandoquidem allegatur copula carnalis interuenisse. qđ
est satis etiam vbi non essent legitimę ætatis: vt ibi nota. &
in c. puberes. eodem tit. in antiq. Nec etiam est verum in-
distinctè, quod verba cōsensum exprimētia si sunt de præ
senti, iuris interpretationes sint de futuro quando pro illo
tempore nō poterat incidere matrimonium? vt suprà dice
batur in tertio obiecto) licet possit esse verum dictum cō-
trarium, cum illa restrictione, quæ colligitur tam ex tex-
tu expresso quam per rubricam sub qua positus est textu. s.
quando talia verba prolata essent ab eis in quibus ætas le-
gitima ad matrimonium, vel doli capacitas non esset ratio
restrictionis: quia illi consensum non habent: propter ęta
tis defectum. c. vbi non est de desponsa. impub. & ca. quod
sedem vbi not. de frigid. & malefic. Ideo ad hoc vt huius-
modi sponsalia ex verbis impuberum iuris fictione tran-
seant, in matrimonium, requiritur ipsorum impuberum
post pubertatem perseuerantia: & hoc si perseuerantes in
eadem voluntate de eo plenam habuerint notitiam: aliàs
illa sponsalia non reconualescerent ex sola perseuerantia.
vt not. Gemin. Philip. Franc. & Anchar. in d. ca. infantes. &
not. Doctor. in ca. fin. desponsa. Imo requiritur expressus
post pubertatem consensus vt ibi dicunt suprà allegati Do
ctor. & infrà consi. 105. versi. 8. latius ostenditur. Vnde di-
cit Ioan. Andr. & post eum Philip. Francus in præallega. c.
si infantes. quòd cum text. ille loquatur de sponsalibus ab
impuberibus contractis, non debet extendi extrà casum
suum: quia iste est quædā fictio, quæ vltra casus expressos
non debet extendi c. is, qui de sponsal. & in clement. quod
circa de elect. qui ergo dicit hūc casum expressum, doceat,
& ita etiam tenent domini de Rota decis. 460. incip. item
14 dubitatur, si duo, &c. in antiq. † Facile tamen esset si esse-
mus in casu d. c. si infantes. demonstrare consensum tacitū
& perseuerantiam hic interuenisse, quales exigit textu.
& glo. in d. c. si infantes. postquam etenim Petrus suprà di
ctā dispensationem obtentam fuisset resciuit, non tantum
non reclamauit vt debuit, præsertim cum seorsum habita-
rent dicti Petrus & Eluira. vt not. Inno. in c. de illis. de de-
sponsatione impub. & Latius docetur in d. cons. 105. vers.
8. verum etiam dictam dispensationem se habere ratam &
gratam coram plurimis, verbo & facto monstrauit. & po-
tissimum cum probetur, fuisse præsens & audiens, quando
N. auunculus ipsius Petri cum fratre dictæ Eluiræ conue-
nit, ꝙ infrà paucos tunc immediatè subsecuturos dies, ipse
Petrus iret ad Eluiram ad solennizandū matrimoniū præ-
dictum, & cohabitandum eidem. quæ taciturnitas Petri sal
tem operata est consensum tacitū, vt in fortioribus termi-
nis probatur in sæpe d. c. si infantes. versiculo. porrò. & ibi
Ioan. Andr. not. Felyn. in cap. nonne. col. 1. versic. secunda
regula. extra de præsump. no. Petr. de Palude. in 4. sentent.
distinct. 27. quæstion. 2. arg. 3. & not. Bart. Socin. in suo tra-
ctatu fallent. in regul. 393. in secunda fallen. & in simili no.
Innocen. in cap. 1. de eo qui duxit in matri. quam poll. per
adulte. Et addatur ꝙ Anchara. in clem. 1. præallega. de con
sanguini. & affinit. dicit, quod omnis copula & actus subse
quens matrimonium etiam de facto præsumptum, habet
relationem ad illud: sicut omnis vsus possessionis refertur
ad actum præambulum. l. quædam mulier. ff. de rei vendi.
Sic etiam omnis carnalis copula, & omnis actus subsequēs
refertur ad consensum veterem, qui præsumitur durare,
etiam cum est nullus, vt dicit gl. in c. fin. extra de coniug.
15 seruorum. † Non obstant postremò quarto loco & obie-
cto adducta, s. notat Innocen. & Doctor. in ca. super eo. de
condit. apposit. quia loquuntur in sponsalibus contractis p
habentes impedimentum, cum conditione, si papa dispen
sauerit. Vnde mirandum est summistarum vulgus referen
tium Innoc. loqui in conditionali matrimonio, cū loqua-
tur in sponsalibus, & lata est differentia inter matrimoniū
conditionale, & sponsalia conditionalia, & matrimonium
purè contractum per verba de præsenti intantum quod
matrimoniū conditionale, etiam per verba de præsenti cō
tractum, conditione pendente, censentur esse sponsalia de
futuro: vt per glo. & Docto. in ca. per tuas, extrà de condit.
appo. vnde nihil habent commertij, vel proportionis, aut
similitudinis sponsalia, vel matrimonium sub conditione
contractum, & matrimonium quod contractum est purè,
& simpliciter, & absque aliqua conditione, cùm (vt prædi
xi) ante conditionis euentum conditio ex futuro euentu
pendet, non est matrimonium. vt not. Abb. in c. fraternita-
tis. extra de frigid. & malefic. & sentit gl. Innoc. Ioan. And.
& ibi Abb. in præalleg. c. de illis. de condit. apposi. Anto. de
Butr. c. super eo. eodem titu. & Specul. etiam eod. tit. versi.
quid si matrimonium contrahitur sub conditione, &c.
16 † Verū est, ꝙ Abb. in dicto c. super eo. loquitur in matrimo-
nio contracto sub conditione prædicta si Papa dispensaue
rit: dicens, ꝙ tunc ad huiusmodi matrimonij validitatem
(licet Papa dispensauerit) requiritur nouus contrahentium
consensus: & ita refert tenere Innocen. ibidem. qui tamen
loquitur in sponsalibus (vt prędixi.) Vnde tenerem auda-
cter opinionem contrariam. quandoquidem non negatur
interuenisse consensus, licet illegitimus fuerit, propter im-
pedimentum consanguinitatis prædictæ, fuit attamen le-
gitimatus per dictam dispensationem, etiam vt ex tunc vt
abundè suprà conclusimus, & hanc contrariam opinionē
tenent Gaspar de Cald. Hostiens. Henric. Bohic. & Anto.
de Butr. in dicto c. super eo. & illam sequitur Raynut. in
summa. de spōsa. & matrimo. vers. de cognat. carnali à fr.
Ang. in sua summa in ver. matrimonium. 3. & do. Fel. in
c. significantibus. ad fi. extrà de offi. delega. qui collati cum
Docto. contrariam opinionem tenētibus, & nu. & ponde
17 re, & auctoritate non cedent. † Possemus etiam concordā
do dicere, ꝙ loquatur Innocen. & sui sequaces quando Pa
pa dispensat. Vnde & simpliciter super matrimonio dispē-
sando, quod possint de nouo contrahere, quòd illo casu hu
iusmodi matrimonium non trahatur retro. sed legitimat,
vt ex

vt ex nunc, quoniam dispensatio Papæ tanquam odiosa, non plus extenditur, quam sonat: vt plene not. in cap. fin. de filijs presbyt. li. 6. dominus Anton. & sequaces eius loquantur quando Papa dispensat in radicem matrimonij, vt s. possint permanere in matrimonio per eos contracto, decernendo prolē legitimā prout factū est in casu nostro, & isto vltimo casu non sit necessarius nouus consensus, vt concludit dominus Anton. & alij ibi, per ea, quæ suprà
18 dixi. † Et qui vellet indistinctè tenere opinionem d. Ant. contra Panor. & dicere ꝙ Panor. & Doctor. alij sui sequaces, quamuis loquantur in matrimonio conditionali: iura tñ per eos allegata loquantur absolutè respondebit, post domi. Gasp. & Card. Alex. ibidem. Quod allegata l. inter stipulantem. §. sacram. & l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. intelligantur quando contrahentes habent rem pro impossibili: & referunt se ad res, secundū dispositionē, quam iure communi tunc habent: vt patere videtur ex d. §. cum quis. secus autem vbi se referent ad principis facultatem. Per quam etiam solutionem responderi potest ad d. l. si stipuler. de sorore adoptiua. Cui etiā contrario Bart. ibi respondet: dicens, quòd impossibilitas adijciat ibi per modum dispositionis: non autem per modū conditionis. potest etiam respondendo considerari differentia quæ est inter possibilitatem, ꝙ licet censetur esse impossibile, quod solo principis priuilegio obtinet, vt in iuribus pro contrario allegatis: attamen quando princeps est solitus similia de facili concedere, tunc non habeatur pro impossibili, ita not. in terminis Barbat. in ca. Raynutius. col. 51. de testa. & dominus meus Iason in l. cum seruus. §. constat. ff. de le. 1. Colligitur etiam alia responsio ex dictis Bartol. in
19 l. si quis pro emptore. nu. 14. & 15. ff. de vsucap. † Ad rationem, quam Panorm. adducit, scilicet quòd ad hoc ꝙ actus retrotrahatur requiritur ꝙ à principio potuerit incidere: respōdeo, quòd posito pro ficto ꝙ essemus in nuda & simplici dispensatione (de qua solum in hoc versi. loquor) dictum Panorm. non est simpliciter verum: sed satis est ꝙ actus potuisset verè, vel iuris fictione incidere à principio quia, supra versi. 6. & 10. personas aliàs inhabiles, fingi habiles esse tempore contractus per effectum dispēsationis, dixi esse casum clem. vnica de immun. eccles. si enim quis virtute cōstitutionis dictæ clem. non fingeretur tempore, quo in excommunicationem incidit, excommunicatus non fuisse, notum est quod absolutione ei opus esset, quia tamen non indiget, vt notatur ibidem.

Respondet & aliter dominus meus Iason ad dictū cōtrarium in l. cū seruus. §. constat. nu. 7. & 8. ff. de leg. 1. Cui etiam obiecto respondet multum subtiliter Innocent. in simili in c. 1. col. 1. versi. sed dices quomodo, &c. de eo qui duxit in matrim. &c. vbi dicit esse speciale in matrimonio, quod nullum erat & illicitum ab initio, ꝙ per tacitū consensum, vel expressum postea ratificetur. Et sic postea respondet ad §. sacram. & alia iura similia. idem in c. cum accessissent. & c. attestationes. per illos text. extrà de despōs. impu. in casu enim (ait) ca. 1. suprà allegati. de eo qui duxit, &c. consensus non fecit matrimonium, nec potuit facere toto tempore vitæ vxoris, nec etiam post. mortem illius sine consensu subsequenti: sed si de nouo, vel expresse cōsentiret in eā, vel tacitè ei cohabitando carnaliter vel non carnaliter more solito cohabitando sibi in domo, vel alibi tunc (ait) est matrimoniū: non tamen propter nouum cōsensum, qui aliàs de per se non sufficeret: sed per veterē, licet nullum de iure. quia effigiē matrimonij gestabat. quia in eadem voluntate præsumitur permanere.

Possent prædictis addi responsiones aliæ ad dictū quartum obiectum, quas vel sponte prætermitto. quoniam restat plusquam elisum, & aliàs respondet eidem dictus sanctissimus dominus noster Adrianus Papa sextus in quæst. 10. de matrimo. in quarto sententiarum. vbi eum pro contrario in d. versi. 4. supra allegauimus. & maximè, quia, nō
20 sumus in casu dictorum contrariorum. † Postremo (vt aliquando finiam) non obstabit quòd sæpe d. Petrus matrimonium cum alia celebrare præsumpserit. pręter id enim, quòd allegatur conditionaliter contractum, si matrimonium quod antea cum Eluira contraxerat non esset validum, clarum est quod adhuc esset nullum, etiam si primū non teneret. Moueor per tex. singularem in cap. porrò ex trà de diuor. quem ad hoc notat ibi Panormit. pro singulari, quòd matrimonium semel cōtractum etiam de facto. non debet absque iudicio Ecclesiæ separari. ad quod est tex. c. de illa. eod. tit. Cum itaque dictus Petrus cum hac secunda de facto contraxerit, non annullato, vel infirmato matrimonio quod cum dicta Eluira contraxerat, clarum est hoc secundum non valere, etiam si dicta Eluira nunc esset defuncta: quia sumus in casu c. 1. de eo, qui duxit in
21 matrim. quam pollu. per adult. † Dispensationis secundæ (cuius prętexto secundū matrimoniū dicitur cōtraxisse) nullitas est manifesta, quæ pluribus nitet obreptionibus, & subreptionib. quā pardus maculis. Expressit etenim falsò, ꝙ Eluiræ, quā actu fornicario se cognouisse dicebat, coniunctus esset in secundo & tertio consanguinitatis gradu: cum tantum illi 3. & 4. distarent ab inuicem: inter quos gradus, & lata est differentia, & eadē non est in dictis gradibus dispensandi facilitas: vt not. in c. literas. extrà de restitu. spolia. Mentitus est etiam dictus Petrus in illa supplicatione, dicens, se solum dedisse fidem Eluiræ de contrahendo cum ea matrimonio, quasi nihil inter contractum de præsenti, & contrahendum referatur: subticuit autem ipsum matrimonium quod de facto cum dicta Eluira cōtraxerat, & dispensationem subsecutam, per quam dispensabatur, vt posset ipse & Eluira permanere in huiusmodi per eos contracto matrimonio. Quod si exposuisset, quis tam heberis ingenij est, quòd sibi persuaderi posset Rom. pontificem hanc secundam dispensationem concessurum fuisse. cum aliam si voluisset non potuisset quoniam potestas illius non se extendit ad matrimonium cōsummatū, & perfectum. vt not. Panormit. in c. cum enim. extrà de rapt. & latius prosequor infrà consi. 105. versi. 11. Taceo, quòd etiam in secunda dispensatione subticuit scādalum, ꝙ ex primi matrimonij dissolutione in loco in quo contractum est, propter facti notorietatem remaneret. vnde non dubium quò minus dictæ surreptiones & obreptiones huiusmodi secundam dispensationem reddant nullam etiam si tantis non abundaret, vt plenè per Panormita. in capitulo quia circa. versiculo in gloss. fin. extrà de consanguin. & affinita. ad quod est text. cum gloss. in c. 5. de filijs
22 presbyt. cum concordant. ibi. per Doctor. signa. † Nec etiā obstat, quod dictus Petrus dicatur prius cum secunda cōtraxisse, quàm sciuisset primam dispensationem ab Eluira fuisse obtentam. quod etiam si ita esset, cuius, tamen cōtrarium in processu dicitur esse probatum, non facit ad casum etiam si ignorasset obtentā: si tamen tunc fuisset obtenta, vt voluit expressè Lappus in alleg. 128. ad fi. versic. ad aliud quod opponebatur. priuilegia etenim ac gratię dependent. & habent effectum suum à voluntate concedentis: non autem eius cui concessæ sunt. c. 1. §. ex parte. de cōcess. præb. lib. 6.

Ex quibus concludimus, fuisse & esse verum matrimonium inter dictos Petrum & Eluirā, à die quo per eos cōtractum fuit: attentis verbis dispensationis, etiam si postea dictus Petrus non consensisset: de cuius tamen consensu (posito pro ficto ꝙ requireretur post dispēsationem obtentam) sufficiēter constat. Ita vt est præmissum & dictū, resoluebam & concludebam, &c. Brugis in Flandria ad laudem & gloriam Dei, Ego Celsus.

Huic meo consilio se subscripserunt Reuerēd. dom. officialis tornacensis dominus Anton. Suchet consiliarius Regis catholici in suo secreto cōsilio. & dominus Petrus Chossil. dicti Regis catholici à consilijs in suo consilio Flandriæ. & alij multi clarissimi Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Papa vel Principi qua in supplicatione oblata continentur, nedum probant, verum etiam sunt irretractabilia.*

2 *Ordo narratorum, vel scriptura quando debeat attendi.*

3 *Testium singularitas in quo consistat, & ad quid attendatur & quando dicantur esse testes singulares, & quando contestes. ibid.*

4 *Sollicitator an & quando repellatur à testificando*

5 *Paranimphus potest esse testis super matrimonio quod concordauit, vel in quo interuenit vt mediator.*

6 *Frater regulariter non prohibetur ferre testimonium pro fratre, nisi ipsius qui testificatur intersit principaliter, vel nisi sit in bonorum communione cum alio fratre, qui præsentat eum pro teste: & quid in causa matrimoniali. & numer. 5.*

Testis alias illegitimus, testificari potest super actu de quo fuit à partibus rogatus.

7 *Testis de auditu quando deponat legitimè.*

8 *Testis de credulitate an & quando legitimè testificetur.*

11 *Testis qui allegat aliquem fuisse præsentem, valet eius dictum, licet ille quem allegat, dicat se non fuisse præsentẽ, vel se non recordari.*

12 *Matrimonium si illi inter quos erat consang. impedimentum contraxerint, si Papa posteà dispensat in radicem matrimonij, valet huiusmodi matrimonium etiam sine nouo cõsensu. & consilio præced. nu. 11. 14. 15. 16. & 17.*

CONSILIVM XXXII.

VERITATIS amor & iustitiæ, & vt ipsam iustitiã à calumnia tutarer, me iuris vtriusq; studium intermissum resumere coegit, strepitusque rursus intentare forenses. Cum. n. essem à quibusdam probis viris requisitus, vt vnà cũ solẽnibus aliquot & clarissimis viris iurium professoribus in causa matrimoniali, quæ inter Eluiram Garsia, & quendam Petrum de Hinoiosa vertitur cõsulerem quid iuris: essentque mihi pro animi mei iustiori informatione, processus & acta causæ exhibita, exhorrui præfati Rei, vel apertissimis calumnijs iustitiã protelari, & sancta iura manibus (vt aiunt) prophanis contaminari. studet etenim dictus Reus per suam reprobationes testium, factum luce clarius & quod ipsemet irreuocabili (vt infrà docebitur) cõfessione asseuerauit, non mõ negare, verumetiam cũ iuramento in negatiua perstare. Quare non iniuria sperãdũ est, quòd deus non modo infatuabit ipsius consilium, verumetiam dissipabit. & licet ista suprà consultorem: imò etiam aduocatum deceant, fuerint dicta, veniam tamen non negabunt, qui me causam hanc pro veritatis amore & iustitiæ desumpsisse cognouerint, condolentes mecum in tam apertas calumnias non deesse, qui iura velint extor-
2 quere. † Quis enim attendens, quòd præfatus Reus confessioni per eum factæ in supplicatis in secunda dispensatione, quam obtinuisse dicitur, quæ non modo probat cõtra ipsum supplicantem, vt suprà latè cõsil. 31. dictum est, verumetiam sua huiusmodi cõfessio irretractabilis est: vt not. Doctor. in l. 1. per illum text. C. de precibus impera. offeren. & in l. quæ est ad hoc peculiaris. & ibi dominus meus Iaso, post alios. C. de diuer. rescript. & Ioan. Andr. & alij in c. venerabilis. extrà de confir. vti. vel inutili. asserendo ibi promissiones (nũc nõ insisto quales, quoniã ex quo non negatur copula subsecuta, transeunt in hoc iudicio in matrimonium. c. veniens & c. si. & vtrobique Docto. extra de spõs.) & copulam inter ipsum & dominam Eluiram interuenisse, nunc verò Dei & animæ suæ oblitus, non sine manifesto periurij reatu, in sua responsione, quam cum iuramento fecit, vtrunque negauerit: & probos & ditissimos aliquot viros, qui per d. Eluirã producti clarè illud affirmant, fallarios allegarit, & vt tales conetur reprobare. Sed leuia sunt, quæ in Hectora torquet imbellis Thersites spicula, illa nãque in eorum retorquebimus
2 auctorem. † Respondebit (video) dicti rei consiliarius, supplicata de quibus agitur, non docere quòd promissiones, vel fidei datio copulam allegatam præcesserint: quinimo videri potius contrarium, attento narratorum ordine. Dicit enim. quod sæpius actricem fornicario actu cognouerat, & illi fidem dederat de matrimonio cum illa contrahendo & postea vlterioris copulæ mentionem non fecit. Vnde per argumen. ab ordine literæ dicetur copula fidei dationem præcessisse, non autem secuta, per textum in l. quoties. cum ibi not. ff. de vsufruct. cum similib. cui legi respondeo post Bar. in l. 2. §. prius. colum. 1. versi. & hoc facit ad quæstio. ff. de vulgar. & pupilla. quòd ordo rei, quæ quo ad aliqua dat esse ipsi rei, debet regulariter attendi. & hoc in dubijs, aliàs non vt plenius & latius per Felyn. c. cũ dilecta. col. 3. versicu. ordo scripturæ. extrà, de rescript. vbi per duas amplas columnas hanc materiam prosequendo, per alias limitationes, quas ponit, ostendit hoc contrariũ in casu nostro locum non habere. Cũ ergo in casu nostro sit mens certa supplicantis, non debemus ordinem illum attendere, vt ibi per eos. & quòd sit certa mens illius clarũ est. si enim promissiones & fidei dationem copula nõ fuisset secuta, necessaria non fuisset dispensatio: quinimo potuisset ipse Petrus cum secunda contrahere. superfluum est enim, ait Imperator in l. 1. C. de thesau. li. 10. implorare pręcibus, quod iure communi competit. & idipsum sonat etymologia dictionis huius dispensatio, quæ est iuris & rigoris illius relaxatio, vt not. 1. q. 7. c. requiritis. §. multorũ. aliàs est versi. nisi rigor, cum seq. c. & vtrobique Doct.
3 † Satis ergo fuerat dictæ actricis per prædicta probatus articulus primus quem inuenio per septem legitimos testes fuisset probatũ. Et omissis impugnationibus, quas dictus reus contra testes pręedictos impingit. summa & præcipua est, quod deponant de audito alieno, quam oppositionem toties inculcat vt illam solam videatur habere præ manibus. Quod obiectum, quantum procedat, dicant qui viderint processum, per quem constat ipsos deponere de confessione (licet extraiudiciali) ipsius Petri. quod dictum valet, & probatur huiusmodi confessio. c. si cautio. & ibi Felyn. amplè post Panormi. & alios extrà de fide instrumẽt. Ideo præfati Rei consiliarius, transiens ad emendicata suffragia in suorum reprobatoriorum articulis, nititur eos de singularitate impugnare quod vtique non fecisset si vidisset Bal. in l. bonorum. ad fi. versi. hic quæro, &c. & quæ ibi posui in addition. ad ipsum in versi. testis singularis. C. de bonorum posses. secundum tabul. didicisset etenim quòd singularitas testium attenditur penes effectum rei, non autẽ penes modum sciendi. idem Bal. in l. de quibus. ff. de legibus. l. cum reis. C. de pen. not. Bar. in l. 2. §. si dubitetur. versic. ad cuius declarationem. & ca. vbi etiam addidi. ff. quẽadmod. testam. aper. not. plenè Fely. c. licet causam col. 5. extrà de probatio. & plenius in c. licet ex quadam colũ. 3. versic. vlt. est sciendum, & c. vbi prosequitur hanc materiã per tres & amplius columnas. extrà de testib. Non enim sunt testes singulares, quando ratio testium est eadem, licet diuersimodè & per diuersa media deducatur. vt Bart. ait in præall. l. de quibus. in repet. ad fin. & omnino Lanfr. de Oria. in repet. c. quoniam contra falsam. in versic. testiũ depositiones. versic. vlterius est aduertendum. & ibi posui in addi. ad ipsum. in versic. fidem. vbi amplè & remissiuè hoc discutio. extrà de probat. quibus addatur omnino Alex. consi. 53. col. 4. vol. 1. Corn. consil. 134. incip. capio, in litera l, & seq., volumin. 1. & dixi suprà consil. meo. 14. versicul. 13.

Possent etiam saluari aliqui ex testibus, qui deponunt de auditu alieno, per dictum Barto. in l. testium, & ibi posui in apostil. ad ipsum, in versi. de auditu. C. de testibus. sed quia non fuit opus, nolui personas iudicum superflua prolixitate grauare, remittendo qui volet vlterius scrutari ad
4 ea quæ dixi vbi suprà post Bar. † Cõtra decimum, duodecimum

cimum, & decimumtertium testes, opponit, quòd sint in hac causa sollicitatores, inserens propterea à testificádo repelli debere. allegat nescio quæ iura, & signanter. c. fi. de testibus. li. 6. Sed fundauit se super tex. quem malè intellexit, vel in reprobú sensum extorquere conatur, quia non omnis sollicitator à testimonio repellitur: sed ir solis (secundum communem opi.) qui est à parte pro qua deponit salariatus. Ita not. domin. de Rota, decis. 442. incipien. sollicitator. in nouis. Alex. de Imo. consi. 76. vo. 2. & cósil. 56. vol. 3. Roman. consi. 420. incip. omnipotentis Dei, &c. proponitur quæstio. Feder. c. cum à nobis. in fi. extrà de testib. & Philippus Franc. in d. c. fin. licet Gem. ibi voluerit ampliare text. illum in sollicitatore, qui etiá habet salariú à procuratore, cuius extensio non est vera, nec in casu nostro procedit, quoniam dicti tres testes, nec aperte nec ab eius procuratore sunt in hac causa salariati. Sed nec id allegauit aduersarius, cum tamen esset substantiale, sciens esse falsum & per consequens ineptè fuit appositum dictú contrarium per dictum dominum iurispetitum, non intelligentem quos appellent Doctores, aut dicant sollicita

5 tores. † Opponit & contra dictum testem duodecimum, quod est frater Eluiræ (quod in sua depositione non negauit,) & nescio quib[us] verborum inuolucris præfatus aduocatus, ad repellendum dictum testem propter consanguinitatis vinculum vtitur, & membranas occupat, quæ tam sunt adeò leuiá, vt responsione iudicarem indigna: sed vt ipsi morem getam, saluando respondeo, quòd ad hoc, quòd frater à testimonio repellatur in causa fratris, oportet quòd sint in bonorum communione, & simul cohabitent, & quod causa sit magna. Ista est notab. theorica Bald. in l. parentes. C. de testibus. allegat casum, quem dicit esse singularem in l. cum allegas. C. de castrés. pecu. li. 12. quòd etiam voluit idem Bald. in l. 1. C. de episcop. & cleric. & in tract. de duob. fra. Panorm. in c. literis. nu. 3. vbi notaui in apostil. in versi. frater. vbi etiam Fely. extra de testib. not. Corsetus in suis singularibus in versic. testis qui omnino videatur. & Alex. consi. 23. col. 5. vol. 2.

Et quia facilem sciebat ad dictum contrarium responsionem duplici chorda vsus, apposuit q[uod] est laicus & pauper ideo debeat repelli eius dictum addere fuisset ei melius, q[uod] erat literarum expers, velut & ipse allegans, vt omnia comprehendisset. non tamen sum nescius, quòd si dictus Petrus fuisset nobilior & honorabilior, & facultatibus opulentior excessiuè, quàm ipsa Eluira, quòd tunc aliquid detrahendum esset de fide testimonij dicti fratris, per tex. & not. in c. super. eod. extra de testi. sed hæc ratio cessat in casu nostro, quòd ægre fert dicta Eluira, cum in eius damnum cedat, q[uod] dictus Petrus non sit ditior, quam ipsa de centum mille ducatis. Et cum etiam hæc contraria viderit non obstare, addidit aliud obiectum, dicés præter tim: quia agitur directè, vel indirectè de ipsius fratris lucro. credo quòd habuit dominus aduocatus Bal. corruptú in rubr. ff. de rerum diuis. quoniam Bal. meus ibi. colu. 11. versi. núc de quinto, & c. dicit, quòd vbi frater percipit immediatè commodum ex sua depositione, tunc est verum quòd testificari non potest, quoniá sua principaliter interest: secus autem erit quando mediate percipit commodú quoniam tunc (ait) valet eius testimonium. Quod dictú refert & sequitur Felyn. in c. insuper. in versi. vlterius. vide Bal. extrà de testib. alleg. Io. An. in regula, sine possessione in mercurialibus, & sic patet q[uod] iste frater non deponat in suo facto proprio, vt somniauit dictus aduocatus.

Et non contentus prædictis oppositionibus, cum sciret futiles esse, addidit aliam æque insulsam & ineptam dicens, quòd dictus testis erat proxeneta. Credo, q[uod] dictus aduocatus studuerat cum illo legum doctore, qui me semel interrogauit, qualis côtractus erat matrimonij, essetne contractus nominatus, an verò innominatus. Viderat fortè q[uod] proxeneta est media persona concilians côtrahétes seu côtrahere volentes: sed nó meminerat q[uod] doct. post. gl. in c. fin. 23. dist. vocant huiusmodi conciliatoré in sponsalibus paranymphú: & quòd talis paranymphus posit esse testis, voluit expressè Philip. Corn. consil. 63. incip. illa. in litera, l, vol. 1. & consi. 33. incip. visa, &c. in litera, &, vol. 2.

6 & consi. 81. incip. visa, &c. in litera, à, vol. 3. † Plus dico, q[uod] etiam si allegata contra dictum fratrem essent vera, & ob id repelli deberet, adhuc tamé esset validum eius dictum, quoniam deponit super actu de quo fuit à partibus rogatus: ita not. diffusè Lanfran. de Oria. in præalle. c. quoniam contra falsam. in verb. testium depositiones, nu. 61. versic. item frater, &c. extrà de prob. not. Felyn. omnino in c. cú inter. col. 7. versi. ad idem. extrà de except. not. Corse. singularibus suis in ver. testis, incip. licet pater. & Ang. cons. 3. vbi plenissimè. ad quod est text. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. Et per consequens patet fuisse plenè probatum matrimonium inter dictos Petrum, & Eluiram & per confessionem ipsius Petri quæ retractari non pôt: &

7 per testes, nó obstátib[us] obiectis, quos illis obiecit. † Quod autem dispensatio prædicta fuerit obtéta cú voluntate & cósensu dicti Petri constat per ipsius literis missiuas, quas dictę Eluirę scripsit, per quas etiá p[ro]batur vlterior & subsequés consensus post dispésationem si, & vbi necessarius fuisset. (q[uod] non, vt cons. præcedéti concludebamus.) Quandoquidem etiam per epistolar probatur consensus: vt plenè per Soci. consi. 172. col. 5. vol. 2. & consi. 41. col. 2. vers. secundo ad hoc, &c. vol. 3. Et cum negasset more suo solito dictus Petrus literas prędictas à se fuisse scriptas, & super hoc aliqui testes deposuissent, nititur illos reprobare, dicens quòd testes prædicti deponát de auditu, de his quę non cadunt sub sensu corporeo, quod quantum falsum sit docet theorica l. comparationes. C. de fide instr. testes. n. illi dicentes se scire literas prædictas scriptas fuisse à dicto Petro, assignántes causam scientiæ, quòd notam habeant scripturam & characteres ipsius Petri, ex diutina frequentia quam cum ipso Petro habuerunt, & ex longo vsu, & maximè quia (vt dicunt) viderunt ipsum Petrum literam huiusmodi & characteres scribentem, rectè super dicto articulo deponunt, & probant. Ita not. Guil. de Cugno. Bal. & post eos Alex. in l. comparationes, præal. vbi in apostil. ad ipsum Bal. posui practicam dictæ legis. not. Ange. in auth. d. instru. cautel. & fide. §. si quis igitur. colla. 4. versi. 7. requiritur. not. Bal. in auth. sed nouo iure. col. fin. versi. sed nunquid posit. C. si certum pet. Abba. & moder. in c. quá graui. extrà, de cri. falsi. Lanfran. in d. repet. c. quoniam cótra falsam. in ver. instrumentorú productiones, vers. 52. & Phil. Cor. consil. 134. incip. in causa, in litera, g. volumin. 3.

8 † Obijcit & contra eosdem testes, quòd deponunt de credulitate, inferens quòd ideo non probét. nó vidit (credo) singularem doctrinam Bal. in l. 1. C. de falsa causa adiecta legato: vbi dicit, quod si testis post verbum credo, adijciat verbum bene, vel æquipollens, vt firmiter, vel præfectè, quòd tunc probat. quòd dictum refert & sequitur Lanfrá. in d. c. quoniam contra falsam. in ver. confessiones. versic. item non est prætermittendum. & ibi posui in apostill. in verb. firmiter. allego Abb. in c. firmiter. & quòd ibi addidi post eum, in eod. verb. ext. de summa tri. allego etiam Fel. in c. inquisitionis. §. quæsiuisti extrà, de accusa. Alexan. in rubr. ff. de iniurijs. & consi. 109. & 132. vol. 5. Phil. Cor. cósil. 163. incip. in hoc, in litera m, & sequen. vol. 1. Soci. consil. 249. & dominus meus Franciscinus de Curte, consil. 13. alias 19. col. 7. quæ consilia sunt post tract. suum feudorú. His aduantur omnino quæ scripsi suprà consil. 14. versic. 11. vbi monstro, q[uod] si testis, qui deponit de credulitate, assignat bonam causam scientiæ, vel ponat bonam rationem, quæ habeat concludere, vel vbi est materia, quæ certè, & clarè cognosci non potest, tunc valebit testimoniú de credulitate, per rationes & authoritates, quas ibi allego. † dú autem dicit, quòd non reddunt causam scientiæ, remitto eum (licet obiectum suum salua pace non sit verum) ad ea, quæ notaui post Lanfran. vbi supra, in ver. testium depositiones, nu. 13. versic. quæro 13. in verb. reddit rationé dicti sui. & si Lanfran. non habet (qui tamen passim habetur) recur-

tur)recurrat ad Bald.in l.solam.in princip.vbi etiã scripsi. in addi.post eũ,in ver.sed in his.& ibidem posui in apostil ad Bart.in ver.quãdo est interrogatus. C.de testi.videatur Soci.in suo tract.fallen.regula.401.Et licet non fuisset probatum mandatũ,vel consensus ipsius Petri,parũ obesset: quoniã suprà consil. præced.mõstro nõ fuisse necessariũ.
10 †Obiicit etiã contradictus testes,quòd satagunt probare negatiuam. Si fuisset bonus theoricus, & vidisset Lanfrã. vbi suprà in princ.in 3.notabili,& Bart.in l.j.in princ.& ꝙ ibi posui in apostill.ad ipsum,in ver.visum.C.de cano.fru. vrbis Ro.lib.11.nõ obiecisset dictũ contrariũ, nisi fortè calumniosè,ꝑ vt & alia fermè omnia ideo nõ prosequor. Qui tamẽ videre voluerit an & qualis negatiua sit probabilis,& quis & qualiter probare debeat illã,videat suprà consi.30.versi.5.& sequen.vsque ad versum.10. Et suprà in præcedenti consi.doceo plenè non fuisse necesse,ꝙ dictus Petrus obtenta dispensatione prædicta de nouo consentiret.cui meo consi.se subscripserunt Reuerend. dominus officialis Tornacensis, Antonius Suchet. Regis catholici consiliarius,in suo consi.secreto,siue priuato: & dominus Petrus Chespil.eiusdem Regis à consilijs,in suo consil.Flandriæ,& alij plures solennes & clarissimi Iurisconsulti, qui super eodem facto in suis cõsilijs licet separatim
11 consenserunt mecum & conuenerunt.†Impingit & contra magnificum Alphonsum de Borgos mercatorem probissimum,eundemq; ditissimum,& contra fratrem dictę Eluiræ notam falsi,quòd dicti testes latius deponant, quã hi à quibus se dicunt audiuisse.cõsultius fuisset tum aduocato,cum suo clientulo, si cõtumeliosè in tam graues personas nullam infamiæ notã obiecisset.quoniam Io. Andr. in add.c.quoniã cõtra falsam extrà de probatio. docet,ꝙ si testis deponit de numeratione pecuniæ, & interrogatus de præsentibus nominet aliquos, licet illi negent se dictã numerationẽ vidisse nihilominus ꝓbat alius testis,qui eũ retulit.quem refert & sequitur Lanfran.de Oriano.ibi,in versi.testiũ depositiones, vers.quæro iuxta præmissa,&c. alleg.Barto.qui hoc tenet in l.1.§.tutor.ff.de autho. tuto. & ista etiam tenuit Philip.Cor.cons.223.incip.in hac,&c.
12 vol.1.†Ex quibus consequenter patet falsam esse conclusionem,quam fecit dominus Iurisperitus,scilicet quòd licet omnia prædicta essent vera,quòd nihilominus requireretur consensus dicti Petri post dispensationem,qui negatur postea interuenisse quoniam vtrunque falsum est. Constat etenim de subsecuto consensu per literas dicti Petri, qui etiam fuit expressior quam iura in contrarium allegata requirerent. & suum correlarium (scilicet quòd exigeretur subsequens consensus)falsum esse sup.cõl.præcedenti docuimus. vbi satisfecimus amplè ad rationes,pro illa parte adductas,& ostẽdimus allegatis S.d. Papã Adrianũ sextum,tunc Cardinalẽ de Traiecto,vel Deturzensem nuncupatum & alias ostendimus tum Inno. & sequaces eius,cum ipsum do. Adrianum in terminis differentibus: & in casu qui nihil haberet cum hoc nostro commercij,loqui, qui etiam Adria. si recta inspiciatur videtur magis in contrariam sententiam se resoluere.

Ex quibus apparet conclusionem, quã suprà in præcedenti consilio fecimus,veram esse & iuri consonã,& conformẽ rationi & ęquitati:nosq; fideliter acta & processus merita retulisse. Quare,quemadmodũ ibi dicebatur resoluebamus & concludebamus Brugis in Flandria,saluo &c. ad laudem & gloriam Dei.ego Cellus.

SVMMARIVM

1 *Pater & mater succedunt filijs præmortuis sine descendentibus, in solatium amissorum liberorum: & statutum quod disponit aliter est iniquum, & non confirmatur per superioris confirmationem.*

1 *Maritus qui non supportat onera matrimonij, non lucratur partem dotis, vel aliud lucrum sibi delatũ à statuto, prædecedente vxore. & nu.5.*

3 *Consuetudo qualis est in ciuitate Parisiensi, & alijs partibus Regni Franciæ, & in Burgundia.per quam introducta est communio & societas inter virum & vxorem in bonis eorum mobilibus & acquestibus, & qualis est etiam in Regno Castellæ,quò ad acquisita, valet, & vigore prædictæ consuetudinis nihil consequuntur maritus aut vxor,si non cohabitauerint.*

Maritus alere tenetur vxorem quam recepit absq; dote,& quid si dos fuerit sibi promissa,& non soluta?

4 *Bona quæ apud vxorem inueniuntur,an & quando præsumantur à marito habuisse,vt turpis quæstus euitetur suspicio.*

6 *Mulier committens adulterium perdit dotem & donationem propter nuptias,& etiam bona paraphernalia,& applicantur marito.*

7 *Maritus vt aliquid præmissorum consequatur, oportet quòd conquestus fuerit in vita vxoris,& eam accusauerit.*

8 *Vassallus vt feudo priuetur propter delictum, vel feloniam, requiritur quòd dominus in vita vassalli conquestus fuerit.& consi.26 nu.91.*

9 *Pœna licet imposita fuerit per legem aut statutum, ipso facto non potest attamen exigi,antequam sententia(saltem declaratoria)præcedat.*

10 *Adulterij actio quam intentabit maritus contra vxorem, est ciuilis, & debet etiam in absentia mulieris intentari per dictum maritum in vita eius vxoris, aliàs non potest post eius obitum.*

Statutum disponens aut lex municipalis quòd vxor adulterans poni debeat in manibus sui mariti,cum omnibus bonis eius,vt faciat de illis suam volũtatem, qualis est hæc actio,& an debeat intentari in vita vxoris, & an in absentia illius,& coram quo iudice.

11 *Actio ad pœnam & ad vindictam non transit ad hæredes, & tale statutum vel lex intelligitur, si maritus voluerit.*

12 *Adulterium, vel aliud delictum quando est publicum,& notorium,an & quando requiratur sententia declaratoria, & an etiam exigatur accusatio.*

13 *Maritus qui extrahit suam vxorem adulteram de aliquo monasterio, in quo reclusa fuerat ex forma iuris communis vel municipalis vt desleret sua peccata, & vt suorum peccatorum ageret pœnitentiam priora delicta videtur remisisse,& occasionem dedisse futuris. Et quid si solum reconciliaunt eam sibi & nu.15.*

14 *Accusatio vxoris de adulterio iure mariti debet per eũ fieri infra 60.dierum spatium.*

16 *Maritus qui denegat vxori alimenta, priuatur lucro quod sibi defertur in bonis vxoris suæ ex dispositione iuris,vel statutorum.*

17 *Statutum quod punit vxorem committentem adulterium in dote,an præiudicet matri,vel alteri à quo dos est profecta, illam repetenti.*

18 *Enunciatiua verba in aliquo instrumento, an & quando præiudicent illi, qui patitur illa describi in tali instrumento.*

CONSILIVM XXXIII.

SVPPONITVR mihi in facto, quòd mulier quędam(cuius,nomen prætereo ne defunctã afficiam iniuria) à marito diuersata, etiam ad exteras vltra marinas terras, suis industria & turpi quæstu quamplurima bona acquisiuit: qua postea decedente intestata(fuit enim à quodã Siculo eius amatore interfecta) successionem illius petunt dictæ defunctæ mater, & maritus. Dicit.n.maritus vxorem suã prædictã bona sua asportasse, & illã ex ipsis reliqua bona, quæ moriẽs,reliquit,acquisiuisse. Et aliũde sibi deberi illa bona

bona dicit,ēt dicta matre exclusa(quā ēt negat esse matrē)
quòd dicta defuncta notoriè in adulterio per annos plu-
res vixerit.Ex aduerso mater innititur iuris communis di
spositioni & ex prouisione vsaticorum Cataloniæ (quæ
sunt lex municipalis) contra prętentiones mariti, allegās
ꝙ tempore quo ei cohabitabat vxor prædicta , erat pau-
perrimus,& ꝙ ipse dedit causam adulterio dictæ suæ vxo
ris:tum ꝙ ei non præstiterit alimenta.cum etiā quia fuis-
se probatur leno suę vxoris prædictæ. & ꝙ recunsiliauit
sibi dictam vxorem adulteram:& maximè , quia viuente
dicta eius vxore , non accusauit eam de dicto adulterio.

x †Excellus igitur Dominus humiliter imploratus adsistat.
& omissis examine longo,& disceptatione ad vtranq; par
tem : quia rei demonstratæ frustra additur demonstratio.
l.si verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog. salua me-
lioris sententia & iudicio.iuxta not.in l.Claudius fœlix.ff.
qui pot.in pig.habe.teneo matrem debere dictæ suæ filiæ
succedere.Moueor,quia iure succursū est patri,vel matri,
vt filijs non extantibus,descendētibus amissis solatij loco
succedant.l.iure succursum est.ff.de iure dot.gloss.in §.se-
quens.in auth.de hæred.ab intesta. veni. & in auth.defun-
cto.& vtrobique doctor. C.ad Tertul. & in summa,eod.
tit.per Azo. §. præferuntur cum duobus.§.sequent.& no
tatur in l.nā si & parentibus.in principiu.ff.de inoffi.testā.
Quinimò plus voluit Bal.in l.maximum vitiū.in repe.C.
de li.præte. & consil.85.aliàs est 88.inci.quia statutū,&c.
quod statutū, per quod priuātur pater,aūt mater successio
ne filij,est iniquum,& contra ius humanum & naturale.i.
cōtra naturalē æquitatem & rationem,& per consequens
non valet, nec per superioris confirmationem validū red
ditur.quia iusta statuta duntaxat intelligitur confirmasse,
secundum Cinum in l.1.C.de his qui sunt sui,vel alieni iu
ris.de quo per Dinum in l.legata inutiliter. ff. de legatis. 1.
Ita etiam tenuit Baldus consil.83.incipit præmittendum.
vol.5.dicens, ꝙ per statutū huiusmodi ius commune tolli

2 non debet.†Iure igitur communi fundata est matris inten
tio , cui etiam quantum ad hoc iura municipalia assistunt:
vnde vlterius non examino. Quinimò si,& vbi ex iuris
communis dispositione præmorientis vxoris absque li-
beris partem aliquam dotis,& bonorum eius maritus lu-
craretur.Nec etiam inniteretur ex dispositione vsatici, ꝙ
incipit , mariti vxoribus,&c.dico quòd cessante dicti vsa
tici dispositione (cui etiam infrà respondebimus) tale lu-
crum ad maritum non deuoluitur,Pro quo adduco nota-
bile dictum Bal.consi.mihi 423.vol.5.vbi voluit , ꝙ stāte
statuto ꝙ maritus participet vxori in acquestibus bono-
rum cōstāte matrimonio factis(vt est in regno Castellæ.)
vt in l.1.tit.3.for.leg.li.3.& in l.1.tit.4.lib.5. ordinationū
regiarum.& in l.77.in legibus Thori,quæ dictas leges de
clarat,vel ꝙ lucretur certam partē dotis,concludit ꝙ ma-
ritus bannitus nihil ex dictis donis habebit , cùm non su
portauerit onera matrimonij.& ita not.in effectu idē Bal.
consi.488.vol.1.dicens,quod maritus diu se absentādo fe-
cit se à sua præsentia & à lucris matrimonialibus alienum.
l.alien.§.fi.ff.de fideicomis.lib. Idq; licet vir & vxor com
munes essent,& socij in bonis mobilibus , & acquestibus
constante matrimonio factis,vt dicit Ioan.Fab.in authen.
in donatione.C.de secundis nuptijs,post Cynum in l. cū-
ctos populos.C.de summa trini.Talis enim societas non
est minus priuilegiata , quam alia quæ contrahitur, inter
alios.l.rei iudicatæ.§.socero quoque.ff. solut. matri.& ibi
Bal.& not.Alex.consi.85.incip.super dictis,&c.vol.5.vbi
etiam dicit, ꝙ inter virum & vxorem potest esse societas
omnium bonorum.De qua etiam consuetudine loquitur
Panorm.in c.significauit.ext.de donat.inter virum & vxo
rem.vbi etiam Cardin.attestatur similem esse consuetud.
in Francia.& Anch.consi.163.incip. visis & diligenter in-
spectis,&c. refert similem esse consuetudinem in ciuitate
parisiensi quò ad medietatem mobilium & acquisitorum
Cuiusmodi cōsuetudo est in patria mea Burgundię,vt pa
tet in titulo de iure dot. §.septimo.vbi compatriota meus
dominus Bartholomæus de Chassenai,in gloss.1. Quā ēt
Burgundiæ consuetudinem attestātur Franciscus de Cur.
& dominus meus Lance. Decius,simul consulentes cons.
43.inter consil.Francisc.de Curt.quod incipit , super facti
contingentia præmissum nobis fuit,ꝙ in Burgundia, &c.
continuando ergo propositum meū,dico,ꝙ ex quo mari
tus iste non supportabat onera matrimonij : quinimo dū
viuebat dicta eius vxor dimittebat eam fame perire, po-
tuit eum impunè relinquere dicta vxor , quam siue dotē
habuerit,siue non fuerit illi effectualiter soluta,siue etiam
promissa solùm fuerit,siue duxerit eam absque dote,tene
batur nihilominus eam alere,prout ostendit pręalleg.Frā
cisc.de Curt.consi.39.incipit visis & diligenter animaduer
sis.col.3.versiculo,sed præmissis,&c.Ad quod est glos. in
terminis. in l.si.cum dotē.§.si n aūt in fæuissimo. vbi Bal.
Alber.de Rosate,& alij.ff.solut. matrim. ad quod facit in
argum.l.quòd si nulla.ff.de relig.& sumpt.fu.& l.fi.ff.vt in
bon.possess.&c.& dixi latius infrà consi.38.versic.15.20.
22.& 23.Ratio est in promptu:quia ex quo maritus per-
cepit commodum seruitij ab vxore, æquum est vt eidem
præbeat alimenta.l.in rebus.§.possunt.ff. commodat.l.itē
si serui.§.quas impēsas.ff.de edilit. edic.& l.sed & si quid.
§.sufficienter. ff. de vsufruct. Cum ergo maritus iste non
supportauerit onera matrimonij,vt est dictum,nō potest
consequi lucrum ex dicto matrimonio prouenienssiuxta
nota.in c.nauigandi.de vsuris.ita not.Albe.in l.insulam.§.
vsuras.ff.solut.matrim.Ang.consi.142.Alex.consi.63.in-
cipit illud de iure quęritur.vol.2.& Sozin.consi.176.in 1.

3 col.vol.a.† Præterea etiam si prædicta non procederent,
excluditur attamen maritus alio capite ab huiusmodi suc-
cessione.Illud enim quod supra dicebamus,quòd sit socie
tas aut communio int.vi.& vxo.locum habet vbi cohabi
tant maritus & vxor:secus autem quando separatim:quia
tunc cessat ratio dispositionis.l. Quintus.ff.de dona.inter
vir. & vxo. scilicet suspitio turpis quæstus.imo quod plus
est,si mulier cohabitat viro, & se exercet in arte texendi,
vel alia honesta,ꝙ tunc illa lucra sunt propria vxoris,licet
secundum aliquos habeatur aliqua cōsideratio temporis,
quo dicta mulier artem illā exercendo se subtraxit à ser-
uitio mariti,& eorum,quæ debebat operari in domo.l.si-
cut.ff.de oper.liber.& ita not.Albericus & Bal.in l.si vxo
rē.§C.de condi.inser.& not.in c.1.extrà de dona.inter vir.
& vxo.& notat plenè Panorm.in c.literas.col. pen.& seq.
ext.de resti.spo. refert & sequitur Gerardus de petra san-

4 cta singulari suo primo inci. inter virū & vxorē &c.†Cū
ergo satis appareat in processu de paupertate dicti mariti,
etiam vrgētissima tempore,quo ei cohabitabat dicta quō
dam eius vxor,cessat præsumptio,ꝙ seorsum ab eo habi-
tans acquisiuerit de bonis sui mariti bona , quæ moriens
dicta mulier dimisit,etiam constat ex alijs circūstantijs de
quibus in processu,per ea quæ not.Sali.in l.etiam.prælle.
C.de dona.inter virum & vxo.& Bar.post gloss.in l.cum
oportet.in princ.C.de bon.quæ lib.Panor.post glos. Abb.
antiq.& alios in c.1.de pecul.cleri , & optimè loquitur ad
propositum Bar.in tract.de duobus fratrib.vers.4.quæro.
refert & sequitur Soci.consi.249.incip. materia præsentis
consultationis,&c.ad fin. vol.2. & dominus meus Philip.
Decius cons.237.incip. in casu proposito agam breuibus.
col.3.versi.circa secūdum dubium.vol.2. & Franciscus de
Aretio.consi.31.incip.consideranti diligenter. in princip.

5 †Accedat corroborando id quòd suprà dicebatur vers.2.
ad fi.quòd ex quo iste maritus non sustinuit onera matri-
monialia,nec illa supportauit, non debet cōsequi aliqua lu
cra ex dictu matrimonio sibi prouenientia:prout not.in si
mili Bar.Soci.consi.112.incip.viso statuto inclitæ ciuita-
tis Bononiæ.per totum.& maximè versi.ex quibus infer
tur.vulu.3.vbi decidit quòd statuto disponēte,quòd mu-
lier teneatur relinquere fratribus suis tertiam partem do-
tis,& augmenti, & aliorum bonorum ,quòd non habeat
locum in mulieri indotata quæ aliunde bona quæsiuit:
quia ratio statuti fuit considerativa dotis, quā à patre,vel
fratribus

fratribus habet.igitur postquam illa cessat, sic etiã in dicto
casu cum dotem non habuerit,cessat dispositio statuti.Et
6 sic apparet ex hoc capite maritũ obtinere non posse.† Vi-
dens ergo maritus se ex hoc capite defecisse in salutari
suo, intentauit beneficium mariti quod in vsatico est in
ordine.s 12.Qui quidem vsaticus addit ad ius commune.
quoniam ex iuris communis dispositione vxor constante
matrimonio committens adulterium, dotem amittit,&
donationem propter nuptias, vt ex tex.ad literam in cap.
plerunque. ext. de dona. inter vi. & vxo.& idem vbi à
marito causa fornicationis recessisset.probat in l.consensu
C.de repud.& in authent.sed nouo iure. C. de adult.& in
authent.vt lice.mat.& auiæ.quod prosequitur Io. petde
Ferrarijs in suis libellis in titu. forma libelli, quo vxor
agit,&c.in gloss.in verb.vxor. Quinimò gloss.in d.c.ple
runq; voluit quòd etiam perdat bona paraphernalia. quã
gloss.Roma.singulari.3 1 t.incip.propter adulterium,&c.
dicit esse mirabilem & de hac exclamat dominus meus
Iason in rubr.C.de iudi.& Fely.in c.pastoralis.col.3. vers.
mulier impudica.ext.de iudicijs.& Card.consi.t 1 1.col.2.
Vsaticus autem prędictus vltra ius cõmune addit,q; vxor
huiusmodi dari debet marito cum omnibus bonis dota-
libus,& iuribus,& omni auere suo (vt verbis formalibus
dicti vsatici vtar.) Et licet ex his videatur esse dicti mariti
fundata intentio,attamen(credo) ex hoc capite nihil plus
posse consequi dictum maritum. Quinimò teneri ad re-
stituendum dotem,& augmentum,iuxta tenorem capitu
7 lorum matrimonialium,habeo pro constanti.† Ad quod
verificandũ præsuppono,q; ad hoc q; dicta pœna(.s.amis
sionis dotis, & donationis propter nuptias, vel augmẽti
illius,& aliorum bonorum prædictorum)locum habeat,
requiritur quòd vir eam accuset de adulterio, quoniam si
non fuerit per eum accusata in eius vita,non possunt hæ-
redes eius vxori dotem repetenti opponere adulterij ex-
ceptionem. Nec etiam maritus huiusmodi exceptione se
iuuare potest aduersus hæredes vxoris. vt tradit Specu.in
tit.de dote post diuortium restituenda.§.fi. versic. quid si
mulier. & in tit.de exceptionibus.§. dicto de dilatorijs.
Alex.in l.mora.in fi.ff.solut.matr.Bal.& doctor.in l.vnic.
§.illud.C.de rei vxo.actio.Dominus meus Iason,& alij in
l.2.ff.solu.matr.& Fely.in præalleg.c.pastoralis.col. 4.ex-
trà de iudi.Quod etiam tenent doctor.practici.in d. vsa-
8 tico mariti.† Confirmari possunt prædicta per ea quæ no
tat Ioan.Andr.in addit.ad Speculatorem in tit. de feud.in
fi ubi tenet,quòd si dominus in vita vasalli,qui felonism,
vel culpam commisit,non fuerit conquestus,non poterũt
hæredes illius agere ad feudi priuationẽ. quem refert & se
quitur Cuman.consi.64.incip.prælatus.& latius dominus
meus Franciskhinus de Curte in suo tracta.feudorum.par.
4 q.2. & plenius hunc articulum examino supra consl.26.
ver.91.Nec dicat aliquis hoc simile non esse bonũ:quia ad
hoc quòd feudum domino aperiatur , requiritur saltẽ de-
claratoria sententia facti, vt tradit idem dominus meus
Curtius vbi supra.q. 5.in prima regula.in casu autem no-
stro secus,quoniam Raphael Cuma.in d.consil.64. in fine
secundi dubij,respondet huic contrario:dum extendit idẽ
esse iuris in emphyteusi si emphyteuta decesserit priusq-
quam dominus declarauerit caducitatem, quod est decla-
rare rem in commissum incidisse,quod ait esse satis vt ibi
per eum.Ad quod videatur Bal.in l.fi C.de reuocan.dona.
9 & And.Barb.in c.fi.post gl.extrà de dona.† Adduco pro
hac sententia vnum marmoreum fundamẽtum quoniam
etiam si dicamus istam mulierem in pœnam amissionis
dictorum bonorum cecidisse ipso iure ex dispositione di-
ctarum legum municipalium & iuris communis:& atta-
men requiritur adhuc sententia declaratoria iudicis circa
commissionem criminis,etiam si in dicta sententia iudex
aliter non dicat , & ante declarationem prædictam non
sortitur effectum pęna etiam si à iure fuerit imposita ipso
facto per tex.in c.cum secundũ apostolum. de hæreti.li.6.
notat Bar.in l.eius,qui.& in l. Imperator.ff.de iure fisci. &
no.omnino Fely.in c.x.post principium. vers.adde etiam
Dominicum.extra de sponsalibus.vbi adducit remissio-
nes de hoc ad satietatem. & c. cum non ab homine.extra
de iudi. & ita dicunt practici seruari in practica dicti vsa-
tici.prout ibi refert Iaco.Marquilles.col.4.versic.sed pœ-
na,&c. Ad quod etiam ponderetur dictio, conuicta,quæ
in dicto vsatico ponitur,quæ causæ cognitionem impor-
tat & illa consistit in citãdo partes & audiendo eorũ iura,
& exceptiones,& prosequitur Soci.consi.32.col.pen.vol.
1.& consi.t 5 t. vol.3.eo.vol.de quo latius dico infrà cõs.
10 120.versi:83.† Nec obstat mulieris huius absentia quæ se
præsupponitur p annos aliquot absentasse(vt in themate
præmisimus) quodque statim post eius reditum fuerit in
tersecta.ex quo maritus excusari posse videtur, qui tem-
pus non habuit ad accusandum eã,& per consequens vide
tur dici non posse in mora.per ea quæ not. in materia feu-
dali Iacobus de Bel.Aluaro.Bal.& communiter alij scri-
bentes in c.1.quibus mo.feu.amit.& Fran.de Are. consil.
14.inci.viso &c.ad fi. Respondeo etenim, quòd aut mari
tus agere volebat ad consequendum lucrum & per dictũ
vsaticum , & ius commune delatum : & hoc casu ex quo
pœna sibi veniebat applicanda ciuiliter,agendum erat ma
rito:vt plenè per do.meum Iason.in §. quædam. insti. de
actio.& hoc casu non obstante mulieris huius absentia po
terat maritus iudicium intentare coram ordinario domi-
cilij dictę vxoris,(intelligo de illo,qui erat ordinarius quã
do se absentauit mulier) vt not.glos.& Docto.in l.ea,quæ
C.quomodo & quando iudex.& in auth.qui semel.eo.tit.
& in l.properandum.§.sinautem. C.de iudicijs. Aut verò
maritus agere volebat vt sibi traderetur vxor iuxta formã
dicti vsatici,quo etiam casu debuit fieri. vt proximè dice
bamus,quò ad secutionem pœnæ non obstante dictæ mu
lieris absentia. fundatur in decisione Bar.in l.pen.§.ad cri-
men.col.5.& in l.absentem.ff.de pœnis.Notat.Cor.consi.
72.incip.quæ sit practica,&c.Ad quod faciunt notata per
Fely.in c.quoniam frequenter.col.8.in 6.q.principali ex-
tra.vt lite non contestata.& ita tenent practici in allegato
vsatico mariti vxoribus præsertim Bertrandus de Seua &
Raymondus vinaderij, dicentes ita fuisse practicatum in
causa Petri Puiol contra Leonoram suam vxorem,quę se
absentauerat cum Francisco fratre dicti sui mariti ad insu
lam Minorissæ, intentauit enim iudicium coram vicario,
qui est iudex ordinarius laicus(cuiusmodi iudicem vocãt
in Regno Castellę,iustitiam,vel alcaldum maiorẽ,& in re
gno Frãciæ vocant Belliuum domino Arnaldo milite,ex
beneficio dicti vsatici mariti,&c.à quo quidẽ Raymõdo
Vinaderij,Iacobus Marquilles , habuit primam formam
11 libelli,quam posuit in materia dicti vsatici.† Ad cuius qui
dem practicæ. ac supradictorum corroborationem facit,
quod actio ad pœnam & ad vindictam,non transit ad hæ
redes.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis cautio l.pen.ff.
de in ius vocand.l.1.ff. de priua.delict. & l. vnica & vtro-
bique doc.C.ne ex delicto defunct.ideo suprà dicebamus,
q; hæredi mulieris non poterat obijci culpa propter quã
debebat perdere dotem.l.fi.C.de adult.& l. rei iudicatæ.su
prà allegata. Ad quod facit l.eius,qui delatorem.ff.de iure
fisci.Ex quo enim pœna hæc applicatur marito tanquam
offenso,subintelligitur semper illa conditio,si ipse volue-
rit,prout latè concludit Phil.cor. consil. t 5.incip. licet in
hac consultatione.vol.x.& dominus meus Philip.Decius
tates quæ solutæ fuerunt cum supra conclusum fuerit.nõ
valuisse dicti censualis cõstitutionem,nec quoad dictum
clerum,nec etiam quoad alios constituentes.

Quoad primum(omissis philacterijs) quanuis illud,&
alia dubia quæ nunc decidi petuntur,satis fuerunt in pręce
denti consilio resoluta.dico breuiter,post Guil.de Cug.in
l.cũ quis.C.de iur.& facti igno.& in l.si pecuniæ.C.de cõ-
dict.indeb.ꝙ dicti cleri syndicus cõditione indebiti præ-
dicta sic soluta repetet:maximè cũ esset dictus clerus ex-
ceptione perpetua fauorabili tutus. Vnde quocunque fue
rit errore solutum repetitur, vt est præmissum,vt not.Sal.
in d.l.cum quis.col.6.versi.secundum membrũ.& ibi do-
minus meus Iason post glos.& antiq.not.glos.& Bart.in l.
eleganter.§.si qua ex.ff.de condi.indeb. & in l.1. vbi euã
Alex.eo.tit.& idem Bar.in l.non fatetur.col.4.vers. verbi
34 gratia,soluo aliquid.ff.de confessis.†Fateor,ꝙ cẽsualia quę
vigore sententiarum soluta fuerunt per huiusmodi condi
ctionem indebiti repeti non possunt. per tex.in l.si pecu-
niæ.præalleg.attamen illa possunt repeti per conditionem
sine iusta causa.vt voluit Ang.singulariter in l.ea , quæ.ff.
ad Trebel.not.Alex.in l.in his.§.si mulier.ff. solut.matri.
Franc.de Aretio,in l.si fideiussor.§.in omnibus.& ibi Bal.
ff.mand.& not.Fely.c.suborta.consi.6.versi.reperiens in-
strumentũ.& ibi etiam Abb.col.3.ver.quæro Titius,&c.
35 ext.de re iudic.†Ad secundum dico,ꝙ ex quo dictus cle-
rus præsupponitur habere bursam communem quantita-
tes prędictæ debẽt prędicto clero deuenire:quod etiam ex
multis quæ suprà diximus constat:& maximè ꝙ post fa-
ctam dictam recuperationem,bona præfata dicuntur esse
apud clerum ex prima causa. Ideo Bart.in l.in diem.ff.de
aqua plu.arc.voluit,ꝙ bona recuperata per hæredẽ transfe
rantur in fideicommissarium. Inspicitur etenim origo &
prima causa l.qui id ꝙ in principio.ff.de dona.& l.2.§.par
uiq; refert.ff.de priuilegijs cred.per quẽ tex.do.meus Phi-
lip.Dec.cõsi.88.inci.& pro tenui facultate.col.2. versi.ad
in hoc casu difficultatẽ facit,&c.vol.1.determinat ꝙ si alis
quis rem suam patrimonialem alienauerit , cum pacto de
retrouendendo:& vigore dicti pacti rem huiusmodi recu
perauerit,veniunt agnati, cum sit semper patrimonialis.
36 †Ad tertiũ dubiũ ex deductis suprà cõs.præcedenti respõ
sum esse patet,videlicet ꝙ soluta & redẽpta repetẽt ab his
à quibus redemerunt vel soluerũt, nec facit ꝙ clerus præ
sumẽdus nõ est soluisse partẽ,nisi fuisset debitor.cũ nemo
iactare suũ præsumat.l.cũ de indebito.ff.de proba. eo ma-
ximè,quia iterũ soluẽdo visus est clerus debitũ agnouisse.
Dico etenim satisfaciendo,ꝙ verũ est ꝙ solutio illa præiu
dicaret soluẽti,donec probatus esset error , vt cõcludit gl.
in d.l.cum de indebito.& gl.cõmuniter approbata.in l.cũ
fidẽ.C.de non num.pecu.& in terminis fortioribus refert
& sequitur Soci.cõs.172.incip.diu profecto. vol.2. ꝙ an-
tea fuerat insertũ cons.143.vol.1.Ad partem aũt,quæ so-
luta non fuit,aut redẽpta,dixi suprà clerũ nõ teneri. Vnde
ista dubia resoluẽs,vt est præmissum perseuero in conclu-
sione,quam supra in consil.præcedenti feci. Ego Celsus.

Additio secunda ad consilium. 34.

37 †Post redditum à me consiliũ pręcedens in fauorẽ vene
rabilis cleri Tarraconensis,postq; superadditã super aliqui
bus dubijs additionẽ præcedentẽ,dũ esset causa in calculo
ferẽdæ sententiæ inter cætera,fuit(vt dicitur)pro parte prę
tensorũ creditorum allegatum,ꝙ etiã si creatio censualiũ
sæpedictorũ nõ valuisset, vt in consilio præcedẽti resolue
bamus:ex quo tñ vniuersitas dicti cleri est pecunialiter
obligata,& non habet vnde soluat, cõpelli possunt singuli
vt cõtribuant,& soluendo redimant vniuersitatem, & cõ
muniter resoluere videntur doct.in c.cum dilecta,per illũ
tex.vbi etiam gl.not.ext.de rescrip.Ad ꝙ est etiam gl.in l.
1.ff.quod cuiuscunque vni.nom.& Bar.in l.4.§.1.ff. de re
iudic.Quæritur à me quid iuris esse videatur.

Omisso verborum multiloquio,quoniã pondus deter
minationis consistit non in dicẽdo multa, sed multũ dico
creditorũ intentionẽ non fundari.suprà.n.cons.præcedẽti
probauimus creationẽ censualiũ, prædictorũ fuisse nullã
(nec credo super hoc hodie suscitari dubiũ.) quoad verò
dubium hic formatũ,resoluo me contra dictos creditores
pro iustitia d.cleri.Ad ꝙ præmitto, ꝙ vniuersitas siue col
legiũ est corpus quoddã(loquor de licita vniuersitate vel
collegio)ꝙ ex multis ad inuicẽ legitimè collectis cõficiẽ.
Ita not.in l.sicut.ad fi.ff.ꝙ cuiusque vniuer.nomine. & in
l.1.ff.de colleg.illic.vbi Bal.post Guil.de Cugn.& Alb.de
Roxate docet cognoscere collegium licitũ ab illicito , di-
cens ex iuris permissione, & auctoritate superioris colle-
gium dici licitum de quo etiam per Ang.cons.55. volu.1.

Pręmitto secũdo,ꝙ nos habemus triplicẽ vniuersitatẽ,
vnam largã.quæ facit prouinciã:& huiusmodi vniuersitas
iurisdictionẽ habet,& merũ & mistũ imperiũ de iure cõ-
muni,l.illicitas.§.vniuersas.ff.de offi.præsi.alia est vniuer
sitas minus larga,q̃ ciuitatẽ cõstituit:& tali vniuersitati co
hæret iurisdictio tñ in leuioribus criminibus vsq; ad cer-
tã quantitatẽ,attamẽ merũ & mixtũ imperiũ nõ habet,vt
C.de defenso.ciuit.in gl.rubr.& in auct.eo.tit.§.audiẽt.ad
§.eos igitur.& in auct.de mand.princ.§. ꝙ si delinquẽtes.
Est & alia,& tertia vniuersitas,quæ minima dicitur, vt ca
strũ,vicus,& villa,& huic vniuersitati nulla cohæret iuris-
dictio , sed alterius ciuitatis iurisdictioni subesse dicitur.l.
4.C.de natu.li.vbi dicitur ꝙ vicus seu possessio alteri sub-
est:pro quo est l.nulli.§.fi.C.de Episc.& cle.& l.qui in vi-
co.ff.ad municip.& in auct.quib.mod.natu.effi.sui.§.si ve
38 rò nec ciuis.& ita tenui infrà consl.60.ver.7.†Tertiò præ-
mitto quòd signa peculiaria , ex quibus cognoscitur vni-
uersitas

uersitas aut collegium, sunt ista: propriom sigillum. c. dile
cta. ext. de conces. præb. cap. significauit. extrà, de appel. &
arca communis, & thesaurariũ. d. l. 1. §. quibus & ibi doct.
ff. quod cuiusque vniuers. nomine. Item proprius locus
vbi tractari solent negotia eis communia, vt per doct. in
c. 3. loco. ext. de probat. Host. & Io. And. in c. nobis, extrà
de iure patro. & not. glo. in c. statutum. in ver. collegiatus.
de elect. li. 6. Et licet aliqui velint addere caput, siue præla
tũ, intelligi debet de capite generali, puta papa, vel alio su-
periore, ne dicta vniuersitas aut collegiũ sine dictis capi-
sibus esset acephala. cõtra c. nulla 93. dist. & ita intelligũt
Gem. & Io de Imo. d. c. statutũ. & saluant dictũ Inn. in c.
cum non ignores. ext. de præben. vbi simpliciter voluit ꝙ
sit de substantia ꝙ vniuersitas caput habeat, arg. l. 1. præall.
ff. ꝙ cuiusq; vni. nomine. quod dictũ Innn. Bal. in auct. ha
bita. C. ne filius pro patre. simpliciter reprobat. sed põt sal
uari & contrarietas concordari sedere distinctionis prędi
ctę, & per ea quæ ponit Ro. consi. 436. incip. ꝙ indultum
Petri, &c. col. j. & 2. quæ prædicta si cessarent, aut aliquod
eorũ (dempto capite, vel prælato, aut præsidẽte) ẽt si mille
millia hominũ essent, non tñ constituerent vniuersitatẽ,
pro vt notabiliter voluit And. Bar. post Bal. in præall. c. 3.
loco. consi. 13. versi. & dicit ibi Bal. ext. de proba. & in c. in
pertractãdis ext. de iure. calum. Supradictis etenim cessao
tibus, sicut non sufficit ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ecclesia dicatur
collegiata, ꝙ essent in eadẽ plures canonici vel clerici be-
neficati, quia tunc non essent vt collegiũ vel vt corpus,
sed vt singulares personæ, pro vt exemplificat Henri. Bo-
hich. c. s. ext. de elect. in ecclesijs sanctorum Stephani de
Gressibus, Benedicti, Moderici, & sancti sepulchri Pari-
siensis, in quibus licet sint plures canonici & clerici benefi
ciati, attamẽ nõ sunt collegiatæ, sed subsunt immediatè ca
pitulo Parisiensi, cum ad esse collegij requirãtur signa præ
dicta (quæ dictæ ecclesiæ non habent.) ad ꝙ allegat c. di-
lecta. cum ibi not. ext. de exces. pręla. glos. & doct. in c. no
bis. ext. de iure patro. & not. idem Henric. c. postulasti. eo.
tit. & Guil. de monte Landuno, in extrauag. Ioan. 22. quæ
inci. suscepti. & in alia eiusdẽ, quæ incip. cũ nõnulli. de quo
omnino per Fely. c. accedẽtes. post Ab. extrà. de pręscript.
39 ad prin. † Et licet bursa communis, vel sigillũ sint signa (vt
prædixi) ex quibus iura arguunt collegium vel vniuersita-
tem, non tamen probatur concludenter ex illis esse colle
gium vel vniuersitas. licet bene trãsferant onus probãdi io
negantẽ, pro vt voluit glos. pragmat. sanct. in tit. de elect.
§. 3. in vers. collegiatis. Possunt etenim omnes vici & villę
habere propriũ in communi, & bursam communẽ de iu-
re, l. omnibus. ff. ad Treb. l. ciuitatibus. ff. de le. 1. cum simili
bus. & l. si quis. §. fi. & l. hęres. §. 1. eo. tit. & hoc ẽt si nõ fa-
ciunt vniuersitatẽ, pro vt ibi notatur. & Iohã. Fab. inst. de
rerum diui. §. vniuersitas. ꝙ ẽt possunt facere parrochiani
alicuius parrochiæ. Imò etiam clerus pro suarũ parrochia
rum necessitatibus, vel causa religionis, vt missas celebrẽt,
pro quibus se possunt talliare, pro vt not. Fely. post Inn. in
allega. c. accedentes. Inn. in c. dilecta. pręallegato. de exces.
præla. & in c. ab ecclesiarum. de offic. ordin.

His sic præmissis ꝙ hic venerabilis clerus dici nõ posset
vniuersitas constat: vltra q̃ considero ꝙ in eodẽ subiecto
nõ possunt esse duo collegia, sed sunt pars collegij. Ita not.
pulchrè Bal. c. fi. col. 4. extrà, de re iudic. & Fely. in sæped.
c. accedentes. col. 2. versi. ponit etiam de illis signis. extrà
de præscript. & in casu nostro videtur habere minus du-
bij, quoniam totus clerus in huiusmodi congregatione nõ
40 conuenit. † Sed fingamus ꝙ hic venerabilis clerus dici pos-
sit vniuersitas, non tamen habet locum decisio doctorum
in d. c. cum dilecta. extrà, de rescript. Dictũ etenim contra
riũ locũ habet in vniuersitate quæ iura regalia habeat, vel
quãdo dominũ super se non habet, quo casu cũ habeat su
per bonis singulariũ potestatẽ, nihil mirũ si teneantur sin
gulares ad collectandũ se pro exoneratione vniuersitatis,
de cuius dominio sunt bona, quæ habent: quoniã alias, si
millesies vellet maior pars vniuersitatis, non põt obligare
vnũ ex his qui dictæ obligationi non cõsentijt. vel de bo-
nis aut re ipsius disponere. Ita notabiliter voluit Panor. in
prealleg. c. cũ omnes. ad princip. extrà. de const. alleg. glos.
in l. 2. C. quę sit longa consue. & Inn. c. ex parte. ext. de cõ-
suet. & ita resoluit seipsum in d. c. cum dilecta. vbi eũ pro
contrario allegauimus, dum se remittit ad notata per eum
in d. c. cum omnes. ad quod etiam videatur And. Barb. cõs.
27. col. 3. versi. apparet ergo, &c. vol. 2.

Ratio est, quia eatenus obligatur vniuersitas quatenus
de iure tenetur. Sed etiam si dicamus totã congregationẽ
obligatam fuisse, hoc esset pro vt est corpus, & non vt sin
guli homines ipsius. l. in tantũ. §. vniuersitatis. & ibi doct.
ff. de rerum diui. & in l. sed si hac. §. qui manumittetur.
ff. de in ius vocãdo. ergo sequitur ꝙ ad factum executiuũ
vniuersitatis, non sunt obligati singulares illius. c. cum in
illis. in fi. & c. fi. de præbend. li. 6. ad quod est bona glo. in l.
s. præalleg. §. quibus. ff. quod cuiusque vniu. nomine. & in
l. sicut. eo. tit. & in allegato c. cum dilecta. de rescript. & ita
resoluit pet. de Ancha. consi. 200. incip. vilis & ponderatis
verbis pacis, &c.

Quod aũt singulares de clero nõ fuerint ex huiusmodi
contractibus obligati, satis superq; monstrauimus in con
silio præcedenti, vbi ẽt resoluimus totum corpus cleri ob-
ligatum non esse etiam ciuili obligatione, cum tamen ex
aduerso prætendatur ꝙ vniuersitas obligata sit etiam na-
turali obligatione, quia aliàs collectam constituere nõ pos
set pro debito ciuiliter soluendo, per ea quæ not. Felyn. in
sæpeall. c. cum omnes. col. 10. versi. & facit ista fallentia. ex
41 trà, de consti. † Nec obstat ꝙ per dictos syndicos fuerint
obligati singulares dicti cleri, & eorũ bona in creatione di
ctorum censualiũ, & ꝙ ad hoc potestatẽ habuerunt. Præ-
ter id. n. ꝙ in d. meo con. fuit abundè responsum dicto cõ
trario, dico ꝙ ad hoc ꝙ bona singulariũ obligari possint
(pręsupposito ẽt ꝙ apta essent ad obligandũ) requiritur ꝙ
dicta vniuersitas legis cõdendę potestatẽ habeat & aucto
ritatẽ, vt not. amplè Bar. in præalleg. l. sicut in princ. & in
l. 4. §. si actor. col. 2. versic. sed pone, &c. ff. de re iudic. & in
l. ciuitas, vbi omnino do. meus Ias. ff. si cert. peta. Aliàs obli
garet syndicus duntaxat cõsentientes, vt omnino per do.
meum Ias. ibi, vbi concordantias ad satietatem adducit, de
quo videatur omnino Barb. consi. 7. col. 2. versi. aut loqui-
mur. vol. 1. & alex. in d. l. 4. col. 6. vers. postremo quærit hic
Bal. cum multis alijs concord. quas ibi signat.

Sic ergo ad propositũ ex quo non valuit impositio cẽ
sualiũ ad hoc vt afficeret successores ipsorum constituen-
tium (vt suprà dicebatur) imò nec ipsos constituentes, nõ
tenetur corp' totius cleri, vt ẽt suprà in d. meo cõs. & aliàs
alibi passim resoluebã: ergo multò minus potuit imponi
collecta pro exonerando, vt prætenditur ex aduerso, clero
prædicto, quoniã si nõ valuit obligatio quò ad principale,
minus etiã quò ad accessorium illius valebit, vt sunt iura
42 vulg. † Adde ꝙ aliunde impeditur prædicta collectarũ im
positio, ex defectu s. iurisdictionis, quam nõ habet corpus
dicti cleri, etiam si fingamus esse vniuersitatẽ. Ita not. Bar.
in l. placet. ad mediũ. C. de sacrosanct. eccl. Idẽ. in l. 1. C. de
superindicto. li. 10. & in l. vnic. C. de mulie. in quo loco, etc.
eo. li. 10. & Cano. in c. innouamus. ext. de censi. & sic cum
beneficiorum fructus & ecclesię noua sint de dominio &
patrimonio Christi & ecclesiæ, vt per doct. in l. iubemus.
C. de sacrosanct. eccle. Et Card. & doct. in c. nulli. ext. de re
bus eccle. non alie. non põt in terminis nostris procedere
contrarium prædictum, etiam si fingamus esse vniuersita
tem, & ad dicta debita teneri per supradicta:

Pręterea si attendamus ꝙ dictũ contrariũ nõ procedit,
nisi in vniuersitatibus laicorũ primæ vel secũdæ speciei su
prà designatorum, & hoc ſm distinctionẽ Bar. in d. l. 4. §.
j. ff. de re iudi. & Bal. & aliorũ in alleg. l. ciuitas. ff. si cer. pet.
imponi deberet beneficiatis, attentis fructibus suorũ be-
neficiorũ. Sed clarũ est ꝙ vniuersitas, multò minus bene-
ficiatus. imponere non potest onus aliquod (præcipue qđ
ad successores trãsmissibile sit) vt in d. cõs. monstrauimus

& per conſequens ſequitur quòd non obligarentur poſsidentes dicta cenſualia, præſertim qui dictorum cenſualiũ creationi & conſtitutioni non cõſenſerunt: ex quo ad debitum vel debita, pro quorum ſolutione (vt prætenditur) impoſita fuerunt, aut debent imponi, præfati ſucceſſores non tenentur, vt eſt ſæpe dictum. quod etiam pluribus auctoritatibus & rationibus firmat Barbat. vbi ſuprà eum proximè allegaui.

Nec omitto quòd etiam ſi deberet, aut poſſet imponi collecta prædicta (quod non) attamen ex quo non cum ſingularibus perſonis, ſed cum toto corpore cleri lis agitur, nõ poſſent creditores aſſerti, maximè coram arbitris electis, à ſingularis perſonis petere, & ſic cõtra ſingulares & particulares dicti cleri collecta prædicta, vt eſt ſæpe dictũ, non poteſt imponi, vt probatur in l.fi.C.de fideicom. liber. & eſt glo.Ioan.Andr.in ca.eam te de reſcript. & not. Gemini. & docto.in ca.Romana.§.vniuerſitatem.de ſententia excom.libr.6.

Ex quibus, perſeuerans in prioribus concluſionibus, reſoluo quòd d.creditorum non fundatur iuſtitia, nec quò ad cenſualia, nec etiam quò ad pretium recuperãdum per viam collectæ prædictam. Et ita vt eſt præmiſſum & concluſum, decidebam & reſoluebam Barchinonę 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celſus.

SVMMARIVM.

1 *Vidua quæ poſt obitum mariti ſtuprum commiſit aut fornicationem, perdit dotem & donationes propter nuptias, & omnem aliud lucrum quod ſibi proueniebat ex lege municipali, & amittit etiam omnes fructus ſibi prouenientes ex diſpoſitione l.conſenſu. C.de repud. Ita quòd expenſas aut alimenta petere non poteſt ab hæredibus mariti.*

2 *Legatarius, quamuis adulteret viduam teſtatoris, non propter hoc extinguitur legatum, licet auferatur ab illo tanquam ab indigno.*

3 *Arg. à contrario ſenſu locum non habet in conſuetudinibus feudalibus, quia in illis ſeruatur duntaxat id quod eſt expreſſum. Et quid dicatur venire per coniecturas.*

4 *Vaſſallus, qui ſtuprum vel fornicationem commiſit cum vidua domini ſui, quæ vidualiter & honeſtè viuebat, ſecundum magis communem opinionem feudo priuatur.*

5 *Vidua quando perdit dotem & alia bona ſupradicta, ſi filios habebat ex alio matrimonio, ad illos: & in defectũ illorum, ad hæredes mariti, ſaltem mortuo illo à quo dotem habuit, deferri debent.*

CONSILIVM. XXXV.

VIDVA quædam in certa patria fornicata eſſe dicitur cui dos conſtituta fuerat, & ex iure patriæ dotis augmentũ pro dotis dimidia quãtitate, & certæ aliæ prærogatiuæ dicto iure municipali in bonis dicti ſui mariti reſeruatæ fuerunt. quæritur an l.cõſenſu.C.de repud. per quam vxor adulterans dotem & donationem propter nuptias amittit, locum habeat in vidua: & an ipſa perdat etiam bona paraphernalia, iuxta glo.communiter reputatam pro ſingulari (quæ tum loquitur in vxore) in c.plerunq;.ext. de donat.propter nupt. & præſuppoſito quòd illa perdat, cui applicabũtur, cum nullos liberos habeat niſi ex hoc matrimo-
1 nio dicta vidua. † Et vt paucis rem aperiamus, dico quòd quemadmodum vxor adulterans conſtante matrimonio perdit dotem & donationem propter nuptias, ita quòd illa repetere non valet per iura prælegata. & not. Doct.in auth. vt liceat matri & auiæ.§.quia verò & in auth.ſed hodie. & in auth.ſed nouo iure. C. de adul. & ſicut etiam perdit bona paraphernalia, iuxta gloſſ.in dicto c. plerunque. quam ad hoc allegat Roma.ſingulari ſecundum meũ numerum 315. incipit propter adulteriũ. & dominus meus Iaſon in rubr.C.de iudit. & cardi. conſi. 111. col.2. & dixi ſuprà latiſsimè conſi.33.verſi.6. & per totum conſiliũ: ita vidua quæ mortuo marito ſtuprum, ſeu verius fornicationem committit, dotem amittit, ſeu actionem ad repetendum ipſam. Ita conſuluit pulchrè Pau.de Caſt.conſi. 109. incip.reuocatur in dubium. vbi multum plenè arguit ad vtranq; partẽ, & inter cætera allegat bon.tex in l.fi.iuncta glo.ff.de adul. vbi Bar.not.quòd ille qui offenditur ex adulterio matrimonio conſtante, offenditur etiam ex ſtupro viduitate durante: quẽ refert & ſequitur dominus meus Iaſon in l.ſoluto matrimonio.col.2.verſ. adde de culpa.ff.ſoluto matrimonio. & Fely.cap.paſtoralis col.3. verſi.vidua etiam impudica.extrà, de iudic. Idẽ Pau.de Caſt. cõſ.148. inci.reuocatur in dubiũ. & cõſ.128. & in l.Sororem. & ibi Ioan.de Imo.vbi ponderat glo.ibi. ff. de his quibus vt indig. & in l.fideicom.poſt glo.ff. de fideicom.quam etiam opin.viſus eſt tenuiſſe Felyn.ca.ſignificantibus. col.2.extrà, de offic.deleg. Quinimo ſicut vxor. vltra ſupradicta perdit lucrum ſibi proueniens ex lege municipali, vt proſequitur abundè Ludo. Bolog.conſi.23.incip.maritus quidam.in 2.dub. ſic etiam vidua omne lucrum delatum ſibi à lege municipali amittit. Nam ſi id de quo minus videtur ineſſe, ineſt: ergo id, de quo magis.auctent.multo magis. C.de ſacroſanct.eccleſ. & cap.cũ in cunctis.extrà, de elec. cum ſimil. Sed ſic eſt quòd vxor & vidua propter adulterium perdũt dotem.l.viro. & l.mulier.ff.ſolu.matr. & per iura prælegata. ergo multò magis debet perdere ea quæ per ſtatutum vel legem municipalem ſunt ei delata pro lucro. Imò plus voluit Bolog. vbi ſuprà quòd ẽt perdat omnes fructus qui ſibi prouenerũt ex diſpoſitione l.cõſenſu. & d. c. plerunque. & hoc in tantum quòd petere non poteſt vxor aut vidua expenſas, nec alimẽta à marito, vel ab eius hæredibus. allegat l.ſi cum dotem.§. ſin aũt in ſæuiſſimo. cũ ibi not.ff.ſol.mat. de quo videatur idẽ Pau. de Caſ. conſi.392.incip.de quadam vxore. & Feder.de Senis, cõſ. 177.inci.domino Corrado. & ita voluit And.Sicul. in apoſtil.ad Panorm. in dicto capit. plerunque.in 3. notabili.in verſi.exceptio adulterij.

Nec obſt.quod Alex.in l.ſororũ.prælleg.viſus eſt cõtrarium voluiſſe, motus quia iura loquentia de priuatione dotis loquantur in adulterio, & ſic viuente marito. Ergo cum ſint pœnalia non debent extendi: qua etiam ratione dom.meus Iaſ.in d.l. fideicommiſſum. C. de fideicom. in finalibus verbis viſus eſt variaſſe, ſed vt ipſemet teſtatur in præall.l.2.vbi maturius hoc dubium examinat, in aliam ſententiam ſe reſoluit. & dicto contrario Alexã. ſatisfacit
2 plenè Pau.de Caſt.conſi.121.ſuprà alleg. † Præter quę cõſidero quòd l.fideicommiſſum, per quam do.meus Iaſon & præceptor eius Alex.mouentur, ſolet communiter à doctoribus, exemplificari in legatorio, qui licet defuncto teſtatore viduam eius adulteret, nihilominus legatum non perdit. Nec hoc mirũ. cum enim mortuus eſſet teſtator, legatum illud reuocare nõ potuit nec tacitè nec expreſsè. Bene tamen fatentur omnes quòd licet non extinguatur legatum, aufertur attamen à legatario tanquam ab indigno, vt per Bar. & doct.in d.l.fideicommiſſum. & in l.j.ff.
3 de his quibus vt indig. † Nec obſtat tex.in cap.2. & quod ibi not.per Bald.de feudo ſine culpa non amitt. in vſibus feud. dico enim poſt eundem in l.cum oportet, ad fin. princip.C.de bon.quę lib: quod in conſuetudinibus feudalibus non eſt licitũ ſumere arg.à contrario, & ſic arg. do. mei Iaſonis claudicat vno pede. In cõſuetudinib. etenim feudalibus ſeruamus tantum id quòd expreſſe deciſum eſt, in aliis autem ſeruamus ius commune, per text.in cap.1. de feudi cogni.eo.lib.feud. Sed illud quod venit per arg. à contrario ſenſu non dicitur expreſſum, ſed potius venire per coniecturam, vt dicit gloſſ.nota. quã ad hoc ibi not. Bal.in l.apud antiquos.C.de furt. Illud autem quod venit per coniecturam, non dicitur propriè, ſed impropriè venire.

nire.tex.est singula.in l.vnica.ff.si tab.testa.extabunt.ergo videtur quòd in iuribus feudalibus, in quibus solum seruatur id quod est expressum, argumentũ à cõtrario sensu sumi non possit, & per consequens non procedit contra-
4 rium supradicti domini mei Iasonis.† Possumus etiam dicere quòd dictum Bal.suprà allegatum (salua eius reuerentia) non sit verum. Imò secundum Aud. de Iser. Nico.de Neapo.Aluar.Card.Alex.& Curtium, habet locum pœna dicti c.2. siue vasallus committat adulterium viuente domino cum illius vxore, siue post eius obitum, ipsa tamen perseuerante in viduitate, quanuis esset secus si ad secunda vota trãsiuisset, ad qđ solet allegari l. apud Celsum.§.aduersus.ff.de dotis excep.& not.in d.l.fideicommissum. & Aluar. vbi suprà, reprobando expressè dictũ Baldi præallegatũ allegat l.feminę.in fi.ff de Senato.quod etiam dictũ Bal.reprobat Card.Alex.in c.1.§.1.in tit. quibus mo. feu. amitt. vbi dicit ꝙ illud dictum Bal. possit saluari in vidua, quæ (vt prædixi) trãsiuisset ad secũda vota & And.de Iser. in d.c.2.saluat dictum illud ꝙ vassallus feudo nõ priuetur, quando commiscetur viduæ domini sui, quæ tamen aliàs viuebat inhonestè, per tex.quem ibi not.Bal. in l.his solis. C.de reuo. donat. vbi probatur quòd vidua quæ viuit inhonestè, perdit priuilegium primi thori: aliàs enim dicunt indistinctè vassallum feudo priuari, pro vt notat dominus meus Franciscinus de Curte in suo tract.feud.4.parte.q.14.in 2.principali causa priuationis feudi. & sic non obstãtibus prædictis quò ad hoc primum dubiũ concludo. pœnas quæ statutæ sunt contra vxorem adulterium committentem, locum habere etiam in vidua.

Et licet hoc consilium in Catalonia fecerim, si tamen casus ille in Catalonia accidit (nec enim mihi notificatus est locus vbi accidit) dicta mea decisio locum non haberet, quoniam illi determinationi contradicit vsaticus qui incipit, Viduæ. vbi autem ius municipale non contradice-
5 ret, procedit determinatio suprà facta.† Sed maior videtur inesse difficultas, præsupposita veritate conclusionis supradictæ, ad quem deueniet dos dictæ viduæ, cum præsupponatur nullos habere filios, nisi ex hoc matrimonio, & sic cessat difficultas quam singulariter examinat Bal. in l.hac edictali.C.de secun.nup.vbi decidit ad liberos primi matrimonij deuenire debere: pro quo dicto est glo.ordi. communiter approbata in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de ver. oblig.& alia similis in c.s.in gl.1.extrà, vt lite non cõtest. & inuenio quòd in casu quæstionis nostræ doctores diuersimodè loquuntur. Dynus enim, Bal. Alex.& Io.Fab. post Cyn.in l.si dotem.C.de iur.dot. voluerunt ꝙ quãdo pater stipulatus est in omni casu dotem sibi restitui quòd non obstante adulterio per eius filiam commisso, debeat sibi restitui dos: aliàs quandiu viueret pater maritus dotẽ illã non lucrabitur, de quo dixi suprà cons.33.ver.57.Alb. verò de Rosate post compatriotam meum Petrum de Bella pertica, & Salic.& moder.in d.l.si dotem. tenẽt opi. gl.quòd in omni casu mors patris dotantis expectari non debeat, sed immediatè culpa commissa sit ipsius viri: quã opi.Raph.Cuma.in l.2.§.quòd si in patris.ff. solut.matri. pluribus auctoritatibus & rationibus corroborat, respondens ad allegata per doct.qui contrariam opi.tenent, quorum rationes ostendit non militare. Dum enim dicunt ꝙ filia nõ potest nocere patri, vel dotanti per pactum in sua dote, ergo nec per delictum, vt dicitur in d.§.quòd si in patris.ex quo dos videtur esse data secundum eius naturam.arg.l.si stipulatus.ff. de vsur.respondet quòd illud nõ est de natura dotis.sed est accidens l.sancimus. C.de pœn. c.quæsiuit.ext.de his quæ fiunt à ma.parte capitul. Imò vt dicit, delictum filię nocet patri.allegat tex.in l.3. §.6.ff.rerum amo. Ego vero allego ad hoc tex. vrgentiores & clarius probatores: vnus est in §.quia verò quędam mulieres. in authent.vt liceat matri & auiæ.& tex.fortem & vrgensem, in l.cum pater dotem, in fi.ff.de pact.dotal. quos textus didici à domino meo Iasone, dum viua voce legeret. Quorum textuum inuentum, quanuis ipse sibi adscribat, inuenio quòd Salic.in d.l.si dotẽ.expressè. allegauit ad hoc propositum, quam etiam opi.tenuit Cald.consi.1.in tit.de donat.inter virum & vxorem.

Sed qualemcunque opi.teneamus, siue glo. & sequaciũ suorum prędictorum, scilicet quòd immediatè commisso adulterio perdat illam dotem, siue etiam Dyn.& suorum sequacium, de qua in principio huius vers.diximus, sumus in casu nostro extra casum communem contrariorũ, quoniam nec filij supersunt ex alio matrimonio, nec pater dotans: & sic sumus in casu, in quo omnes consentiunt, quòd dos & alia lucra debeant applicari marito si viueret, & ipso defuncto eius hæredibus, qui per dictum adulterium iniuriati sunt, quãdoquidem cẽsentur filij succedere patri non solum in fauorabilibus & gratuitis, sed etiam ad propulsationem iniuriarum actiuè & passiuè, pro seruando honore domus ipsius aliquando mariti, vt cõcludit Andr. Siculus consilio.32.incip. sapienter scripsit Psalmista, &c. volumi.2. Quibus accedant quæ dixi suprà consilio. 20. versicul.40.

Vnde resolutiuè concludo dictam viduã dotẽ & augmentum amisisse, & alia lucra quæ sibi per leges municipales huius patriæ debebantur, quæ debent applicari hęredibus eius mariti. Et ita vt est præmissum & cõclusum decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonę 1524. ad laudem & gloriam Dei, Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Glossa quando id quod dicit nõ probat, tunc dicitur loqui de suo capite.*

2 *Hæredis institutio quanuis sit in casu quasi caduci, attamen locus est substituto vulgari, & substitutio vulg. non expirat morte heredis viuo testatore. Et quid in fideicommissaria? & nu.5.*

3 *Vulgaris substitutio facta in vnum casum expressè. comprehendit etiam aliũ casũ. & generaliter omnes alios casus qui possunt adaptari, & quare.*

4 *Vulgaris substitutio directa qualiter fiat, & qualiter cognoscatur.*

6 *Falsitas vna in parte testamenti, facit quòd totum testamentum sit nullum. & nu.12.*

7 *Cancellatura si reperiatur in testamento in loco suspecto, an & quãdo potius esse facta præsumatur mãdato testatoris, quàm per solum notarium, & vtrum inducat præsumptionem falsi.*

8 *Instrumentum quodlibet habet prose tres præsumptiones, scilicet quòd sit verum, & solenne, & quod de contentis in eo notarius fuerit rogatus.*

9 *Notarius potius est præsumendus errasse, quàm falsum commisisse.*

10 *Concordia debet admitti illa quæ verisimilis est, non autem illa quæ solum possibilis est.*

11 *Testator an & quare secundo loco vocato plus aliquando attribuat, quam illi quem primo loco vocauit.*

13 *Depositio secundo loco facta contraria primæ, non præiudicat illi, etiã si facta fuerit in tormentis hęc secunda depositio.*

14 *Ita, & sed, dictionum, natura & effectus.*

15 *Institutus in certa parte hæreditatis, succedit in aliis partibus in quibus alius non est institutus hæres.*

CONSILIVM XXXVI.

EX quondam magnifici domini Hieronymi Oliuerij testamento, & ijs quæ ex eodem cõsecuta sunt, tres subortæ sunt difficultates, quarũ à me decisio petitur. Primo cum Ferdinãdus Oliuerij primo loco scriptus hæres, 1
octo vel circiter diebus ante ipsum testatorem decessisse præsupponatur (post tamen conditum ab eo dictum testamentum,

mentum, & teſtato te graui infirmitate, de qua etiam paulò pòſt deceſsit, languentre) an magnificus dominus Galcerandus Oliuetij teſtatoris & hæredis prædictorum frater, ex diſpoſitione dicti teſtamenti ſuccedat in vniuerſa hæreditate dicti teſtatoris?

Secundò cùm in quadam clauſula dicti teſtamẽti quæ incipit: *Et per rimouere alcuno dubio*, &c. ibi, *ma degli altri beni & attione acquiſiti per me teſtatore, o in qual ſe voglia modo me ſpetaſſono, lo detto Galcerando gli poſſa diſtribuire a tutte ſue voluntate, come di ſopra ſi dichiara.* Prętenditur quòd vbi eſt ſcriptum *Galcerano*, erat ſcriptum *Ferrante*: quòd fuit deletum *Ferrante*, & ſuprapoſitum loco illius *Galcerano* quæritur an teſtamentum huiuſmodi poſsit etiã quo ad dictam clauſulã ſuſtentari, præſuppoſito ꝙ notarius ſiue in tormentis, ſiue eorum metu dixerit ſe ex errore dictũ nomen *Ferrante* correxiſſe, cum tamen antea per competẽtem iudicem interrogatus in ſua teſtificatione dixiſſet, ſe ex mandato teſtatoris dictam correctionem feciſſe, prę ſertim attenta forma & modo teſtamenti, de qua infrà dicemus verſi. 7. & verſi. 10.

Tertiò præſuppoſito citra veri præiudicium, quòd dictus notarius aut doloſè, vel ex ignorantia feciſſet dictam correctionem, vtrum magnificus dominus Galcerandus ad dicta bona ſuccedat: quia de paternis, maternis, auitis, & fraternis res eſt ex dicto teſtamento clariſsima, attentis
1 verbis teſtamenti, quæ ponuntur infrà ver. 14. † Et omiſſa altercatione & argumentis ad vtranque partem, pro vt & mei moris eſt: quoniam à me conſiliũ exigitur deciſiuum in cuiuſmodi conſilijs Spec. optimus practicus voluit eſſe, reſpondẽdum abſque iurium & rationum allegationibus, in tit. de alleg. & diſputa. §. porro. verſi. in ſumma. & Ioan. And. & moder. in c. ſicut. ext. de re iudi. cõtentus ſubdere rationes & iura quæ me mouerunt ad ita decidendũ, vbi probabiliter dubitari poſſet de meæ deciſionis veritate, præſertim quòd huiuſmodi contentio in regia audientia regni Neapulitani (vbi fortè & nomine & fama ſum ignotus) determinari debet, memor ſcripſiſſe Bald. in l. reſpublica. C. ex quibus cau. maio. quòd vbi glo. (quæ tantæ eſt auctoritatis quantum deſcribit dom. meus Iaſ. in l. 1. §. vt vim. ff. de iuſti. & iure) aliquid dicit quod non probat, loquatur ex ſuo capite. Ita quòd Panor. in c. prudentiam, ad princi. ext. de offi. deleg. & in c. capellanus. per tex. ibi, ext. de ferijs. & conſi. 1. ad fi. vol. 1. voluerit non debere attendi quid doctor conſulat, aut quid dicat, ſed rationes quas
2 adducit. † Quo ad primum igitur quæſitum dico intrepidè, quòd licet hæredis inſtitutio ſit in caſu quaſi caduci, vt C. de cadu. tol. l. vnica. §. pro ſecundo. attamen locus eſt ſubſtituto, vt in d. §. pro ſecũdo. & hoc præſertim ex quo fuit dictus Galcerandus vulgariter dicto quondam Ferdinando ſubſtitutus: quare cõſequitur hæreditatem ex d. teſtamento, per tex. in l. Thays. §. Spendophorus. vbi Alb. & doct. ff. de fideicom. liber. tex. eſt. in l. j. & ibi gl. & doct. ff. de his quæ pro non ſcript. habentur. & in præallega. l. vnica. §. in 1. C. de cadu. toll. & in l. ſi pater. & ibi dominus meus Iaſon poſt Bar. & gl. in ver. exiſtat. ff. de vulg. & pupil. dicens quòd ſi vitiatur primus gradus inſtitutionis, poteſt teſtamentum incipere à vulgari ſubſtitutione: & hoc dicit eſſe clarum pro vt eſt, per text. in l. 3. §. ſi. ff. de lib. & poſth. & in legib. palleg. & in terminis noſtris quòd dicta ſubſtitutio vulgaris non expiret morte hęredis viuo teſtatore, tenuit expreſsè Bar. in d. l. ſi pater. & in l. Gallus. §. quidam rectè. ad princi. verſi. en. tertius modus. ff. de lib. & poſthu. & in l. in 1. q. ſecundi effectus vulgaris. vbi dominus meus Iaſon. col. 15. verſi. circa primam quæſt. Bart. ff. de vulg. & pupil. Pau. de Caſt. cõſi. 150. incip. ſuper primo dubio dicendum eſt, &c. Eſt enim ſubſtitutio vulg. ſecũda inſtitutio, quæ à quolibet cuilibet fieri poteſt, pro vt eam diffiniendo not. idem Dominus meus Iaſ. in d. l. 1. colũ. 3.
3 verſi. extra gl. Bar. examinat, &c. † Nec obſtat quòd dictus Galcerãdus non fuit ſubſtitutus in caſu quo præmoreretur hæres. ſubſtitutio etenim vulgaris facta in vnum caſum expreſsè, comprehendit alium caſum. & generaliter omnes caſus qui poſſunt adaptari: eo quia in directis ſubſtitutionibus larga fieri debet interpretatio & extenſio, vt ampIè not. idem do. meus Iaſon in d. l. ſi. col. 5. verſ. ſucceſsiuè quærit Bar. & maximè quia non ſolum habet illa duo capita, ſi voluerit & potuerit hæres eſſe, ſed etiam, ſi noluerit, & alium hæredem non fecerit, vt in l. cum proponas. C. de hæred. inſti. & l. ſi paterſamilias. ff. eod. titu. & in tit. de vulg. & pupil. §. ſi. & no. Bar. in ſępe dicta l. in q. 4. princi
4 pali. de vulg. & pupil. † Quod autem ſit huiuſmodi ſubſtitutio vulgaris etiam directa, denotant verba teſtamenti, dum dicit *ſucceda, & ſia herede*: quæ verba faciunt ſubſtitutionem vulg. abſq; aliu verborũ innolucro, vt per Roma. plenè conſil. 480. incip. in caſu propoſitæ conſultationis: pro quo allego Bar. ita tenentem in l. ſeculare. §. ſi Titius. ff. ad Trebel. Gemi. & Ioan. de Ligna. in c. ſi pater. de teſta. li. 6. & dominum meum Phil. Decium, conſil. 205. nu.
5 7. & conſi. 248. nu. 6. & ſeq. vol. 2. † Quinimo ſi ſingamus hanc ſubſtitutionem fideicommiſſariam, non tamen expiraret fideicommiſſum per mortem hæredis ante ipſum teſtatorem, ex quo præſupponitur dictus hæres vna cum dicto teſtatore languiſſe, & parum ante ipſum teſtatorem deceſsiſſe: & per conſequens, tũ quia teſtator mortem hæredis ignorauit tum etiam ob grauem ipſius teſtatoris infirmitatem, ex qua paulo poſt ipſum hęredem deceſsit, non potuiſſet ipſe teſtator mutaſſe teſtamentum, non expirauit illa ſubſtitutio, etiam ſi fideicommiſſaria fuiſſet, pro vt voluit Roma. in authen. ſimiliter. charta 13. verſi. ſecundò caſu dicendum quòd aut hæreditas, &c. C. ad legem falcid. per text. expreſſum in l. tractabatur. & ibi gloſ. ff. de teſta. milit. de quo etiam per do. meum Iaſon in rubr. ff. de vulg. & pupill. & hic accedant quæ dicemus infrà verſ. 14. & ſeq. & ſic hoc dubium primum reſoluendo concludu, magnificum do. Galcerandum ſuccedere debere ipſo iure in hæreditate vniuerſa dicti quondam magnifici do. Hieronymi Oliuerij fratris ſui, in locum pręno
6 minati do. Ferdinandi primo loco inſtituti. † Condeſcendendo ad ſecundum dubium, dum obijcit aduerſarius falſitatem, de qua in themate in ſecũdo quæſito, vnde infert totum teſtamentum vitiari, vt viſus eſt voluiſſe Bart. in l. Quintus. ff. de auro & arg. lega. inno. in c. cùm in iure ext. de offi. deleg. & Anton. de Butr. in c. cum Ioannes here-
7 mita. ext. de fide inſtru. † Reſpondeo, nõ poſſe dici ex cancellatione (de qua in themate) fuiſſe commiſſam per notarium falſitatem: quinimò etiam nec ſi ceſſarent præſumptiones infrà ſcriptæ quæ pro ipſo faciunt. Primò quòd ſit ipſe notarius integerrimæ (vt præſupponitur) famæ: ꝙ fuerit teſtamentum hoc clauſum & ſigillatum in præſentia teſtium in ipſo deſcriptorum: & conditum tempore quo tum ipſe teſtator, tum etiam hæres erant in bona valetudine. Imo eſſet citius præſumendum quòd potius commiſiſſet falſum notarius in fauorem domini Ferdinandi ſcripti hæredis, qui Neapoli (vbi etiam degebat notarius) habitabat, quàm in fauorem domini Galcerandi, qui Barchinone habitabat, quemq́ue nec viderat vnquam aut nouerat ipſe notarius: maximè quòd tunc eſſet maior de Ferdinandi ſucceſsione apparentia, quàm de ſępe dicta domini Galcerandi ſucceſsione, cuius ſucceſsio pẽdebat ex morte dicti domini Ferdinandi qui tempore quo fuit clauſum & ſigillatim dictum teſtamẽtum, præſupponitur ſanus fuiſſe. Quę pręſumptiones etiam ſi ceſſarẽt, quæ teſtificant ipſum notarium & teſtamentum, adhuc dico ꝙ eſt præſumptio ꝙ ipſe notarius d. cancellaturam fecerit de mandato teſtatoris, prout dicitur ipſe notarius in ſua prima depoſitione dixiſſe, per ea quæ not. in terminis. Bart. in l. ſi vnus. C. de teſta.

Nec obſtat limitatio quam aſsignant ibi doct. & ſignãter dominus meus Iaſon. colu. 3. verſic. limita doctrinam Bart. &c. ſcilicet quando teſtamentum apud teſtatorem reperitur, aliàs (aiunt) ſecus ſi apud tertiũ, vel ipſum notarium reperiatur. Dico enim, præſuppoſita veritate dictæ

limitatio-

limitationis, ꝙ ratio decisionis illius determinat casum no
strum: quia licet notarius recepisset testamentum sępe di-
ctū à testatore custodiendum, erat tñ ipsum testamētum
clausum & sigillatum, & ita mihi præsupponitur illud iu-
dici reddidisse & sic apparet ꝙ cum non potuerit d. cācel-
latura fieri tempore quo erat apud ipsum notarium, salua
ipsius clausura & sigillis, debet ipsa cancellatio iudicari fa-
cta de mandato testatoris, tanquā si inuentum fuisset testa
mentum apud ipsum testatorem, secundum dictā limita-
8 tionē. † Nec etiā præsumendū est ꝙ notarius aliquid scri-
pserit in d. testamēto, nisi quod sibi fuerat à testatore man
datū, per ea quæ scripsit Bal. in l. quotiens. C. de hære. insti.
& in l. errore. & in l. nostram. C. de testa. & in l. si post. diui
sionem. de iuris & facti igno. habet enim quodlibet instru
mentum pro se tres præsumptiones. videlicet ꝙ sit verum
instrumentum, & quòd sit solenne, & quòd de contentis
in eo fuerit notarius requisitus.

Accedat quod mihi presupponitur, ꝙ dictum testamē-
tū ab ipso testatore fuit lectū, & postea subscriptum ab eo
dem, quod & testator ipse in d. suo testamento attestatur.
Vnde effectus subscriptionis illius, maximè post lecturā
(vt euitem omnia contraria) operatur effectum approba-
tionis ipsius testamēti, vt plenè tradit Inn. in c. quoniā cō-
tra falsam. vbi etiam Fely. remissiuè. consi. 22. ver. 4. quæ-
ro vtrum, &c. ext. de proba. & Barba. consi. 58. col. 11. ver.
item tolli potest. vol. 4. de quo videatur d. meus Iasin l. cū
antiquitas. col. 15. vers. & quòd subscribens. C. de testa. &
9 do. meus Philip. Decius consi. 11. col. 22. vol. 1. † Addo ꝙ
potius errare præsumitur notarius quā falsum cōmittere,
vt per Bar. in l. quotiens. §. sed si non. ff. de hære. insti. & in
d. l. errore. C. de testa. & Alex. in l. iubemus. eo. titu. & in l.
sed si quis obrepserit. ff. de fal. & Soci. omnino consil. 94.
incip. præstantissimi. ad princip. versi. præterea confirmā
10 tur, &c. vol. 1. † Quinimò si rectè testamentum d. do. Hie
ronimi attendamus, finem que & texturam illius, apparet
magis conuenire prædictæ clausulæ nomen Galcerandi
quàm Ferdinandi. Instituerat etenim dictus testator prius
ipsum Ferdinandum in omnibus bonis paternis, maternis
auitis, & fraternis ad omnimodas eius voluntates: & vbi
ille Ferdinandus sine liberis decederet, voluit ꝙ d. Galce-
randus & eius filij (ordine tamen successiuo) admittere-
tur, & hæres esset in omnibus illis bonis, prohibens de bo
nis illis Trebellianicam, & Falcidiam, & legitimā detrahi
posse. Deinde ad remouenda dubia quę ex dicto suo testa
mento possent oriri, subdidit testator ꝙ moriente d. Fer-
dinando absque filijs, succederet solum d. Galcerandus in
bonis q̃ ipsi testatori ex patre, matre, auo, & fratribus obue
nerāt, pro vt dictum est suprà: hoc est absque detractione
dictarum quartarum. Sed in bonis quę aliūde sibi obuene-
rant (pręsupponitur enim d. testator multa bona castrēsia,
& alia extra ea quæ ex dictis successionibus sibi obuene-
rant habuisse) posset ipse Galcerandus facere omnes suas
voluntates, pro vt est supradictū (.s. in institutione Ferdi-
nandi, cui dederat omnia bona ad suas voluntates, nisi tñ
vbi decederet sine liberis.) & hic mihi videtur esse verus
intellectus huius testamenti, & vera testatoris ipsius mens
& intentio. Concordia enim non omnis debet admitti ēs
quæ possibilis est, sed ea solum quæ est verisimilis, secun-
dum Bal. in l. scripturæ. col. 2. C. de fide instrum. quem re-
fert & sequitur Soci. consi. 277. col. pen. versic. s. quia, &c.
vol. 2. & aliàs vnum capitulum vel articulus testamenti
declaratur ex alijs. l. qui filiabus, in principio. & l. si seruus
11 plurium. §. fi. de legat. 1. † Nec obstat ꝙ si daretur ille intel
lectus, Galcerandus qui secundo loco vocatus est, magis à
testatore dilectus esset quam ipse Ferdinandus, quem ante
ipsum Galcerandū vocauit, cum ordinasset bona sua om-
nia ad ipsum Galcerandem deuenire, si ipse Ferdinandus
absq; liberis decederet. Dico enim quòd ratio potuit esse
quam doctor. assignāt per illum tex. in l. 1. §. pen. vers. pu-
blica ibi vt dignitas familiarum salua sit. ff. de ventre inspi.
quam etiam rationem assignant Cyn. & doctor. in l. 1. C.

de adult. s. ꝙ per masculos conseruatur agnatio: licet dèces
sisset (pro vt & fecit) absque filijs legitimis dictus Ferdinā
dus. supererat tamen d. Galcerandus & eius filij: qui si nō
extarent, superessens etiam ex illa agnatione fœminæ, quę
non dicuntur esse caput, sed finis suæ lineę. l. pronunciatio.
§. fi. ff. de verb. signi. & ideò non est mirum si voluerit ꝙ
dictus Galcerandus posset disponere ad suas voluntates
de dictis bonis, quæ si in filios suos nō deuenirēt, erant ad
fœminas, quas in dicto suo testamento in nullo honora-
12 uit, deuentura. † Nec etiam est verum quod suprà diceba-
tur, quòd falsitas in vna parte instrumenti vitiat ipsum in
totum, vt ostendit Fely. in c. fraternitatis colum. pen. versi.
secunda conclusio. ex. de hæreticis. maximè quando sunt
capitula separata, vt omnino per do. meum Phil. Decium.
consil. 317. incip. visis quæ acutissimè scripta sunt, &c. ad
fin. volumin. 2.

Quinimò dicit; posset post Soc. consi. 92. incip. in causa
domini antonij. col. pen. versi. 2. ipse respondet, &c. vol. 3.
ꝙ stare potest ꝙ testamentum reprobetur adeò quòd nō
probet, & tamen de falso non redarguatur: allegat inter
cætera not. per Bar. de Saly. in l. in exercendis. C. de fide in
13 strum. † Sit ergo quoad hoc secundum dubium responsio,
ꝙ non obstante cancellatura dicti nominis Ferdinandus,
notarius ex multis præsumptionibus quæ suprà vers. 7. &
so. deductæ sunt, censendus est fecisse de volnntate & mā
dato testatoris: & loco illius supraposuisse istam dictionē
Galcerandus, pro vt & ipse notarius confessus est iudicia-
liter: adeò quòd dicto notario aliter in tormentis, vel ex-
tra ipsa dicenti nō crederetur, etiā si extrà iudiciariè prius
dixisset (interueniente tamen iuramento quod in omni re
stificatione requiritur.) ita not. Lanfranius de Oriano, in
repetit. c. quoniam contra falsam. in verbo testium depo-
sitiones. extrà, de probat. & ita not. decisiuè & remissiuè
Fely. post Abb. c. cum in tua col. 3. versic. 4. conclusio, &c.
14 extrà, de testibus. † Tertium dubium ex his quæ suprà di-
cta sunt in decisioni primi dubij satis est decisum, dum re
soluimus sæpedictum dominum Galcerandum succedere
debere in vniuersum ius dicti quondam magnifici testato
ris, nō obstante quasi caducitate institutionis primæ. Nec
obstant illi decisioni dicta verba. *Et per remouere alcuno du
bio*, de quibus suprà in themate. ibi, *succeda* tantummodo
*in gli beni & attioni che a me testatore spetassono per successione
paterna materna, auita, & fraterna.* quia illa debent intelligi
cum clausula immediatè præcedenti, scilicet absque detra
ctione dictarum quartarum, quod denotat clausula im-
mediatè sequens, Ita, *che de gli*, &c. est enim dictio Ita, limi
tatiua & modificatiua præcedentium, vt not. Saly. in l. vbi
adhuc. C. de iure dot. dictio autem, *ma de gli altri beni*, &c.
quod Latinè sonat, Sed de alijs bonis, &c. insinuat aliter
fuisse per ipsum testatorē in alijs bonis ordinatū, quoniā
dictio *ma*, (quæ est sed, Latinè.) est aduersatiua præceden
tium in facto & in iure, vt per Bar. in l. 2. in gloss. in versic.
fortius. ff. ne quis eum qui, &c. not. Alex. & Franciscus de
Aretio in l. lecta. ff. si certum petatur. & in l. j. §. si pecunia.
ff. depo. Idem Aret. in l. hæret. in primo notab. ff. de acqui.
hæredi. & in l. siue apud acta. C. de transact. & ita resoluit
dominus Didacus de Segura in repetione l. quemadmo-
dum. col. 21. versi. sequitur in textu ita. ff. de acquir. possess.
15 fo. 95. col. j. † Et vbi fingamus sępe dictum dominum Gal
cerandum substitutū esse duntaxat in bonis paternis, &c.
vt prima facie testamentum sonare videtur, attamen in ca
su nostro iure accrescendi deuoluitur ad eum omnis alia
successio quam nulli alteri reliquit. Ita not. remissiuè Phi-
lip. Cor. consi. 35. incip. circa primum. &c. per totum, vol.
4. Fran. de Curte senior, consil. 74. incip. Andræas, de casa.
col. 3. versi. Sed præmissis, &c. & dominus meus Franci-
schinus de Curte iunior. consi. 12. incip. factum tale est, do
minus Stephanus. col. 3. versi. hoc ergo fundamento. &c.
16 † Et hoc verum est, etiam si diceremus substitutionē cui
innititur sæpe dict. dominus Galcerandus esse fideicom-
missariam, per ea quæ no. dominus meus Iason in repeti.

l. re con-

Lre coniuncti.col.55.versi. Octauus notabilis casus est.ff. de leg.3.& Bar.consi.10.& in l.inter hæredes.ff.de hære. insti. Quinimò (quod plus est) crederem quòd etiã si Ferdinandus adijsset fratris sui prædicti hæreditatem, ex quo mortuus est absq; filijs, & non disposuit de illis bonis (quę fingamus esse relicta ad omnes eius voluntates) quòd illa bona accrescerent dicto substituto, & non illis qui d. Ferdinando succederent ab intestato, per ea quæ supra dixi, & infra consilio seq.versi.14.& sic in casu nostro multo minus habebit dubij, cũ Ferdinandus sæpe dictus nihil iuris habuerit vnquam in bonis d. magnifici testatoris.

Quare resolutinè concludo pro iustitia dicti magnifici d. Galcerandi Oliuerij, cuius est fundata intentio super hæreditate dicti quondam domini Hieronymi. Et ita vt est præmissum & decisum, resoluebam & concludebam, saluo, &c. Barchinonæ 1624. ad Laudem & gloriam Dei, Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum iuriumque & actionum, secundum magis communem opi. non valet: etiam si donatar sibi reseruasset vsumfructum dictorum bonorum. numer. 2. & quare. numer. 3.*

4 *Donator licet sibi reseruauerit vsumfructum bonorum donatorum, secundum magis communem opi. testari non potest de fructibus, quos de bonis donatis collegit, in quibus, vt est dictum, sibi reseruauerat vsumfructũ, quamuis de illis possit in sua vita disponere. & nu. 5. 8. & 9.*

6 *Pretium redactum ex fructibus dictorum bonorum donatorum, in quibus sibi reseruauerat donator vsumfructum, debetur donatario, quando donata sunt bona præsentia & futura. & num. 8.*

7 *Reseruatio quã facit donator supradictus de vsufructu, qualis sit: & an sit realis, vel personalis, & illius effectus.*

10 *In venditione omnium bonorum præsentium & futurorum, quare non venit pretium quod percepit venditor, sicut in donatione huiusmodi venit pretium, ex fructibus reseruatis proueniens, vt suprà dicebamus.*

13 *Alienatio quæ fit per successionem ab intestato, non venit in facultate alienandi concessa alicui, nec etiam illa quæ per delictum infertur.*

13 *Alienandi facultas data alicui sub illis verbis, & quibus dederit; vel, ad faciendum suas voluntates, præiudicat solum in casu quo alienauerit. Ita quòd illo cui data est illa facultas non alienante, non impedit quo minus bona perueniant ad illum, ad quem aliàs erant peruentura. & nu. 15. & 16.*

16 *Volũtas facto declaratur, aut certe verbis, modo vel forma.*

17 *Successio ab intestato, est impropria, & ficta, & succedentes ab intestato dicuntur venire ex tacito iudicio defuncti. Tacitum nihil operatur regulariter in præiudicium expressi.*

19 *Confessio partis iudiciaria, etiam per solum aduocatum facta, sibi præiudicat, si fuerit acceptata.*

21 *Substitutio vulg. & fideicommissaria inducitur ex illis verbis. substituit, & sibi hæredem instituit, & effectus earũ.*

22 *Intestatus dicitur decedere etiam qui testamentum fecit, sed non de aliquibus bonis, quia de illis testari non poterat.*

23 *Hæredis institutio quamuis sit in casu quasi caduci, attamen locus est substituto vulgari, & nõ expirat huiusmodi substitutio per mortem hæredis viuo testatore.*

24 *Substitutio vulgaris facta in vnum casum expreßè, comprehendit etiam alium casum, & generaliter omnes alios casus, qui possunt adaptari, & quæ est ratio.*

25 *Hæreditas potest dari in diem, vel ad certum tempus à milite, quicquid sit in pagano.*

26 *Electus vel nominatus vigore primi testamẽti, videtur esse nominatus aut electus in ipso primo testamento.*

28 *Renuntians successioni paternæ vel maternæ, prohibetur solum ab intestato succedere, non autem ex testamento, secundum magis communem opi.*

30 *Testator licet multo tempore post conditum testamentum viuat, non tamen reuocetur testamentum per tempus illud intermedium quantumcunque sit.*

31 *Partis appellatione intelligitur in dubio de dimidia.*

33 *Donatio si fiat post testamentum de bonis de quibus disposuerat, dicitur attamen testamẽtum posterius, ex quo semper vsque ad mortem illud mutare potuit.*

35 *Declaratio fieri non debet, nisi vbi est dubietas, & si non fuerit datus terminus ad declarãdum, non dicitur in mora si non fuerit interpellatus. & nu. 36.*

39 *Renuntians hæreditati paternæ & maternæ, succedere non prohibetur fratri, etiam si ipse dictis eius patri & matri successerit.*

39 *Pater est legitimus administrator corporum & bonorum filiorum suorum, & non tenetur inuẽtarium conficere, & potest in illis bonis quæ administrat filijs præiudicare.*

40 *Legatum quod facit testator de re hæredis vel alterius, an & quando valeat si credebat rem illam esse suam. & nu. 41. & quid si sciens esse hæredis, vel alienam, illam legauerit & quid in dubio præsumatur. nu. 42.*

CONSILIVM. XXXVII:

IN facti contingentia mihi præsupponitur, quod nobilis & magnificus Ioffredus de sancto Miniate miles, anno 1487. suum condidit testamentum, in quo nobilem dominã Margaritam eius vxorem (quam prius reliquerat in eodem testamento dominam potentem & vsufructuariam, quaodiu castè viueret & sine marito, remittendo etiam eidem quancunque rationis & administrationis redditionem) instituit sibi hæredem vniuersalem, ea tamen conditione, quòd ipsa teneretur in dicta sua vniuersali hæreditate, vnum, ex filijs vel filiabus dicti testatoris & ipsius Margaritæ communibus hæredem sibi instituere, & quem vellet eligere: & posteà dictus testator deueniens ad substitutiones, apposuit inter cæteras sequentes. Et si contingeret dictam Margaritam virum ducere, vel intestatam decedere, vel ab ea institutũ mori sine liberis naturalibus & legitimis, qui ad ætatem condendi testamentũ non perueniant, his casibus & quolibet eorũ substituit dictæ suæ vxori, & ab ea institutis, maiorẽ natu filiorum suorum masculorum sub prędictis vinculis. In quo etiã testamento instituit dictus testator Ioffredũ, Galcerandum, Michaelem, Ioannorum. Iacobum, Franciscum & Ludouicum particulares hęredes, videlicet quẽlibet eorum in summa centũ librarum Barchinonensium pro cuiuslibet eorum portione hæreditatis. siue legitima, & supplemẽto illius, & pro omnibus alijs iuribus, quæ cõpeterent eisdem in bonis & hæreditate ipsius testatoris. Præsupponitur etiam quòd post testamentum prædictũ dicti nobilis Ioffredus & Margarita anno 1496. & forte præmortuis Ioffredo primogenito, & Ludouico, & Iacobo alijs filijs prænominatis, donauerunt per puram & irreuocabilem donationem propter nuptias d. domino Galcerando eorum primogenito, omnia ipsorum coniugum bona mobilia & immobilia, pręsentia & futura, iuraq; & nomina, & actiones quę ipsi donatores habebãt, tenebãt, & possidebant quouis iure &c. Retento tamen per ipsos donatores dictorum bonorum donatorum, quandiu ipsi viuerent, vsufructu, cũ certis modificationibus, de quibus non est in præsentiarũ quæstio, & cũ expressa per eosdem donatores reseruatione nonaginta mille solidorum dictę monetæ (quæ tria millia & quingentos ducatos, vel

circiter

circiter cõstituunt) de quibus donatores prædicti retinuerunt ꝙ testari possent secundum eorum liberas & puras voluntates de summa triginta mille solidorũ, & restantem summam donatores prædicti tenerentur in totum aut in parte, conuertere & diuidere inter Michaelem Ioannorũ, Franciscum, & Elisabet de sancto Miniate, filios eorum (accumulando etiam si vellent ipsi donatores dictum Galcerandum), cum vinculis & substitutionibus qui dictis donatoribus essent bene visi: apposito pacto ꝙ dicti Michael, Ioannotus, Franciscus, & Elisabet essent contenti portione, quę ipsis & singulis eorum per dictos donatores, aut superuiuentem assignaretur, pro omni parte & portione hæreditatis dictorum donatorum, doteque & augmento dotis ipsius dominæ Margaritæ donatricis, & omnibus alijs quæ in bonis donatorum prædictorum competerent, aut competere possent nunc vel in futurũ, pro legitima, & supplemento, & quolibet altero iure: & vbi quantitas prædicta per sæpe dictos donatores, aut superuiuentem eorum non esset inter supradictos filios diuisa, vt est dictum, actũ est quòd dictus Galcerandus donatarius, huiusmodi diuisionem & distributionem facere posset. Quam quidẽ donationẽ, quæ (vt est præmissum) facta est d. nobili domino Galcerando, & suis, & quibus voluerit, contemplatione matrimonij per ipsum cum nobili domina Isabella Matia de sancto Miniate contrahẽdi sæpe dicti Ioannotus, Michael & Franciscus approbauerunt, & ratificauerunt: qui etiam quando facta est per dictos donatores, ipsi donationi consensisse dicuntur, promiserunique dictam diuisionem per donatores ipsi donatario respectiuè fiendam ratam habere, gratam, & firmã: & illam ex nunc pro vt ex tunc approbauerũt & acceptã habuerunt, etiam si multo minor esset eorum legitima vel supplemento: feceruntque dictis donationibus amplam & largam in forma debita diffinitionem, cum renuntiationibus & clausulis debitis in ampla forma: quorum etiam fratrum iuramentum interuenit super præmissis in ampla forma.

Postea decessit dicta Elisabet, nullis relictis liberis, cui per dictos donatores fuerant dati triginta mille solidi in dotem, cum pacto ꝙ ipsa sine liberis decedente, posset dũtaxat de quindecim mille solidis disponere: & dicta Elisabet mihi pręsupponitur matrem suam sibi designasse hæredem, & ante illam mortuam esse.

Præsupponitur etiam ꝙ dicta Margarita donatrix prędecessit Ioffredo viro suo, condito per eam testamẽto, in quo vniuersalem sibi scripsit hæredem dictum dominũ Galcerandum donatarium prædictum, in quo etiam testamento viginti mille solidos reliquit domino Michaeli sæpe dicto filio suo, & alios 20. mille solidos eidem reliquisse dicitur in codicillis.

Præsupponitur & demum sæpe dictum quondam Ioffredum donatorem, tam viuente dicta domina Margarita vxore & condonatrice, quam post eius obitum, plura bona mobilia & immobilia acquisiuisse, nec aliquam diuisionem fecisse de quantitate nonaginta mille solidorũ, nec etiam de fructibus, aut bonis, quę post donationẽ prædictam acquisiuit donator, vt est dictum, pręter quàm de illis triginta mille solidis, quæ donatores sæpe dicti constituerunt in dotem præfatæ dominæ Elisabet, & præter illud relictum cẽtum librarum pro singulis filijs, per dictũ Ioffredum in præmentionato testamento factum, quod (vt est dictum) ante dictã donationem fecerat. quo testamento in nullo immutato, vel alio non facto decessisse dicitur Ioffredus sæpe dictus.

Ex cuius quidem casus præsuppositione, quamuis plura nasci videantur dubia, quorum à me decisio petitur, illis attamen satis fecisse crediderim, si sequentia (ex quibus alia dependent) enodabimus.

Primo discutietur de donationis prędictę validitate, & quæ bona cõsequatᷣ donatarius ex illa: & an illa bona quę donatores prædicti tam coniunctim quã diuisis ex fructibus & pretio bonorum donatorum acquisiuerunt, attẽta donationis prædictæ forma suprà scripta.

Secũdo examinabitur quo iure, & pro quota portione
succedat dictus nobilis Galcerãdus in bonis paternis, quę
1 in donatione predicta comprehensa non fuerunt.† Deue-
niendo itaque ad primum dubium, videtur ex verbis do-
nationis pręmentionatę à quolibet etiam iurium ignaro,
ꝙ fuerunt donata dicto domino Galcerando dicta bona
omnia dictorum donatorum præsentia & futura (id enim
sonant expressè & clarissimè dictæ donationis verba) pręter vsumfructum & quantitatem sæpe dictam nonaginta
mille solidorum reseruatam, vt suprà diximus in themate:
& sic omnia bona dictorum donatorum debentur sæpe
dicto domino Galcerando, nisi illa reseruata. Excessio ere
nim firmat regulam in casibus non exceptnatis, vt per Bar
tolum plenè in l. generali. §. vxori. ff. de vsufructu legato.
& Felynus remissiuè in capitulo quoniam frequẽter. post
princip. extrà, vt lite nõ contestata. & dominus meus Phi-
lippus Decius in regula prima, versi. decimoquarto, vsque
ad versi. 36. hác materiam latè prosequitur: de qua etiam
dixi, & veritate dicti huius, in consilio illustrium fratrum
Cardonæ, quinto dubio, versic. 19. & sic cessat difficultas,
quam compatriota meus dominus Petrus de Bella pertica
examinat in l. fi. C. quæ res pignoratitiæ obligari possunt.
& Bartolus & Baldus in l. fin. C. de pactis. vtrum in dona-
tione omnium bonorum veniant bona futura, quoniam
hic expressè donata fuerunt, ac etiam iura & actiones. sed
maior videtᷣ inesse difficultas de validitate donationis sæ-
pedictę, cum pręsupponimus donata fuisse omnia bona
& præsentia & futura, cuiusmodi donatio de iure non va-
let. Quamuis enim articulus sit disputabilis. attamen com
munis opinio est, quòd non valet donatio omnium bono
rum præsentium & futurorum, iuriumque & actionum,
vt cõcludũt Bartolus, Paulus de Castro, Ioãnes de Imola,
& Alexander, in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Cynus,
Baldus, Fulgosius, & Paulus de Castro, in l. fi. præallegata.
C. de pactis. Idem Baldus in l. cum duobus. §. idem respõ
dit, &c. per illum textũ. ff. pro socio, cum similibus. & hác
dicit esse communem opinionem Innocẽtius in rubrica,
extra de testamentis. Baldus in capitulo in præsentia. vbi
etiam Felinus, col. 5. extrà, de probat. secundum quam cõ
suluit Romanus, consil. 171. incipiente pro decisione, in
principio. dominus Abbas latè consi. 48. incipiente Augu
stinus & domina Catharina, col. 2. vol. 2. & domin⁹ meus
Philippus Decius consi. 30. vol. j. Maximè quia in casu no
stro cessat consideratio doctorum tenentium contrariam
opinionem, scilicet quia in tali donatione non veniebant
iura & actiones, de quibus testari poterat, quia in casu no
2 stro donata fuerunt expressè.† Nec videtur obstare ꝙ do-
natores vsumfructum sibi reseruauerunt expressè, quo-
niam reseruatio vsusfructus non videtur facere quòd, quis
facultatem habeat testãdi, vt in terminis voluit Paulus de
Castro, consil. 119. incipiente notandum est, col. pen. vbi
inquit, ꝙ de ipso vsufructu testari non poterit, quia morte
finitur. l. vxor patrui. C. de legatis. & §. finitur. institutio. de
vsufructu. notat Guido papæ consi. suo 17. col. 4. vol. 3. &
dominus meus Philippus Decius consi. 248. versi. 8. vol.
3 2. & Soci. consi. 101. ver. 2. vol. 3.† Quibus attamen nõ ob
stantibus, dico indubiè donationem prædictam valuisse,
in qua dicta contraria locum non habent, ex quo donato-
res sibi reseruauerunt dictos nonaginta mille solidos, de
quibus in vita pariter & in morte disponere possent: & sic
cessat consideratio Bar. consi. 76 incipit, pater filio eman-
cipato, &c. ad finem. vbi dicit, ꝙ si donator omnium bo-
norum præsentium & futurorum sibi reseruauerit certã
quantitatem, de qua posset inter viuos disponere, quòd nõ
obstante huiusmodi reseruatione, donatio prædicta erit
nulla. & latius prosequitᷣ dominus meus Philippus Decius
prædicto consil. 251. incipit, in causa magnificæ dominæ
Claudiæ, in primo dubio, vel secundo. & sic ad propositũ
illa reseruatio, quam fecerant dicti donatores, fecit esse va

lidam

lidam donationem sæpe dictam, vt per Bartolum in l.sti-
pulatiu huc modo concepta. quē ibi sequuntur commu-
niter doctures.ff.de verborum obligatoonibus.Franciscus
de Aretio in l.si pupillus.in princip.ff. de acquirenda hære
ditate.& dominus meus Ias.in auctentica ingressi.C.de sa
crosanctis ecclesijs,& cùm hoc sit in dubium, non immo
4 ror in corroboratione dicti huius.† Discutiendu igitur an
veniant in prædicta donatione mubilia bona illa & immo
bilia, quæ per donatores prædictos præsuppofuimus in
themate fuisse acquisita ex fructibus, & an fructus quos
collegerunt & non consumpserunt (quoniam de pendēti
bus non est dubium) & Alex. in d.l. stipulatio hoc modo
concepta, videtur hanc dubitationem soluere, dum dicit,
quòd testari poterit de fructibus qui ipsi donatori acqui-
runtur ex vsufructu, quem sibi reseruauit expressè: quia
talis acquisitio (pro vt dicit) non includitur sub donatione
omnium bonorum, ex quo in talibus bonis reseruatio fa-
cta fuit.& ibi col.9.reprehēdit Pau.de Cast.suprà, allegato
consi.t 19.qui videtur aliter voluisse, vt dicebamus suprà
5 versi.2.† Attamen prædictis non obstantibus, dico post
dominum meum Phili. Decium consi.30.præall.incip.&
pro tenui facultate, mea & c.1. dub. vol.1. qui in fortiori-
bus terminis concludit post Paul.de Castr. in d.cons.199.
quòd ad donatarium competūt fructus, & similiter bona
ex fructibus acquisita, intantum quòd Bar.præal.consi.76.
decidit expressè donationem omnium bonorum præsen
tium & futurorum substineri non posse ex reseruatione
vsufructus, quam donator fecit: quia facta fuit in illo casu,
vt donans in vita posset de vsufructu & fructibus quo-
modo vellet disponere. Ideò reseruatiu huiusmodi nō ex
tenditur hoc, quòd testari posit de illis, quia hoc non es-
set in vita dispoonere, vt ibi latè prosequitur & probat hoc
dictum, & ad propositū in casu nostro reseruauerunt sibi
donatores vsumfructum toto tempore vitæ eorum: ergò
nullu modo dicendū est q̄ de extātibus fructibus possint
testari, sed de illis in vita poterūt disponere, & vti, qui fru-
ctus post donatorum mortem ad donatarium, sicut & alia
bona, deueniunt. Et in terminis nostris ista fuit intentio
donatorum, vt etiam colligitur ex alia reseruatione, quam
fecerunt de sæpe dictis nonaginta mille solidis, quos reser
uauerunt sibi expressè, ad disponendū de illis pro vt fuis-
set bene visum eisdem, tam inter viuos quā in vltima eo-
rum voluntate, vt est dictum in themate. Per quæ datur
intelligi, quòd donatores prædicti voluerunt sibi consu-
lere, & prouidere duntaxat in eorum vita reseruando fru-
ctus illos. Nam pars vna instrumenti aliam declarat. l. qui
filiabus.§.fin.ff.de leg.1.& in l.vtrum.ff. de petitio.hæred.
& ita tenet dominus meus Philipp. Decius.præall.consi.
6 251.1.dub.vol.2.† Quo verò ad prætium redactū ex fru-
ctibus, quòd applicetur donatorio, tenuit expressè Pau.de
Cast.in l.fi.C.de pact.vbi refert ita cōsuluisse Bar.Idē not.
Alex.& moder.in l.stipulatio ista.§.si stipulatio.ff.de ver.
oblig.& Bal.& Albe. de Rosate in l. venditor ex hæredi-
tate.ff.de hæred.vel actio.vendi.Idem Bal.in l. mater.col.
7.versi.demum quæro.&c.C.de rei vendi. & Alex.in l.si
rem.ff.de peti.hære.dominus meus Ias.in l.si seruum, ver.
4.ff.si cert.peta. & in l.si fundum per fideicommissum. ad
fi.ff.de leg.1.& in l.re coniuncti.col.34.versi.secundò pro
parte.ff.de lega.3.& in l. possiden.§.ex pluribus.ou.34.ff.
de acquirenda possessione. quod etiam probat multis ra-
tionibus Socinus consi.93.incipit circa primum, colu.7.&
7 seq.versi.his tamen non obstan.vol.1.† Corroboro prædi
cta, quia ista vsusfructus reseruatio est personalis.§. finit.
insti.de vsufruct.l.corruptione.C.eo. Ideò non transit ad
hæredem stipulatoris actiuè, quanuis passiuè, quanuis pas
siuè ex persona promissoris bene continet personam hæ-
redū ipsius: quia vsusfructus ex parte stipulatoris est per-
sonalis, & ex parte promittentis est in rem: & sicut durat
contra hæredes eius qui debēt pati vti & frui, l.vti.& frui.
ff.si vsusfruct. pet.l.5.§.reo.ff.de vsufruct.& d.§.finitur.&
ita declarat Bar.in l.4.§.Cato.ad fi.ff.de verb.oblig.& per
consequens dicere non possumus q̄ prætium dictorū fru
ctuum succedat loco ipsorum, quoniam in actione perso
nali non succedit loco rei, vt per Bar.& Bal.in alleg.l.ma-
8 ter & in locis suprà allegatis.† Accedat marmoreū funda-
mentum. quoniam si dicimus bona empta ex prætio fru-
ctuum non comprehendi in donatione futurorum bono
rum, sequeretur quòd donatio omnium bonorū præsen-
tium & futurorum, iuriumque & actionum, reseruato do
natori vsufructu, valeret: quoniam ex bonis prouenienti
bus ex dictis fructibus testari posset, cum tamen sit in cō-
trarium communis omnium doctorum sententia, vt su-
prà monstrauimus.& not. communiter omnes docto.in
præallegata l. stipulatio hoc modo concepta. nisi vbi do-
nator sibi reseruat alia bona, de quibus testari posit, vt ēt
suprà dicebamus.& ita not.dominus meus Ias.post Alex.
& alios in d.l.stipulatiu hoc modo concepta. & dominus
meus Phil.Decius, d.consi.251.primo dub.colu.2. versic.
prędictis tamen non obstan.vo.2.& per consequens resol
uendo dicere possumus, bona prædicta venire ad dominū
Galcerandum donatarium, tāquam post donationē quæ-
sita.& hoc præsertim quia de illis non disposuit prænomi
natus dominus Ioffredus, qui vltimus donatorum deces-
sit: & sic prælato dominu Galcerandu, qui tum ex testa-
mento prędicto, tum ex donatione prędicta succedit eius
patri in oībus eius bonis, vt inferius ostendetur, apertius
9 debentur d.bona, ēt si cōtraria sentētia verior esset. † Et ex
his respōderi potest ad d.Alex.in d.l.stipulatio hoc modo
concepta. suprà pro contrariu allegatū, quia dictum illius
posset habere locū in reseruatione facta simpliciter, secus
aūt esset in reseruatiune facta, respectu vitę donantis, vt cō
sulatur necessitati suæ, pro vt in casu in quo Bartolus con
suluit: & in nostro, quod apertè sonant verba reseruatio-
nis sæpe dictæ, ibi, colligant, exigant, & habeant, & reci-
piāt, &c.& sequitur: & plenariè vsufructuēt ex ipsis quan-
diu viuent iure vsufructus, ad omnes eorum voluntates,
absq; hoc quòd dent cautionem. In casu enim in quo Bar.
consuluit, & in nostro, non habuit donator facultatem te-
standi, vt suprà dicebamus. Et in casu nostro quòd etiā ita
intellexerunt donatores, constat, vel ex eo quòd ipsi sibi
reseruauerunt quantitatem sæpe dictam nonaginta mille
solidorum, ad disponendum tam inter viuos quam in vlti
ma volūtate prout est sępe dictum: & sic constat quòd in
casu nostro d.reseruatiu fuit pro necessitate ipsorum do-
natorum, & per consequens quòd de fructibus disponere
non possent, nisi quoad necessitatem victus, attenta perso
narum suarum dignitate & qualitate, iuxta not.per glo.&
doct.in l.maritum.ff.solu.matri.facit l.pen.§.equitij.ff.de
vsu & habi.& quod not.Bal.in l.id quod pauperibus.C.de
epis.& cler.& doct.in c.ad audientiam.ext.de cle. non re-
sid. Maximè quòd reseruauerūt d.quātitatem nonaginta
mille solidorum expressè ad testandum, & ad suas volun-
tates disponendum, videtur quòd habuerint pro cōperto
quòd de dictis fructibus & pretijs, vel rebus quæ ex illis
prouenirent, testari non possent (pro vt non poterāt.) Li-
mitata enim causa producit effectum limitatum. l.in agris.
ff.de acqui.rerum do.& l.cancellauerat.ff.de his quæ in te-
10 sta.delentur, cum similibus. † Nec est bonum simile quod
adducit Alexā.de venditione omniū bonorū, quia in ven
ditione pretiū necessarium est.l.pacta.ff.de pac.cōuen. Vn̄
illud emptori non quæritur, sed vēditori reseruatur: quia
aliàs in effectu non esset venditio, sed donatio, & vēditor
remaneret deceptus, ex quo bona non haberet nec pretiū
ideo merito venditori prætiū reseruatur, vt est dictum, &
nō venit sub nomine bonorum futurorū. Simile etiam in
eo qui se vendit ad pretium participandum, quāuis ex tali
causa & vēditione fiat seruus.l.1.ff.quibus ad libertatē pro
cla.non licet.& est glo.in §.fi.insti.de iure persona.pretiū
tamen retinet, nec acquiritur domino, licet quicquid ha-
beat seruus sit domini sui, vt ibi. Sed in donatione, pro vt
est in casu nostro, & in quo casu loquitur Bart.& Paul.de
Cast.vbi suprà allegantur, non est sic, quia reseruatio facta
fuit

fuit de vsufructu. vnde fructus non sunt precisè reseruati.
Ideò si apud donantem reperiuntur, cedunt in donatione
futurorũ bonorum, vt dicit Pau. de Cast. vbi suprà, & dixi
11 mus suprà passim. † Non obstat etiam q donatores illos
sibi reseruauerunt ad omnes eorũ voluntates, & sic pote-
statem habuerunt fructus illos vendendi, & pretiũ eorũ
faciendi suũ. Dico enim quòd illa reseruatio, vt prędixi,
limitata fuit pro ipsorum donatorum necessitate, & per
consequens non habebunt pretiũ, vt de illo testari possint:
cum limitata causa limitatum produxit effectum, vt suprà
vertic. 9. in fine dicebamus, & faciunt not. per Panor. in c.
cum esses. ext. de testa. & per eundem post alios in c. fi. de
12 pecu. cler. † Et si dicamus testari potuisse, (cuius contrariũ
suprà apertissimè demonstrauimus, & intrà docebimus)
attamen ex paterno & materno testamento succedit do-
minus Galcerãdus in omnibus eorum bonis, vt in sequẽti
dubio monstrabimus: ex quibus apparet q dominus Ios-
fredus, qui vltimus ex donatoribus decessit, fructus non
consumptos post suum obitũ dimissos, transmisit ad sæpe
dictum dominum Galcerandum, tanquam bona futura.
13 † Quinimò plus audeo dicere, q si fingamus prędictum
Iosfredum non disposuisse de quantitate triginta mille so-
lidorum, quã sibi reseruauerat ad omnimodas suas volũta-
tes (quod videtur inferre iurisperitus domini Michaelis)
ad illam tamen non admittentur dicti Michael & eius fra-
tres ab intestato. Maueor q licet donatores sibi reseruaue-
rint facultatem disponendi pro vt voluissent de quãtitate
illa, per quæ verba comprehendi poterat alienatio quæ fit
ex testamento, vt per Bart. in l. si ita quis. §. ea l. ff. de verb.
oblig. & per Alex. consi. 188. col. 4. vol. 2. non tamen ope-
rabuntur q talis quantitas ad ipsum Michaelem & fratres
eius transeat ex successione intestati (præsupposita dona-
tione cuius in themate meminimus) pro vt in simili not.
Bal. in c. feudum ea l. in tit. si de feu. fue. contro. vbi vult q
si concedatur alicui feudum pro eo, & quibus dederit, vel
quibus voluerit, per illa verba data esse cẽsetur facultas nõ
cuiuslibet alienationis, sed illius duntaxat quæ est vera &
propria alienatio: propterea infert, quòd sub huiusmodi fa
cultate nõ comprehendatur illa quæ inducitur ex delicto,
puta ex dispositione l. si quis in tãtam. C. vnde vi. Ergo ita
dicendum videtur secundum eos, quòd non veniat aliena
tio quæ fit per successionem ab intestato, quia defunctus
non dicitur propriè per huiusmodi successionẽ alienasse,
cum illa deferatur à lege. l. obuenire, ff. de verb. signifi. & l.
4. §. de illo. ff. pro socio, & impropriè & fictè dicit aliquid
ab intestato deuenire. l. conficiuntur. & l. si quis cum nul-
lum. ff. de iure codicillorum. ad quod facit quia in contra-
ctibus, præcipue stricti iuris, nõ recedimus à verbis l. quic
quid astringendæ. ff. de verb. oblig. & fit interpretatio con
tra illum qui se fundat ex verbis l. veteribus. ff. de pactis. cũ
14 similibus. † Accedat marmoreum fundamentum, quãdo-
quidem alienandi facultas concessa alicui expressè sub illis
verbis, & quibus dederitis: vel, ad faciendũ vestras volun-
tates; præiudicat solum concedenti in casu quo alienat, &
illo non alienante, sibi nullum infert præiudicium, quo-
minus bona ad eum perueniant, ad quem aliàs erant per-
uentura. Ita notabiliter decidit Bar. in l. qui Romę. §. duo
fratres. iuncto eo quod ibi not. Ang. Alex. & moder. repe
tentes. ff. de verb. oblig. qui loquuntur in illis verbis, & qui
bus dederit. Cùm ergo dicta quantitas debeat ad donata-
rium deuenire in vim illorum verborum præsentium &
futurorum, illi tamen delationi præiudicaretur, si donato
res de illa quantitate disposuissent, iuxta reseruationẽ præ
dictam, & suprà allegatam clausulam, ad faciẽdum vestras
voluntates: & in consequentiã non facta dispositione de
quãtitate illa, donatio remanet in sua natura per prędicta.
15 † Quandoquidem illa clausula, ad faciendum vestras vo-
luntates: vel quibus dederitis facit contractũ conditiona-
lem, acsi dixisset, si volueritis disponere, secundum quin-
tam lecturã gl. in l. post dotem. ff. solut. matrim. quam ibi
communiter approbant doct. & Bar. & Ang. in l. centesi-
mis. ff. de verb. oblig. & facit text. in l. sub hac conditione.
ff. de actio. & obliga. Cum ergo d. conditio non euenerit;
quia Iosfredus de illa quantitate non disposuit, posito pro
ficto quòd decesserit intestatus, & per ipsius Iosfredi mor
tem, qui vltimus ex donatoribus decesserit, cessat donato-
rum voluntas. l. 4. ff. locati & l. mandatum. C. mandati. con
sequens est q pretensio domini Michaelis prædicta pro-
cedere non potest in dicta quantitate retenta ad faciendũ
16 voluntates eorum. † Ad quod facit, quia voluntas facto de
claratur l. reprehendẽda. & ibi doctor. C. de institut. & sub
stitu. aut certè verbis, modo, vel forma, secundum Bal. in l.
non codicillum. col. 2. versi. extra notata ex hac lege. C. de
testa. Ideò retenta in mente nihil operatur l. si repetendi.
C. de cond. ob causam. & not. Franc. de Aret. in l. Titia. §.
idem respondit. ff. de verbo. oblig. & in l. pro hærede. ff. de
acquir. hæred. & in l. cũ quid. vbi etiam Soci. ff. si cert. pet.
Ideò ipsa non declarata regulariter morte finitur, vt versi.
præcedenti dicebamus, & no. do. meus Iason post Alex. in
præall. l. centesimis. §. fi. Bal. post. Cyn. in l. fi. C. de contra-
hẽ. emp. & not. Archid. & doct. in c. si gratiosè. de rescrip.
17 li. 6. † Accedat præmissis, quia succedentes ab intestato ve
nire dicuntur ex tacito iudicio defuncti l. conficiuntur. &
l. si quis cum nullum. suprà vers. 13. allegatis & l. cum filio.
de leg. 1. Quinimò impropriè & fictè (vt suprà dicebam)
peruenit aliquid ad nos per successionem ab intestato, cũ
succedentes ab intestato venire dicuntur ex tacita & præ
sumpta voluntate defuncti (si non ex ficta) pro vt volue-
runt aliqui doctores in l. cõficiuntur. & in l. cum filio. prę-
allegatis. sed tacitum aut præsumptum nihil operatur in
præiudiciũ expressi, vt omnino per Alex. in l. 1. ff. de ver.
obli. quoniam talis pręsumptio cedit veritati. 80. distinct.
c. quicunque. cum aliàs in certis locus non est coniecturis.
l. continuus. ff. de verb. oblig. cum vulg. alijs. & sic apparet
q etiam si fingeremus Iosfredum testatum non fuisse, aut
nulliter testatum, ex quo apparet de donatione facta d. do.
Galcerando, quæ etiam quantitatem prædictam com-
plectitur, nõ est quoad illam alia requirenda tacita vel prę-
sumpta successio.

Et sic resoluendo primum hoc dubium, concludemus
in donatione prędicta facta sępedicto domino Galcerãdo
(vltra bona designata specialiter) fructus extantes tẽpore
mortis dicti domini Iosfredi, ex dictis donatorib. vltimò
defuncti, & bona quæcũque ex prętio fructuũ, quos post
dictam donationem collegerunt, prouenientia, & empta,
ac etiam triginta illos mille solidos, quos dicti donatores
18 sibi reseruauerunt ad faciendum eorum voluntates. † Con
descendendo ad secundum, dico, sæpe dictum dominum
Galcerandum ex testamẽto consequi posse omnem dicti
sui patris successionem. Et sic, vbi ex donatione præmen
tionata non consequeretur dictus dominus Galcerandus.
præmentionata bona, quæ posteà acquisiuerunt donato-
res prędicti, secundum conclusionem suprà per nos factã,
illa tamen consequeretur, sed & fructus extantes, & ipsos
etiam triginta mille solidos sæpe mentionatos, tanquã hæ
res vniuersalis dicti sui patris. Vnde patet nullitas præten-
tionis dicti domini Michaelis, qui dicit se hęredem patris
in bonis præmentionatis acquisitis, & in bonis reseruatis,
ex persona sua pro quarta parte, & ex persona Francisci
fratris sui, cuius se ostẽdit hæredem, pro alia quarta parte,
& ex persona Ioannoti in duabus tertijs partibus vnius
quartæ, in octo vncijs de duodecim, vt ipsa declarãdo suũ
libellum deduxit articulo 12. eorum quos primo loco ob-
19 tulit. † Ad cuius prætensionum confutandam, inquirendo
diligenter iustitiæ suæ fundamenta, considero, q aut præ
tensionem suam fundat ex successione intestati, vel ex te-
stamento: ab intestato suprà docuimus ipsum succedere
nõ potuisse, presertim quia de testamẽto paterno constat,
quod causam intestati facit silere, vt suprà dicebamus, &
sunt de hoc iura vulgaria. Sed nec ipse dominus Michael
testamẽtum patris aut negat, aut impugnat. Quinimò cõ-
fitetur respondendo 2. & 3. articulis pro loco per dictum

dominum

dominum Galcerandum oblatis, ipsum dominum Galce
randum ex dicto testamento patri suo successisse in vni-
uersa illius hæreditate, quæ iudiciaria confessio per par-
tem acceptata ipsi præiudicauit, etiam si esset in contra-
rium veritas, licet etiam per solum aduocatū facta fuisset,
vt no. Spec. tit. de aduo. §. vtriusq;. vers. sit cautus & §. iam
nūc videndū versi. ex præmissis. eo. tit. & tit. de confess. §.
postremo. versi: si verò sit in iure & versi. seq. vbi Bald. in
add. ad ipsum. col. 4. versic. confessio aduocati. in l. 1. C. de
20 errore aduoca. † Et non puto immorandum circa corrobo
rationem dicti testamenti, siue quia (vt prædixi) non im-
pugnatur à dicto domino Michaele, siue quia aliunde in
pura iuris decisione validum est, quanuis institutus vel ex
hæredatus filius non reperiretur, vt tradidit Guido papæ
21 in quæst. Delphi. deci. 456. incip. dixi suprà † Et rectè in-
specto dicto testamento non negabitur, quin præfatus do
minus Galcerandus vocetur & ex fideicommissaria sub-
stitutione, & etiam ex vulgari. Fydeicommissaria de se pa
ter. vulgaris autem colligitur ex illis verbis, substituit, &
sibi hæredem instituit, vt per Bartolum in l. recusare. §.
Titius. ff. ad Trebellian. not. Gemi. & Ioan. de Ligna, in c.
si pater. de testamētis li. 6. & latius & diffusius Roma. cōsi.
408. incip. in casu propositę consultationis & dixi suprà
consi. 20. versic. 53. Quorum est effectus secundum Cyn.
Albe. & doct. in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. ꝙ
per illa verba testator censeatur facere voluisse plures sub
stitutiones in diuersis casibus, vulgarem scilicet casu quo
non adeatur hæreditas. & fideicommissariam, vbicunque
morietur institutus hæreditate adita, & ita not. Raph. Ful.
in l. 3. per illum tex. ff. de testa. & in l. j. C. de iure codi. & in
l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. quem intellectum sequitur
Io. de Imo. in l. centurio. ff. de vulg. & pupi. & in c. Raynu
tius in materia compendiosæ. extra, de testa. Ita not. in de
cisio. Delphi. q. 532. incip. testator habens duas filias. Soci.
consi. 20. incip. visis actis. col. 6. versi. insuper, &c. volum.
1. & Bolog. consi. 15. incip. quidā Antonius de Peregrino.
& ita etiam tenui in d. meo consil. 20. versicul. 54. & seq.
22 † Vnde ad materiam redeundo, si dicamus præfatam quon
dam dominam Margaritam matrem dicti domini Galce
randi fuisse à præmentionato domino Ioffredo eius ma-
rito institutum hæredem, vt in themate præmisimus, ita
quòd vnum ex filijs dicti matrimonij, quem elegisset, hæ
redem institueret, clarum est quòd ipsa dictum dominum
Galcerādum elegit, licet pręmortua sit dicto eius marito,
vt ex dicto themate constat, quem sibi hæredem vniuer-
salem instituit. Si autem dicamus præfatā dominam Mar-
garitam (quanuis testamētum fecerit) de dictis bonis testa
ri non potuisse, cum viueret eius maritus, qui eā hæredem
cum dicta conditione instituerat: Et sic quoad illa bona.
de quibus ex dicta causa testari nō poterat, intestatam de-
cessisse, per expressum tex. in l. intestato. ff. de leg. tuto. vbi
text. dicit, intestato patre mortuo agnatis defertur tutela.
quæ verba resoluuntur in conditionem, si pater mortuus
fuerit intestatus. l. à testatore. ff. de condi. & demon. & ta-
men ibi text. subdit, Intestatus autem videtur nō solum is
qui testamentum non fecit, sed & is qui in suo testamento
liberis suis tutores non dederit: quantum enim ad tutelā
attinet, intestatus est. cuius est similis text. institut. de legi.
tutela. §. quod autem. & ita ad propositum nostrum tenet
Rapha. Fulgo. in l. generaliter. in fi. princip. & in l. si mater.
etiam in fine principi. C. de institut. & substitut. sub con-
ditio. factis. quem in terminis nostris refert & sequitur
Soci. qui dictum hoc per multa quæ allegat, comprobat.
consi. 92. incip. in causa domini Antonij, col. 12. versi. suc
cedit autem tertia difficultas. vol. 3. quam etiam opi. in cō
sulendo tenui suprà consi. 17. vers. 1. & consi. 24. versi. 10.
23 † Itaque si dicimus prædictam dominam Margaritam nō
elegisse ad dicta bona sæpe dictum dominū Galcerādum,
eligendo sibi eum hęredem vniuersalem (pro vt & credo
per suprà proximè dicta) adhuc in illo casu prouisum fuit
à dicto Iuffredo testatore, qui (vt suprà in themate diceba
tur, & suprà proximè) in dicto casu substituit prædictum
dominum Galcerandum per vulgarem & fideicommis-
sariam, cum esset maior filiorum tempore quo decessit te
stator sæpedictus. Et sic licet hæredis institutio sit in casu
quasi caduci, vt C. de cadu. toll. l. vnica. §. pro secundo. atta
men locus est substituto. vt in dicto. §. pro secundo. ma-
ximè quia dictus dominus Galcerandus fuit, vt prædixi,
vulgariter substitutus dictæ quondam eius matri, & sic hę
reditatē consequitur ex dicto testamēto, l. Thais. §. Spen-
dophorus. vbi Alber. & doctor. ff. de fideicommiss. liber.
tex. est in l. s. vbi etiam doctor. ff. de his quæ pro nō scrip.
habent. & in præallegata l. vnica. §. in primo. de cadu. tollē.
& in l. si pater. & ibi dominus meus Iason, post gl. & Bar.
in verbo, existat. ff. de vulgar. & pupill. vbi etiam not. ꝙ si
vitiatur primus gradus institutionis, potest incipere testa-
mentum à vulgari substitutione: & hoc etiā dicit esse cla-
rum, pro vt est, quia de hoc est tex. in l. 3. §. fi. ff. de liber. &
posthum. & in terminis nostris quòd substitutio vulga-
ris non expiret moriente hærede ante testatorem, tenuit
Bar. in d. l. si pater & in l. Gallus. §. quidam rectè, prima co
lumna, versicul. tertius modus. ff. de lib. & posthu. & in l. 1.
in prima quæst. secūdi effectus substitutionis vulgaris, vbi
etiam dominus meus Iason col. 15. versi. circa primā quæ-
stionem. Bar. ff. de vulg. & pupil. & sequitur, Paul. de Cast.
consi. 50. incip. super primo dubio dicendum est, &c. Est
enim substitutio vulgaris. secunda institutio, quæ à quoli
bet fieri potest cuilibet, pro vt illā diffiniendo scripsit do
minus meus Iason in d. l. vnico, col. 3. versiculo extra glos.
Bar. examinat. & latius prosecutus sum suprà consilio pre
24 cedenti, versi. 2. & per totum consilium. † Nec obstabit ꝙ
sępe dictus dominus Galcerandus non fuerit substitutus
in casum quo præmoreretur eius mater hæres instituta:
quoniam licet posset etiam dici quòd imò substitutio vul
garis facta in vnum casum expressè, comprehendit alium
casum, & generaliter omnes casus qui possunt adaptari,
eò quia in substitutionibus directis larga fieri debet inter-
pretatio, & extensio, vt abundè cōprobat dominus meus
Iason in sæpe dicta l. j. col. 5. vers. successiuè quærit Bar. ff. de
vulgar. & maximè quia non solum habet illa duo capita,
si voluerit, vel potuerit hęres esse, verum etiā habet hoc
caput si noluerit, vel alium hæredem non fecerit, vt in l. cū
proponas. C. de hæred. instituen. & in l. si paterfamilias. ff.
eo. tit. & instit. de vulga. & pupill. §. fi. & not. Bar. in l. 1. prę
allegata. vbi etiam moder. in 4. q. principali. ff. de vulg. &
pupill. & ita etiā tenui in d. consil. præcedēti vers. 3. quæ ta
men videntur superuacuè dicta, attentis verbis dictæ sub-
25 stitutionis in principio thematis insertis. † Nec etiā obstat
quòd prædicta domina Margarita hæres fuerit instituta
ad vitam suam contra l. hæreditas ex die. & quod ibi nota.
docto. ff. de hæred. instit. Quanuis enim dubium sit vtrū
institutio huiusmodi facta à pagano valeat, concludunt at
tamen omnes doct. ibi, valere institutionem huiusmodi
quæ fieret à milite, per text. in l. miles. ff. de testa. milit. &
in l. in fraudem. §. pen. & vtrobique docto. eo. tit. not. Alb.
& post eum Saly. vbi etiam hoc ampliat in pagano. C. de
hęred. instit. & not. Ioan. de Imo. omnino in d. l. hęreditas
ex die. potest enim miles facere vnam institutionem in
vita vnius, & secūdam institutionem post mortē instituti,
vt in l. miles. & l. in fraudem, suprà allegatis. & ita etiam te
26 nui suprà consil. 24. versi. 1. & seq. † Et ad hoc facit quod
not. Bar. in l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2.
vbi dicit, quòd electus & nominatus vigore primi testa-
menti, videtur esse nominatus & electus in ipso primo
testamento, quem refert & sequitur do. meus Philip. De-
cius cōs. 251. incip. in causa magnificæ dominæ col. 2. ver.
non obstat alia reseruatio. ibi: facit quod not. Bart. &c. vol.
27 2. † Cum ergo d. magn. dominus Michael, & alij fratres
eius voluerint, & promiserint, ac etiam iurauerint esse cō
sentii illa portione quæ per d. donatores eis assignaretur, &
si minor, esset eorum legitima (vt in themate est præmis-
sum) fueritque eisdem assignatio facta per eorum patrem
in suo

in suo testamẽto, qui, vt sępe dictum est, decessit vltimus
ex donatoribus, videtur ipsum dominum Michaelem &
fratres eius assignationi huiusmodi contradicere non pos
se, vel cõtrauenire, attentis renuntiationibus & iuramẽto,
alijsque in themate præmissis. Quandoquidem renuntiã
tibus iura sua non datur amplius ad illa regressus, vt sunt
de hoc iura vulgaria. Quinimò ex quo renuntiauerunt
expressè suæ legitimæ, vel querelę, non potest huiusmodi
renuntiatio reuocari, vt per Bald. in l. fi. col. 2. versic. etiam
28 quæro, &c. C. de repud. hæred. † Fateor quòd si dominus
Ioffredus de portione quam in donatione sępedicta reser
uauerat, in ipsius domini Michaelis fauorem & fratrum
eius aliquid ordinasset aut disposuisset, potuissent illud cõ
sequi, non obstante renuntiatione prædicta. Quandoqui-
dem renuntiatio secundum magis communem opinio-
nem, comprehendit solum successionem ab intestato, &
non ex testamento, vt not. Bal. in l. fi. col. 4. versi. venio ad
secundam principalem quæstionem. vbi etiam do. meus
Iason col. 7. & seq. C. de pactis. & not. Fely. in c. si diligẽti.
col. pen. ext. de foro compet. allegat Bald. in c. ad nostram.
ext. de iureiur. de quo videatur omnino do. meus Ias. in l.
stipulatio hoc modo concepta. col. 7. versi. secundo, & for
tius amplia. ff. de verb. oblig. dixi in consi. illustrium fratrũ
Cardonę, in 4. dub. versi. 41. not. Franc. de Aretio, consi.
17. & 92. & do. meus Philip. Decius, consi. 266. versicu. 4.
volu. 2. Intelligitur etenim talis renuntiatio, si pater perse
uerat in dispositione priori, secundum dominum meum
Iason. in dicta l. stipulatio. quare non impedit quo minus
pater instituere possit renuntiantem in suo testamẽto, vel
aliter ei benefacere. & not. Fely. & dominus meus Iason,
vbi supra: allegat Bal. in d. c. ad nostram. pro quo facit text.
in c. 2. de renun. li. 6. & prosequitur dominus meus Iason
29 in præall. l. fi. col. 4. in so. nota. C. de pact. † Ex his constat
quòd etiã quoad bona quæ fuerunt in libera dicti Ioffredi
dispositione, d. dominus Michael, ex ipsius Ioffredi patris
testamento nihil plus consequitur quam illas centum li-
bras, quę sibi fuerũt per ipsum assignatę pro sua portione.
Nec etiã ab intestato, vbi dictus dominus Ioffredus testa-
tus nõ fuisset, aut nulliter, vt suprà monstraui. Et maximè
quia renuntiatio, quã dominus Michael & eius fratres fe-
cerũt in donatione sępedicto domino Galcerando facta,
successionẽ ab intestato comprehendit, vt omnes admit-
30 tunt. † Nec dicatur assignatam non fuisse per patrem dicto
domino Michaeli & alijs eius fratribus portionẽ dictorũ
nonaginta mille solidorum: non enim per testamentum,
quod donationẽ pręfatã dicitur præcessisse. Quamuis. n. te
stamentũ illud appareat longè ante obitum patris factum
fuisse non tamẽ per illud tempus intermediũ quadraginta
vel quinquaginta annorum, quod inter conditũ testamen
tum & Ioffredi mortẽ affluxit, reuocatum fuit testamen-
tum, et si postea factus fuisset testator locupletior, vt not.
singulariter Pau. de Cast. in l. Sancimus. C. de testa. in his
etenim in quibus mutata nõ est voluntas testatoris, durat.
l. fideicõmissa. §. si rem. ff. de leg. 3. Notat Bal. in l. Lucius,
ad fi. de leg. 2. & Fran. de Are. in l. j. col. 2. ad fi. ff. de acquir.
poss. & in l. gerit. vbi ẽt moder. ff. de acq. hære. quod tamẽ
non affirmo, nec pono pro cõstanti propter ea quę scripsi
31 in cõs. 97. ver. 5. † Nec dicatur etiã assignationẽ hanc legiti
mam non fuisse, cum de quatuor mille & quingẽtis libris
quas sibi reseruauerat, assignauerit duntaxat singulis filio
rum cẽtũ libras, presertim ꝙ ex pacto debebat illas 4500.
libras inter eius filios distribuere, vt præmissum est in the
mate. Respondeo etenim ꝙ ex dicto themate constat, ꝙ
solos 60000 solidos donatores tenebãtur inter suos filios
distribuere in totũ vel in parte: reliquos aũt 30000. soli-
dos sibi reseruauerant ad suas omnimodas volũtates faciẽ
dum, vt ex dicto themate patet. Sed ego habeo ꝙ ex quo
potuit assignatio fieri dictis Michaeli & fratribus de parte
dictorũ 60000 solidorũ, illa fuit legitima & cõformis pa-
ctis conuentis, si dimidiũ dictorũ 60000. solidorũ cõtine
bat, per ea quæ not. doct. in l. si vnquã. C. de reuocã. dona.
vbi dicunt, ꝙ partis appellatione intelligitur in dubio de
dimidia, per tex. in l. nomen filiorũ. §. portionis verbo. ff.
de verb. signi. glo. est not. in Cle. 1. in ver. aureorũ de foro
compe. & not. doct. in c. 2. de censi. li. 6.

Cum ergo dictus quon. Ioffredus & vxor eius tempore
eorũ vitæ assignassent Elisabet filiæ suæ 30000. solidos, &
Ioffredus qui cõdonatrici superuixit assignauerit singulis
filijs cẽtũ libras, quæ cõstituũt duos mille solidos, apparet
assignationẽ sæpedictã excessisse dimidiũ illorũ 60000.
solidorum, & per consequens impugnari non posse, vt su-
32 pra dicebamus. † Et si dicamus ꝙ Michael sæpe dictus vo
luit & promisit esse contentus assignatione quam dona-
tores, aut Galcerandus respectiuè facerẽt, vt suprà diceba
tur in themate: post quam quidẽ donationẽ licet dñs Mi-
chael prætendat nullam fuisse factã distributionem. atta-
men dico ꝙ ex quo testamentum robur accipit à morte
testatoris, iur. vulg. vnde non consideratur quãdo factũ est
testamentum, sed quando vires sumpsit, vt tradit Bald. in
l. si is qui tres. in versi. Idẽ euenire. ff. de excus. tutor. Ita ẽt
no. Bar. cons. 77. incip. pater filio emancipato. Guido papę
consi. 147. versi. 4. vol. 2. & Soci. consi. 123. incip. viso cõsi.
ad princ. vol. 3. vbi dicunt ꝙ licet disponat quis in suo te-
stamento de re aliqua, non dicitur de illa in vita sua dispo
33 nere, sed post eius mortem. † Nec obstat ꝙ verba contra-
ctus videntur futurũ sonare. dum dicitur de diuisione &
assignatione quæ fieret: quoniã licet fuisset testamentum
pri' factũ, ex quo mutari poterat quoad illos 60000. mil-
le solidos vsq; ad mortẽ testatoris, facta fuisse censetur assi
gnatio tempore mortis testatoris, vt in præcedenti ver. di
cebamus. Et aliàs futurum trahitur ad præteritum, vt tra
dit Bar. in l. si seruũ. §. fi. ff. de acqu. hære. & Bal. in l. si ita. §.
34 si pater. ff. de leg. 2. per l. si iam facta. de cõdi. & demõ. † Et
si pertinaciter insistatur ꝙ pater nullã aliã fecerit assigna-
tionem, vltra illã quã fecit d. Elisabet, clarũ est tñ ꝙ ex pa
cto expresso. de quo in themate, pòt illã facere dictus Gal
cerandus: qui si portionẽ singulis filijs assignatã à patre de
signet eisdẽ, non est vnde cõqueratur, aut vnde reclamare
possit. maximè ex quo tenetur ex dicto pacto illi stare: &
aliàs qui alterius declarationi stare promisit, videt ipsum
elegisse vt bonũ virũ, nec ab ea reclamare poterit, sm Bal.
35 in l. pen. ff. de arbi. † Nec obstat ꝙ d. dñs Galcerandus non
declarauerit: quoniam ex quo fuerat dicta assignatio facta
per eorum patrem, clara erat cuiuslibet portio, & sic opus
non erat declaratione, quæ solũ in dubijs cadit, vt no. doc.
post gl. in l. si sic stipulatus. vbi ẽt Alex. ff. de verb. oblig. &
in l. si mihi & tibi. §. fi. eo. tit. Cum. n. tempus nõ fuisset d.
domino Galceran. per contrahentes assignatũ, intra quod
declarationem prædictam facere deberet, non potuit ipse
dñs Galcerandus in mora dici, maximè qui non fuit interr
pellatus à partibus: & aliàs declaratio fieri potest etiã post
terminum, vt not. Bald. in l. hæredes palam. §. sed si morã.
ff. de testamẽ. Pau. de Cast. in l. si ita stipulatus. vbi omnino
Alex. ff. de verb. oblig. Idem Alex. in l. ius ciuile. ff. de iusti
36 tia & iure. † Nec obstabit etiã longi temporis lapsus quo-
niam vt Bal. vbi suprà voluit, iuri declarandi non præscri-
bitur, vt not. idem. Bald. in l. petens, colu. 3. C. de pactis. &
sic remanebit firma decisio suprà facta, ꝙ dominus Mi-
chael consequi potest ex persona sua duntaxat illas centũ
libras, quæ sibi fuerunt assignatæ à patre, & in alijs eius bo
nis succedit sępedictus dominus Galcerandus: qui licet sit
donatarius omnium bonorum præsentium & futurorũ
dictorum donatorum, potuit attamen per eosdem insti-
tui etiam in rebus sibi donatis, per text. in l. fideicommis-
sa. §. si rem. ff. de leg. 3. & l. vnum ex familia. de leg. 2. & in-
sti. de lega. §. non solum. cum similibus. Et dictus domi-
nus Michael successione ab intestato non potest inniti:
quoniam, vt diximus suprà versi. 19. ipse confessus est iudi
cialiè dominum Galcerandum esse patris hæredem ex te
stamẽto illius: & quandiu est possibile ꝙ succedatur ex te
stamento, nunquã habet locum successio ab intestato, l. cũ
testamentum. C. de iur. & fact. ignor. vbi dominus Iason.

37 † Sed restat in casu nostro scrupulus de successione Ioan-
noti & Francisci, qui post eorum patrem decessisse præ-
supponuntur: & dico ꝙ non obstante renuntiatione quā
fecit dictus dñs Michael, succedere non prohibetur eisdē,
quia illa fuit limitata ad successionem paternam & mater
nam, vnde per illam non excloderetur à suorum fratrum
successione, vt tradit in terminis Ang.consi.52. incip.do-
minus Gilius.versi. nec obstat quòd refutauit, &c.& lequi
tur.Alex.in.l.1.§.veteres.col.9.versic.expressus Ang.ff.de
acquiren.posses.vbi multa alia similia adducit.& in termi-
nis tradit Pau.de Cast.in l. Paulus.aliàs, per procuratorem.
§.1.ff.de acquir.hære.vbi dicit ita cōsuluisse Oldra. in ter
minis, & sequitur Franc.de Aret.ibi per tex.in l.qui filij.ff.
de his quibus vt indignis.& consi.161.incipit, in præsenti
cōsultatione.vbi etiā ampliat vt procedat etiā si patris vel
matris hæreditas adita non fuisset, & ita concludit Roma.
cōs.168.inci.circa primū.Benedi. Capra cons.12. inci.etsi
viso. Philipp.Cor.consi.305.incip.in hac cōsultatione.per
totum, vol.4.dominus meus Philip.Dec.consi.230.& ple
nius consi.266.vol.2.Guido papæ in decis.Delphi.q.231.
38 & domini Tolosani, q.457.† Vnde dico dictum dom. Mi
chaelem, qui fuit à Francisco hęres institutus, vt est dictū,
succedere illi insolidū.& Ioannoto pro sua virili. Quoad
verò successionem dictæ Elisabet, nihil prætendere po-
test, quoniam in illis quindecim mille solidis de quibus po
terat disponere, matrem suam reliquit hæredem, vt suprà
dictum est in themate: & alij quindecim mille ad dotan-
tem erant reuersuri, ipsa sine liberis decedente.& sic casus
39 est clarus quoad vtrunque.† Restat adhuc vnus scrupulus,
quoniam prædictus dominus Michael in huiusmodi casu
petit à domino Galcerando fratre suo tanquam hærede
vniuersali patris rationem, & reliqua administrationis bo
norum suorum aduentitiorum, & Francisci eius fratris, cu
ius (vt dictum est sæpè) est hæres. Cogitare non possum
vbi fundetur ista prætensio.quoniam Baldus in lege.cum
oportet.§.non autem.versi. ratiocinia. C. de bon. mater.
& doct.ibi, per illum tex. dicunt quòd pater non tenetur
reddere administrationis suæ rationem.& ad hoc est text.
in l.fi.§.paterna.vbi etiam doct.eod.tit.& in l.tres fratres.
ff.de pact.est enim pater administrator corporum & bo-
norum suorum filiorum.vt est tex.& ibi not.doct. in l.fi.
C.de testa.mili.& in l.cum filiusfa.ff.eod.tit.& in l.2.ff. de
testa.tutela.& in l.1.& per totum.C.de bon.ma.vbi plenè
Io.Fab.Cy.Bar.Bal.Al.Sal.& moder.Et dicit tex.in dicta
l.cum oportet.§.non autem.ꝙ pater habet administratio-
nem illam filij habitu & actu, licet illam non recipiat per
decretum. Ita ꝙ inuentarium facere non tenetur, pro vt
etiam dicit Bal.in dicto §.non autem.& in auctén.ea quę.
C.de epi.& cle.& not.Franc.de petru. in tract. de duobus
fratribus, part.1.quæst.49.& intantum habet pater admi-
nistrationem bonorum filij, quòd illi præiudicari posit
in ipsis bonis, vt est de hoc gloss.notab. quam ad hoc not.
doct.in l.de re.ff.de transact.nec etiā tenetur (vt prædixi)
reddere rationē suæ administrationis, quòd etiam voluit
Bal.in l.filiæ.ad fi.C.fam.ercis. paterna etenim reuerentia
ipsum excusat à reddenda dicta ratione, vt dicit tex.in præ
alleg.§.paterna.& est de hoc glo.notab.in l. orphanotro-
phos.C.de episc.& cler.& prosequit abūdè Soc. cōsi.254.
incip.visa, &c.col.2.versic.ex quibus infero.&c.volu.1.&
40 Frāc.de Aretio, cōs.71.† Ad quadraginta aūt mille solidos,
quos prætēdit in testamento & codicillis matris suæ do.
Michael sibi fuisse relictos: Aut.n. petit illos vt portionē
sibi à matre relictam de illis 60000.solidis, & hoc nulliteȩ
quoniam per vtrunq; debuit fieri dicta assignatio, ex quo
tunc viuebat vterq; donator, vt constat ex allegatis in the
mate: aut verò petit vt legatū à dicta sua matre sibi factū.
& licet plusculum coloris; habeat; quanuis.n.testatrix er-
rās res alienas legauerit, vtpote quas in filiū donatione sæ-
pedicta trāstulerat, qui error regulariter legatū reddit inu
tile.C.de leg.l. cum alienā: quia tñ bona legata sunt scripti
hæredis, in quibus testatricis error (quæ illa bona tanquā
sua legauit) attendi non solet vt obsit legato.l.vnum ex fa
milia.§.si rem tuam.ff.de lega.2.poterat fortasse videri nō
obstare testatricis errorē, quo minus legatum huiusmodi
41 præstare teneretur hæres d.d.Michaeli.† Ego verò teneo
nō valere legatū hoc, quia certa est atq; cognita causa quę
testatricē in errorē induxit: putauit etenim res emptas ex
pecunia redituū vsusfructus sibi retenti vsq; adeò suas esse,
vt non modo viuens contrahendo, sed ēt moriens legādo
de illis veluti de proprijs nominatimq; retentis bonis di-
sponere posset. In quo multum eam fefellit opinio: non.n.
solū res illæ ex fructibus profectę, sed fructus ēt ipsi ab ea
percepti, post mortem illius ad alterum donatorem qui ei
superuixit, & demum post ipsius Ioffredi decessum ad sæ
pedictū donatarium pertinent, vt abundè suprà versi.6.&
8.monstrauimus. Quamobrem cum is error causam de-
derit legato perspicuam, non est coniectura voluntatis su
menda ex coniunctione, aut pietate, præsertim contra fi-
lium hęredem, qui eodem coniunctionis fauore prędituu
est pro vt not.Bal.& Pau.de Cas.per illum tex.in l.cum pa
ter.§.euictis agris.ff.de leg.3.sed nec ex eo ꝙ quantitas le-
gata erat in bonis scripti hæredis. Tum demum etenim lo
cus est cōiecturę, cum in hoc solam testatricem errasse vi
demus, quā autem ob causam errauerit ignoramus, vt ait
gl.singularis in l.si domus.§.de euictione.ff.de le.1: quam
doct.ibi communiter, & in l.cū alienam, pręallegata, & in
plerisque locis sequuntur.& est tex.in l.Sticho.ff.de vsufr.
42 legato. † Quòd si quis causam erroris suprapositā arbitrio
nostro fingi putet, aut omnino nō errasse testatricem, sed
scienter legasse bona hæredis, adhuc tamen idem respon-
dendum arbitror.inutile.s.esse legatum hoc de quo quæ-
rimus.habebat.n.duntaxat testatrix vsumfructum cū ma-
rito communē seu potius plenū dominiū, quod in omne
tempus vitæ suæ sibi retinuerāt donatores. Siue igitur sciē
ter, siue ignoranter legatum hoc fecerit quantitatis prædi-
ctæ, id solum ius ꝙ in rebus legatis habebat (quanuis eius
morte resoluendū & finiendū esset) intelligitur legasse: &
non vltrà ipsum hæredem onerasse credendum est, vt est
tex.præalleg.l.Sticho.& ibi Bar.Idem & moder.in l.ꝙ in
rerum.§.1.ff.de leg.1.& prosequitur abundè dñs meus Ia
son in l.seruum filij.col.3.versi. ex hoc infertur corolariè.
ff.eodem titulo: vbi etiam ampliat hoc dictum, etiam si le
gās haberet solum ius in re vel ad rem: & hoc non solum
si ius illud haberet actualiter, sed etiam si consistat habitu
vel in potentia, vel de futuro. Idem dominus meus Iason
in l.serui electione.§.cum fundus.eodem titulo de legatis
1.& notat Baldus & Paulus de Cast.in l.vxor patrui.C.eo
43 dē tit.de leg.1.† Nec dicatur valuisse legatū huiusmodi sal
tem vsque ad illos quindecim mille solidos, quos ex hære
ditate Elisabet filiæ suæ consecuta est dicta testatrix, quan
doquidem quantitas illa ad sępedictum do.Galcerandū, tā
quam bona futura ex verbis donationis est deuoluta (vt su
prà deductū est & mōstratū clarissimè) habebatq; solū in
illis dicta testatrix plenū vsumfructum (si in pecunia cōsi-
stere pōt vsusfructus, qui potius vsus est dicendus.) Vnde
prohibita est d.mater de illis 1500. solidis disponere sicut
& de bonis futuris, vt notat Bal. in l. si ante matrimoniū.
C.de donat.ante nupt.& melius And.sicul.cons.37.ver.7.
vol.1. Nec etiam d.do.Galcerādo nocet, quòd matris eius
sit hæres, cum hæreditatem illius acceptasse mihi præsup-
ponatur cum inuentarij beneficio.

Ex quibus resoluendo totā præsentis cōsilij massam in
vnam summā, concludo sæpedictum dominū Galcerandū
vigore præmentionatæ donationis succedere in bonis in
eadē cōtentis & expressis, ac ēt in illis, quę donatores prę
dicti quomodocunq; quęfuerunt: pręterquā in illis centū
libris, quę singulis fratribus assignatę fuerunt per patrem,
in quibus ipse domin. Michael ex persona sua & Francisci
fratris sui successit in ducētis libris, & ex persona Ioānoti
ab intestato defuncti succedit pro virili. Et ita vt est dictū
& cōclusum suprà, decidebam & resoluebam, saluo &c.
Barchinonæ 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MAtrimonium est validum contractum per filium aut filiam absque suorum parentum cōsensu, vel contra eorum voluntatem. & nu. 2.*

3 *Filia quę contra patris voluntatem matrimonium cōtraxit, de iure commun non potest exhæredari, vel priuari alimentis sed tenetur pater illi dotem congruam dare (nisi fortè nubat indigno) Et si ipsa filia dotem sibi ipsi constituat, quæ suam legitimam non excedat, tenetur ad illius solutionem pater eodem iure. & nu. 20.*

4 *Lex municipalis, aut statutum, vel consuetudo priuans filiā successione parentū & alimētis, quādo nubit ante 25. annū contra eorū voluntatē, an valeat. Et an dicātur esse contra ecclesiasticā libertatē, vel matrimonii. & nu. 5.*

5 *Statutum, aut lex municipalis disponens contra substantiam matrimonij licet non valeat, attamen valeret quādo ex iusta causa infligeret certam pœnam aliqua matrimonio contrahentibus, quamuis aliàs licita.*

6 *Statuere prohibitus super aliqua materia ex defectu potestatis potest nihilominus statuere super illa re, fortificando ius commune.*

7 *Parentum consensus, quem ius ciuile introduxerat in cōtrahendo matrimonio, quamuis sit de iure canonico sublatus quoad validitatem matrimonij, vt suprà dictum est: attamen non sunt sublatæ pœnæ per dictum ius ciuile contra filios huiusmodi inflictæ.*

Nubentes secundo infra annum luctus quamuis de iure canonico pœnam infamiæ per ius ciuile inflictam euitant: attamen pœnā l: fœming. C. de secund. nupt. & alias in fauorē filiorū primi matrimonij per dictum ius ciuile contra huiusmodi secundo nubentes inductas incurrunt.

8 *Consuetudo de qua suprà ver. 3. diximus, valet quicquid sit in statuto: & quare. & nu. 9.*

10 *Annus incœptus an & quando habetur pro completo & de iure ciuili filia adulterans ante 25. annum completum potest exhæredari & nu. 11. 12.*

11 *Genitiuus casus in aliqua oratione positus, tempus denotat perfectum.*

13 *Alimenta denegari possunt ex eisdem causis, ex quibus potest exhęredari ita quod pro illis consequendis tunc cessat omnis actio, & iudicis officium.*

14 *Filius aut filia si habent vnde se alant, non possunt alimenta petere à patre, vel eius hærede, etiam si ex suo industria, & non alias possint illa consequi. Et hoc etiam casu cessat iudicis officium.*

15 *Maritus ad alimenta tenetur vxori, non propter dotem quæ sibi datur, aut promittitur, sed quia sic est ab eo alimentanda, etiam si dotem non recuperet maximè si cohabitat marito eidem cooperando.*

16 *Cōfessio ignobilis qui nupsit cū nobili, vel senis qui cū puella nupsit, de dote recepta, valet & est obligatoria, quāuis illā vel tantū quantū sunt cōfessi nō receperint, quia facta præsumitur in recōpensationē nobilitatis, vel adolescētię.*

17 *Litis pendentia super dote vel alimentis, impedit ne in alio iudicio peti possint.*

18 *Filia quamuis à patre potuisset exhæredari, si tamen aliquid ei relinquet in suo testamento, poterit legitimę supplementum petere, etiam si in illo iussa sit esse contenta dicto relicto, & quare.*

19 *Clausula tunc, & eo casu, facit conditionem.*

20 *Actionem qui habet ad rem aliquam consequendam, rem ipsam habere censetur & nu. 23. 24.*

21 *Alimentorum causa licet habeat multa priuilegia, non tamen habet quòd in diuersis foris aut iudicijs peti possint.*

23 *Debitor tutus exceptionis ope, non est propriè debitor.*

Maritus alimētare tenetur vxorē ēt si dos quā ipsa sibi cōstituit, aut pater, aut alius cui dotādi onus incumbit, soluta nō fuerit, si ipsi qui dotē promiserūt soluendo nō sint.

25 *Actionē cedēdo liberatur, qui tenetur ex eo quia illā habet.*

26 *Alimenta quando debentur officio iudicis, tenetur alimentatus præstare operas alimentanti.*

27 *Status causa durante licet filius qui est in quasi possessione filiationis, alimentis priuare non debeat. si tamen fuerit super ingratitudine causa & quæstio. & pars altera sit in quasi possessione contraria ingratitudinis, non tenetur ad alimenta illa causa durante.*

CONSILIVM XXXVIII.

A Quodam amico requisitus, cui me sua beneficia demeruerunt, vt postposita amicitia (quā vsq; ad aras seruari debere Socrates philosophus dicebat) dubia sequētia sēm veras iuris decisiones resoluerē; Primò vtrū filia contra voluntatē patris de iure cōmuni matrimoniū contrahere posit. Et vtrū valeat in contrariū statutū, vel cōsuetudo, vel patriæ lex municipalis: & quid si statuat duntaxat q huiusmodi filia quæ ante 25. annū sine patris sui volūtate nupserit, ab ipso posit exhæredari, vel priuari alimentis.

Secūdò præsupposito q huiusmodi filia per legem municipalem aut consuetudinem priuata non esset alimentis, vtrum ius petendi illa sibi competat aduersus fratrem eundemque patris hæredem. Et an sibi ad id competat actio seu iudicis officium, attento quòd dicta filia maritū habet diuitem, qui multa bona posidet.

Tertiò, an saltē dictæ filiæ alimenta petenti obstet exceptio litis pendentiæ super dote, in curia Romana per dictam filiam & eius maritū contra patrem suscitatę. & post eius obitum contra suum hęredem continuatę, pręsertim quòd in illa iudicio petijsse dicitur alimenta.

Quartò, ex quo pater (qui ex constitutionibus Cataloniæ, quę sunt leges factæ in generalibus curijs, dictam suā filiam poterat exhæredare) reliquisse dicitur eius filiæ sæpe dictæ in charitatem, &c. certam pecuniæ quantitatem, ea tamen expressa conditione, q ipsa infra mensem diffinitionem generalem faceret hæredi in ampla forma: alias d. pater volebat relictum illud haberi pro non facto: quæritur an posit d. filia nihilominus agere ad legitimæ supplementum.

1 † Post imploratum ergo diuinum auxilium, breuitati studens, quoniam sēm rogatus decisiuū consiliū reddere: quare licet possem in hoc cōsilio procedere absq; iurium & rationum allegationibus, pro vt voluit Speculator in tit. de alleg. & dispu. §. porro. vers. in summa. attamē decisiones nostras per leges & iura, & optimas doctorum determinationes roborare cōstitui: præsertim q hoc cōsiliū ad alios scio deuenturū, qui de me talē fortè ipēnō cōcipient, qualē dnm cōsulentē habere cognoui: qui mea responsa iudicat Apollinis esse oracula. Quoad igitur quæsiti primi mēbrū primū, dico indubitatū esse q ad matrimonij validitatē parentū necessarius non sit consensus: nec ēt valet statutū, aut consuetudo in contrariū (loquor de illis quæ circa matrimonij huiusmodi validitatē disponerēt.) ita disputādo not. Ioā. And. in c. statutū. vers. & facit hęc de cteralis ad quæstionē. de hære. li. 6. dicēs, q leges correctæ sunt, quæ in matrimonio per filios cōtrahendo, requirūt ipsorū parentū consensum, quoniam filiusfa. de iure canonico matrimoniū contrahere potest absque parentū consensu, vt per gl. 32. q. 2. c. fi. quę dicit expresè q secundum canones filia nubere pōt præter aut contra suorum parentum voluntatē: & q corrigitur illud quod dicitur institu. de nupt. in prin. & ad hoc est gl. pec. in c. 1. ext. de despon. impub. vbi Abb. post illā dicit, q validum est matrimonium per filiam sine consensu patris contractum. & ita cōcludit gl. in l. Paulus. ff. de sta. ho. & sic à fortiori infert non valere statutū in contrariū, & sequitur Gemi. ibi. col. 2. & Anch. & Abb. in c. ecclesia sanct. Ma. column. 8. versic. ad prædicta adde. ext. de consti. & in c. 1. vbi do. Ant. & post eum Fely. cul. 5. ver. tractant hic sulennitur omnes. ext. de

ſponſa.ita ẽt not.Alex.in rubr.ff.ſol.matr.& in l. Seius Augerio. ad princ.ff.ad l.falcid.vbi refert ita ſe cõſuluiſſe pro vt etiã conſuluit conſi.97.incip.principalis dubitatio. vol. 1.& conſi.366.incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ contra Anto.& conſ.1.col.7.vol.3.cum infinitis concordantijs quas ibi allegat,quẽ refert & ſequitur do.meus Iaſ. in l.s.§.huiꝰ ſtudij.col.3.ver.quid aũt de matrimonio,&c. ff.de iuſti.& iure.& ſequitur Abb.Siculus cõſ.12.incip.vt
2 clare,&c.vo.1. †Quamuis.n.videatur lex huiuſmodi municipalis,aut cõſuetudo rationabilis,pro vt not.Bal.in rub. ext.de conſti.ad fi.& in c.clerici. ad prin. ext.de iudi.& in c.tenor.ad fi.de re iud.& in l.omnem.ad fi.C.ad Tertul.& in l.1.præalle.§.ius naturale.ff.de iuſti. & iure.& omnino Bath.conſ.vlt.vol.2.attamen dicunt omnes non eſſe ſatis ſubeſſe rationem ex quo deficit poteſtas,quia in quolibet actu voluntas & poteſtas requiritur ca. cum ſupra.ext. de offi.dele.l.cũ te.& ibi Bal. C.de don.ante nupt.& l.nolle. vbi etiam Bal.ff.de acqu.hære. cum ſimil. per quæ decidi videtur primi quæſiti huius princip.

Aggrediamur ergo ſecundam partem primi dubij,quę pluſculum videtur habere difficultatis, videlicet ſi filia nubat contra patris voluntatem,vtrum poſsit ab eo exhæredari,vel priuari alimentis. Et ſm puram iuris communis diſpoſitionem videtur eſſe dicendum ꝙ non, modũ non poſsit exhæredari,vel priuari alimentis à patre.Quinimo quòd pater tenetur,aut hæres eius,eam dotare(ſi nõ nupſerit indigno)ſecũdum gloſ.in c.de raptoribus.36.q.1.& in c.accedens.vbi etiam Ioan.And.& docto.ſuper gl.fi.extrà,de proc.& not.Guil.de Cugno. & Bar.in l.obligamur. §.1.ff.de actio.& obliga.quod eſt verum etiam ſi maritus eſſet inferioris conditionis, ex quo non eſt indignus turpi indignitate: ſecundum dominum Anto.& modern.in allega.c.accedens. Fateor ꝙ ſi filia nuberet inferioris conditionis homini,pater poſſet minorem dotem dare ex cõditione perſonæ,per ea quę not.doct.in l.poſt diuortium. in §.gene.ff.de iure do.iuncta gl.in l.ſi volũtate.ff. de dot. promiſ.Redeũdo igitur ad propoſitũ in pura iuris cõmunis diſpoſitione,dico in caſu noſtro filiam dotẽ,conſequi deberi quia ipſa ſibi dotẽ conſtituit quã marito promiſit: quia pater filiã dotare tenetur,licet illi promiſsioni non cõſenſerit, ex quo filia per hanc promiſsionem à dotandi debito releuat patrẽ: quare tanquã in rem patris vertatur iſta promiſsio,tenebitur pater de in rẽ verſo.Ita dicit Bar. in l.obligamur.§.1.ſuprà alle.per tex.in ſimili.in l.& adeò. §.fi.& in l.filius.ff.de in rem verſo.& ita not. Bal. Ang.& Ioã.de Imo.in l.mulier.§.pen.ff.ad Trebel.not.Pau.de Ca. conſi.131.Fulgo. conſi.etiam 531.& Abb.præalleg. cõſi.
4 11.vol.1.† Sed maior ineſſe videtur difficultas in caſu noſtro propter conſtitutionem Regis Iacobi , quæ vt ſuprà dixi eſt lex facta per Regem, cum conſenſu eccleſiaſticorum nobilium & plebeiorum : cui aſsiſtunt vſaticus Cataloniæ,qui etiam eſt lex patrię,& incipit exhęredare,per quę iura poteſt pater exhęredare filiam ante 25.ętatis ſuæ annum matrimonium contrahentem ſine ſuo conſenſu: qua ẽt ratione põt eã priuare etiã ſucceſsione matris præ-defunctæ.Vnde ſequitur ꝙ indubiè pater huiuſmodi filiã licite poteſt exhæredare,quia non debet homo clemẽtior eſſe quam lex,cum ſit ſatis ꝙ fuerit inſecutus obſeruantiã legis ſiue conſuetudinis ſuæ patrię.l.iubemus,vſq; ad fi.& l.ſi nõ ſpeciali.C. de inoſ.teſta.cum ſimil.Et an valeat huiuſmodi lex aut cõſuetudo: Et inuenio doctores in varias opin.ſuas ſententias ſcidiſſe.Etenim Io.And. in alleg.c. ſtatutũ.de hęret.li.6.diſputãdo concludit non valere ſtatutũ, nedum illud ꝙ diſponit circa vinculũ matrimonij , vt ſuprà cum ipſo concluſimus:ſed nec illud quod circa matrimonij ſolennitatẽ diſponeret,indicendo pœnam.Et exẽplificat in caſu noſtro , puta quando pœnam imponeret perſonis cõtrahentibus abſque parentum conſenſu, quamuis (vt ait) contrarium fuerit obtentum Bononiæ in publica diſputatione.& mouetur Io.And.inter cætera, quia licet fundatum ſit huiuſmodi ſtatutũ ſuper bono publico pro euitandis ſcandalis , & habeat in ſe iuſtam & optimã rationem,vt ſuprà ver.2.dicebatur:negari tamen non põt ꝙ ex quo metus pœnæ matrimonium impediret cõtrahi directè , ergo valere non debet.ſicut in ſimili dicitur in d. c.ſtatutũ.& facit c. gẽma.extrà,de ſpõ.vbi ne matrimonij libertas impediretur,prohibetur in eo pœna. & hãc opin. Io.Ang.tenent ibi Anch. do.Ant.Pau.& moder.in præal. c.1.de ſponſ.aſsignantes diuerſas rationes,quę in idem tendunt.& idem tenere videtur Ang.conſil.28.incip.Titius exiſtens,&c.Abb.d.conſi.12.vol.1.Fede.de ſenis cõſ. 36 aliàs eſt 35.incip.caſus talis eſt,&c.do.Anton.conſ.40. incip.uiſa forma contractus,&c.Anch.conſ.21. incip.pro ſolutione dubiorum,&c.& dominus Alex.præalleg.conſ. 366.quẽ dominus meus Iaſ.in d.§.huius ſtudij,ſuprà ver.
5 2.relatus(vt dixi)ſequitur.† Contra quorum ſententiã tenuerunt Bal.in rubr.ext.de conſtit. vbi, col.5. dicit, quòd licet in his quæ ſunt de ſubſtantia matrimonij,laici nõ poſſint aliquid ſtatuere, poſſunt attamẽ circa qualitates diſponere. Vnde ſi Reipub.intereſt.ne fiat ſcandalum in populo, tenet adiectio pęnæ:ſicut tenet lex ne malè moribus ciuitas informetur.l.1.C.de ſecund. nupt. & dicit ſe videre ꝙ homicidium eſt contra naturam , & tamen per accidens eſt permiſſum.23.q.7.per totum.Ita etiam plerunque magis conſideratur accidens , quàm materia, quia accidentia cauſam obũbrant & contegunt. l. 1.§. beſtias.ff.de poltu. & omnia iſta accidentia vocantur in iure qualitates: & ſecundum aliquos & ipſum dicũtur actiones, ꝙ & tenet in c.clerici.col.2.ext. de iudi. dicens ꝙ in hoc non matrimonium,ſed qualitas illius,ſ.clandeſtinitatis & corruptela impeditur: & allegat l.3.§.ſi emancipatus.ff.de cont. emp.ſecus(ait)ſi tangeret ſubſtãtiã matrimonij:quia tunc ſcilicet, in ipſum procederet dictum Ioã.And.in d.c. ſtatutum.ad hoc allegat Bal. præallegatus Arch. in c.boni principis.96. diſt.& c.Euphemium.2.q.3. vbi dicit,quòd laici quamuis non poſsint de matrimonijs diſponere, poſſunt tamen de acceſſorijs,puta de ſucceſsionibus,& dotibus. & ita nota. Ign.& Io.And.in c.1.ſuprà.alleg.extrà,de ſponſa. & Bald, expreſsè in c.tenor.de re iud.ꝙ in matrimonijs poteſt apponi pœna per ſtatutum ciuitatis,præter quam quoad impediendũ ſubſtantiam matrimonij,allegat Archid. ca.vbi neceſſe.30.q.2.Idẽ Bal.in l.omnem.C.ad Tertul.ad fi.dicens ſe credere ꝙ determinatio Io.And.in d.c. ſtatutũ,ſit vera, quia cõtrahere contra aut ſine patris conſenſu,eſt cõtra bonos mores omnium,maximè prudentium, & inducitur ex hoc odiũ capitale per d.§.ſi emancipatus.vbi habetur quod inducit cauſam exhæredationis: & ideò (ait) valet ſtatutũ,non quia ueniat contra ſubſtantiã matrimonij (hoc.n.ſolus papa facere põt) ſed quòd puniat eos qui malos mores in repub.ſeminãt.Idẽ ẽt tenet Gaſp. de Cal. c.2.extra,de cland. deſp. dicẽs vidiſſe ita conſultum. Idem etiam voluit Bar.in l.edicimus.C.de muri legulis.lib.2.dũ concludit valere ſtatutum reſpectu pœnæ,ꝙ inter diuerſarum ſectarum homines matrimonium non cõtrahatur, quando mulier honeſtè ſeruata ſtatuti forma nubere poſſet,arg.l.cum ita.ff.de cond.& demon.quod ẽt voluit Bal. in præallegato §.ius naturale.concludens valere ſtatutum pœnale, ꝙ Guelphus non accipiat vxorem Gibellinam, propter vtilitatem publicam.Idem Bal.in l.ſi mater.C.de ſuis,& legi.& ſequitur Roma.in rubr.ff.ſolut.ma.& Ang. inſtitu.de iure natu.in princ. & ita poteſt intelligi Raph. cuma.in l. 1.§.veteres.ff.de acquir.poſſe.& in l. hæres per ſeruum.ff.de acq.hæred.dum voluit ꝙ ſtatutum Mediolanenſe ꝙ mulier nubẽs extra territorium ſuccedat in bonis mediolani ſitis,non extenditur ad hæreditatẽ iã quæſitã,ſed ad quærendam.Et ſic tum ipſe,tum alij ſentiunt ꝙ ſtatutum poſsit apponere pœnam contrahentibus matrimoniũ quãuis licitum,ſi ex eo ſequatur illicitũ,puta ſcandalũ in ciuitate.& ita(vt ꝓdixi)concludit Bal.in rub.pręd. extrà,de conſue.allegat l.epcali.c.ſtatutum.de hæret.li.6. & l.libertũ.ff.de ritu nup.in princip.& iſta videtur ęquior & communior opin, quam etiam cumprobat dominus

meus

mens Philip. Decius in l.nuptias.post princip.ff.de regu.
6 iur.† Quam corroboro per ea quæ not.idem Bal.consi.36.
incip. sub dominio & protectione. quod etiam est inter
consi.Petr.de Anch.consi.11.Idem Bal.c.At si clerici.col.
6.extrà,de iudi.& in c.quę in ecclesiarũ.extrà,de const.dũ
allegat glos.in l.si ita quis.§. ea l.ff.de verb.obliga.& Bar-
tulus in l.rescripto.§.1.ff.de mu.& ho.& consil.suo incip.
si aliqua.& Roma.in l.stipulatio hoc modo concepta,col.
6.ff.de verb. obliga. vbi volunt quòd prohibitus statuere
in aliqua materia ex defectu potestatis, potest nihilomi-
nus in illa statuere fortificando Ius cõmune cũ pœna adie
ctione,iuxta glos.singularẽ in Clem.ne Romani. in versi.
tolli.de elect.& no.Card.& Imo.in c.tuæ.extrà,de cleric.
non resid. consequens est ergo solennitatem paterni con
sensus,approbatam in casu nostro de iure ciuili:sed etiã de
iure canonico, vt in c.aliter. 30.q.5.& c.honorantur.32.q.
2.quòd licitum est per statutum,aut cõsuetudinem, vel le-
gem municipalem etiam laicorum roborari cũ adiectio-
7 ne pœnæ,vt suprà dicebamus. † Nec obstant in contrariũ
adducta,sed nec ratio super qua fundantur, doct.cõtrariã
opi.tenentes,signanter adducta per dominũ meũ Ias.post
alios in auctent. sed si post.C.de inoffi.testa. scilicet, ꝙ ex
quo ius canonicum tollit consensum patris à iure ciuili re
quisitum, sic etiam auferat pœnam filijs contrà faciẽtibus
à iure prædicto inflictam. Dico etenim ꝙ licet de iure ca-
nonico matrimoniũ huiusmodi teneret, vt suprà resolui-
mus,ex quo tñ offenditur pater ẽt de iure canonico, vt in
dictis c.aliter.& c.honorantur.est causa iusta exhęredandi
& denegandi alimenta.Ius enim cannnicum disponit so-
lũ de matrimonij validitate,& non de iniuria patris.Sicut
in simili dicit in l.j. & 2.C.de secund.nup. ꝙ mulier nubẽs
infra annũ luctus incurrit infamiã, à qua quidẽ infamia li-
cet per ius canonicũ excusetur, ius tamen illud canonicũ
nihil immutat aut disponit circa lucrum quȏd filijs primi
matrimonij est acquirendum, vt est gl.in c.cum secundum
ext.de secund.nupt. Quinimo licet secũdę nuptiæ de iure
canonico prohibitæ non sint, puniuntur attamen pater &
mater secundo nubentes per l.fœminæ.C.de secun.nupt.
Nec etiã sublatæ sunt pœnæ in his quæ fauorem filiorum
primi matrimonij respiciunt, vt not.Bar.in l.j.suprà alleg.
in fi.C.de secund.nup.& in l.liberorũ.in prin.ff. de his qui
not.infa.& tradunt Inno.Ioan.And.& doct.in c.fi.ext.de
secun.nup. Anch.c.1.charta 7. versicu.sed iuxta prædicta,
ext.de consti.idẽ cõs.101.incip.ex prædicto themate,&c.
ad princi.& Ioã.de Ana.consi.72.incip.ex his.ad fi.& cõs.
102.incip.visis,&c.vbi hanc dicit esse communem opi.&
8 approbatam. † Sed quid sequor ambages dum verba & tẽ
pora perdo?in campum procedat Panormitan. & doct.in
prealleg.c.5.colum.pen.versi.quandoque circa solennita-
tes,&c.ext.de sponsa.vbi notat quòd licet dubiũ sit in sta-
tuto de quo quærimus, attamen quòd huiusmodi consue-
tudo valeat nullum dubitare dicit.assignat rationem, quia
in tali consuetudine interuenit etiam Episcopi & totius
cleri consensus, vt not.docto. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.
vbi etiam Fely.col.27.versi.secundus casus extrà,de con-
sti.vbi saluat opi.Bart.quòd quando statutum aut consue-
tudo est promiscuè introducta, tum per clericos.tum per
ipsos laicos, comprehendat etiam clericos, nec dicatur cõ
tra libertatem ecclesiasticam esse, vt tenet Baldus in c.cũ
venissent.extrà,de eod.qui mitt.in posses.causa rei seruan
dæ.quod etiam tenet Alexã.consi.91.aliàs est 97.vol.1.&
ad hoc est tex.in c.ad nostram.extrà,de proba.quẽ ad hoc
ponderat ibi Io.de Imo.& Fely.in d.c.ecclesia sanctæ Ma
riæ col.29.& Fran.de Aretio.in c. quod clericis.ad fin.ex-
trà,de foro compe. Sic ergo erit in casu nostro, ex quo cõ
stitutio prędicta fuit introducta in consilio vel curijs gene
ralibus, in quibus prælati & syndici ecclesiarum illius pa-
trię in earum determinatione & constitutione, editione &
promulgatione cum laicis promiscuè intercedũt, vt præ-
dixi. Et per consequens cessabunt in terminis nostris con-
9 traria, & rationes in contrarium allegatæ. † Nec etiam ob-
stabit etiam si esset huiusmodi cõstitutio expresśè contra
ius canonicum, quoniam est apertum ius canonicũ in con
trarium expresśè non esse: & aliàs huic contrario satis facit
abundè Barba.post alios in c.cum tanto.nu.101.ext.de cõ
sue. Ad cuius etiam constitutionis validitatem & corrobo
rationẽ possunt alia multa deduci, quæ mea sponte omit-
to, certus in hac audientia regia de ipsius constitutionis va
10 liditate contentionẽ contrariam non admitti.† Restat au-
tem scrupulus, cum prętendat dicta domina Hieronyma
se non includi à dicta constitutione: asserens se tempore
contracti per eam matrimonij vigesimumquartum annũ
excessisse & intrasse 25. quod sufficere dicunt sui iurispe-
riti, maximè cum agatur de ipsius filię fauore. Vnde annus
incœptus habebitur pro completo, iuxta theoricam doc.
quam tradunt in c.cum in cunctis.post gl.in vers.exegerit.
extrà,de elect. Dico enim quòd verba constitutionis præ
dictæ benè intellecta demonstrant apertè annum 25. esse
debere completum, vt à dicta constitutionis pœna filia sit
immunis: quoniam dicta constitutio iuri communi con-
formis loquitur per hoc verbũ peruenerit: & aperti iuris
est ꝙ hæc prępositio per, denotat perfectionem. l.vrbana.
§.pernotare.ff.de verbo.signi.& l.2. in secundo responso.
& vtrobiq; doct.de adul.& not. Bar.in l.Celsus.ff.de vsu-
cap.& Philip.Cor.omnino consi.280.incip.laboriosa.&c.
11 in litera c.vol.4.& Roma.consi.301.versi.13.† Similiter at
tendo quòd tempus illud 25. annorum designatum fuerit
per genitiuum, qui casus denotat tempus perfectum secũ
dum theoricã Bar.& doct.in l.si cui legetur.ff.de cond.&
demon.& maximè ꝙ pluralis numeri sit ille genitiuus, vt
euitemus differentiam Bar.quam ponit inter genitiuũ sin
gularem & pluralẽ in l.hoc anno.ff.de verb.oblig.quinimo
voluit Archid.in c.si annum.de iudic.li.6.ꝙ regulariter an
nus appositus in aliqua dispositione, debeat esse cõpletus,
nisi aliter iure caueatur: & sic etiam in casu dubio debeat
12 esse annus iste 25.completus.† Et vt amplius fundemus de
terminationem hanc, fingamus annum 25.completum es
se non debere, vel ipsam priusquam nuberet dictum vige
simumquintum annum compleuisse (cuius tamen con-
trarium asseritur,& posse probari dicitur quòd etiam ante
24. annum completum cõtraxerit dictum matrimoniũ)
adhuc dico ipsam pœnas dictæ constitutionis non effu-
gisse, etiam si post 30. completum annum contraxisset di
ctum matrimonium: quoniam dicta constitutio iuri com
muni conformis duo copulatiuè videtur exigere ad exi-
mendum filiam à pœna quam inflixit, scilicet quòd ipsa
peruenerit ad 25.annum. & quòd illius parentes neglexis-
sent eam marito copulare. Cum enim mihi præsupponã-
tur eam sæpius à patre suo fuisse requisitam, & interpella-
tam quòd nuberet cum aliquibus, quos ei delegerat pater
nobiles & generosos, nedum paris, sed longe maioris con-
ditionis & qualitatis, quam sit is quem contra dicti patris
sui voluntatem sibi delegit maritũ, & per consequens lu-
ce meridiana clarius apparet, d.do.Hieronymam pœnam
sæpedictę constitutionis non euitare, cum exigat constitu
tio prædicta copulatiuè illa duo quę proximè dixi, vt pœ
na illius locum non habeat.

Quinimò lex super qua fundatur constitutio hæc, exi-
mens à pœna vel ingratitudine filias prædictis casibus nu
bentes, subdit pro ratione, quoniã filia subsistente ætate &
negligẽtia prædictis, contra suorũ parentũ voluntatẽ nu-
bente, nõ filiæ, sed ipsorũ parẽtibus in dictis casibus culpa
ascribenda videtur: & sic legislator in dicto casu magis põ
derat negligentiã parentũ, quàm ipsius filiæ ętatem, & per
consequens in casu nostro cum parentis cessare dicatur ne
gligentia, etiam si ætas sępedicta 25.annorum & plurium
13 adsit.non cessabit pœna constitutionis sæpedictæ.† Secũ-
dum dubiũ ex seipso satis resoluitur. Ex quo enim suprà
conclusimus sæpedictam magnificam do. Hieronymam
exhæredari posse, consequens est ꝙ non habet ad alimẽta
consequenda actionem: sed nec officiũ iudicis pro illis po
terit implorare. Quandoquidem ex eisdem causis alimẽta

denegari possunt alicui, ex quibus causis posset exhære-
dari, vt est gl. quam Bar. commendat in l. fi. C. de alen. lib.
& in l. si quis à liberis. §. idem iodex. vbi etiam gl. in ver.
detulerat. & Bar. ibi. ff. eod. glo. in aucten. vt cùm de appel.
cognos. §. siue igitur. Notat idẽ Bar. in l. diuus. ff. ad legem
Pomp. de parricidijs, quem refert & sequitur Gerar. de
Petra sancta, singulari 2. no. in c. cũ haberet. ad fi. extrà, de
eo qui duxit in matri. quam poll. per adul. Cano. c. quinta
vallis. extrà, de inreiur. & Fely. in c. pastoralis, col. 2. extrà,
de rescript. & idẽ erit quando filius aut filia legitima priuã
tur, quia etiam ex eisdem causis priuatur alimentis, vt dixi
plenè in consi. illustrium frattum Cardonæ. 4. dub. ver. 71.
quinimo in terminis nostris amittit filia ius & priuilegiũ
filię, vt dixit Bar. in d. l. diuus. & Gerar. de Petta sancta vbi
14 suprà, refert eum & sequitur vt prędixi. † Et vt nodũ om
nem etiam a scirpo tollam, fingamus nun fuisse d. do. Hie
ronymam priuatã alimentis, videtur prima fronte onus
alimentandi eam ex patre defuncto transiuisse ad fratrem
hæredem: quoniam onus alimentorum transit ad hære-
des etiam extraneos. l. si quis à liberis. §. idem rescriptum
est. ff. de libe. agnosc. tamen in terminis nostris credo con
trarium. Cum enim d. do. Hieronyma maritum habeat di
uitem, cessat æquitas ex qua poterat iudicis officium im-
plorare pro illis cõsequendis, sicut in filio qui ex suis ope
ris põt se alere, quoniã alendus non est à patre. d. l. si quis à
liberis. §. si vel parens. versi. sed filius. & ibi Bart. qui ponit
concord. præsertim cum dictus maritus illam pluribus an
nis aluit, nec probauit, sed ne quidem deduxit exinde se
15 fuisse depauperatũ. † Nec obstat quod dictus maritus dotẽ
non receperit, quam ipsa do. Hieronyma sibi ipsi consti-
tuerat. dico enim ꝙ vxor non alimentatur à marito pro-
pter dotem, sed quia sic est ab eo alimentanda. ita Bal. in l.
fi. C. de iure dot. arg. l. quòd si nulla. ff. de reli. & sump. fune
rum. quẽ refert & sequitur Franc. de Corte consi. 69. inci.
circa primũ ad princip. qui loquitur in dote promissa à pa
tre vel alio quam ab ipsa muliere, & sic in fortioribus ter-
minis quam sit casus noster. & hoc etiam præmaximè ex
quo d. d. Hieronyma suo marito cohabitat, ei cooperãdo
vt debet, iuxta l. sicut. ff. de ope. libe. maritus ei tenetur ad
alimenta, ẽt vltra dotis quantitatẽ vt per Alex. & moder.
in l. si cũ dotẽ. §. sin aũt in sæuissimo, ff. solu. matr. arg. l. ꝙ
si nulla. præalleg. cuius dicti ratio est, quia ex quo maritus
percipit ab vxore commodũ seruitij, æquũ est vt eidẽ ali-
menta impẽdat. l. in rebus. §. possuot. ff. commoda. l. serui.
§. quas impensas. ff. de ædilitio edicto. & l. sed & si quid. §.
sufficienter. ff. de vsufr. habet. n. ꝙ sibi maritus imputet, qui
vxorẽ huiusmodi sine dote accepit: quoniã illã etiã si nõ
cooperaretur ei (vt suprà dicebamus) alimentare tenetur,
& maritali tractare affectu, vt in aucten. de nupt. §. si quis
enim. & in aucten. quomodo natu. effi. legitimi. §. quoniã.
& est tex. optimus in l. pen. ff. vt in possel. lega. dicens huius
modi mulierẽ etiã post eius mariti decessum, quãdiu per-
manserit in viduitate, ali debere de ipsius mariti bonis in-
16 star filiæ. † Posset etiam dici nos esse in terminis decisionis
Bar. in l. diuortio. quam ibi sequitur Alex. qui plura ad hoc
allegat. ff. solu. matr. vbi dicit ꝙ si maritus ignobilis qui no
bilem duxit vxorem, vel senex qui cum puella contraxit,
confiteatur dotem recepisse, quòd præsumitur donatio, li
cet aliàs secus esset: quam decisionem Bar. pluribus aucto
ritatibus cõprobat dominus meus Ias. in d. l. diuortio. quã
legit me audiente Papiæ. Cũ qua decisione Bar. transeunt
ibi Io. de Imo. Pau. de Cas. & Franciscus de aretio. quãuis
Roma. ibi contrarium voluerit: & ad hoc est gl. notab. in l.
si voluntate. in ver. petendis. C. de dotis promiss. quæ vult
ꝙ si maritus ignobilis accipiat nobilẽ pauperẽ, confitẽdo
se plus recepisse quã receperit, efficaciter obligat: quã glo.
solent communiter doct. extendere ad confessionẽ factã
per senẽ puellæ vel iuueni, quã ei duxit in vxorẽ, tanquã
illa confessio facta fuerit in recõpẽsationem nobilitatis &
iuuentutis, vel adolescẽtiæ, de quo latè per do. meũ Fran-
ciscbinum de curte, cõs. 6. inci. præsupponitur, &c. 2. dub.
verli. præmissis tamen non obstantibus, &c. de quo latius
17 infrà, consi. 8 t. versi. 12. † Et per hoc superuacaneum vide
tur esse discutere, an dictæ magnificæ dñæ Hieronymæ
alimenta petenti, obstet exceptio litis pendentiæ dotis &
alimẽtorum in curia Ro. de quo tertio dubio quęrebatur,
quoniam vtrunque non deberi supra mõstrauimus: & eo
casu quo deberentur aut peti possent alimenta sæpedicta,
clarum est ꝙ dicta litis pendentia impedit illa in hac au-
dientia regia peti, vt per Albe. de Rosa. & Bal. in l. perem-
ptorias. ad fi. C. sententiã rescindi non posse. & per Fely. re
missiuè in c. exceptionem. de except. & per Socin. cõs. 38.
18 versi. t. cum seq. vol. 1. † Quartum aũt quæsitum ex eo vi
detur dubiũ reddi, quoniã licet ex cõstitutione sępe dicta
conformi iuri communi, potuisset sæpedicta domina Hie
ronyma à patre exhæredari ab intestato, vt suprà conclusi
mus, attamen ex quo pater viam testandi elegit, & in suo
testamento reliquit d. filiæ suæ minus sua legitima, posset
petere supplementum illius, licet sit iussa cõtenta esse illo
relicto. Et hic articulus propter difficultates multiplices
quę trãsiuerunt in phtisim, & incaluerũt vtrinq; mirabili
ter, quoniã doct. solẽnes pro vtraq; parte incaluerũt qui-
libet in suis opinionibus: intantũ ꝙ non modò solennes
doctores, sed ẽt famatissima Italiæ collegia super hoc arti
culo variauerũt pro vtraq; parte scribentes, vt testis est So
cin. consi. 150. col. 3. versi. succedit tertio, &c. vol. 1. ego tñ
in cõsulẽdo semper tenui opin. Sal. in auctẽ. nouissima. C.
de inoffi. test. quã vt ait Soci. vbi suprà, solennes doct. fue-
runt secuti, s. ꝙ filia à patre hæres in re certa ẽt minima in
stituta, poterit nihilominus supplementum legitimæ pe-
tere. quam etiã opin. vltra doc. & Soci. prædictos ennme-
ratos, inuenio tenuisse Barba. consi. 61. col. 2. versi. itẽ hoc
ostendo. vo. 4. & Fran. de Corte consi. 33. inci. considerato
themate, per totum, quã opin. comprobaui iuribus & au-
ctoritatibus multis in consi. illustrium fratrũ Cardonę. 4.
19 dubio. vers. 32. & seq. † Attamen in casu nostro contrariũ
esse arbitror, quoniã relictũ huiusmodi simplex non fuit,
sed sub cõditione: scilicet ꝙ dicta domina Hieronyma in
tra mensem postquam sibi intimaretur dictũ relictum, fa-
ceret domino cõsulenti heredi patris eidemq; fratri d. do.
Hieronymæ diffinitionem generalẽ per instrumentũ pu
blicum. Demonstrãt aũt huiusmodi conditionẽ illa verba
cum conditione in dicto relicto expressa: ꝙ etiam osten-
dunt (vbi illa verba apposita nõ fuissent) illa verba tunc et
eo casu, quæ clausula conditionũ importat, vt per Bar. in l.
tutoribus. ff. de testa. tutela. & Bal. in auct. contra cũ roga-
tus. C. de Trebel. vbi dicunt ꝙ quãdo ponitur verbũ hoc
tunc, ad inchoationẽ alicuius beneficij consequendi, suspẽ
dit dispositionẽ in futurũ, & facit conditionẽ, vt cõcludit
Bar. in l. t. vers. 2. principaliter quæro. ff. de cõdi. & demõ.
& sequitur ibi Ang. Io. de Imo. Pau. de Cast. & moder. Cũ
ergo relictum hoc fuerit conditionalẽ, & non euenit cõ-
ditio, quia nõ diffiniuit d. do. Hieronyma, pro vt & que-
madmodum fuerat eidẽ à patre iniunctũ, non habuit effe
ctum dictum relictum, neque cessit, nec venit dies obliga
tionis l. cedere diẽ. ff. de verb. obl. & hoc præsertim ex quo
debet impleri cõditio in forma specifica, vt in l. Meuius.
& in l. hæredi. ff. de condict. & demonst. cũ simul. & sic nõ
põt dicta dña Hieronyma inniti dicto patris testamento.

Accedat ꝙ dictus testator voluit relictũ huiusmodi ha
beri pro non facto, nisi dicta do. Hieronyma diffinitionẽ
prædictam faceret infrà mensem. Imò in d. casu quo nõ fa
ceret mandatam diffinitionem, pro vt & quemadmodum
eam fieri mandabat, exhæredabat expressè d. testator sæ-
pedictam dominã Hieronymam. & sic locus non est con
iecturis, ex quo sumus in certis.

Et sic totius huius consilij massam in vnam summam
resoluendo, concludo in casu nostro d. do. Hieronimã nec
dotem consequi posse, nec alimenta. Et ita vt est dictum
suprà & decisum resoluebam & concludebam, saluo, &c.
Barchinonę 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

Additio.

20 †Præstãtissime doctor, in cõsilio meo præcedenti resolui
in fauorem magnifici do. Iacobi Bastida, quòd ipse non
tenebatur ad alimenta do. Hieronymę sororis suæ, causis
in d. consil. deductis, ad quas ne longior fiam me remitto.
Sed dubium superest q̃ vestra præstantia dicit non fuisse
per me decisum, vtrum scilicet, pendente causa quæ inter
d. do. Hieronymam, & d. magnificum d. Bastida fratrem
suum vertitur super dote & alimentis in curia Roma. (vt
in dicto consilio diximus) teneatur præfatus do. Iacobus
Bastida præstare alimẽta, cũ plenè (vt dicitis) de prętensa
ingratitudine non constat: cuius prætextu in d. consi. re-
soluebam dictam dominam Hieronymam et dote & ali
mentis priuari debere, ac etiam perdere ius filiationis.

Et licet opposuerit vestra præstantia de doctrina Bart.
& aliorum, quos dominus meus Ias. in l. si donaturus. §. si
quis in debitã. ff. de cõdi. ob causam. refert & sequitur, qui
breuiter innuere videntur, maritũ cogi non posse ad alẽ-
dam vxorẽ suã, quę dotẽ quã ipsa sibi constituit nõ soluit:
vel nisi esset aliunde dicta vxor tam inops q̃ dotẽ ipsa sibi
constituere non posset cũ ergo dicta domina Hieronyma
patrem habuerit diuitẽ, qui eam ẽt nuptam dotare debuit.
quandoqnidẽ pater tenetur ad dandũ filiæ maritum & do
tem copulatiuè, vt deducit dominus meus Ias. vbi suprà
(quod etiam admitto nisi obstaret in casu nostro ingrati-
tudo) infert vestra præstãtia dictã dominam Hieronymã
nõ videri pauperẽ, cum sit iuris clara determinatio, q̃ qui
actionẽ habet ad rem aliquam, rem ipsam habere censea-
tur. l. qui actiones. ff. de reg. iur. l. rem in bonis. ff. de acquir.
rerum do. & l. nemo videtur. ff. de in integrum resti. & per
consequens dicitis videri q̃ maritus dictam dominã Hie
21 ronymam alimentare non cogatur. † Et si dicamus illam
dotẽ non posse consequi, obstante illi dicta ingratitudine,
attamen dicitis q̃ dotis huiusmodi causa pendente debet
alimenta consequi dicta domina Hieronyma, quæ nõ ne
gatur esse filia dicti domini testatoris. Allegatis ad hoc gl.
& Bart. in alleg. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib.
agnos. & in l. fi. C. eo. tit. per tex. in l. fi. C. eo. tit.

Quibus tñ non obstantibus, quæ in rei veritate non ob
stant, dico magnificum dominũ Bastida contentione hu-
iusmodi durante, ad alimenta petita non teneri. Si. n. atten
dimus in Ro. curia causam dotis agitari, & in eadẽ alimẽta
peti (non facio vim verũ actione aut iudicis officio) facit
actio prædicta vel officiũ iudicis hoc q̃ implorat in præ-
senti causa cessare, vt abundè in quadã schedula & iuris in
formationibus me deduxisse recolo. Nec. n. est alimẽtorũ
causa priuilegiata, ita q̃ in diuersis foris aut iudicijs possit
peti, vt Bar. enumerans alimentorum priuilegia demon-
strat in l. Mela. versi. vltimo quia hic, &c. ff. de ali. leg.

Et si præsupponamus peti posse (citra veri præiudiciũ
obstat petenti exceptio) q̃ nõ teneatur pater & minus hę
res illius ad alimẽta filio vel filiæ, si aliunde possint ali: cũ
ergo dicta domina Hieronyma maritum habeat locuple
tem, & qui tenetur vxorẽ, ẽt indotatã, aut cui dos promis-
sa soluta non fuisset, alimentare, pro vt in d. consi. meo su-
prà præcedenti resoluo, sequitur veritas dictæ conclusio-
22 nis. † Dum aũt vestra præstantia dicit esse nos in casu di-
uerso, q̃ d. do. Hieronyma sibi dotẽ cõstituerit, & promi
serit eandẽ soluere dicto suo marito. Respõdeo q̃ Baldus
in l. fi. in lectura noua. C. de iure dot. ostendit nõ esse diffe-
rentiã si dos à muliere, an verò à patre aut alijs personis
quibus onus incũbit dotãdi mulierẽ illã, promittatur. Qui
nimò doct. admittere vidẽtur, q̃ licet vxor dotẽ sibi ipsi
constituerit, & illã dare promiserit, si mulier non sit sol-
uendo, maritus illã à se non possit expellere, nec eidẽ ali-
menta denegare, cũ ipsa nõ teneatur vltra vires. & ita not.
dominus meus Ias. qui ad hoc multa accumulat in d. §. si
quis indebitã. col. 2. versi. breuiter ergo quod dixi de dote
23 promissa, &c. † Erit aũt (iudicio meo) per quam facile de-
monstrare dictã do. Hieronymã non esse soluendo, & si-
mul respondere contrario vestræ præstantiæ, quod suprà
posui vers. 20. q̃ cui cõpetit actio ad rẽ, &c. Dico. n. cõtra-
riũ illud verificari posse quãdo debitũ clarũ est, & liquidũ
non aũt quãdo esset dicta actio elidibilis exceptione: quo
niam isto vltimo casu nec dicitur esse quis soluendo, nec
cedens actionẽ huiusmodi creditori dicitur illi satisfacere
vel soluere, pro vt docet Philip. Cor. consi. 37. incip. memi
nit, &c. per totũ. vol. 2. Quandoquidẽ non dicitur ille pro-
priè debitor qui est tutus exceptionis ope: casus est in l. si
is cui. §. Fauius. ff. de solu. Bart. in l. quibus diebus. §. dñs. ff.
de condi. & demon. & Bal. in l. id quod pauperibus. q. 8. C.
24 de epis. & cle. † Lata est. n. differentia inter clara ac liquida,
de quibus iura cõtraria loquũtur, & illa quæ sunt litigiosa
vel obscura: cũ tutor super obscuris iuribus pupilli, vel
quãdo sunt litigiosa, compromittere põt, aut trãsigere, vt
tradit Bar. cõs. 47. inc. nunquid tutor. alleg. gl. in l. pactũ cu
ratoris. C. de pact. & l. præses. C. de trãsac. vbi verò sunt li-
quida & clara huiusmodi iura denegatur illi omnis trãsa-
ctio & compromissum, vt concludit Abb. consi. 39. incip.
duo sunt. vol. 1. Ang. in l. cõtra iuris. §. fi. ff. de pactis. & sic
videtur in proposito nostro, q̃ licet domina Hieronyma
haberet actionẽ de dote, vel pro sua legitima cõtra domi-
nũ Bastida fratrẽ suũ, cũ actio illa sit elidibilis exceptione
ingratitudinis, fundata in iure cõmuni & constitutione pa
triæ suprà cõsilio præcedẽti sæpe allegata, per quã excludi
tur à paterna & materna successionibus, dici non põt di-
ues: aut soluẽdo: & sic huiusmodi cessio iuriũ vel actionũ
25 dici non põt solutio vel satisfactio. † Et si pertinaciter dica
tur iura illa cõsiderabilia esse ad hoc, q̃ dña Hieronyma
dicatur esse soluẽdo: Respõdeo inferẽs ex hoc maritu nõ
posse denegare alimẽta d. suæ vxori, eo q̃ dotẽ per eã pro
missam nõ soluerit: cũ sit iuris regula, q̃ quãdo quis ex eo
qui habet actionẽ tenetur, liberatur actionẽ illã cedẽdo.
l. q̃ debetur. in fi. ff. de pecu. l. 3. §. fi. ff. de in rẽ verso. l. si vt
certa. §. idem Labeo. ff. commodati. & l. q̃ sępe. §. si res. &
vtrobiq; doct. ff. de cõtrah. empt. ex quibus patet q̃ dictę
dñæ Hieronymæ, quæ cessit in maritũ iura sua omnia &
actiones, ex quibus ẽt iurib. cessis litẽ prædictã inchoauit
maritus in curia Rom. cõtra defunctũ socerũ suũ, non põt
idem maritus alimenta denegare, vel vxorẽ à se expellere,
tanquã ex parte sua non impleuisset quod promiserat, cũ
actionũ cessio liberationẽ dictæ dñę hieronymæ operata
26 est. † Præterea clarũ est, quòd vbi alimenta debentur offi-
cio iudicis, tenetur alimẽtatus operas præstare alimẽtanti,
vt decidit idẽ dñs meus Ias. post antiquos doct. in l. diuor
tio, suprà allegata. ff. solut. matrim. sed vxor operas illas prę
stare tenetur marito, quas ẽt præstat cohabitando eidẽ, ex
quo etiã capite deduxi in consilio præcedenti, vers. 15. ma
ritum ad alimenta teneri vxori, & non propter dotẽ solũ.
27 † Quòd autem huiusmodi causa pendente non teneatur
dictus dominus Bastida ad alimenta sæpe d. sororis suæ, ẽt
si maritus eius diues nõ esset, teneo pro comperto, nõ ob-
stante contrario per vestrã præstãtiã lacto: quãdoquidem
glo. & Bart. & alia iura in contrarium allegata loquuntur
quando filio nulla mouetur quæstio nisi status. Illo enim
casu (fateor) illi debentur alimenta, si ipse sit in quasi pos-
sessione filiationis. interim q̃ de statu illius disceptatur. Sed
nos non sumus simpliciter in illo casu: cum non sit quæ-
stio de filiatione: sed de ingratitudine per dictam dominã
Hieronymam commissa, per quã dote & alimentis est pri
uata, ac etiã iure filiationis, & est in quasi possessione con-
traria dictæ ingratitudinis, de qua cõstat multipliciter per
testamentũ paternũ, in quo propter id fuit exhæredata &
priuata legitima dicta dña Hieronyma. Et aliàs de illa cõ-
stat ex processu, de qua si plenè cõstaret, exclusa esset peni-
tus ab alimentorum petitione, vt consilio pręcedẽti resol
uebamus. Sed cum tergiuersetur negetq; ingratitudinẽ sę
pedicta domina Hieronyma, & sit præfatus dñs Bastida
in quasi cõtraria possessione ingratitudinis, super qua iudi-
cium hoc cœptũ est, nõ debet, vt prædixi, alimẽta cõsequi
domina Hieronyma, arguendo à contrario ex iuribus in

contrarium allegatis, quæ volunt filium alimēta percipere
posse causa status durante, quando est in quasi possessione
filiationis: præsertim ꝙ exceptio illa ingratitudinis pro-
bata, dictam dominam Hieronymā repelleret omnino,
cum sit contrariorum eadem disciplina. & ita decidit in si
mili Ludoui. Bolog. consi. a 3. incip. maritus. col. 2. versicu.
plus dico, &c. vbi resoluit quòd vxor à marito accusata de
adulterio, ad effectum consequendi dotem, quam propter
adulterium huiusmodi iam de iure communi quàm à sta
tuto lucratur, non potest à dicto suo marito causa huius-
modi durante alimenta petere vel expensas, quanuis habe
ret contra maritum exceptiones quę eius intentionem eli
derent. Allegat inter cætera l. si cum dotem. §. sin autē in
sæuissimo. cum ibi notatis. ff. sol. ma. & Fede. de Senis cōsi.
277. incip. domino Corrado. & Pau. de Castro consil. 39 a.
incip. de quadam muliere. & ita videtur decidere apostilla
tor decisionum capellæ Tolosanæ qu. 77. incip. Item fuit
quæsitum, &c.

Ex quibus apparet quòd firma est & iuridica resolutio
suprà consi. præcedenti facta, per ea quæ in d. consi. & hic
deduxi: quibus multa superaddi possunt, quæ tanquā nota
prætermitto. & ita vt est supradictum in præcedenti cōsi.
& in hac additione decidebam & resoluebā, saluo, &c. Bar
chinonæ 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *NEpos vtrinq; coniunctus vtrum in fideicommisso quo proximiores vocātur, patruos excludat, aut auunculos ex vno latere tantum. & nu. 4.*

2 *Sui aut agnati si ex fideicommisso vocentur, qualis proximitas consideratur. & nu. 7.*

3 *Ascendentium in successione, bona quę proueniunt ex latere patris nepos ex illo latere auunculos & alios qui ex illo latere non veniunt, excludit: & è conuerso in successione bonorum ex latere matris prouenientium.*

4 *Consobrinus ex fratre vel sorore vtrinque coniunctis patruo succedit aut auunculo de iure communi, exclusis patruis, aut auunculis ex vno latere tantum: & ita est in fideicō missio. & nu. 5.*

6 *Proximiores quando, vocantur, attenditur proximitas respectu grauati, & non respectu testatoris, secundum communem opinionem.*

8 *Iuramentum in compromisso vel renuntiatione appositum, non impedit quo minus allegari possit nullitas sententiæ, quæ ex defectu iurisdictionis procedit.*

CONSILIVM XXXIX.

NON caret scrupulo vtrum nepos, aut conso-
brinus ex sorore vtrinque coniuncta, à fidei-
commisso per quod Antonius Texidor in
suo testamento propinquiores de suo genere
appellauit, sit exclusus p suas materteras, quæ
defuncti testatoris sorores sunt ex latere patris tantùm: an
verò cum dictis eius materteris Petrus Marques conso-
brinus prædictus, vel insolidum ad fideicommissum ad-
mittatur. Pro nepote facere videtur auct. en. cessante. C. de
legi hæred. cuius dispositionem gl. in l. omnia. §. in fidei-
commisso. in verbo, primu. ff. de le. 2. voluit etiam locum
habere in fideicōmisso, dicens quod in fideicommisso re-
licto familiæ filius fratris admittatur cū alio fratre (intelli
go vtrinq; cōiūcto: quia tex. apertè vult ꝙ excludat fratrē
ex vno tantum latere cōiunctum. & ita no. Dynus in suo
tracta. successionum ab intest. par. 3.) quam gl. Bal. secutus
est consi. 488. incip. casus talis est quidam Titius decessit.
vol. 3. & Alex. cōsi. 88. vol. 1. quod est repetitum cōsi. 137.
eo. vo. j. & cōs. 26. inci. videret fortasse. col. 4. vo. 3. Pro ma
terteris aūt facere videtur illud quod Bal. scripsit in d. §. in
fideicom. vbi reprobans glo. illā dicit, quòd dicta auct. en.
cessante, loquitur vbi non consideratur affectio, sed iuris
communis dispositio: hic autem in casu nostro in quo de
fideicommisso agitur, cōsideratur affectio, quæ maior est
(vt dicit ibi Bal.) ad sororem, quàm ad cōsobrinū ex prę-
mortua sorore. allegat ad hoc l. 3. §. si duo. ff. de leg. tuto. &
cum Bal. ibi, contra glo. tenet Raphael Cuma. & in nota-
bili casu consi. 71. incip. mulier instituit maritum. col. 1. &
Alex. sibi ipsi contrarius, cons. 204. incip. consideratis, &c.
col. 3. vol. 2. & cons. 4. incip. consideratis verbis testamēti.
col. 4. vol. 4. & Franc. is. de Aretio consil. 163. aliàs est 164.
incip. diligenter & maturè discussis. pro vt refert & sequi
videtur dominus meus Iason in l. a. col. 2. versi. item adde
quòd per ea quæ dicta sunt. &c. C. de successorio edicto:
dicens opi. hanc videri veriorem, cum regulariter filius
non succedit in locum Patris defuncti, nisi in casibus spe-
cialibus, scilicet quādo agitur de successione aui, & sic ascē
2 dētis, vel patrui, & non aliàs. † Cogitabam si fœdere distin
ctionis possent opi. prædictæ concordari: & quanuis lo-
qui videantur suprà allegari in contrarium doct. in fidei-
commisso relicto familiæ, & non in eo quo proximiores
(vt in casu nostro) vocantur, dico quòd etiam si testator
simpliciter vocasset suos, vel agnatos, vel consanguineos,
quòd adhuc intelligeretur de proximioribus, vt per Bal.
Sal. & dominum meum Iason. in l. fi. C. de verb. sig. Idem
dominus meus Iason, qui plenius hanc materiam attin-
git in l. non solum. ad princip. ff. de nou. oper. nuntia. & in
l. 1. ad fi. C. vnde vir & vxor. & in l. transactione. C. de trā-
sactione. & hoc probant apertè text. in dicto. §. in fidei-
3 commiss. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. † Similiter con-
sidero quòd bona, quæ dictus testator moriens reliquit: ei
prouenisse dicuntur à patre, & nulla ab eius matre. Vnde
cessat distinctio quam facit Paulus de Cast. in aucten. post
fratres. C. de legi. hæred. vbi tradens de successione fratrū
(quando nō sunt coniuncti ex vtroque latere, sed ex vno
solum) dicit quòd in bonis per defunctū acquisitis aliūde
quam ex latere patris, vel matris, admittuntur simul om-
nes fratres & sorores: & præmortuorum filij cum eis. In
bonis autem quæ ex latere patris acquisiuit, succedunt so-
lum qui ex illo latere proueniunt. Et ita in bonis quæ ex
latere materno habuit, quòd succedant solum qui ex illo
latere descēdunt, exclusis alterius lateris fratre aut sorore,
vel etiam patruis. per text. in l. de emancipatis. C. de legi.
hære. de quo tex. facit mētionem Bologni. vbi dicit quòd
fratres consanguinei præferuntur vterinis in bonis pater
nis, & vterini in maternis. quod etiā tenet idē Lud. Bolog.
in add. ad Mathesila. in suo consi. 69. incip. Cornelius pupil
lus. col. 5. tract. succes. ab intest. sul. 4. colu. 1. ibi: aut super-
sunt parentes, &c. Nostra etenim interest habere res maio
rum & prædecessorum nostrorum, secundum glos. in l. s.
in ver. & reipub. interest. ff. solut. mat. & l. libertus qui sol-
uendo. ff. de bo. liber. & l. si in emptione. ff. de minorib. &
l. 1. §. si quis in fraudem. & §. videamus. ff. si quid in fraudē
patr. & hanc etiam affectionem vel interesse considerauit
And. Barb. consil. 13. col. 2. vol. 1. allegando dictam l. si in
4 emptione. † Considero etiam ad præsentis dubij resolutio
nem, quòd non solum testator vocauit ad huiusmodi fi-
deicommissum sibi propinquos, verum etiā propinquio-
rem. Vnde post Pet. de Anch. cons. 59. incip. in quæstione
quæ vertitur in præsenti ciuitate, &c. 1. dub. dico. ꝙ ad hu
iusmodi fideicom. appellantur, qui vocantur ad successio-
nem defuncti de iure ciuil. allegat. l. 1. C. vnde vir & vxor.
& l. 1. C. de impo. lucra. descri. li. 10. & tradit Bal. consi.
334. incip. in quæst. ad quod etiam allegat d. l. a. C. vnde
vir & vxor. pro vt vtrunque refers & sequitur. dominus
meus Philip. Decius consi. 321. incip. in causa quæ Alexā
driæ agitur. col. 2. versi. circa primum. vol. 2. vbi allegat An
cha. consil. præallegato. Cum itaque testator vocauerit ad
suam successionem proximiorem de suo genere, & hoc
casu censeatur vocasse (vt proximè dicebatur) eo ordine
quo vocati sunt ad successionem de iure ciuili; quod etiā
voluit Pau. de Cast. in l. si. per illum textum. in ver. gradu-
um. C.

tim.C.de verb.signifi. vt.f.qui prius vocãtur ab intestato, prius etiam vocentur ad fideicom.& tenet etiam ibi Ang. in princip. vbi dicit primò vocari descendentes,secundò ascendentes,tertiò collaterales. Sed cum descendẽtes,nec etiã ascendentes supersint de genere testatoris,consequẽs est vocari collaterales , & ex eis illũ admitti ad fideicom. sæpedictum.qui de iure ciuili succederet dicto defuncto, si testatus non fuisset : in cuiusmodi successione intestati non negatur dictum consobrinum admitti debere,repulsis suis materteris, cũ sint apertæ iuris decisiones pro illo,
5 vt infrà versi.seq.patet.† Et secundum hanc conclusionem infertur, q nepos testatoris ex sorore vtrinque cõiuncta, qui ab intestato sorores matris ex matre duntaxat coniunctas excluderet, admittatur ad fideicom.sæpedictum per tex.expressum in aucten. cessante suprà allegata. & in aucten.post.fratres.eod.tit.de legi.hæred.C.qui tex. solent ad hoc communiter allegari : quibus addo meliorem de iure in aucten.Itaque.C.cõmunia.de succes.vbi coniuncti ex vtroque latere præferuntur in omnibus bonis,illis qui ex vno latere solum erant cõiuncti:& habetur in corpore vnde sumitur,quia duæ rationes vincunt vnã,& duo vincula sunt potiora vno:vt ibi:&.c.t.extra , de treuga & pa. & plene per Bal.in d.auct.cessante.& sic est ibi casus apertus,q inter fratres attendatur pluralitas vinculorum,cũ tractatur de succedendo fratri. & ita resoluit Iaco.de Belu.in aucten.de success.ab intest.veni.§.si verò. & Bar.in l.post cõsanguineos.§.fi.ff.de suis & legit.refert & sequitur Pau. de Cast.consi.357.incip.quod suprà conclusum est.vbi dicit q ita etiam succedũt dicti fratres vtrinque coniuncti, vel eorum filij q si supersit pater, succedũt cum eis exclusis fratribus ex vno latere tantum.& hoc etiam tenet Bartolus,in aucten.defuncto,C.ad Tertul.& Panor.consi.76. incip. quemadmodum succedat.

Ad cuius corroborationem præsupponamus voluisse testatorem sua bona debere peruenire in euentum conditionis ad sorores suas , indubiè soror vtrinq; coniuncta q mater erat dicti Petri Marques , aliàs sorores suas,quæ defunctum vno tantum latere cõtingebunt, exclusisset,vt not.Pau.de Cast.& moder.in præall.l.n. C.de verbo. signific.vbi concludunt in terminis : quia frater vtrinque coniunctus defunctu , præferatur alijs fratribus ex vno tantũ latere coniunctis,per text.in d.auctẽ.cessante.sic ergo erit in casu nostro, quòd nepos ex sorore vtrinque coniuncta testatori præferatur eius materteris,quę duntaxat vno latere coniunctæ sunt dicto defunctu , vt suprà monstraui-
6 mus!Sed in casu nostro refragari videtur testatoris voluntas,qui scilicet proximiorem de suo genere vocauit. Vnde cum ille nepos ex sorore sit defuncto testatori in tertio gradu,sorores autem illũ secundo gradu attingant, videntur indubiè tanquam proximiores admittendæ ; quo tamen non obstante dico,quòd ille nepos videtur esse proximior,& magis qualificatus , & vt talis debet admitti.

Monstrauimus autem illum esse magis qualificatũ ratione duplicis coniunctionis, aut vinculi: & est indubiè de genere testatoris , siue paternum , siue maternum genus aspexerit testator , quod dicere non possunt materteræ.

Propinquioritatem autem , quamuis sit satis suprà demonstrata, cui solum gradus proximior resistere videtur, vt apertius ostendamus, dico quòd cum simus in fideicõmissaria substitutione , attenditur persona grauata , & non grauantis,maximè in casu nostro, & de hoc videtur casus si nõ cauilletur in d.§. in fideicommisso. vbi in fideicom. facto familiæ admittũtur primo nominati expressè postea alii proximiores : & subdit tex.& qui ex his primo gradu procreati sunt. Vnde tex.primo admittit nominatos,secundo loco proximiures , secũdum veram expositionem: tertio, qui ex proximioribus primo gradu procreati sunt. Ex quibus verbis innuitur, q attenditur huiusmodi proximitas respectu. successionis,& respectu grauatorum, non autem primi testatoris respectu.quod patet ex illis verbis, & qui ex his,&c.Stat enim quòd procreati ex his sint proximiores illis : & non tamen primo testatori , si ponamus vocatos fuisse plures in eodem gradu, vnumquemque pro virili, & aliquis eorum decedat,attamen dicti filij qui primo testatori remotiores erant,grauato autem proximiores ,admittuntur,& est noua inductio.

Comprobo secundo per glo.in d.§. in fideicommisso. in ver.& qui ex his, &c.in secunda expositione iuncta gl. seq.in versi.1.gl.n.exponit tex. in ver. & qui ex his scilicet proximis tempore mortis:demũ cum subdit tex 1.gradu procreati sunt, vult q etiam quãdoque extantes in gradu impari æqualiter admittantur,vt fratres & filij fratru,(intelligo de vtrinque coniunctis) nisi vbi non extant vtrinque coniuncti , vt suprà diximus in principio huius consilij,& versi.3.Vnde ponderetur gl.dum dicit, ex his scilicet proximis tempore mortis. & sic tex.admittit existentes proximis in potiori gradu, nec considerat proximitatẽ respectu testatoris , sed respectu proximiorum admissorum ad fideicommissum.

Tertiò hoc magis stringo , ponderando glo.in versi.1. quæ vult quòd existentes in pari gradu proximis ad fideicommissum admittuntur:& subdit , quòd aliquando etiã existentes in gradu dispari, vt fratres & filij alterius præde functi fratris:& sic glo.relata ad tex.& glo. pręcedentem, vult quòd filij fratris iam admissi cum fratre defuncti admittantur.igitur consideratur persona grauati , & non testatoris ,quia respectu testatoris non succedunt in locum fratrum,aucten.post fratres supra all.cum ibi not. & licet gloss.illam reprehendat Bal.vt suprà dixi in princip. attamen Io.de Imo.ibi. & moderni communiter defendunt eã , dicentes illam communiter approbari,cui etiam infrà respondebimus alter.Et illę inductiones procedunt,intelligendo tex.& glo.q semper proximior intelligatur,& cogatur hæreditatem alteri proximiori restituere , pro vt ẽt intelligit ibi Pau.de Cast.

Sed nec dubitauit Bald.in d. §.in fideicommisso.quòd intelligatur illa proximitas respectu grauati , quoniam in secundo notabili dicit per illum tex. quòd nominati non admittũtur omnes simpliciter,sed ordine quodam.vt qui ex his proximiores essent præferrentur alijs,& qui ex his scilicet proximioribus,descenderent : & sic constat quòd attenditur persona illorum primo grauatorũ, ad quos peruenit primo fideicommissum , & non persona testatoris: quoniam si, veluti defertur hæreditas ab intestato,deferri debeat fideicommissum factum de persona in personam (vt suprà versi.4.concludebamus) consequens est q attẽdi debeat persona grauati.

Confirmari põt ẽt hęc conclusio ratione vrgentissima, stante consuetudine vel lege municipali , q propinquus admittatur ad recuperãdum possessionem venditã, pro vt est in regno Castellæ,& in patria mea Burgũdię, quæ fundatur Leuitici c.25.& Ruth.c.4. certè considerabitur illa propinquitas non respectu illius à quo venit dicta possessio,sed respectu illius qui eam vendidit : quoniam ex quo ad aliũ peruenit,nõ dicitur amplius esse de bonis alterius prioris.vt not.dominus meus Ias.in l. eius.§.quòd si stipulatus.ff.si certum peta. & in l.1.§. veteres. ff. de acquiren. pos.& ita tenuit dominus Bartholom.Cassen.in suo cõsuetudinario Burgundiæ,in titulo de iure retractus.§.primo. in quo fundatur dicta consuetudo,in sua glos.in ver.vnde mouetur.& expressius decidit lex Castellæ.titulo .7.l.7. libro quinto ordinationum regiarum,quæ præfert filium venditoris fratri ipsius venditoris , allegant rem venditã muneri à suo patre vel auo , cui indubiè proximior est quam eius consobrinus.

Postremò ad supradictorum corroborationem,considero post glo.in d.§.in fideicommisso.(quæ vt dixi communiter approbat) quòd ille ad fideicom. admittitur qui potior est in gradu respectu successionis ab intestato, & non respectu gradus,vt ostendit apertè glo.præall. Est autem ille dicendus potior,ad quem testatoris hæreditas trãsiret nullo condito testamento:potest autem hęreditas ad aliquem

aliquem via recta transire: item mediáte alterius persona, de persona in personam. Ideò dicimus quòd hæres hæredis primi testatoris sit hæres. lege. fina. & ibi not. C. de hæred. insti. & hanc considerationem multum attendit Bart. in l. re coniuncti. ad. fi. ff. de leg. 3.

Habita ergo consideratione qualitatis ad filium & filias testatoris, qui fuerunt hæredes instituti, quibus appositum est grauamen & fideicommissum, iste Petrus Marques nepos, secundum computationem iuris ciuilis (quæ in successionibus attenditur) vt abundè tradit dominus meus Philippus Decius, consi. 158. ad fi. vo. 1. & dominus meus Franciscinus de Curte in suo tractatu feudi. par. 3. q. 3. & consi. suo 7. col. 7. versi. prima conclusio, &c. comperietur esse grauatis in tertio gradu, quo gradu nullus est ipso propinquior. Vnde etiam si diceremus attendendam gradus propinquitatem (quod non) ista nepos tanquã propinquior, & tãquam magis qualificatus, cum ab intestato successisset testatori si filios nõ reliquisset, & similiter ipsi filio hæredi. Vnde cum duplex coniunctio & duplex coniectura vincant vnam coniunctionem & coniecturam, argu. eius quod habetur in auctent. itaque. C. communia. de succes. & c. 1. de treuga & pace. Superest etiam admittere quòd iste nepos in dicto fideicommisso materteras
7 excludat, vt est sæpe dictum.† Nec etiam obstabit dictum Bald. in dict. §. in fideicommisso. quicquid enim voluerit ibi dictus Bal. glos. quam reprehendit communiter à doctoribus approbatur & tenetur, vt supra dixi. Nec etiam dominus meus Iason cum dicto Bal. sentit: imò potius cõtrariũ tenet. similiter Franc. de Aretio non dicit id ad ꝙ à pręfato domino meo Ias. refertur. quinimò si recte intueatur ipse Bal. sumus extra terminos & rationes quas pro sui dicti corroboratione allegat, scilicet quod non consideretur affectio, quia maior est affectio ad fratrem vtrinq; cõiunctum, quàm ad eum qui vno tantum latere cõiunctus est, ex quo ius illam cõsiderat (vt dixi suprà:) & hic etiam non attẽditur (pro vt etiam dicebam) sola proprietas, vt vi sus est voluisse Bald. in d. §. in fideicommisso quinimò sumus in casu specialitatis, in quo fundari videbatur domini mei Iason. decisio in l. secunda. C. de success. edicto. quoniam filius fratris ex vtroque latere coniuncti, præfertur fratri ex vno latere tantum coniuncti, vt abundè suprà demonstraui.

Et sic resoluo me ꝓ dicti Petri Marques iustitia, ꝙ vocatus sit insolidum tanquam filius Margaretæ marquesiæ sororis vtrinque coniunctæ dicti quondam Antonij testatoris, exclusis alijs sororib' dicti Antonij ex latere materno
8 no solum, materteris ipsius Petri Marquesij.† Nõ me extendo in hoc consil. ad portionem illam bonorum quam Ioanna dicti qnon. Antonij testatoris relicta, pretendit, in bonis eius filij (de cuius successione tractat) ab intestato, (vt dicitur) defuncti, tum quòd desuper non fuerit à me consilium petitum tum etiam quia cum dicta Ioanna hoc iudicio non disceptatur, & maximè quòd ex quo ipsa conuolauit ad secunda vota, & (vt mihi præsupponitur) non petito tutore dicto Petro, partem illam in qua antea successisset restituere teneretur, & illa saltem quoad proprietatem mulctaretur: de quo sum contentus remittere ad Franc. de Aretio cons. 155. incip. periculosum est, &c. col. 5. versi. præterea si substitutio compendiosa. Nec etiam in vim dicti fideicommissi tanquam propinquior posset admitti, vt Bar. Bald. & doct. not. in l. 1. C. Vnde vir & vxor. & Alexand. in l. cum alienam. C. de legat. Sed nec video qualiter potuerit eidem portio aliqua per arbitros adiudicari de bonis contentiosis, quoniam non constat cum eadem factum aut firmatum fuisse compromissum. Vnde quoad eam non valuit laudum, vt abundè Phil. Cor. not. consil. 245. incip. videtur, &c. volumi. 2. Et potest dictus Petrus Marquesius non obstante renuntiatione de non allegando nullitatem laudi, etiam si iuramentum in renuntione prædicta, vel compromisso interuenerit, dictam nullitatem allegare quæ ex defectu potestatis & iurisdictionis prouenit, vt post longam disputationem cõcludit Ang. consi. 197. incip. A. & B. cõtraxerunt. per ea quę not. gl. singularis in Cle. j. de sequest. poss. & fructuum. Et sic cõcludo pro sæpe dicti Petri Marquesij iustitia contra dictas eius materteras. Et ita vt est dictum suprà & conclusum, resoluebam & cõcludebam, saluo, &c. 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Baronia an sit diuisibilis, & aliquod membrum illius an possit alienari, saltem alienatione voluntaria.*

2 *Vendita re aliqua cum omnibus iuribus, quæ venditori dictæ rei ratione pertinent, non solum veniunt illa iura quæ venditori pertinent ratione aliqua vel actione personali, uerumetiam ius illud quod venditori competebat ad rem, etiam si causatum de præsenti non fuerit, sed conditionale sit aut futurum, si tamẽ ex causa de præsenti dependeat.*

3 *Cessionarius habet ius creditoris, vnde competit eidem ius redimendi.*

4 *Suorum appellatione qui veniunt tam in contractibus, quã in ultimis voluntatibus.*

5 *Ius luendi cedi potest.*

CONSILIVM XL.

CONCVRRISSE me recolo proximè lapsis diebus cum magnificis dominis Clariana & Gomos iurium clarissimis doctoribus in eadem cum illis opinione & sententia, & resoluisse quòd nobili & magnifico domino Martino Gueraldo de crudilles domino Baroniæ de Locusteria, competebat ius luendi siue redimendi iurisdictionem loci de Loreto (qui locus præsupponitur esse de dicta baronia) dudum per quondam nobilem & magnificum dominum Gastonem de monte Catheno (tunc etiam dictæ Baroniæ dominum venditam, instrumento perpetuo gratiæ mediante, pro pretio duodecim mille solidorum: & in hanc sententiam me adduxerunt motiua & fundamenta plura, quæ in collatione inter dictos dominos iurisconsultos & me fuerunt hincinde & vltrò citroque adducta & allegata. Nunc autem (pro vt audio reuerendum capitulum Gerundensis ecclesiæ, & magnifici eius consiliarij (quos vti patres recolo) reuocant in dubium determinationem prædictam, desiderantque mea desuper videre motiua. Quæ hanc ob rem dictus dominus Baro extorquere nititur quod vel eò mihi durius fuit ac difficilius, ꝙ sim grauibus nunc pro Cęsarea & Cath. maiestate inuolutus, seu potius immersus negotijs quæ me vix respirare permittunt, & quòd mihi in præsentiarum non fuerunt exhibita instrumenta illa, super quibus resolutionem cum dictis magnificis iurisperitis communem fundabamus: & maximè quia dictus dominus Baro responsum hoc præcipitat, cum tamen sit præcipitatio inimica consilio & ordini, vt scripsit Fran. de Aretio cons. 80. ad princip. Verum vt dicto domino Baroni obsequar, & dicti reuerendi capituli, & magnificorum consiliariorum illius, qui me tanto dignantur honore, votis in aliqua parte satisfaciam, quantum temporis angustia, & dicti domini Baronis tolerabit patientia, intermissis ad tempus negotijs alijs, rationes & motiua quibus in hanc sententiam impulsus fui, pro vt
1 meminero, subdam.† Dicebam itaque quòd etiam si præsupponeremus prædictum quondam nobilem dominum Gastonem vendere potuisse iurisdictionem prædictam de Loreto, quod tamen non habeo pro constãti, cum dicatur esse locus ille de dicta Baronia, & sic ab eadem inseparabilis, si vera est doctrina Old. con. 237. incip. perlectis. vbi voluit esse probibitam diuisionem etiam in Baronijs ne per minutam diuisionem domini debito defraudentur obsequio.

obsequio.

obsequio.l. solent. in prin.ff.de ali.lega.Ꝭl. commnni diuidundo.ff.com muni diuid.& dicit expressum in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feudi alie.per Fede. in vsibus feud.quā refert & sequitur And.Barba.inter consi. Fran.de Curte consi.66.col.13.ver.modo etiam in proposito.Siue etiam quia dictus dominus nobilis Gasto iurisdi
2 ctionem illam exercebat nomine regio.† Sed præsupposita validitate dictæ venditionis, resoluebamus (& in illa resolntione persisto)ꝙ dicto domino Baroni competebat ius luendi dictam iurisdictionem. Nec video(vt ingenuè meam imperfectionem fatear) quid in contrarium posit adduci,quod scrupulum causet. Sine enim attendimns ꝙ Baronia sæpedicta de Locusteria.vendita fuit per dicti domini Gastonis successores,prædecessoribus dicti domini Baronis cum omnibus pertinentijs suis iuribusq; & actionibus, ratione dictæ Baroniæ competentibus dicto venditori, inficiandum non puto etiam ius luendi vel redimēdi dictam iurisdictionem,quæ est pars ipsius Baroniæ, venditum fuisse. Quandoquidem ius luendi dictam iurisdictionem,& actio personalis , cōpreheoditur aliàs sub illis verbis cessionis iuriū quę spectarent vel pertinerent quonis modo.Ad quod ponderari solet cōiter tex.in l. verbū illud pertinere.in fi.ff.de verb.sig.vbi dicit tex.ꝙ illa dicantur ad nos pertinere quæ sunt possessionis vel dominij nostri,vel quę iure aliquo nobis competere possunt.& gloss. ibi in ver.iure aliquo. exponit quòd istud intelligitur de rebus quæ nobis debentur aliqua actione personali. vnde Bald.in l.1.ff.de sta.hom.dicit ꝙ ille qui donat omnes res ad se pertinentes (quia verbum pertinere est latissimum) videtur etiam donare actiones personales, quæ pro rebus competunt:& idem dicunt docto.in effectu in quæstione simili,in c.cum ad sedem.extrà,de rest.spo.Ego autem vltra gl.pōdero tex.in d.l.verbum illud pertinere. dum dicit quòd sub isto nomine veniūt ea quæ ad nos spectare possunt:qnod verbum de sui natura cum sit extensiuum,importat vt etiam si ius quod nobis competit ad rem causatum non sit de præsenti,sed sit conditionale & futurū, attamen dicatur ad nos pertinere, dummodo dependeat ex causa de præsenti , & sit in esse deductum per l. si ita scripsisset.ff.de leg.2.tradit Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres. versi.6.quæritur.vbi etiā moder.ff.de versi.oblig.& plenè Bald.in l.pactum quod dotali. C. de colla. Vnde ius istud luendi,quod prædecessoribus dominis dictæ Baroniæ cōpetebat, licet dici posset esse conditionale quodammodo, videtur attamen adbuc quòd dominis qui d. Baroniā vendiderūt prædecessoribus buius nobilis Baronis,& iura sibi pertinentia cesserunt eisdem emptoribus,spectabat & pertinebat.Et quanuis ex causa de præsenti & ex pacto de retrouendēdo nullnm ius esset causatum vel actio personalis ad res ipsas,attamen quia ius hoc erat causatum de præsenti , ad retrouendendum ordinatum erat ad acquirendā actionem personalem ex venditione fienda in futurum. Vnde indubiè etiam ex isto iure dici posset , ꝙ iurisdictio prędicta dominis cedeutibus pertinuerit,tanquā ex causa immedieta nō multum remota.Nam ista est regula,quòd sicut aliquid dicit ad me pertinere ex aliqua causa. quādo ex illa causa ad me pertinet immediatè , ita etiā dicitur ad me pertinere ex aliqua causa , cum illa causa non pertinet ad me immediatè: sed mediatè, dum tamen causa mediata nō sit multum remota à proxima. Ita probat text.in l.qui vxori & ibi Bar.ff.de auro & arg.lega. & in l.in lege Censoria.ff.de verbo.sig.Ita etiam tenet Bart.in l.ambitiosa.ad med.de decr.ab ordi. fa. Quòd vsque adeo verum est, ꝙ dominus Baro,qui ius habet pacti de retrouendendo, (et si dominus præpositus de Loreto retrouendere noluerit) offerēdo & consignando prętium duodecim illorū mille solidorum,pro quibus,vt est dictum,fuit vendita dicta iurisdictio,faciat quòd dicta reuenditio habeatur pro perfecta,& ei competat actio ex empto,secūdum Bar.in l.vxo-
3 rem.§.agri.ff.de leg.3.& Alex.consi.decimo,vol.1.† Præterea cōsiderabam,quod cessionarius ius habet creditoris. l.id tempus.ff.de vsucap. & operatur iurium cessio dominij translationem sine traditione,pro vt no. Dynus in regula,pro possessore.de regu.iur.lib.6.Bal.in l.legato.col.1. versi.sed nostri doct.tenent.C.de leg.& in l.1.col.3.versi. sed contra gl.C.de actio.& obliga.& not.in l.fi.C.quando fiscus vel priuatus.& in l.ad eum.ff.de dona.quandoquidē aliter fieri nō potest traditio iurium & actionum, quæ(cū sint incorporalia)possideri nequeant l.3.in prin.ff.de acq. poss. & per cōsequens tradi nequeūt. Vnde siue consideremus dictum dominum Baronem cessionarium, quāuis non esset verus dominus Baroniæ, satis est ostēsum suprà ius illud luendi sibi competere,tanquam cessionario: siue etiam dicamus eum purum & nudum esse creditorem,habentem tamen hypothecatam d. Baroniam, competeret nihilominus eidem ius luendi,tanquam procuratori debitoris.l.credit.& ibi Paul.de Castr. & moder.ff.de not.ope. nuntia.not.Bar.in l.si pignori.ad fi.versicu.sequitur nona pars &c.ff.fa.ercis.& Bal.in l.1.versi. item nota quòd creditor.C.credi.euict.pig.non deb.& ad hoc fa.gl.in §.quod autem.in ver.dominij.insti.de vsucap. Cessionarium autē propriè dici creditorem Roma. ostendit.consil. 142.per
4 totum.† Insuper(si bene memini)in instrumento pacti de retrouendendo cauetur , quòd dictus nobilis Gasto & sui possent quandocunque iurisdictionem prædictam redimere,vt ibi.Et licet fortè in volūtatibus vltimis dominus Baro non comprehenderetur sub appellatione suorum, vt voluit dominus meus Iason , in l.qui se patris. in princ. C.vnde lib. attamen in alijs contractibus hæc dictio Suus dominum & possessorē denotat. prę sertim quando subiecta materia non recusat, vt nota. Bartol.in l.non solum.§. meū.ff.de rei vendi.& in l.cū res.versi.quid dicemus,&c. C.si res alien.pig. data sit. & melius in l.2.in princip.ff.de manu.not.Cardi.Cle.fi.de procur.& Pau.de Castr.consil. 45.incip.viso.puncto,&c. Quinimò Fely.c.peruenit.ext. de iureiur.&.c.1.col.5.ext.de sponsal.docet,quòd quandoque impropriatur hæc dictio secundum subiectam materiam,ita quòd non semper dominium designet,sed possessionem tantum,per multa quę ibi allegat. † Et licet aliqui
5 doct. aliquando dubitauerint vtrum ius luendi vel redimendi cedi posit,non tamen credo per d.reuerendum capitulum, aut magnificos eius consiliarios super illo hæsitari posse , quoniam pluribus rationibus & auctoritatibus Barba.consi.51.col.22.versi.& sic apparet.vol.1. demonstrat ius illud cedi posse.& Pau.de Cast. quem idem Barb. allegat.consil.43. Et cum solùm mihi dicatur dubitari an fuerit ius illud luendi cessum prædecessoribus dicti domini Baronis dubitationē illam ex prędictis(quæ raptim, & vt dici solet,pro vt in buccam veniunt , descripsi) satis esse sublatā credo:corroboraturus hanc meam resolutionem(si prę sens non sufficiat)nactus plus otij,si mihi documenta transmittantur: Concludens ius luendi siue redimendi dictam iurisdictionē de Loreto sępedicto domino Baroni competere. Et ita vt est suprà dictū & conclusum, resoluebam & decidebam, saluo,&c.Barchinonę 1524.ad laudem & gloriam Dei.Ego Cellus.

SVMMARIVM.

1 *SVbstitutio directa fit per hæc verba, & mihi hæredem instituo:cuiusmodi substitutio si fiat sub pluribus conditionibus,locum non habet nisi verificatis omnibus conditionibus & nu.11.*

2 *Substitutionis plures gradus si fiant,si aliquis ex medijs interrumpatur,non potest substitutus admitti. & numer. 7.& 8.*

Decessisse sine liberis an possit dici,qui natus non fuit.

3 *Causa falsa si det causam fideicommisso,est nullū.& nu.10.*

4 *Voluntas testatoris prædominatur : & quando de illa constat,plus attenditur contra verba, etiam si verba deberent impropriari.*

5 *Fideicommissum reciprocum inducitur quando fiunt plures*

gradus

gradus substitutionis, grauando vnum de restituenda alteri sequenti. etiam si solum positi sint in conditione, si tamen sit grauamen expressum.

6 *Volo verbum appositum in testamento fideicommissum importat, etiam si diceret testator, cum velit bona sua per uenire ad successores.*

7 *Vulgaris & fideicommissaria substitutio inducitur per illa verba, substituo & mihi heredem instituo. & effectus huiusmodi substitutionum.*

8 *Vulg. substitutio nedum expressa, verumetiam tacita, locum habet etiam si substitutus non nascatur. Et quid in fideicommissaria nu. 5.*

12 *Compendiosa subst. facta sub expressione pupillaris ætatis, sub ætatum dinumeratione per verba communia seu directa iuris gentium comprehendit pupillarem substitutionem, etiam matre existente in medio, in præiudicium illius si pupillus decedat in ætate pupillari. ita quòd nedum repellitur ista mater a pupilli successione, verumetiam à legitima.*

Legitima parentum non est tantùm debita sicut legitima filiorum, & facilius illi præiudicatur.

CONSILIVM XLI.

EX honorabilium Petri & Iacobi Fontarnan patris & filij testamentis, pullulant dubia sequentia, quorum à me decisio expolcitur: Vtrum decedente Petro Paulo Fontarnan dicti Iacobi filio in pupillari ætate, Ioanna Bosch vxor magnifici Iacobi Bosch iurisperiti ciuitatis Vicẽsis: vel (Ipsa prædefuncta) Ioannes Bosch dictorũ Iacobi & Ioannæ Bosch filius natu maior ad successionem dicti Petri Pauli admittatur, & quo iure.

Secundò attenta testamẽtaria dispositione dicti Iacobi de Fontarnan, qui pupillariter dicto filio suo Petro Paulo substituisse videtur, vtrum mater consequetur legitimã in bonis prædicti filij sui pupilli: attenta constitutione regis Petri tertij in curijs Montissoni edita. c. 1. quæ incipit, Im
2 puberibus. per quam mater consequitur legitimam in bonis filiorum suorum pupillorum.

Tertiò & vltimò si dicta hereditas perueniat ad dictam dominam Ioãnam Bosch seu eius filium prædictum vtrũ aliæ sorores dictæ Ioannæ consequantur complemẽtum suarum dotium vsque ad quantitatem mille librarum, prout per Petrum Fontarnan primum testatorem prædictũ
1 fuit ordinatum. † Implorato igitur ab excelso diuino numine auxilio, videtur prima fronte dictam dominam Ioãnam, nec eius filium (si prædefuncta esset) admitti posse: non enim ex testamento Petri eius patris, quo solum videtur esse vocata, vbi Iacobus dictæ dominæ Ioannæ frater sine filijs vel filiabus aut descendentibus moreretur: vel in casu quo dictus Iacobus in nullum prædictorum de dictis bonis suis disposuisset inter viuos, aut in vltima voluntate. Quæ conditio defecit cum dictus Iacobus relicto dicto Petro Paulo, & eodem hærede instituto decesserit: & sic ex dicto testamento videtur præfata domina Ioanna Bosch admitti non posse. Natura etenim conditionis est vt in forma specifica impleatur. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condict. & demon. Quinimò etiã si non disposuisset dictus quondam Iacobus, adhuc videretur d. do. Ioãnam admitti non debere, cum substituta fuerit sub pluribus cõditionibus, quorum omnium concursus videtur requiri, vt tradit And. Siculus plenè, consi. 55. incip. præclarè scribitur. col. 10. versi. prætereà faciat ad prædicta, &c. vol. 2. Et maximè quia substitutio ista videtur esse directa, propter hæc verba. Mihi hæredem instituo: vt voluit Bart. in l. centurio. ff. de vulga. & pupill. & docto. in l. præcibus. C. de impub. & alijs substi. & Gemi. & Ioan. de Ligna. cap. si pater de testa. li. 6. & sic cum sit ista substitutio directa, videtur locum habere non posse, nisi in personam omnium extiterit, vt probatur in lege. quamuis. C. de impub. & alijs
2 substi. † Ex testamento autem dicti Iacobi fratris sui videtur minus succedere posse etiam si diceremus eam substitutam fuisse ab eodem per illa verba, Volo tamẽ, &c. quæ ponuntur infrà versi. 6. vbi. ponderentur. Dictus enim testator primò instituit filium suum Petrum Paulum supra dictum, cui ante ætatem vigintiquinque annorum & sine liberis decedenti substituit ventrem vxoris suæ, vel eum quem gestabat in vtero. Quare etiam si dicamus clausulã prædictam, Volo tamen, &c. operari substitutionem in fauorem dictæ dominæ Ioannæ, illa solum esset substituta dicto partui nascituro. Et cum mihi præsupponatur dictã vxorem posthumum non peperisse, videtur quòd ille filius vel filia qui nati non fuerunt, vtilem facere nõ possint in persona dictæ dominæ Ioannæ substitutionem: quia conditio non videtur impleta, cum sine filijs decessisse nõ dicatur qui natus non fuit. Ita in proprijs terminis decidere videtur præsentem casum Oldrad. consi. 177. incip. testator in suo testamento, &c. vbi testator instituit posthumum nasciturum: & si decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine prole legitima, substituit filiũ secundo loco nasciturum: cui si decederet in ætate pupillari, vel posteà quandocunque sine prole legitima substituit Bernardum ipsius testatoris fratrem. Decidit Oldra. ibid. quòd si pupillus moriatur in ætate pupillari, & alius filius primo loco substitutus nõ nascatur, Bernardus secũdo loco substitutus non admittetur, quia substitutus nõ erat immediatè primo posthumo nascituro, sed secundo filio nascituro. qui casus non euenit. & secunda instit. quæ fuit inutilis in persona filij secundo loco nascituri, facere non potuit substitutionem vtilem in persona fratris secundo loco substituti. Et quia frater vocatus est sub cõditione, si secũdo loco nascitũ decederet sine liberis, quę conditio, vt ait, non fuit impleta, quia sine liberis non decessit qui natus non est, ideò concludit substitutum illum nõ admitti. & cum decisione Oldra. transit Ioannes And. in addi. ad Specu. titu. de testa. §. in primis. in additione, huiusmodi quæstioni accedit. versi. occurrit etiam nouissimus casus. & sequitur Alex. consi. 1. col. 6. vol. 1. & eandem opinionẽ sequitur Pet. de Anch. consil. 356. incip. ex serie testamẽti, per totum, vbi concludit quòd vxor substituta casu quo filij nascituri morerentur absque liberis, non admittitur filijs non natis, quia iste casus est omissus, qui remanet in di
3 spositione iuris communis. † Vlterius & contra dictã clausulam, volo tamen, &c. dici potest, quòd dictus Iacobus Fontarnan testator ex falsa causa illam adiecit: putauit etenim dictus testator fideicommissum, quod sibi pater iniunxerat in suo testamento, adhuc durare, cum tamen cessasset vt suprà dicebatur. Cum ergo falsa causa huic fideicommisso causam dederit, consequens est quòd illa causa falsa in verbis enunciatiuis tollat disponendi virtutem, vt not. Bald. in l. ex his. ad fin. versic. Item scias rationem. C. de testament. milit. & sic videtur quod ex nullo dictorum testamentorum admittatur Ioãna Bosch sæpedicta. † His
4 tamen, licet colorata sint, non obstantibus, contrarium est de iure verius: & ad sententiæ huius verificationẽ attẽdo, quòd voluntas testatoris prædominatur l. in conditionibus primum locum. & l. Publius. ff. de condi. & demon. l. si mihi & tibi. & l. pen. vbi bonus text. & vtrobique docto. ff. de leg. 1. ita quòd non debemus curare de verborũ qualitate, dummodo constet de testatoris intentione. l. quoniã indignum. & ibi Bal. in secundo nota. C. de testa. & bene facit tex. quem Angelus semper habebat in ore in l. 3. ibi: cũ manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valeat vt melior sensu existat. C. de lib. præte. de quo meminit Angel. præfatus consi. 340. incip. totum dictum statutum. Ita quòd si dubia sit testatoris intentio, fieri debet interpretatio ex vicinis scripturis quando alia cessant: quoniam vnum capitulum testamẽti per aliud declaratur. l. qui filiabus. & l. si seruus plurium. ff. de lega. 1. ad quod accumulat multa doctor Hispanus Didacus

dacus de Segura, in repet. l. Imperator. ff. ad Trebel. fol. 64.
5 col. 2. versi. vnum tamen est notandum. † Ad propositum
ergo cum petrus primus testator in dicto suo testaměto,
vniuersalem sibi scripserit hæredem dictum Iacobū Fon
ternam filium suum, & eidem cum liberis masculis dece-
denti substituit primogenitum illius; cui primogenito sine
liberis decedenti, vel ante 25. annorum ætatem, substituit
alios filios dicti Iacobi, seruato inter eos ordine genituræ,
substituendo inter eosdem de primo ad vltimum. Consi-
derans autem testator quòd dictus Iacobus decedere po-
terat nullis relictis filijs, vel vbi reliquisset aliquos poterãt
illi mori absque descědentibus, vel cum talibus qui ad æta
tem illam 25. annorum non peruenirět, ad secundū sub-
stitutionis gradum processit, vocando filias ipsius Iacobi
eo modo quo filios eiusdem & ex eis descendentes voca-
uerat. Cumque contingere posset ꝙ dictus Iacobus dece-
deret absque filijs & descendentibus ex illis, ideò præfa-
tus testator ad tertium gradum substitutionis processit,
in quo vocauit dictam Ioannam Bosch filiam suam in
quolibet dictorum casuum, scilicet si dictus Iacobus abs-
que filijs decederet, vel illi sui filij siue masculi essent,
siue fœminæ, absque descendentibus qui liberos non
haberent, vel ad ætatem. 25. annorum non peruenirent:
& si præmortua esset dicta Ioanna. vocauit filios & filias
eius iuxta formam & ordinem quibus vocauit filios & fi-
lias dicti Iacobi: quinimo testator affectans quòd sua hæ-
reditas gradatim ad suos deueniret, digressus est ad vlte-
riores substitutionis gradus, substituens quarto loco d. do.
Ioannæ & filijs & filiabus eius modo prædicto deceden-
tibus, alias dicti testatoris filias. secundum ordinem geni-
turæ earundem & prædefunctarum, ordine prædicto ac
forma, filios & filias: & vltimo loco vocauit filias fratris
Gasparis Fontarnam filij sui, quas ex legitimo matrimo-
nio priusquam religionem ingrederetur diui Hieronymi
habuerat dictus Gaspar religiosus: quibus dicti fratris Ga
sparis filiabus & descendentibus ex eis testator prædictus
reliquit dictam hæreditatem ad liberam earundem dispo
sitionem, quam tum ab eius filio tum à dictis suis filiabus
ademisse visus est: tum quia firmat exceptio regulam in ca
sibus non exceptuatis, vt sunt iura vulg. tum etiã quia te-
stator plures gradus substitutionis fecit, apponens graua-
men vsque ad filias dicti fratris Gasparis. Vnde videtur ta
citum reciprocum inter dictos substitutos grauatos indu
xisse, per tex. expressum in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff.
de leg. 2. & ita tenui suprà consil. 20. versic. 28. & 38. quod
etiam volunt induci pleriq; doctor. etiam si positi sint tan
tum in conditione, si tamen est expressum grauamě, quos
refert & sequitur Philip. Cor. consil. 74. incip. viso prolixo
solenni consi. per totum. vol. 2. idem consil. 273. incip. du-
bia satis. per totum. volu. 4. vbi dicit ita consuluisse ambos
Rapha. & Pau. de Cast. & maria. Soci. & plures doct. Italiæ
insignes. Vnde cõstat cõtrariū vltimo loco factū. ver. 3. de
falsa causa, nõ procedere, cū dictus Iacobus, sed nec eius fi
lij, liberam in bonis prædictis dispositionem haberent.
6 † Sed fingamus dictum Iacobum liberam habuisse disposi
tionem, constat ex suo testamento ꝙ dictam dominã Ioã
nam sororem suam ad hanc successionem appellauit per
illa verba, Volo tamen & dispono quòd seruětur & sequi
habeãt ordo, vincula, & dispositiones, quem quæ & quas
dictus quondã pater meus in suo vltimo testamento ap-
posuit & fecit. Clarum est enim etiam circũscripto verbo
hoc dispono, quòd verbum Volo in vltimis voluntatibus
fideicommissum importat l. 2. in princip. C. communia. de
leg. l. verbum volo. C. de fideicom. l. cum pater. §. verbum
volo. ff. de leg. 2. & instituta, de singulis rebus per fideicō.
relict. in fi. & vtrobique doct. & in terminis fortioribus cõ
cludit Soci. consi. 249. incip. materia præsentis consultatio
nis, col. 10. versi. 3. difficultas. vol. 2. quòd per illa verba cū
velit dictus testator bona sua ad suos successores in poste-
rum deuenire, fideicom. inducatur. quod etiã voluit Phil.
Cor. consi. 231. incip. in præsenti consultatione. in litera b.
7 vol. 4. † Nec obstat quod defecerint gradus intermedij, vt
suprà pro contrario allegabatur: huic enim contrario sa-
tisfit abundè per ea quæ supra consi. 20. versi. 52. diceban-
tur, post Soc: consi. 52. incip. dominus labia, &c. inter con-
silia Phil. Cornei consi. 298. vol. 3. vbi etiam dictus Gor-
neus post subscriptionem domini Ioan. Baptistæ de Ca-
cialupis, copiosissimè & apertè dicto contrario satisfacit.
refert & sequitur dominus meus Philip. Decius cõs. 238.
incip. proponitur quòd nobilis domina. vol. 2. Et respon-
dendo sigillatim, si attendamus testamentum dicti primi
testatoris, inueniemus dictam dominam Ioannam vocari
ex illo per vulgarem & fideicommissariã. Vulgaris diligi-
tur ex illis verbis, substituit, & sibi hęredě instituit, vt per
Bar. in l. recusare. §. Titi⁹. ff. ad Trebel. & omnino per Ro
man. consi. 480. incip. in casu propositæ consulta. quorum
verborum effectus est secūdum Cynum in l. precibus. C.
de impub. & alijs. substit. ven. quid si testator sic dicat, &c.
& Raph. in l. 3. per illum tex. ff. de test. & in l. 1. C. de iure
codicil. & in præallegato §. Titius. quod per illa verba cě-
seatur testator facere voluisse plures in diuersis casib. sub-
stitutionis: vulgarem videlicet, casu quo non adiretur hæ-
reditas: & fideicommissariam, quandocunque moreretur
institutus adita hæreditate: & hunc intellectum sequitur
Ioan. de Imo. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. & in c. Ray
nutius in materia compendiosæ, extrà, de testa. Guido. pa
pæ in decisio. Delphi. quæstione 532. incip. testator haběs
duas filias. Soci. consi. 22. incip. visis actis, &c. col. 6. versic.
insuper. vol. 1. Ludo. Bolog. consi. 15. incip. quidam Anto.
de peregrino. & ita resolui in d. cons. 20. versi. 53. & consi.
8 37. versi. 21. † Redeundo igitur ad propositum dico, quòd
substitutio vulga. locum habet etiam si substitutus non sit
natus. l. fi. C. de institutio. & substi. not. Bart. in l. 3. §. fi. ff. de
lib. & posthu. Vnde substitutio si prægnatus nascatur &
moriatur sine liberis, locum habet etiam eo non nato: &
hoc nedum in expressa vulgari, verum etiã in tacita. l. qui
ventri. & ibi glo. & Bar. ff. de ventre inspiciendo. not. Bar.
in l. 1. ff. de vulgari. Fulgo. consi. 49. incip. ex facto, &c. Phi
lipp. Corneus consi. 276. incip. viso. vol. 3. refert & sequi-
tur dominus meus Philip. Decius consi. 227. incip. in casu
ad me transmisso de Italia. col. 2. versi. sed tamen his non
obstan. vol. 2. Idem cons. 238. eo. vol. Francis. de Curt. cõs.
51. col. 12. vers. condescendo, &c. & Bologninus consil. 9.
quam etiam sententiam comprobat Rayner. de Forliuio,
in tract. success. ab intest. vbi tractãs de vulgari dicit, quòd
si habens vxorem prægnantem instituat posthumum, &
si hæres erit, & in ætate pupillari decesserit, substituit Ga
ium, resoluit quòd Gaius admittetur etiam si filius non
nascatur. & hanc Raynerij determinationem refert & se-
9 quitur Soc. in l. 1. col. 14. ff. de vulg. & pupil. † Et si dicamus
nos esse in terminis puræ ac solius fideicommissarię substi
tutionis, adhuc tamen non procederet contrarium hoc,
vt in sæpedicto versi. 52. monstratur, quoniam regula tra-
dita in l. commodissimè & alijs multis suprà pro cõtrario
allegatis, fallit quotiens ex mente testatoris constat eum
voluisse dispositionem suam etiã ad casum omissum ex-
tendi: tunc enim casus omissus habetur pro expresso, vt la
tè resoluimus in sæpe dicto consi. 20. versic. 50. & prose-
quitur dominus meus Philippus Decius, quem ibi allego
dicto consil. 227. colu. 3. versic. & stante præmissa conclu-
sione. quod etiam voluit Franc. de Curt. consil. 29. ad fin.
& consil. præalleg. 51. incip. super testamentis. d. versicul.
condescendo. & consil. 75. & Soci. & Phil. Cor. in consilijs
suprà allegatis.

Nec etiam sumus in casu de quo loquitur Anch. suprà
allegatus pro contrario, qui rectè inspectus seipsum decla
rat non esse contrariū. In casu enim de quo loquitur sub-
stitutio facta de vxore, spreto fratre testatoris, est iuri com
muni contraria. Ideò nimirum si non debeat extendi, sed
restringi. Nos autem sumus in casu in quo succedentes ab
intestato vocãtur, gratificata tamen vnius illorū persona.
10 † Nec etiam hoc casu obstaret falsa causa, quoniam illa (ět

si esset)

si esset)huiusmodi substitutionem nō vitiaret, vt tradunt
Alb.de Rosate, & moder.in l.si quis posthumus. §.si quis
ita.ff.de libe.& posthu.not.Bar.& doct.in l.fi.ff.de hæred.
instit.& in l.damus.ad princip.ff. de cond.indeb. & in l.t.
11 C.de falsa causa adiecta legato.† Nec obstabit similiter ꝙ
primo loco obijciebatur, istam dominam Ioannam sub
pluribus esse vocatam conditionibus à patre in testamēto
illius, inferentes ideò debuisse interuenire omnium illarū
conditionum cōcursum. Doctrina etenim Bar. super qua
se fundat Barb. vbi supra, pro contrario allegatus in l.hære
des mei.§.cū ita.ff.ad Trebel.communiter à doct.repro-
batur, vt abundè monstraui suprà consi.25.versi.6.& latè
& remissiue prosequitur dominus meus Iason.Soc. Alex.
ang.Io.de Imo.Pau.de Castr. & Rapha.in l.quidam.ff.de
vulg.& pupil.Ang.& moder.in d.§.cum ita.vbi Alex. di-
cit se ita in facti contingentia consuluisse & obtinuisse
contra Barto.de quo per ipsum Alexand.consil.91.incip.
ponderatis his, &c. ad princip. & consil. 457. incip. super
eo de quo quæritur, & hoc permaximè in fideicommissa
ria substitutione, ex qua circunscripto testamento dicti
Iacobi secundi testatoris, vocatur dicta domina Ioāna ad
12 hęreditatem paternam & fraternam.† Pręsupposita igitur
conclusione præmissa si testamentum Iacobi secundi te-
statoris attendamus, secundi quæsiti resolutio clara erit,
quoniā dictus Iacobus testatus est pro filio suo Petro Pau
lo impubere, vsquequò ad ætatem legitimam deuenirer,
iuxta theoricam Bart.& doct.traditā in l.præcibus.præall.
C.de impub.& alijs substit.& in l.2.ff. de vulg.& pupil.Pa
ter enim d.impuberi Petro Paulo in suo testamēto substi-
tutionem fecit compendiosam, cum expressa dinumera-
tione pupillaris ætatis & aliorum temporū seu verius pu-
pillarem expressam: quæ etiā si solum esset compendiosā,
facta sub expresione pupillaris ętatis, licet per verba com
munia seu directa iuris gentium, adhuc comprehēderet
subst.pupillarem, si dictus Petrus Paulus decederet(pro vt
& fecit)in ætate pupillari, secundum glo.in præallegata l.
præcibus.quam sequuntur communiter omnes doct.ibi,
& in l.centurio.ff.de vulg.& pupil.Canonistæ in c. Ray-
nutius.& c. Raynaldus.extrà, de testa.& in c.si pater.eo.
tit.li.6.& hoc reputatur indubitatum: licet magnū sit du-
bium quando sit d.substitutio absque dinumeratione æta
tum, maximè quando mater est in medio: quo etiam casu
communis modernorum conclusio est, quòd etiam tunc
contineat pupillarem in præiudicium matris per d.c.si pa
ter.licet antiqui doct. contrarium teneant vt plurimū, &
sit magnū dubium.in quo me aliter non affirmo nec exa-
mino, cum non sit præsentis speculationis, cum sit facta in
casu nostro mentio expressa pupillaris ætatis: in quo casu
conueniunt tum moderni tum antiqui, quòd compre-
hendat pupillarem matre existente in medio de quo om-
nino per Franc.de Aret.cons.155.incip.quia periculosum
est.col.5.versic. sed posita, &c.& illa substitutio pupillaris
excludit matrem.l. Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de
inoffi.testa.& quando sub compendiosa comprehēditur,
pro vt doct.volunt in d.c.si pater.per illum text.& sic in-
dubiè dicere possumus hanc matrem per istam do. Ioan-
nam substitutam excludi.& ita resoluit Phil.Corn.consil.
279.incip.videtur prima facie, &c.per totum.vol.3.& di-
ctam conclusionē intelligo nedum in successione filij, ve
rum etiam in legitima, per tex.in d.§.Sed nec impuberis.
& ita resoluit Philipp.Cor.cons.208.incip.ad decisionem.
vol.2.& Francisc.de Aret.omnino dicto consi.155.col.6.
vers.sed posito ꝙ ista substitutio, &c. Vnde do.meus Phi.
Decius in suo consi.299.inci.in causa mihi commissa. col.
2.vers.est gl.videndum, &c.vol.2. concludit ꝙ secundum
magis communē opi.mater quæ à filij successione exclu-
ditur, etiam excludatur à legitima.

Nec hoc quidem mirum, quia legitima parentum non
est illis in tantū debita, sicut illa quæ filijs debetur, vt pul-
chrè not.dominus meus Iason in l.precibus.vers.15.post
medium.C.de impub.& alijs substitu.& omnino Barb.cōs.
67.col.8.vers.illud etiam ponderandum est. vol.3. Philip.
Cor.consil.107.incip.in hac consultatione.in litera a. vol.
2.& consil.100.incip.non caret dubitatione.in litera f. vol.
3.vbi ad diuersos effectus ostendunt latam esse differentiā
inter legitimam quę debetur ascendentibus, & eam quæ
filijs pertinet: quam materiam examinaui latè in consi.illu
strium fratrum Cardonæ.4.dubio.versic.28.vbi inter cæ-
tera induco ad effectum, quòd legitima parentum possit
in totum tolli à statuto, non autem legitima filiorum. de
quo per dominum meum Philippum Decium in regula,
iura sanguinis.ad fi.vers.& ista cōclusio.ff.de reg.iur. Nec
obstat huic conclusioni suprà allegatæ constitutio, impu-
beribus. Quinimò videtur illi magis adsistere, cum dispo-
nat appositas in testamentis substitutiones seruandas es-
se: præter quas disponit matrem admitti debere in succes-
sione legitimæ, non autem vbi per appositas substitutio-
13 nes excluderetur, vt est in casu nostro per prædicta.† Ter-
tij autem dubij resolutio ex se patet, quoniam licet suprà
resoluebamus dictam do.Ioannam ex testamēto paterno
ex fideicommissaria vocari, attamen attento testamento
Iacobi fratris sui relato ad dictum testamentum patris &
substitutionem prædictam, vocatur ex pupillari: vnde li-
cet videatur succedere ex testamento fratris sui, hoc est,
habita relatione ad paternum testamentum. ex quo dico
dictam dominam Ioannam teneri ad complementum do
tium suarum sororum, & cōsobrinarum, pro vt in eodem
testamento dispositum est & mandatum. Et sic resol-
uendo concludimus dictam dominam Ioannam succe-
dere debere dicto Petro Paulo eius consobrino, exclusa
eius matre, etiam à legitima, & eandem dominam Ioan-
nam teneri ad complementum dotium suarum sororum
& consobrinarum, iuxta paternam dispositionem. Et ita
vt est dictum suprà & conclusum, decidebam & resolue-
bam, saluo, &c. Barchinonæ 1524. ad laudem & glo-
riam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Pupillariter vt possit alicui substitui, an sit necesse quòd is cui fit, sit in testatoris potestate. & nu. 3.*

2 *Pupillaris substitutio expressa, & propria, & magistraliter, qualiter fiat. & in quo differat à compendiosa continente sub se pupillarem; & quòd huiusmodi substitutio matrem excludit existentem in medio.*

3 *Franci, qui & Galli, an possint filiis suis pupillarem substitutionem facere, tum filios suos non habeant in sua potestate.*

4 *Pupillus in ætate pupillari decedens, quamuis testamentum facere non possit, attamen dicitur intestatus (licet impropriè) decedere. Si verò facta fuerit eidem pupillaris substitutio, tunc dicitur mori testatus.*

5 *Substitutio pupillaris fieri potest in testamento patris, & etiam postea sine scriptis & nuncupatiuè: & potest induci ex coniectura ta mente testatoris, sicut et fideicōmissaria.*

6 *Volo verbum, nedum fideicommissariam substitutionem inducit, vt suprà consilio pręcedenti, versic.6. dictum fuit, verumetiam directam substitutionem inducit, qualis est vulgaris & pupillaris.*

7 *Repetitionis, quæ fit ex natura declarationis, effectus & natura.*

Testamentum in quo dicit aliquis se testatori, pro vt in tali schedula quam tradidit Guardiano, vel alteri, an & quando valeat.

8 *Relatio facta ad aliquod testamētum aut scripturam, debet secundum illud regulari.*

9 *Grauatus de restituendo non potest de illis bonis aliter disponere, quam fuit per testatorem prouisum.*

10 *Substitutus pupillariter, ex vulgari comprehensa in pupillari succedit, quamuis casus substitutionis aliter accidat*

quam

quàm in testamento. Et succedit in omnibus bonis pupilli. num.12.

11 *Substitu. pupillaris expressa matrem excludit in medio existentem.*

13 *Subst. pupillariter succedere dicitur testatori mediante persona pupilli, quia hæres hæredis est testatoris hæres.*

CONSILIVM XLII.

Memini me anno præcedenti super dubitatione de qua infrà dicemus consultum: & resoluisse in fauorem dominæ Ioannæ vxoris magnifici domini Iacobi Bosch, Vicensis, seu eius filij primogeniti, cócludens inter cætera dictam dominam Ioannam seu ejus filium primò natum (si prædefuncta esset) admitti debere ad successionem dicti Iacobi & Petri Pauli eius filij in pupillari ætate defuncti. Ita quòd à dicta domina Ioanna vel eius filio prædicto, à successione filij sui pupilli & à legitima excluderetur mater ipsius pupilli, vxor dicti Iacobi secundi testatoris, non obstante constitutione suprà mentionata in consilio præcedenti, quæ est constitutio Regis Petri tertij in curijs Muntisoni, c. 1. celebratis edita, quæ incip. impuberibus. per rationes & iura quæ in dicto meo cósilio (quod est immediatè præcedens) dedoxi. Cum autem mihi dicatur iurisperitos aliquos clarissimos de dicta mea decisione dubitasse, dicentes dictam dominam Ioannam & eius filium prædictum cùm solùm vocentur ex testamento Petri primi testatoris, qui Petro Paulo eius ex dicto Iacobo nepoti pupillariter substituere non potuit, cum non esset in dicti Petri aui sui potestate: quandoquidem ex constitutionibus Cataloniæ dictus Iacobus à sępedicti Petri sui patris exemptus est potestate per nuptias, quas cum domina N. dicti pupilli matre contraxit: cum tamen pupillaris substitutio de sui essentia præsupponat, quòd is cui fit huiusmodi substitutio sit in testatoris potestate, saltẽ mortis ipsius testatoris tempore, & quòd sit pupillus, vt not. doctor. in l. precibus. C. de impu. & alijs substi. not. Ang. Bal. Ioan. de Imo. Alexan. & dominus meus Iason, & plenius Fran. de Aret. in l. moribus. ff. de vulg. & pupil. & Bar. in l. Lucius. eo. tit. placuit igitur dictam consultationem diligentius perscrutari, non quòd satis roborata non esset decisio dicti consilij, sed vt magnifico domino consulenti morem gerã, qui licet hæc & longè maiora ex se ipso potuisset facillimè determinare meum tamen & aliquorum solénium iurisperitorum exquisiuit iudicium, ne in causa sua propria officium aduocati desumpsisse videretur, præsertim quod affectio soleat vt plurimum homines etiam peritissimos in nõ recta iudicia detrudere: & satisfaciẽdo his quæ possunt in contrarium adduci, studebo quantum materia patietur breuitati, quoniam virtus consistit non
1 in dicendo multa, sed multum. † Perseuero igitur in resolutione suprà in precedenti consilio facta. Quinimò determinando me vbi dubitatiuè videbar decidere, dico, præfatum Iacobum nedum fecisse substitutionem pupillarem d. eius filio Petro Paulo, verumetiam illam fecisse magistraliter, imitando doctrinam domini mei Iasonis in l. moribus. præallegata. col. 17. ver. vltimò pro perfecta, &c. vbi ex illo tex. dat theoricam, docens quòd fiat sub duplici cõditione hoc modo, Si filius meus hæres erit, & in pupillari decesserit ætate, substituo talem: huiusmodi substitutio (ait) est expressa & propria, & in forma pupillaris substitutionis, pro vt est tex. instit. de pupill. substi. in princip. & in §. substitutio. & in l. 1. §. fi. ff. de vulg. & pupil. Quando autem detracta primo conditione, apponitur solum secunda scilicet si in pupillari decesserit ætate, &c. tunc est substitutio compendiosa, limitata ad ætatem pupillarem, & illa cõtinet vulgarem expressam. Ratio est secundum Bald. quia ex quo testator locutus est indistinctè, non distinguendo sit hæres vel non, ex propria significatione indefiniti com
2 præhenditur vulgaris & pupillaris. † Et huiusmodi substitutio pupillaris magistraliter (vt prædixi) facta, excludit indubiè matrem pupill. existentem in medio. vt not. Bartol. Franc. de Are. & moder. in d. l. s. ff. de vulg. & pupil. verum etiam d. substitutio compendiosa, quæ (vt prædixi) continet pupillarem (vt in d. consi. præced. ver. 12. abundè monstrauimus) & abundè Lancelotus Politus in suo tract. substitutionum. in 8. principali quæst. dum loquitur de vulg. substitutione. in 5. effectu. dicẽs, hoc etiam verum esse de
3 iure polit. † Et si necessitas vrgeret, posset attẽtari quòd de essẽtia pupillaris substitutionis nõ exigatur quòd is cui fit substitutio sit in potestate testatoris, vt suprà dicebamus requiri in principio huius consilij. Aliàs enim sequeretur quòd Galli (qui filios non habent in potestate, vt not. dominus meus Iason post gloss. & Ioan. Fab. instit. de patria pot. in prin. in versi. Romanorũ.) pupillariter substituere non possent. Cuius tamen cõtrarium est veritas. & de hoc est tex. si non cauilletur, in l. si mater. ff. de vulg. & pupill. in princip. ibi: pupillaribus tabulis, &c, qui text. præsupponit pupillares tabulas à matre factas validas esse: tabulę autem pupillares sunt pupillaris substitutio, vt nemo ignorat, probatq; Bar. in l. 1. ff. eo. Ergo sequi videtur quòd substitutio pupillaris à matre fieri posset, cum tamen illa non habeat suos liberos in potestate, instl. de adopt. §. fœminæ. cum similibus. Quæ tamen dicta sunt ex abundanti, quoniã pupillarem substitutionem ex qua dicimus dictam dominã Ioannam vocari fundamus ex testamẽto Iacobi dicti pu
4 pilli patris. † Superest igitur ostẽdere pupillarem hanc substitutionem. qua vocatur d. do. Ioanna. Ad quod ostendendum præmitto quòd licet pupillus testamentũ facere non possit, attñ si decedat in ætate pupillari, dicitur intestatus decedere (saltẽ impropriè) l. j. vbi latè Bar. & scribẽtes. C. de suis & legit. doct. in l. generaliter. C. de insti. & substi. sub cond. fac. Attamen qñ fuit eidem substitutũ pupillariter, dicitur mori testatus. Ita not. doct. in l. Papin. §. sed nec impuberis. per illum text. ff. de inoffi. testa. & in l. patris & filij. vbi bo. tex. ff. de vulg. & pupil. quoniam huiusmodi substitutio est testamentum pupillare, vt in præal. l. si mater. eod. tit. ibi pupillaribus tabulis. & not. Bar. in l. 1. eo. tit. de vulg.
5 & pupil. † Et nedum fieri potest huiusmodi substitutio pupillaris in testamento patris, verumetiam postea & separatim, ita quòd licet paternum testamentum prædictum sit in scriptis, attamen pupillare testamentum fieri potest nũcupatiuè. & sic viua voce. Ita not. do. meus Iason post glo. & alios doct. in d. l. patris & filij. in 3. notab. per l. si ita scriptum. §. fi. ff. de secun. tab. quam gl. allegat in l. si quis eum qui. §. si suo. in 1. notab. de vulg. & pupilla. per quos textus inferunt Dynus, Alberi. de Rosat. & dominus Lancell. Deci. & moder. ibi, quòd substitutio pupillaris inducatur etiam ex coniectura ra mente testatoris, quemadmodum & fideicommissaria substitutio. quod etiam tenẽt Guliel. de Cug. & Albe. prædictus. & alij in l. precibus. sępe all. C. de impub. & alijs substi. in materia substitutionis pupilla-
6 ris. † Insuper attendo quòd verbum Volo in vltimis volũtatibus nedum importat fideicommissum, vt suprà in cõsilio præcedenti, versic. 6. dicebamus per l. 2. in princip. C. communia de legat. & l. verbum volo. C. de fideicõmiss. cum alijs ibi allegatis. quinimò etiam facit substitutionem directam, qualis est vulgaris aut pupillaris, vt monstrat abundè Bar. in l. quoniam. & post eum ibi dominus meus Iason. C. de testa. quod tamen intelligo post eosdẽ, quãdo verba quibus additur compatiũtur. & ita resolui infrà cõs. 49. versi. 9. vbi latius hoc prosequor. Et licet Alex. ibi voluerit reprehendere Bart. idem tamen dominus meus Iason ibi saluat eum à dicti Alex. impugnationibus, ad quẽ remitto. Plus etiam voluit Soc. consil. 249. incip. materia præsentis consultationis, &c. col. 10 versi. 3. responsio est. volu. 2. quòd verbum illud Volo. etiam si iungatur verbo infinitiui modi, dispositionem importat. allegat Bar. ita tenens in l. serui electione. in princip. ff. de lega. 1. per l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. & in casu nostro non videtur esse dubitandũ, ex quo dictus Iacobus testator post

dictum

dictum verbum Volo, subdidit verbum Dispono, dicēs,
Volo tamen & dispono, quòd sequi habeant ordo, vincula
quæ in Hispanijs vulgariter sonant id quòd Latinè dici-
mus substitutiones)& conditiones quem quæ & quas di-
ctus quondam pater meus, in eius vltimo testamento ap-
posuit & fecit, maximè cum sit vna & eadem dispositio,
& non diuersa oratio, vt per Bar. in l. prætor. s. §. ertq;. ff.
vi. bo. rapt. & in l. Seię. §. Gaio. ff. de instructo vel instrum.
7 leg. † Præterea clarum est quòd dictus Iacobus per illa
verba repetere voluit substitutiones in testamento sui pa
tris appositas. Verba vsq; adeò sunt clara, quòd interprete
non indigeant, sed repetitio fit ex natura declarationis, l. si
seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. item ex natura preambuli,
l. item quia. §. fi. ff. de pact. & ex natura relationis, l. vbi au-
tem. §. illud. ff. de verb. oblig. & ex rationis identitate, l. ni-
hil. ff. de coniungen. cum emancip. lib. consequēs est quòd
cum hæc clausula, Volo tamen. &c. addita fuerit ad decla-
rationem testamenti Petri primi testatoris, maximè cum
vocaret dictus primus testator dictam dominam Ioan-
nam si tunc viueret, & si esset prædefuncta eius filios, vo-
luit dictus Iacobus secundus testator, eadem vincula &
substitutiones in suo testamento apponere, & sub eisdem
formis, quib. in testamēto dicti sui patris appositę fuerāt.

Et quod illa verba, Volo tamen, &c. eundem habeant
effectum ac si substitutiones quæ sunt in dicti patris eius
testamento fuissent appositę & insertę in testamento sæpe
dicti Iacobi. not. Bal. in simili. in l. captatorias. in 5. quęstio.
C. de testam. milit. vbi dicit quòd schedula continens testa
mentum alicuius assignata alicui, puta Guardiano, propa-
landa post mortem illius qui consignat dictam schedu-
lam, valet vt testamentum, si testator eam assignauerit cū
rogatione notarij, dicēdo se ita testari pro vt in dicta sche
dula, & ita notat Bar. in l. si ita scripsero. post princip. ff. de
conditionibus & demonstrationibus. vbi dicit valere lega
tum factum per testatorem ita, Per quem epistolas scripse
to, hæres dato sibi id quod scriptum reperietur in epistola:
veluti si illud quod in epistola scripsit testator, descripsisset
in ipso testamento, de quo per eundem in l. hæredes palā.
col. 2. versi. licet ad quæst. ff. de testa. & not. Abb. consil. 4.
incip. in quæst. quæ vertitur, &c. vol. 5. ad princip. qui assi-
gnans decisionis prædictæ rationem, dicit quòd per rela-
tionem ad aliam scripturam videtur illud esse scriptum in
dicto testamento quod in scriptura prædicta relata refer-
tur: & de hoc dicto videatur omnino dominus meus Ia-
son in l. vbi autem. quam legit cum dicta l. stipulationum
quædam. in §. illud. ad princip. versicul. per istam regu-
lam. ff. de verb. oblig.

Quandoquidem indubium est quòd relatio facta ad ali
quod testamentum debet regulari secundum quod in di-
cto testamēto cōtinetur, vt per multa concludit do. meus
Philip. Decius, consi. 63. nu. 3. & sequ. quāuis aliud dictum
fuisset, vt ibi. vbi etiam docet relatiuum esse debere in re-
petēdo cum omnibus qualitatibus eius, de quo etiam per
eundē cons. 47. ad prin. vol. 1. & cons. 185. vers. 4. eo. vol. 1.
nisi fortè vbi facta hmōi relatione destrueretur actus, vt
per eundē consi. 11. ver. 18. d. 1. vo. de quo dixi infrà cons.
115. versi. 5. vbi plenius quàm alibi materiam relatiui pro
8 sequor. † Nec dicat aliquis, si dictus Iacobus voluisset testa
mentum patris approbare, & substitutiones in eodem cō
tentas repetere, quid erat opus illa clausula, cùm Petrus iu
prædictus eius pater antea prouidisset de substituto, si Pe-
trus Paulus sine liberis decederet, tradendo ordinem quē
dictus Iacobus secundus testator postea fuit insecutus. Re
spondeo enim quòd dictus Petrus dederat in suo testa-
mēto facultatem dicto Iacobo, si ipse sine filijs decederet,
aut eius filii sine filijs aut filiabus, disponendi de sua hære
ditate in vnam filiarū suarum, vel in vnam ex suis conso-
brinis filiabus præfati fratris Gasparis, dicti Iacobi fratris.
Et sic non iniuria prouidit & ordinauit dictus Iacobus, ꝙ
succederent ipsi & dicto eius filio pupillo, ordine quo vo
cati fuerant à patre suo in dicto eius testamento. Et sic

perinde ac si vocasset expressè dictus Iacobus Ioannam
prædictā sororem suam si tunc viueret, vel ea prædefuncta
9 Iacobum Bosch, filium suum maiorem. † Nec enim po-
tuisset Iacobus sæpe dictus sibi & eius filio impuberi vel
puberi decedēti alium assumere hæredem, quàm vel illos
quos dictus Petrus eius pater prouiderat, vt l. fi. §. sin aūt.
& auctēt. res quę. C. communia de leg. & not. Philip. Cor.
consi. 266. aliàs est 527. incip. quanquam prima facie. in li-
tera c. vol. 4. & sic cum voluerit dictus Iacobus quòd vo-
cati in testamēto patris sui succederent eidem & filio suo
impuberi sæpedicto, in pupillari ętate vel postea quando-
cunque decedenti, eo ordine quo in dicto testamento pa-
tris sui vocati erāt: ideò cum in eodem sæpedicta domina
Ioanna, deficientibus filijs vel filiabus dicti Iacobi fratris
sui absque liberis ex tertio capite substitutionum sit vo-
cata, vt ample in præcedēti consil. monstratum est: & ipsa
præmortua ex eodem capite sunt vocati dictæ dominæ
Ioannæ filij & filiæ, eo ordine quo vocauit filios & filias
dicti Iacobi, scilicet pręferendo masculos fœminis, & na-
tu maiorē in vtroq; sexu alijs posterioribus, substituendo
ǫue inter illos de primo ad vltimum, consequēs est quòd
dictus Iacobus per illa verba Volo tamen, &c. ex illa sub-
stitutione pupillari quam fecit dicto Petro, vocari, primo
loco dictam dominam Ioannam, & eius filios & filias di-
cto ordine, & deinde alias eius sorores, & postremò con-
sobrinas suas filias sæpedicti fratris Gasparis videlicet eo
ordine quo per fideicommissum vocauerat eas pater, eo-
dem ordine vocantur per pupillarem, dicto Petro Paulo
in ætate pupillari decedenti, ac si expresse pupillari substi-
tutioni inseruisset alias substitutiones in sæpedicti patris
sui testamento insertas. Ita quòd si dicta domina Ioanna
tempore quo dictus Petrus Paulus impubes (vt est dictū)
decessit, vixisset, ipsa vocata erat, & cum fuerit præmor-
tua, ex eadem vocatur Iacobus Bosch eius filius natu ma-
10 ior, per ea quæ satis resoluta sunt suprà. † Nec obstat quòd
dictus Iacobus in testamento suo sæpe dicto substituit pu
pillariter ventrem vxoris suæ, vt suprà in contrarium alle-
gebatur, qui posthumus cum non fuerit natus, videbatur
dictus Iacobus Bosch, seu eius mater si vixisset, repelli de
bere per vulgarem. Respondeo etenim quòd substitutio
hæc pupillaris, cui innititur sæpe dictus Iacobus Bosch,
cōtinet in se vulgarē ex qua substitutus admittitur, quāuis
non euenerit substitutionis casus. quia natus non fuerit vē
ter, pro vt in dicto consilio, versic. 9. licet ad propositum
resoluebam: quod etiam probat tex. in l. qui ventri. vbi gl.
expressius. ff. de ventre inspi. & similis est text. cum glo. in
l. ab exhæredati substituto. §. fi. ff. de leg. 1. & tex. in l. si ne-
mo. §. fi. in versi. substituto. ff. de testa. tutela. & bon. tex. po
nens casum à contrario in l. h. C. de instit. & substit. &c. &
ita per has ll. decidit notabiliter Alber. de Rosa. in repeti.
rubr. ff. vulg. & pupill. col. 31. & seq. dicens quod hanc quæ
stionem habuit de facto, & ita de facto vidit practicari. per
quas etiam illudem voluit Bal. in d. l. fi. C. de instit. & subst.
Ang. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupill. vterque Imola
in l. ab exhæredati. præalleg. refert & sequitur dominus
meus Iason, assignans ad hoc rationes in l. 1. col. 18. versic.
vltimo quęrit hic Bar. ff. de vulg. & pupil. quam etiam opi.
reperio tenuisse Ang. in l. qui posthumus. post glo. in vers.
prægnatæ. ff. ad Silaniam. & Oldra. consil. 30. incip. quidā
11 habens matrem. † Ex quibus sequitur ꝙ cum d. Iacobus
Bosch, ex sua persona vocetur ex pupillari expressà, ꝙ ex-
cludat matrē pupilli ēt à legitima, vt in d. consi. ver. 12. re-
soluebā. & no. Bar. in l. precib. sæpealleg. in 3. notab. vbi ēt
Bal. in 4. notab. Pau. de Cast. & do. meus Iason, & alij. C. de
impub. & alijs substi. Bar. in l. Papi. §. sed nec impuberis. ff.
de inoffi. testa. & in l. 5. ad. fi. vbi etiam dominus meus Ia-
son. in 3. effectu substi. pupillaris. ff. de vulg. Bald. in l. hu-
manitatis. col. 7. ver. 6. differentia. C. de impub. & alijs sub
stitutionibus. Ita etiā Roma. consi. 397. incip. placet mihi.
Philip. Cor. consi. 112. quod incipit, quanquam. in litera g.
vol. 2. & Panor. consi. 60. de quo est bonus text. in c. si pa-
ter. de

12 ter.de testa.li.6.† Sed nec repellitur dictus Iacob. ꝙ natus
nõ fuerit posthumus immediatè substitutus pupillo. Nec
etiã dicatur ꝙ saltẽ admitteretur ex vulgari comprehensa
sub pupillari, per quam mater non videretur excludi, quo
niam substitutio prædicta trahitur ad omnia bona etiã pu
pilli, vt doct. præalleg. volunt, & Bald. in l. fin. C. de insti. &
substi. sæpeallegata. vbi etiã glo. in versi. prior. maximè ex
quo dicta mater non est data cohæres, casus est extra om
13 nem aleam.† Nec etiam obst. ꝙ dictus Iacobus in substi-
tutione huiusmodi pupillari, substituens illi pupillo dicit,
Substituo & mihi hæredem instituo. gloss. etenim notab.
vera & communiter approbata in sępedicta l. 1. in verbo,
mihi. ff. de vulg. & pupil. dicit quòd dicta dictio Mihi, nõ
impedit substitutionem pupillarem, quoniã licet substitu-
tus pupillaris nõ succedat immediatè testatori, succedit at-
tamen illi persona mediãte pupill. Quia hęres hęredis cen
setur hæres esse testatoris: & ibi allegat ad hoc tex. not. do
minus meus Ias. in l. pen. quam Sali. ibi. & Pau. de Cast. ad
hoc notant in verbo sibi. C. de impo. & alijs substi. & testa
tor dum dixit, Substituo sibi, referens illud ad pupillũ, cla
rum est nos in incerto nõ vagari: & dominus meus Ias. in
l. cum quidam. C. de impub. & alijs substitutionibus soluit
aliter qui videatur omnino.

Ex quibus in vnam massam redactis dum in præcedẽti
consi. resoluebam dictam dom. Ioannã, seu eius filium prę
dictum succedere dicto Iacobo & eius impuberi filio Pe
tro Paulo ex pupillari, etiam matre dicti pupilli in medio
existente, & exclusa à legitima, & in alijs in cõs. præcedẽti
conclusis perseuero. Et ita vt in eodem & in hoc decisum
est & conclusum, dicebam & resoluebam, saluo, &c. Bar-
chinonæ 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

Concurro cum domino consultore habito primo cõsi.
pro repetito, ego Cornelius de la Volta Rotę auditor.

SVMMARIVM.

1 *PRotocollum notarij est multiplex, & an & quale pro-
bet: & quando est diuersitas inter protocollũ & in-
strumentum extensum, cui debeat stari. & nu. 3.*

2 *Renuntians liti & causæ in beneficialibus, censetur renun-
tiasse solum instantiæ, & non titulo beneficij.*

3 *Renuntians ad hoc vt ex illa afficiatur, certiorari debet de
effectu & validitate renuntiationis.*

*Notarius in extensione instrumenti nihil potest superaddere
quod concernat negotij principalis substantiam, prętextu
clausulę, fiat largè in protocollo appositę. Et quid possit ra
tione clausulæ, & cætera, & illius effectus.*

4 *Renuntians beneficio, non perdit dominium illius, donec fue
rit admissa renuntiatio per superiorem; sed nec eidem no-
cet quoad possessionem. & nu. 5.*

6 *Renuntians beneficio an possit authoritate propria redire ad
beneficium renuntiatum, si nulla fuerit dicta renuntiatio,
vel pars non seruauerit pacta.*

Renuntians liti, an possit vlterius agere.

7 *Mandatum speciales & expressum requiritur ad renuntian
dum beneficio.*

*Renuntians iuri quod habet vt laudum futurum sequatur,
laudo non secuto renuntiatio prædicta non nocet.*

9 *Cõpromittentes super aliqua re vel causa super qua lata fue
rat sentẽtia, quæ in rẽ trãsiuerat iudicatã, cum clausula;
Nõ obstante tali sententia, &c. non intelligitur compro-
mittens tali sententiæ renuntiasse, nisi laudum sequatur.*

CONSILIVM XLIII.

PRÆSVPPONITVR in facti cõtingentia ꝙ
lite pendente inter duos de ecclesiastico bene
ficio, alteri⁹ ex præsentatis procurator, io ma
nib. notarij renuntiauit liti & causę in fauorẽ
colligantis. Sed eodem contextu, & inter eas
dem partes conuentũ est & compromissum in certos ar-
bitros, qui cognoscere haberẽt primitus ex potestate data
eisdem per patronos de iure pãtronatus. & si constaret ar-
bitris dictum renuntiantem esse de genere fundatoris, cõ
stituere deberent dicto renuntianti certam annuam pen
sionem pro eorũ arbitrio, super dicti beneficij fructibus.

Pręsupponitur etiã, ꝙ aprisia siue protocollum notarij,
instrumẽtum extensum differunt inter se multum, vt de-
ducitur infrà, versi. 2. & 3. quodque dicti arbitri non sen-
tentiauerunt: & ꝙ renuntiatio prædicta non fuit admissa
per superiorem: quinimo contulisse dicitur dictum bene-
ficium tanquam vacans, priusquam ille in cuius fauorem
renuntiatio prædicta facta fuit, peteret ab eodem admitti
renuntiationem sæpedictam, & sibi de beneficio proui-
deri, à cuius nõ admissione dictus colitigãs dicitur appel
lasse ad reuerendissimum Tarraconen. Archiepiscopum
metropolitanum dicti superioris.

Quæritur ergo de viribus dictæ renuntiationis, & attẽ
tis supradictis an stari debeat protocollo, an verò extenso
instrumento, quæ vt prædixi multum differunt inter se.
1 †In primis licet Iacobus Butrien. in rubr. C. de fide instru
ment. voluerit protocollum non probare, sed instrumen-
tum ex eo extractum, Baldus tamẽ ibi & Felynus diffusè
in c. cum P. tabellio. extra, de fide instrument. declarantes
illud dictum, volunt ꝙ sit verum in bastardello notarij:
in quo duntaxat apponuntur contrahentium nomina &
testium, & locus, & tempus Secus autem vbi continuare-
tur in dicto libro notarij, in quo alias notas opponit: vel
vbi essent omnia, puta annus, indictio, & alia requisita, &
subscriptio ipsius notarij: quia non modò staretur dicto
protocollo, verumetiã vbi esset diuersitas inter ipsum pro
tocollũ & instrumentum extractũ ex ipso, vel ex imbre-
uiatura, tum staretur dictæ imbreuiaturæ vel protocollo
pro vt est tex. & ibi gl. & Iaco. de Beluiso. & Ang. in auct.
de tabellio. §. fi. not. Bar. Bal. Imo. Paul. de Castr. & moder.
in l. Sempronius. ff. de legatis secundo. Idem Bal. in l. no-
stram. C. de testamẽ. dominus meus Iason in l. edicto. ver.
7. C. de edicto diui Adri. toll. cum concordantijs alijs quas
allegat Fely. in præalleg. c. cum P. tabellio. & in c. pastora-
lis. col. 2. vers. amplia secundo. in fi. ext. de iudi. & Soci. cõs.
94. incip. pręstantissime, &c. ad princip. vol. 1. & cons. 199.
2 incip. in causa tacta, &c. in principio. vol. 2.† Cũ ergo scri-
pserit notarius prædictus in protocollo vel imbreuiatura
prædictis, ꝙ procurator domini Petri Rabassa renuntias-
set liti & causæ beneficij contentiosi in fauorẽ discreti do
mini augustini Mulner, indubiũ est ꝙ in extẽsione instru
menti non potuit apponere clausulam hanc, ac omni cui-
cunq; iuri dicto principali meo in dicto beneficio perti-
nenti, &c. Quandoquidem in beneficialibus renuntiãs liti
& causæ, intelligitur duntaxat renuntiasse soli instantiæ, &
non titulo beneficij, vt tradunt docto. in l. postquam liti.
vbi etiam dominus meus Ias. & Iacob. de sancto Georgio
in 2. ampliatione. C. de pact. Anto. de Petrucijs in repet. l.
vnicæ in 7. remedio. ff. de iureiur. not. Cardi. in Clem. 1. de
renunt. & Cald. consi. 5. incip. An habens beneficium. sub
rubr. de præben. & concel. præben. Ratio est quia iuri be-
neficiali renũtiari non põt, nisi in manibus superioris. c. ad
monendi. extrà, de renun. & domini de Rota deci. 306. in
cip. doctrina Innoc. refert & sequitur Ioã. de Imo. in c. ve-
niens. ext. de renunt. & sic ista renuntiatio de qua in proto
colli, non porrigit effectũ quoad titulũ, sed quoad posses-
sionem duntaxat, vt per Card. in Clementina 1. in 9. q. de
renun. & in c. ꝙ in dubijs. post Inno. ext. eo. tit. in antiq. &
Pau. de Cast. cons. 313. incip. viso tenore suprascriptę bul-
læ. Imo fortè etiam quoad possessionem effectũ non por-
rigit dicta renuntiatio, per ea quæ dicuntur infrà versi. 4.
3 †Et si dicamus præualere extensum instrumentũ ipsi pro
tocollo. vel imbreuiaturæ, quod tamẽ est falsum (vt suprà
dictum est) vel si fingamus ita potuisse notariũ extendere
virtute clausulæ in dicta imbreuiatura vel aprisio positæ,
fiat largè. &c. dico nihilominus dictum notariũ virtute di

ctæ clausulæ, apponere nõ potuisse vel superaddere illam
clausulã q renuntiabat cuicunq; iuri sibi competenti in di
cto beneficio, quoniã notarius in extensione instrumenti
nihil potest superaddere quod concernat substantiam prin
cipalis negotij (pro vt facit dicta clausula renũtiationis &
cuicunque iuri, &c.) pro vt no. abunde Fel. c. ex literis. ext.
de fide instr. & Soci. consi. 49. supra allegato, quasi per totũ
vol. 1. Quinimò falsi labe non caret dictus notarius, vt per
multas rationes quas ad hoc propositũ allegat Frã. de Cur.
cõs. 55. inc. sup processu inquisitionis, & c. p totũ apparet.

Addo q dictus notarius certiorare debuit dictum pro-
curatorem renuntiantem, de effectu & validitate renun-
tiationis prædictæ, ad hoc quòd ipsius principalē afficeret,
si vera est doctrina do. Alex. in l. similiter. §. si mulier. ff. ad
Velleia. & in l. fi. eo. tit. præsertim q dictus procurator est
persona iuris ignara. & ad id est quod not. Bal. post Specul.
sit. de renuntia. & conclus. versi. sed an valeat, &c. quæ ta-
men pro constanti non pono, quoniam aliter visus sum te
nere infrà consi. 121. ad fi.

Alia etiam diuersitas, imò cõtrarietas inter protocollũ
& extensum instrumẽtum patet, quia in dicta protocollo
siue imbreuiatura dicitur, q si cõstaret per arbitrorum de
clarationẽ, q sæped. dominus Rabassa esset de genere fun
datoris, q magnifici Franciscus de Mõtsonis & Antonius
Piquer, & in casu discordiæ Antonius Camps, possent im
ponere pensionem super dicti beneficij fructibus, in fauo
rem ipsius domini Rabassa, qualis esset illis Montsonis &
Piquer bene visa: in instrumento autem extenso dicitur,
q in dicto casu teneatur dictus Mulner, dare potestatem
procuratori ad constituendũ dictam pẽsionem: inter quæ
latam esse differentiam nullus est qui non cognoscat. Ex
quibus, & alijs multis inter quę differũt dictum protocol
lum siue imbreuiatura, & extensum instrumẽtũ, nedũ fieri
debet protocollo vt suprà dicebatur, verumetiam de dolo
illius manifesto constat, vt in simili tradunt Bal. & Ang. in
l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. & Soci. consi. 94. &
Frã. de Curte, cõl. 55. suprà allegatus. licet aliàs potius præ-
sumatur notarius errare quam falsum committere, vt per
Bal. in l. errores. C. de errore aduocat.

Nec etiam fundari potest illa clausula, & cuicunque iu-
ri, &c. vt suprà posita fuit vigore dictionis illius. &c. quæ
in dicta imbreuiatura fuit immediatè posita post illã clau-
sulam, fiat largè, &c. debent. n. illa verba referri quoad sub
stantialia contractus, non autem quoad accidẽtalia, pro vt
latè & remissiuè Felinus resoluit in c. P. tabellio. suprà alle
gato in sexta principali quęstio. dum tractat de extensione
dictionis huius, &c. extrà, de fide instrumen. Vnde a diuer
ticulo redeundo, si dicamus instrumentum illud ita exten
sum nullum esse in totum, pro vt aliquibus doct. placuit,
fundata est intentio dicti domini Rabassa, quòd illi nõ ob
stabit renuntiatio prædicta. Si verò dicamus esse vitiatum
duntaxat instrumentum huiusmodi, inquãtum est plus in
eo additũ quam in dicta imbreuiatura, pro vt Bal. voluit in
Rubr. C. de fide instrum. col. 8. versi. 4. nunquid hoc etiam
casu erit in tuto dictus dominus Rabassa qui soli instantię
& liti renuntiauit, vt suprà versic. 2. concludebamus, & sic
legitimè contradicit institutioni per dictum Mulner ad-
4 uersarium petitæ. † Sed fingamus attendendum esse instru
mentum extensum, vel potuisse dictum notarium illã iu-
rium renuntiationem in dicto instrumento apposuisse, ad
huc dico q cum sæpedictus dominus Rabassa ius haberet
in dicto beneficio, & renuntiatio ista facta non fuit in ma
nibus superioris, nõ perdidit iste renuntians dñim, aut pro
prietatẽ dicti beneficij, donec superior præfatus dictã re-
nuntiationem habuerit ratã. c. fi. ext. de renunt. c. q in du-
bijs. vbi Panor. & doct. eo. tit. & not. Io. And. c. ex ore. ex-
trà, de his quę fiunt à maxima parte c. & in regula, is qui ta
cet in mercurialibus. li. 6. & Paulus Leaza. Cle. 3. de renunt.
& facit ad hoc l. legatus. ff. de offi. præsid. & l. fi. C. de defen.
ciui. vbi prohibetur quis à se abdicare officiũ publicũ etiã
seculare, priuata renuntiatione. q etiã not. Bartolus in l. 1.
C. de peti. subla. li. 10. & Panor. in c. q de intimorum. ext.
de statu monach. Quinimò dici posset huiusmodi renun
tiationem etiã quoad possessorium sæpedicto domino Ra
bassa non obstare, vt per doct. in c. solicitè, extrà. de restitu.
spol. Rota deci. 3. in tit. de renun. incip. an renuntiatio Ioã.
Milis in suo repert. in versi. renuntiatio. quibus addantur
5 quæ dixi infrà versi. 6. † Nec obstat dictam Panor. in præ-
alleg. c. q in dubijs. vbi post principium voluit renuntiari
posse beneficio litigioso absque superioris consensu: ma-
ximè quãdo est probabile dubium an habeat ius. Dico. n.
contrariam opinionem communiter à doct. ibi teneri. &
in præalleg. Rotæ deci. 306. incip. si actor, &c. Clarum est
ẽt ius dicti dñi renuntiantis, qui præsentatus fuisse pręsup
ponitur à vero patrono. Vnde nõ modo præsentatus legi
timè videtur, vt c. consultationibus. ext. de iure patro. qui
nimò q debeat præferri alteri præsentato, etiã si ipse præ
sentans aduersarium in quasi possess. præsentãdi reperire-
tur. cũ verus patronus appareat qui dictũ dominũ Rabas
sa præsentauit, de cuius proprietate iuris præsentandi con
stare dicitur. Ita resoluit dñs meus Roch' de Curte in suo
tract. iuris patro. in versi. cõpetens alicui. quæs. 14. 15. & me
lius q. 19. Ita etiam tenet Andræas Siculus consi. 68. vol. 3.
& dominus meus Philippus Decius consi. 127. vol. 1.

Posset etiam ad dictum obiectum Panor. responderi, di
cendo nullum beneficium dici posse litigiosum, priusquã
emanauerint desuper literę citatoriæ executatæ, & titu-
lus agentis aduersæ parti exhibitus, & dilationes ordina-
riæ iuris vel styli partibus datæ fuerint, pro vt not. Inn. &
moder. c. cum olim. ext. de re iud. de quo etiã per gl. prag-
maticæ sanctio. in tit. de paci. poss. §. his autẽ. in ver. termi-
norum. quæ tamen omnia (dempta sola citatione) præsup
6 ponuntur in casu nostro cessare. † Nec etiam facit si dica-
tur saltẽ valuisse renuntiationem ad hoc. q ipse renuntiãs
non posset auctoritate propria ad beneficium renuntiatũ
redire: pręsertim ex quo fuit dicta renuntiatio pura, vt per
doct. in c. quã piè. 2. q. 1. & c. fi. extrà, de pact. Respõdeo. n.
hoc esse verum quando cum superioris volũtate facta fuis
set huiusmodi renuntiatio. vel per illum admissa, vt notat.
in c. admonet. extrà, de renun. & Ioã. And. in regula, igno-
rantia. li. 6. in mercurialibus. & apertius Panor. in d. c. 5. in
dubijs super gl. 2. vbi voluit q interim beneficium huius
modi non vacat, ad hoc q possit alteri conferri, non expe
ctata dicti superioris licentia: nec etiam vt vacans impe-
trari possit, sed interim est in pendẽti ad superioris iudiciũ
Vnde cum dicatur superiorẽ dictã renuntiationẽ non ad-
misisse, consequens est q dictus dñs Rabassa legitimè se
opposuit: etiã quo ad possessionẽ, vt no. domini Tolosani,
q. 492. incip. Item fuit quæsitum, &c. Quæ etiam si consi
deremus quoad proprietatem aut dominium dicti benefi
cij, multò plus legitimè opposuit se dictus dñs Rabassa,
per ea quæ suprà dixi. quibus accedat lex singularis secun
dum Bal. in l. si ea. C. de inge. & manu. per quem tex. Bald.
ibi limitauit l. postquã liti. C. de pact. dum voluit q renun
tians liti, non possit vlterius agere quoniam (vt ait) renun-
tians liti non videtur fateri aduersariũ ius habere. & sequi-
tur Rom. singulari 781. incip. dicit. l. postquã liti, &c. & fa
cit q not. idẽ Bal. in l. si paterna. C. de repud. hære. vbi dicit
aliud esse renũtiare, & aliud cõfiteri. Quod dictũ Bal. in d.
l. si paterna. singulariter sumpsit Alex. in l. naturaliter. §. ni
6 hil commune. col. 25. versi. vbi etiã. ff. de acquir. poss. † Sed
tutior videtur esse dicti domini Rabassa opposito & cõ
tradictio, & clarior iustitia illius, si attẽdamus procuratori
illius datã fuisse duntaxat facultatẽ ad renũtiandũ ex causa
permutationis cum alijs beneficijs, & sic ad renuntiandũ
ius in re & nõ ad rem, quod vt prædixi habebat dictus dñs
Rabassa in dicto beneficio. Vnde cum dictus procurator
liti & causæ renũtiauerit, haberetq; ad id minus sufficiens
mãdatũ, nõ pręiudicauit sępedicto dño Rabassa suo prin
cipali cum ad renuntiandũ simpliciter beneficio nedũ spe
ciale, verumetiam specialissimum requiritur mandatũ, vt
per Card. Cle. 1. de renun. & Cle. 1. de conss. præbẽ. & not.
Inno.

Inn.& moder.ca.accedens.ext.de præben. Doct.c. si tibi absenti.eo.tit.li. 6.& sic dictus procurator excessit sui mãdati fines inquantũ non resignauit ex causa permutationis fiendę cũ alio beneficio: & sic non obstit dicto eius prin
8 cipali renuntiatio supradicta.† Similiter cõsidero q̃ dicta renuntiatio facta fuit cõtemplatione laudi futuri,cũ partes in eodẽ instrumento in quo facta fuit renuntiatio sæpe dicta,compromiserunt in dictos arbitros,vt ex dicto instrumento constat.Vnde dico q̃ ex quo non est laudũ secutũ, non præiudicat dicta renuntiatio ipsi dom. Rabassa:ad q̃ est decisio Bal.in l.si diuersas.ver.ex prædictis.C.de trãsac. vbi dicit,q̃ quando is qui compromissum facit, renuntiat alicui iuri sibi competenti vt laudum suum effectũ habeat,si ex illo compromisso laudum non sequatur euanescit renũtiatio huiusmodi,& nihil præiudicat renuntianti. Quod dictum Bal.refert & sequitur Alex.conf.a 2.incip. viso instrumento Syndicatus,&c.vol.5.dominus meus Iason in l.non dubium.col.pen.versic.4.adde,&c.C.de legi. Soci.in repeti.l.si filius qui patri.num.7.ff.de vulga.& pupill.& dominus meus Philippus Decius, in regula,creditor qui promittit.ad princip.ff.de reg.iur.& in c.ad aures. extrà,de appell.& consi. 1oo.93. incip. & pro tenui facultate,&c.versi.confirmantur prædicta, &c.vol.s.& dominus meus Iason præallegatus in l.sub prætextu.C.de trans
9 fact.& in l.postquam liti. suprà allegata.ff. de pact.† Ad q̃ facit quod not.idem Bal.in l.post rem.ff. de transact. & in l.eleganter.in princ.maximè in lectura antiqua.ff.de cõdi. indeb.& in l. s.col.2.C.quando prou.non est necesse.& in l.iuris gentium.§.si paciscar.ff.de pact. Dicens,q̃ si compromittitur per aliquos inter quos fuit lata sententia quæ in rem transiuisset iudicatã,cum clausula expressa,non obstante illa tali sententia, q̃ clausula illa renuntiationis habet effectum in casu quo laudum sequatur: & è contra in casu quo non laudaretur,nihil operabitur, quod & voluit Paulus de Cast.in l.causas.ad finẽ.C.de transact.& Roma. in repetit.rubr.ff.de arbi.col. 15. & Felynus post Cardi.in c.cum olim.extrà,de præscript.

Nec etiam obst.quod suprà consi.30.in.1.dubio visus sum contrarium tenuisse:ibi enim tum vers. 5.tum vers.3. & per totum dictum primum dubium referẽdo hoc con silium, monstro nos esse in terminis longè diuersis,& decisionem vnius consilij nihil ad alterum consiliũ pertinere,propter facti & casuum diuersitatem.

Ex quibus resoluendo præsentis cõsilij massam in vnã summam,dico renuntiatum non fuisse per sæpedictũ procuratorẽ do. Rabassa dicto cõtentioso beneficio, quo minus se opponere posset institutioni & collationi per d. aduersariũ petitæ.Et ita vt est dictũ & conclusum suprà,decidebã & resoluebam,saluo,&c.Barchi.1524.ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *SVccessio in iure patronatus consideratur in capita & non in stirpes,secundũ magis communem opinionem, etiam si pro inæqualibus partibus hæredes sint.*

2 *Iuris patr.quasi possessio probatur per præcedentes præsentationes,quę tamen admissæ fuerunt. Et dicitur quis esse in quasi pos.præsentandi per vnicam præsentationem.*

3 *Consanguinitas vel parentela in factis antiquis qualiter probetur.*

4 *Periurij pœna est infamia,& quòd sit exclusus à dignitatibus & à testificando, & de iure canonico repellitur ab agendo,quo etiã iure collatio beneficij eidẽ facta est nulla.*

CONSILIVM XLIIII.

IN contingentia facti super qua cõsiliũ præcedẽs redditũ est, tam abundè & vsq; adeò subtiliter & ornatè magnifi. Petrus Benedictus de Põs legum doctor,vt frater mihi venerãdus,iura facto appropriãs, iustitiã huius do. Petri Rabassa demõstrauit,vt aliquid tam copioso consilio superaddere sit, (vt Tusci dicunt)solem de mẽse Augusti velle vendere. Vnde satis esset nuda mea subscriptio de qua rogor,maximè quia in præcedenti cons.multa deduxi,quę dictus dominus consultor examinat.Rẽ ergo quantum potero breuiter & succinctè expediam.

Concurro igitur cum domino consultore prædicto,in quantum resoluit attendi debere quod in protocollo cõ sinetur, & non quod in extẽso instrumento scriptum est, iuribus & rationibus per eundẽ adductis, & quas in dicto
1 meo præcedenti consilio super illo dubio deduxi.† Dum verò in secũdo quæsito se resoluit pro legitimitate præsentationis factæ de dicto dom.Rabassa,stante veritate facti pro vt per dictũ dominum consultorem ponitur, in quo stans fideli eiusdem qui causę merita perscrutatus est relationi,conuenio in eandẽ cũ domino consultore sæpedicto sentẽtiã & opinionẽ. Si.n.dicamus in iure patronatus successionem in stirpes attendi,vt prima facie visus est voluisse dñs [illegible] Rochus in suo tract.iuris patr. in ver.ipse vel is à quo,&c.q.2.constat de patronatu Ioã.Raymundi, Villa noua,à quo fuit dictus dominus Rabassa præsentatus.Si aũt dicamus successionem considerari pro vt in capita,erunt in paritate iuris dictus Io.Raymundus & Ioanna vxor Bartholomæi Villa quę dicitur aduersarium præsentasse:quoniã si vnus sit hæres alterius, habebit duas voces.& sic dictus Ioã. Ray. successit in iure Antoniæ eius auię maternæ,& in iure Petri Solso auunculi sui magni.& d.Io.succedẽs clarè eius materteræ ẽt duas voces haberet, vt not.idẽ dñs meus Rochus,vbi suprà,q. 4. sed cũ sit opi. cõit(quo vt idẽ dñs meus Roch. ibi contrarias opi.cõcordãdo adducit) q̃ si vnicus sit patronus qui decedat relictis pluribus hæredibus,illi succedunt in capita,ẽt si pro inæqualibus portionibus hæredes fuerint, ita q̃ vnusquisque vocẽ vnã habebit.Illisũ vel aliquibus eorũ cũ pluribus hæredibus decedẽtibus succeditur in stirpes, & nõ in capita: & sic in casu nostro patroni idẽ ius patron.habẽt,præsupposito q̃ Antonia soror Ran.fuerit ẽt hæres Claretæ filię
2 primi patroni,pro vt dñs cõsultor ponit in facto.†Similiter concurro cum eodẽ, dum voluit quasi possessionẽ iuris patronatus dicti Io. Ray.probatam esse per alias præsentationes per eũ factas & admissas: quoniã ẽt si de dicti Ioã.Ray.tit.nõ cõstaret, sufficeret ad hoc q̃ esset in quasi possess.iuris præsentãdi,q̃ d.Ioã. Ray.semel præsentasset, & multò magis si in vltima vacatione præsentauit, vt per Philip.Cor.cõl.47.incip.in præsenti cõsultatione.per totũ. vol.3.tenuit do.meus Philip. Decius consil.117.reuocatur in dubiũ.in 5.dubio.vol.1.conf.134.incip.viso puncto.ẽt in 5.dub.eo.vol.& consil.149.incip.in causa iuris patro.in 2.dub.in d.s.vol.& ita voluit Ioan.de Selua postea præses senatus Parisiẽsis primarius in suo tract. de benefic. qui ad
3 hoc multa accumulat in 2.parte.q.7.† Genus aũt q̃ à dicto fundatore trahit sæpedictus dñs Rabassa,mihi præsupponit esse cõmune cũ dicto Mulner:quoniã auia paterna sæpedicti do. Rabassa soror erat aui sæpe dicta Mulner vt ex arbore generis demõstratur. Vnde probatio illa generis quã gloriatur se fecisse dictus Mulner per instrumentũ,proderit indubiè d.do.Rabassa si pbauerit(vt cõfido) auiã suã paternã & auũ maternũ sæpedicti Mulner fratres fuisse,per testes concludenter deponentes: ex quo talis cõ sanguinitas & parẽtela memoriam hominũ non excedit. Ad probandũ aũt parentelã vlteriorẽ ab ipsis, fateor satis esse q̃ testes deponerent de auditu auditus,aut de fama,vt omnino per Areti.consil.37.incip.sequendo ordinẽ quæsitorum.& per do.meum Philip.Deciũ,consil.321.incip. in causa quæ agitatur Alexandriæ.vol.2. & ita resoluo suprà,consi.10.versi.3.per alia multa quæ ibi allego.† Con-
4 uenio etiam cum domino consultore prædicto, quando in finalibus verbis repellit dictum dominum Mulner ve periurum. Et dico q̃ præter infamiæ iuris & facti exclusionis à dignitatib. & testimonio pœnas, in quas periurus incidit.l.si quis maior.vbi omnino dominus meus Ias.post

alios.C.de transact. & in l. si duo patroni. §.si quis iurauerit.ff.de iureiur.& in repeti.l.admonendi.col.26.eo.tit.repellitur etiam periurus de iure canonico ab agendo, vt est gl.22.q.5.c.paruuli.Imo dominus Anto.c.dilecti.col.3.extrà,de excep. dicit ꝙ exceptio periurij est exceptio litis finitæ:ita quòd litis impedit ingressum: quam materiam latins discutio infrà consi.126.versi.2.

Quinimò tantus est periurij reatus,quòd nedum annullat collationē beneficij factam periurio,vt per Fely.de Senis consi.50.inci.an collatio,&c.allegantē inter cætera Hosti.c.cum inter.extra;de excess. præla.ꝙ etiā voluit Card. Zabarella in c.querelam.,extrà,de iureiur.Ioā.de Imol.in c.auditis.extrà, de elect. & dñi Tolosani in suis decisio.q.17.& dominus meus Iasin d.§.si iurauerit, verumetiā clericus beneficiatus propter periurium,remouetur à beneficio.c.2.& ibi doct.extrà, de rescript. vbi Bal.dicit ꝙ illud clarius alibi non probatur.Sed dñs meus Ias.in d.§. si iurauerit.allegat.tex.similes in c.cum quidā. & querelā. extrà,de iureiur.vbi idē dicit in episcopo.qui propter periurium episcopatu debet priuari.& not.Bal.in l.2.C.de iureiur.per gl.in c.fi.eo.tit.li.6.de quo ēt videatur Anto. de Petrucijs in repeti.l.1.suprà allegatę.in 7.effectu.ff.de iureiur.

Aliunde cū ex huius causæ meritis constat in præsentatis esse paritatē vocū & æqualiū istumque dominum Rabassa saltem æquè idoneum esse, sicut est dictus Mulner, etiam circunscripto periurio ipsius Mulner,ꝙ reddit eum inidoneum & inhabilem,resoluimus cum domino cōsultore prædicto potuisse ordinarium d.dom.Rabassa gratificari,pro vt & fecit,vt omnino per dominum meum Rochum,vbi suprà,io versi.honorificum.q.15.

Et per consequens apparet legalē esse & iuridicam dicti domini cōsultoris resolutionē super tribus,dum resoluit dictā renuntiationē huic do.Rabassa non obstare, quā etiam latius in dicto meo consi.comprobaui. Ex quibus apparet dictum dominum Rabassa debere ad hoc beneficium contētiosum admitti, cū pręsentis causæ victoria.Et ita vt est dictum & conclusum suprà & in alio præcedēti cōsilio:decidebam & resoluebam,saluo,&c. Barchinonæ 1524. ad laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quem de euictione, &c. an locum habeat contra agentem in vim contractus Garentigio nati, contra euiusmodi contractum potest opponi duntaxat ex priuilegio solutionis exceptio.*

2 *Exceptio omnis quāuis contra huiusmodi instrumenta probibeatur opponi, attamen potest allegari exceptio peremptoria, incontinenti probabilis. Quæ quidem exceptio tolli non potest per statutum, sed nec per principem ordinaria sua potestate, quia sic tolleret defensionem partis. num. 3.*

4 *Garentigiatum instrumentum, quod ex priuilegio executionem paratam habere intelligitur, esse debet liquidum & clarum. Et antequam liquidetur non habet executionem paratam, & contra huiusmodi instrumēta possunt opponi. exceptiones quæ limitant & restringunt executionem, sicut possunt opponi contra sententiā & executionē illius.*

5 *Solutionis appellatione venit oīs liberatio, & an successio.*

6 *Indemnitatis promissio, et promissio defensionis parificātur.*

7 *Exceptio, quē de euictione, & c. prę allegata locum habet etiā contra donatarium, etiam si donator sit notorie soluendo, quando conuentus hypothecam habebat super petito quod petitur.*

CONSILIVM XLV.

RESPONDERE summariè à me petitur, vtrū contra agentē in vim contractus garentigionati, & sic executiuè, locum habeat exceptio, quē de euictione tenet actio, eundem agentem repellat exceptio: attentis priuilegijs quę habet dictus contractus, contra quem potest opponi duntaxat exceptio solutionis, de qua constare debeat per instrumentum publicum.

Secundò, dato ꝙ contra creditorē executiuè agentem possit huiusmodi exceptio opponi, vtrum poterit eodem modo contra donatariū creditoris, ēt executiuè agentē, opponi dicta exceptio, præsupposito ꝙ donator sit noto
1 riè soluendo.† Et primi quęsiti decisio de se patet, propter
theoricā l.vendicantē.ff.de euictio.& l.exceptione.C.eo.
vbi doct.notāt vulgatā illā regulam, quā de euictione,&c.
de qua per Specu.lit.de empt.& vendi.§.3.versi. itē pono.
sed dubiū faciebat, quoniā per iura patriæ & priuilegia dictis instrumentis concessa, potest opponi duntaxat, vt suprà præsupponitur, sola exceptio solutionis. Quo tñ non stante, dico posse opponi in casu nostro dictā exceptionē: ad ꝙ moueor auctoritate Bar.in l.1.ff.si cert.pet. vbi post eū mod.dicunt, ꝙ licet statutū prohibeat cōtra certi generis instrumenta aliquas opponere exceptiones, præter certas specificatas, non tñ excluditur exceptio intrinseca pertinens ad rem quia illa potest opponi non obstante prædicto statuto exclusiuo, quamuis non sit de admissis per ip
2 sum statutū.† Præterea cōsidero ꝙ huiusmodi exceptio
est peremptoria, quia agentis actionē vel intētionē perimit,
secundum Ioan.Andr.in c.1.de litis contest.lib.6.& elidit
ius actoris, vt dicitur §.præterea.de instit. except. sed ego
habeo ꝙ contra huiusmodi instrumenta contra quę nulla
admittitur exceptio, pōt nihilominus opponi exceptio peremptoria, vt voluit Bal. notabiliter in l. peremptorias.C. sententiam rescindi non posse.& not.Bar.in l.si filius.ff.ꝙ cum eo.qui in alie.pōt.est, &c.dom.meus Ias.in l.1.col.4. ver.4.refertur, &c.C.de iuris & facti igno. & hoc maximè ex quo dicta exceptio est probabilis incontinenti, per ea quæ no.Abb.c.suscitata.in gl.ext.de resti.in integ.& Card. Cle.1.§.si.q.pen.de sequest.poss.& fruct. Quorum dictū licet Alex.consi.75.vol.4.reprehendat, dicens, ꝙ ēt si Cardinalis aut Episcopus hoc diceret, falsum diceret: quorū tamen dictū verum est in exceptione de qua suprà, vt per
3 moder.in dicta l.peremptorias.† Nec dicatur prædicta in
casu isto procedere non posse in quo omnes exceptiones repelluntur, pręter dictā solutionis exceptionem. Respondeo etenim, nec per statutum, nec etiam per ipsum principē tolli posse exceptionem peremptoriam (de ordinaria principis potestate loquor) quia esset tollere defensiones partis.l.quoties.C.de preci.Impe.offe.not.Inno.c. super literis.extrà,de rescript.Anto.de Butro.c.ex parte B.ext.de fo.compe.& Spec.in tit.de rescript.præsenta.§.ratione autem formæ.versi.illud nota.pro quibus est bona gl.in c.1.
4 de litis cōtest.l.6.† Præterea si rectè inspicimus priuilegia,
scripturæ tertij in hac patria Catalonię parificantur instrumentis quæ garentigionata vel garintigiata solemus appellare, & cum his quæ in regno Castellæ & alibi dicuntur executionem paratam habere. Priuilegia aūt huiusmodi instrumentis & scripturæ concessa, intelliguntur solum de illis quæ sunt liquida, & materia eorum est legitima & clara: alias secus pro vt in proprijs terminis tradidit Bald. in l.2.C.de execu.rei iudi.dicens ꝙ si ex forma statuti cōtra instrumentum garentigiatum opponi nō possit aliqua exceptio, debet intelligi de illa quæ opponitur ad eneruādum instrumentum, & non de ea quæ allegatur ad liquidandū illud. Nec enim statutum prohibet quo minus contra liquidationem, sed ꝙ contra instrumenta duntaxat opponatur exceptio. Ergo quoad oppositionem contra liquidationem stamus iuri communi.

Ex quo infero ꝙ instrumēta cōditionalia incerta, quādiu liquidantur, non gaudebunt huiusmodi beneficio statuti vel priuilegij, quæ fauent instrumētis garentigiatis. Sicut.n.aliud est opponere contra instrumentū, & aliud opponere cōtra instrumēti liquidationē (vt suprà dicebam) & clarius explicat idē Bal.in pallegata l.2.ꝙ & docet idem in l.1.ff.de leg.2. vbi dicit ꝙ via executiua locum non habet, quoniam tale instrumentum est offuscatum: habet.n.

solum

solum paratā executionē quando pōt agi immediatè & directè ex illo.aliàs secus, vt not.Bar.in l.2.ff.de arbi.cū simi. & in terminis nostris Bal.not. in l.si causam. C.de execu. rei iudi.vbi voluit, q instrumēta antequā sint liquidata, nō paratam executionē ex forma statuti, q etiā voluit Anch. in repe.c.1.q.14.vers.iuxta hoc membrum.ext.de consti. & Soci.cons.4.incipiente, visis actis.& cōs.51.incipiente, prestantissime doctor.vol.1.vbi plures ad hoc assignat rationes. Quanuis.n. statutum vel priuilegium huiusmodi instrumenti priuilegiati (quam scripturam tertij dicunt vt suprà dicebamus) prohibeat opponi contra huiusmodi instrumenta, attamē opponi poterunt exceptiones quę limitant & restringunt executionem, sicut opponi possunt cōtra sententiam, & eius executionē, vt est casus in l.Nesennius.ff.de re iudi.& in l.fideiussor.§.idē respondit.ff.de fideiuss.&in l.ex diuerso.§.ti.& ibi tradunt moder.ff. solut. matri.not.Bar.in l.1.C.de iur.& facti.ign.& in l.fi.C.si ex falsis instru.sunt.n.diuersa excipere cōtra instrumentū,& excipere q fiat liquidatio illius, ēt si obligatio esset pura licet incerta vt concludit Bar. in l.1.suprà allegata.de leg.2. idē Bar.& doct.in l.1.ff.de edēdo.& Bald. in sæpealleg.l.2. sed ex diuersis nō fit illatio.l.fi.ff.de calū.l.Papinianus li.ff. de mino.& l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acq.possess.

5 ergo,&c.† Et si dicamus solam exceptionē solutionis opponi posse, adhuc videt̄ esse satisfactū statuto, vel legi priuilegianti huiusmodi contractū: quādoquidē appellatione solutionis omnis liberatio cōprehēdatur. l.solutionis verbū.ff.de solu.l.solutionis.de verb.sig.& facit l.liberationis. eo.tit.Quinimò voluit Phil.Cor.cōli.303.incip.in hac cōsultatione, in literis a.b.m.& v.vol.4.q etiam successio habeatur loco solutionis,& vtrunque militat in casu nostro.

6 †Præterea creditoris prædecessor, vt mihi pręsupponitur, promisit prædecessorem rei conuenti seruare indemnem. Sed indemnitatis promissio & promissio defensionis paria sunt, vt not.Bar.in l.pater.ff.de dote prælega.& Alexā. consi.31.vol.4.intantū q ipse creditor tenetur subire iudicium ad defendendum, d.l.pater.iuncto versic.q si ratū & not.Bal.in l.si per ea.q.12.C.mandati.& c.1.extra, de fideiuss. Ideò videtur inutilis eius actio, cū eum cōtra quē agit defendere teneatur, præsertim q ipse etiam creditor (vt mihi etiā pręsupponitur) se Principalē debitorē ostenderit, soluendo aliquas pēsiones dicti violarij, pro quibus restātibus solui executio instabat, & peracta est post mortem prædecessoris dicti creditoris, quo facto se debito-

7 rem principalem ostendit, vt suprà dicebatur.† Nec his refragat q dictus creditor nō agit, sed eius donatarius. Dico enim secundū dubium aggrediendo, præsupposita etiam validitate huiusmodi donationis, q etiā ista donatarius repelli poterit exceptione hypothecæ quā habet super hoc debito is, cui donator de euictione tenebatur, vt not.Bart. Bal.& doc.in l.de rebus.C.de don.ante nup.idē Bar.in l.j. C.de iure fisci, li.10.& in l.& quę §.q dicit.ff.de pig.Et si.n. clarū q hypothecaria contra quamlibet rem hæreditariā competit, donec indemnis seruetur cōuentus. casus est in l.j.& 2.C.si vnus ex plurib.hære.& benè facit tex.in l.quādiu.C.de distract.pig.nec pōt obijcere donatarius q discutiatur pri⁹ donator, qui notoriè est soluēdo, p tex.in l.exceptione.vbi.Bal.post.Pet.& Alb.de Rosat.C.de euictione.

Ex quibus, licet indigestè deductis, resoluo ēt donatariū per huiusmodi exceptionē euictionis repelli. & ita vt est dictū cōclusum suprà, decidebā & resoluebam, saluo,&c. Barchinonæ 1524. ad laudem & gloriā Dei. Ego Cellsus.

SVMMARIVM.

1 *SEntentia regia facit ius inter omnes, pro vt & stylus audientiæ regiæ vel Rotæ.*

2 *Prorogatio iurisdictionis fit uedū quando opponitur exceptio aliqua dilatoria, quæ non sit incompetentiæ (quæ omissa prorogationem inducit) verumetiam fit per quemcunque actum expressiuum consensus.& nu.7.*

3 *Laicus non probibetur cōsentire in alienum iudicem (quicquid sit in clerico) in causa ciuili, licet in criminali iudicio sit secus.& num.11.*

4 *Reconuentio species est exceptionis,& tollit priuilegium personæ,& aufert sibi facultatem contradicendi quātum est in persona, licet non tollat priuilegiū causæ de qua iudex consentientibus partibus aliàs cognoscere non potuisset.*

5 *Instrumenta produci non dicuntur, si verbaliter aut in schedula producuntur, nisi in actis inseruantur, etiam si notario vel iudici producantur aut ostendantur in camera.*

6 *Instrumenta quanuis non sint de actis, attamen eorū productio est de actis et produci debēt etiā in causa summaria.*

7 *Prorogari vt possit iurisd. requiritur quòd ille in quem prorogatur habeat iurisdictionē, & quòd prorogans consentiat in eam, Et vtrū error alterius partis impediat dictā prorogationē, & faciat processū & sententiā nō valere.*

8 *Error impedit prorogationem iurisdictionis, vt suprà proximè dicebatur,& indubiè præsumitur error vel ignorantia. Et est tolerabilis error, etiam si erretur in eo de quo potest quis de facili certiorari.& nu.9.*

10 *Prorogare non videtur iurisdictionem conuentus corā iudice non suo, qui petijt sibi caueri de refundendis expēsis.*

11 *Priuilegiatus qui alteri subest alia ratione quam nudæ iurisdictionis, non potest in non competentem iudicem consentire, sicut nec clericus in laicum.*

12 *Prorogatio fieri nō potest quando papa vel princeps sibi vel alteri eius nomine iurisdictionem reseruauit.*

13 *Iurans se non declinaturum iurisdictionem alicuius, etiā non sui iudicis, vel non subiturum iurisdictionem alterius, nō poterit alicuius iudicis prorogare iurisdictionem.*

14 *Iuramento probibitiuo renuntiari non potest.*

15 *Clausulę decreti annullatiui effectus,& quod huiusmodi clausulæ, vel rescripto, aut priuilegio in quo est apposita, renuntiari non potest.*

16 *Probibitio duplex quando interuenit, efficit quod id quod est probibitum etiam in casu permisso fieri non possit.*

18 *Priuilegiatus qui passus est iudicium agitari contra se a nō suo iudice, potest in quacunque litis parte de incompetentia iudicij excipere. Et facta fide de suo priuilegio, non poterit in dicta causa procedi: sed nec condemnari poterit per dictum iudicem in expensis.*

19 *Priuilegia duo si cōcurrunt, per speciale derogatur generali, siue prius fuerit, siue posterius dictū priuilegium speciale, & in eo mentio non fiat de generali.& nu.20.*

20 *Derogatoria qualis requiratur, vt per vnum priuilegium tollatur aliud.& an sufficiat derogatoria generalis cum clausula, etiam si de dictis priuilegijs esset fienda mentio de verbo ad verbum.*

22 *Aliue, dictio, est implicatiua similium.*

23 *Priuilegia duo si cōcurrāt, præferri debet illud per quod certatur de dāno vitādo, illi ī quo tractat̄ de lucro captādo.*

24 *Instantia non currit impedito causam sequi facto aduersarij. Et licet instantia de iure communi introducta breuiari non possit partium consensu, attamen si per statutum fuerit abbreuiata, potest illorum consensu etiam tacito prorogari.& nu:26.*

25 *Terminus post statutum assignatus ad aliquam causam finiendā, non currit impedito facto aduersarij,& aliàs non currit huiusmodi terminus nisi à parte petatur.*

27 *Terminus prorogatus etiam tacito partium consensu.*

CONSILIVM XLVI.

EX meritis processus in audientia Regia Catalonię, & sub examine magnifici relatoris Michaelis Ioannis Pastor doctoris de di. Regio consilio, inter procuratorem fiscalem curię Alcaldorū siue monetariorū, et petrū Botella

ciuē Barchinonensē, agitati cōtra honorabiles cōsules Lo
giæ maris dictæ ciuitatis, & Philippū Sabuch aurifabrum,
constat principaliter dubitari super cōtentione iurisdictio
nis inter præfatos dominus Alcaldos, & dictos honorabi-
lēs consules: cum pars vtraque suam esse iurisdictionem il
lius causæ quam Philippus Sahuch contra dictum Botella
intentauit, prætendat.

Et notorium est dictum Botella esse de foro & iuris-
dictione dictorum dominorū Alcaldorum: attēto ꝙ ipse
est de num. 25. monetariorum Barchinonensiū, teste pro
cessu etiā in huiusmodi causa, licet ortum haberet de re
mercātili & maritima, vt constat expresso priuilegio regis
Martini, dato Barchinone 26. Maij, anno 1401. & ex pri-
uilegijs regū Iacobi & Alphonsi, & gloriosæ memorię re
gis Ferdinandi, de quibus in processu. Contra quę & ad iu
risdictionis suæ fundamentū obijciunt domini cōsules, ꝙ
dictus Botella iurisdictionē eorū prorogauerit, reconue-
niendo dictū Sahuch, corā ipsis super quadā schedula cā-
bij 25. ducatorū, quod ipsum potuisse facere dicti cōsules
ex priuilegio concessu eisdē deducunt in quadam supplica
tione illustri locumtenenti generali Cataloniæ per ipsos
porrecta die 30. Ianuarij huius anni 1524. & ꝙ huiusmodi
causa (vt dicūt) fuerit per audientiā Regiā prædictā ad præ
fatos consules remissa, & prefertim ꝙ orta cōtentione su
per iurisdictione inter ipsos & dominos Alcaldos prædi-
ctos non deciderint præfati Alcaldi controuersiā illā infrà
dies 8. pro vt eos debuisse facere in schedula prędicta cōtē
1 dunt. †Et licet me petitū fuisset vt decisiuè procedens dif
finirē quæ ex dictis partibus iustitiā foueant, & sic proce-
dere potuissem absq; iurium & rationum allegationibus,
iuxta theoricā Spec. tit. de allega. & disputa. §. porrò. versi.
in summa. & in tit. de senten. §. qualiter. veruntamē vt ve-
ritas magis elucescat in huius consilij & quęsiti decisione,
ad vtranque partem argumentabimur, quandoquidē scito
viam aperit qui per contraria graditur, vt dicebat Baldus
in l. precibus. C. de impub. & alijs substitutionibus.

Imprimis adducētur fundamenta & motiua, in quibus
dictorum dominorum consulum fundari videtur inten-
tio. Quæ tandem (quoniam contra eos resoluimus) consu
tabimus iuxta doctrinā Abb. in c. quærenti. extrà, de offic.
deleg. Quandoquidē sublatis illis fundamētis, satis est clara
dictorū dominorū alcaldorū intentio & iustitia, quæ fun-
datur in priuilegijs regum Catholicorū, & ex sententia in
eodē facto & casu in indiuiduo lata in dicta Regia audien-
tia, de qua attestatur priuilegiū regis Martini prędicti. Quæ
quidem intantū est ius quoddam, licet veniat ex facto, vt
voluit Rota in stylo palatij, deci. 7 te. incip. nota ꝙ sty-
lus, &c. & probatur in c. ex literis. ext. de cōsti. & c. venera
bilis. extrà, de cōfir. vti. vel inutil. & Fely. in c. quod super
his, extrà, de fide. instru. & plenius c. 3. versic. stylus curtæ.
extrà, de rescript. ꝙ etiam in huiusmodi causa posset ces-
sante dicto priuilegio pro iure allegari, vt per Fely. vbi su-
prà, per tex. singularē in l. fi. & ibi Bar. C. de cano. largi. titu.
2 li. 10. †Et videtur prima facie ꝙ dictus Botella dictorū do
minorū consulū iurisdictionē protogauerit, vt ipsi ēt præ
tendunt: ꝙ vel ex eo patet, ꝙ cū fuisset corā ipsis à dicto
Sahuch tanquam super re maritima, de qua regulariter co-
gnoscūt, cōuentus, ipse Botella dictū Sahuch, vt est dictū,
corā eisdē consulibus recōuenit, petendo ab ipso ducatos
25. contētos in quodā albarano siue schedula: & sic ipsorū
consulum videtur indubiè protogasse iurisdictionē. Quā-
doquidem reconuentio est species exceptionis. l. Papinia
nus. §. si filius. ff. de minor. & not. Bald. in l. si constat. col. 2.
versi. item è contra. C. de compen. Fit enim prorogatio iu
risdictionis per quemcunque actum expressiuum consen
sus, vt puta per oppositionem exceptionum dilatoriarū,
nisi esset exceptio incompetentiæ, quę omissa allegari vel
opponi prorogationem inducit, vt per Bar. in l. si conue-
nerit. in 1. q. ad li. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in l. 1. &
ibi Ang. ff. de iudic. not. Bald. in l. si quis in consensu. C. de
epi. audi. & Ang. in auctent. de exhib. reis. §. illud. in princi.

col. 5. quanuis Raphael Fulg. in præalleg. l. si cōuenerit. ali
3 ter visus sit voluisse. †Nec obstare videtur ꝙ dictus Botel
la, qui est monetarius, cōsentire non potuerit in dictos do
minos cōsules. Cui obiecta dici pōt, ꝙ de iure laicus con-
sentiri nō prohibetur in alienū iudicē, quādo causa est ciui
lis: licet secus sit in iudicio criminali, vt est glo. notab. in c.
si diligenti. in versi. laicus. extra, de foro compet. quā gl. ibi
doct. communiter appprobant. & Bar. & alij in l. 1. §. post
operis. ff. de no. ope. nuntiat. & hoc permaximè ex quo pri
uilegium sæpedictis dominis consulibus cōcessum bis ad
sistit. Et abunde nisi persona d. Botella priuilegiata fuisset,
prę fati consules de causa huiusmodi cognoscere debebāt,
& illa erat de iurisdictione eorū, ꝙ esset maritima. Et sic
d. Botella, quanuis priuilegiatus sit, videtur ꝙ resilire non
posit, quia reconuentio tollit priuilegiū personæ, licet nō
tollat priuilegiū causæ, de qua aliàs iudex ēt partibus cō-
sentiētibus cognoscere nō potuisset, pro vt not. Inn. Host.
Io. Andr. Panor. & cōmuniter cęteri in c. ex literis. ext. de
4 mut. peti. †Postremò præter id ꝙ huiusmodi causa per au-
dientiā regiā fuit remissa ad d. consulū forū & iudiciū, alle
gata eorū parte ꝙ post ortā contentionē iurisdictionis in
ter ipsos & dictos Alcaldos circa causam præsentē, ipsi Al
caldi non deciderūt per eorū sententiā dictā controuersiā
infrà dies octo, pro vt eos facere debuisse in dicta supplica
tione allegauerunt consules sæpedicti. Vnde prætendunt
iurisdictionē huiusmodi penes eos remāsisse ex quodā pri
uilegio, cuius in sæpedicta schedula meminerunt, non ob-
stante sententia quā d. Alcaldi postea tulerunt absolutoria
ab obseruatione iudicij, quæ tāquā lata post d. terminū eis
prafixū est ipso iure nulla. vt voluit gl. in l. properandū. in
gl. magna, in versi. triennij. C. de iudi. Quæ glo. quanuis ad
hoc nihil allegat, ipsius tñ dictum à Bar. & alijs doct. com-
muniter approbatur, per rationē quæ in l. 2. ff. iudi. solui. cō
tinetur, vbi perempta instātia omnia acta iudicij corruūt.
sed sententia lata sine libello, sine litis cōtestatione, & alijs
iudiciarijs actis est ipso iure nulla, vt per Bar. & alios in l.
5 prolatā. C. de senten. & interlo. omniū iudi. ergo, &c. †Qui
bus attamē non obstantibus, in contrariū arbitror esse ve
ritatē: & considero imprimis ꝙ licet d. do. consules in eo-
rum supplicatione illa priuilegia, quorū meminerunt, pro
duxisse verbo videantur, dicentes pro vt, ecce: attamē hu-
iusmodi productio eos nō releuat, nec probat cōtēta in di
ctis priuilegijs: quoniā illi tenebantur ad productionē le-
gitimā, quæ est ꝙ in actis inseri mandentur, vt not. glo. &
doc. in c. quoniā cōtra falsam. ext. de proba. Licet. n. instru
menta nō sint de actis, eorū attamē productio est de actis,
vt not Bal. in l. ēt. ad. fi. C. de appel. & Cano. c. cum in iure.
ext. de offi. deleg. & Fely. in d. c. quoniā contra falsam. col.
4. versi. quid asit de instrumentis. Intantū ꝙ si notario vel
iudici producatur aut ostendatur aliquod instrumentum
in camera, non dicitur esse productum, ad hoc ꝙ probet,
quia non est productum iudici vt iudici, ita not. Pau. de Ca.
in l. 1. §. editiones. ad fi. per gl. ibi. in versi. non vtendo. ff. de
edendo. & ita notauit Roma. consi. 156. post princ. & cōsi.
519. ēt in princip. Tunc. n. demū iura dicuntur produci
& instrumenta, quando fit realiter, & non quando verbali
ter solū, vt no. idē Pau. de Cas. post. gl. in d. l. 1. §. edere. ver.
& hoc vult gl. & do. meus Ias. in l. 1. C. de procur. & plenè
per do. meum Hippolit. de Marsilijs singularibus suis 8. in
6 cip. aduertas vnū, &c. †Nec refragatur huic conclusioni ꝙ
huiusmodi causa sit summaria, quoniam in illa sunt etiam
edenda instrumenta, & ea maximè quæ iurisdictionē sta-
biliunt vel infirmant quoniā causa etiam summaria ple-
nas probationes requirit, quanuis in eadem probationes
dilatoriæ breuientur. vt not. Bar. in l. Carbonianū. §. causę.
ff. ad carbo. Bal. in l. 1. col. 1. ver. sed quæro. C. vt in pos. leg.
& in add. ad Spec. in tit. de cōtu. versi. ēt vbi sit. & omnino
Lanfran. de Oriano. in repeti. Cle. sępe. vbi ēt Ioā. de Imo.
& Card. de verb. sign. Vnde prædictorū dominorū consu
lum iurisdictio per allegata in dicta schedula priuilegia, nō
probatur, quāuis illa forte magnifico com. Relatori cō-
municaue-

municauerunt. Quinimò etiam si talia priuilegia inserta
essent in processu, & non essent ab altera partium produ-
cta nihil probarent, vt voluit Bald.consil. suo 310. incip.
in Christi nomine amen. Quæstio.talis est,si instrumen
7 tũ,&c.†Sed fingamus non obstare prędicto,vel dicta pri-
uilegia legitimè producta fuisse, & de dictorum domino-
rum consulum intentione plenariè constare,adhuc nõ ob
stantibus ex aduerso deductis claram esse dico dictorũ do
minorũ Alcaldorum iustitiá,quorũ iurisdictio est fundata
in persona istius Botella monetarij , qui est de eorũ colle-
gio & iurisdictione,ẽt in causa maritima et mercãtili,vt su
prà dicebatur in principio. Et q supradictũ est de proro-
gatione iurisdictionis versi.2.quodq; dictus Botella forũ
eorũ non declinauit , imò approbauit expressè reconue-
niẽdo dictũ Sahuch,vt ibi dixi, dico per prędicta iurisdi-
ctionẽ dictorũ consulũ prorogatá non fuisse. Ad q ostẽ-
dendũ reduco ad memoriá triuiale illud in iure,q proro-
gationis iurisdictionis duo sunt substantialia fundamenta,
sine quibus subsistere nõ põt: alterũ quorũ est iurisdictio.
quę prorogatur:& alterum,consensus illius qui prorogat,
& nonnunquam iudicis ipsius prorogantis,quę colligun-
tur ex not.per doctor.in l.1.ff.de iudic.Sicut enim in iudi-
cem iurisdictionẽ non habentem (non examino nunc an
habitu vel actu, quia non est præsentis speculationis)pro
rogatio fieri non põt, vt in iuribus quæ hoc versiculo alle
gabuntur,quia non entis nullæ sunt qualitates l.eum qui in
prouincia.ff.si cert.pet.& c.ad audiẽtiam.in fi.extrà,de ec-
cles.ædi. Sic etiá absque prorogantis consensu prorogatio
non fit,vt expressè notant doctores,tum antiqui,tum mo
derni in l.si per errorem.ff.de iurisdict.omnium iudicum
vbi dominus meus Iason post eos resoluit , q non solum
non prorogat iurisdictionem ille qui errat,verum etiá nec
ille qui dubitat , per l.2.ibi,fieri.n.potest,&c.ff. quis ordo
in bonorum possess.ser.& hoc dicit esse verum tam in er-
rore iuris quá facti,per rationem generalẽ dictę l.si per er
rorem.vbi hoc firmat glo.& Ang.in l.2.in princip.ff.de iu
dic.& doctores ibi non faciunt differentiam siue vna pars
solum erret,siue pars vtraq; quia in prorogatione requiri-
tur consensus vtriusq; partis.l.1.& 2.ff.de iudicijs.ergo er
ror etiá vnius partis tm impedit prorogationẽ. & facit q
processus & sententia non valeant. vt in dicta l.si per erro
rẽ dicitur ibi:nihil valebit quod actum est. Imò fortius te
nẽt ibi Angelus & dominus meus Iason, q ẽt in præiudi
cium scientis non valebit huiusmodi processus & senten-
tia,& hoc ne iudicium claudicet contra l.fi. C.de fruct.&
lit.expen.quam gloss.in d.l.si per errorem. allegat. de quo
etiam per spec.in tit.de com.iudi.adi.§.1.versic. 10.& ibi
8 Ioá.Andr.in add.ad ipsum.†Nec obstat si dicatur non cõ-
stare de errore partium,aut alterius illorum.Quoniam ex
quo dicti consules siue ex priuilegio , siue ex consuetu-
dine de causis maritimis & mercantilibus. qualis erat hæc
de qua agitur cognoscant , facilè credere potuit dictus Bo
tella astrictũ se esse ad respondendũ corá dictis dominis
consulibus:aut saltẽ probabiliter dubitauit. attento præser
tim q etiá nunc pars vtraq; suá esse iurisdictionem contẽ
dit.Quinimo si dictus Botella dicat se tunc quádo recõue
nit pręnominatũ Sahuch, credidisse cognitionẽ prędictę
causæ pro qua conueniebãt esse dictorũ dominorũ consu
lum,ei creditur, cùm non sit eius scientia ex aduerso pro-
bata:& maximè quia in dubio ẽt in terminis dictæ l.si per
errorem.præsumitur error vel ignorantia,pro vt not.Spe
cu.in dicto titulo de cõpe.iudi.adi.§.1.versi.sed nunquid
pręsumitur,&c.per regulá l.verius.ff.de proba.quẽ referũt
& sequuntur Bal.& Ang.in d.l.si per errorẽ.vbi ẽt Roma.
idem Bal.in l.eos.C.de appel.Ang.in l.ex quacunque.ff. si
quis in ius voc.non ierit.& canonistæ communiter in c.1.
9 & gl.extrà,de offi.deleg.†Nec etiá dicatur q error huius-
modi non prodesset d.Botella,ex quo consistebat in eo de
quo poterat de facili certiorari. Potuit.n.peritos in iure &
stylo dictæ curiæ interrogare, si ipse subire cogebatur iu
dicium corá dictis consulibus,attento q ipse priuilegiatus

erat vt est sępedictũ. Respõdeo etenim post dominũ meũ
Ias.in d.l.si per errorẽ col.5. versic.2. principaliter nota ex
isto tex.&c.q licet principaliter erretur in eo in quo po-
test quis de facili certiorari , q nihilominus error iste tole
ratur,& impedit prorogationem , & annullat processum.
& tex.illa videtur(vt dicunt Itali)gladiũ apponere de di-
10 recto ad radicem dubitationis huius†Sed loquamur aper-
tius , & fingamus vtranque partem sciuisse dictos domi-
nos consules non fuisse dictæ causæ iudices competentes.
Et nihilominus in terminis nostris dico consulum sæpedi
ctorum iurisdictionem prorogatam non fuisse. Quoniá,
vt suprà dicebam,necessarius erat consensus partis coram
iudice non suo litigantis:& licet inter doctores qui plenè
examinant in c.1.extrà, de iudi.altercetur vtrum tacitus
litigantiũ coram iudice non suo consensus sufficiat ad pro
rogationem inducendam,ad tollendum omnem scrupulũ
considero q doct.ibi loquuntur in non priuilegiatis. In
quibus licet panor. & alij quos refert in c.significasti,ex-
trà, de foro compet. voluerit satis esse tacitũ consensum
per l.primá.iũcta gl. C.vbi de crimine agi oportet.& in l.
1. C.de iurisd.omniũ iudi.vbi probatur q eo ipso q quis
litigat corá iudice non suo scienter,videtur in ipsum con-
sentire.attamen And.Barb.in allegato c.1.col.38.versi.sed
contra istam , & c.tenet non sufficere tacitũ consensum ẽt
in non priuilegiatis,(quoniá in priuilegiatis resoluunt om
nes,vt prædixi,requiri consensum expressum.)& ita not.
docto.in l.si quis in cõscribendo.C.de pact.ad quod alleg.
inter cætera l.1.ff.de iud.ibi:si se subijciant & consentiát.
per quod verbum Consentiant infert And. Siculus,vbi su
pra.requiri cõsensum expressum, ne apponatur superfluè
cõtra glo.in l.1.ff.q metus causa.in c. si Romanorum.18.
distinctione,per quæ cum Baldo in rub. C.de contrahen.
empt.dicit q nullum verbum aut syllaba debet esse super
flua in instrumento vel lege absque mysterio operandi.
Vnde infert,q si tacitus consensus fuisset satis, iuriscon-
sultus post illud verbũ Subiecerint, nõ adiecisset verbum
hoc Consenserint:cum illud verbũ Subiecerint satis deno
tat consensum tacitũ.Ergo in d.l.1. verbũ illud Subijciát,
videtur concernere factũ vel actũ iudicialem:& verbum
illud Consenserint, expressum consensum. & ad id pon-
derat Barba.vbi suprà,l.si conuenerit,suprà allegatá.ad q
etiam adduco notabilẽ doctr.Inno.in c.inter monasteriũ.
in glo.in ver.iudicem.extrà. de re. iudi. vbi tenet q si ali-
quis conuentus fuit coram iudice non suo, qui quidẽ con
uentus petijt sibi caueri de refundendis expẽsis,iuxta au-
thẽn.generaliter.C.de epi.& cle. q ita petendo non vide-
tur in illum iudicẽ consentire:ita q iudicium declinare po
terit posteà,per authen.offeratur.C.de litis cont.& ita etiá
tenet vbi tales conuentus daret sportulas , vel cautionem
de iudicio sisti,quod etiam voluit dominus Anto.in d.c.j.
de iudi.Bartolus in l.quidam consulebant.de re iudi.quos
referunt & sequũtur domini Tolotani deci.180.incip.liẽ
sun quæsitũ,&c.& dominus meus Iason in sæpedicta l.si
conuenerit.colum.7.versiculo circa ista dicta Bar. qui om
nes(vt prædixi)loquũtur in nõ priuilegiato. Quandoqui
dem priuilegiatus nedum ante litis contest.vel allegationẽ
declinatoriarum exceptionum , verum etiam in quacun-
que parte iudicii potest iudicium declinare,vt infrà dice-
mus versi.18.†Si autem cõuentus priuilegiatus fuerit , ita
11 quòd alteri subsit alia ratione quam nudæ iurisdictionis
(pro vt est iste Botella,qui vt monetarius dictis dominis
Alcaldis subest) tunc non potest in iudicem non compe-
tentem consentire,sicut nec clericus potest. Ita not. Abb.
c.Si diligenti.col.5.versi.gloss.2.principaliter.extrà,de fo.
compet. Allegant Bar.in l.1.§.&t post operis.vbi etiá hoc
voluit Ludo.dominus meus Iason,& Mod.ff.de no.ope.
nuntia.qui ponunt ad hoc remissiones ad tacitatẽ. Quod
etiam tenuit dominus Anto.post Inno.in c. transmissa. &
c.tenore.extrà,de foro compet.Ioan. Andr.c.significasti.
vbi etiam do.Abba. column.7.eod.tit.idem Abb.c.cæte-
rum.extrà,de iudic. & c.tuam. de ordi. cogni. & consilio.

12 sio.3.incip.mitar in præsenti,&c.vol.2.† Considero etiam vnum indissolubile impedimentum & vinculum, prohibens ne sæpe d.Botella prorogationem hanc facere potuisset, quoniã Reges Catholici qui dictis Alcaldis supradicta priuilegia concesserunt, reseruauerunt sibi & dictis dominis Alcaldis eorũ nomine iurisdictionẽ. Sed fieri prorogatio non potest quando papa vel princeps sibi vel alii cui eius nomine iurisdictionem reseruat, vt not. Inno.in c.inter dilectos.vbi etiam Fely.ext.de fide instr.& in c.cũ M.Ferrariensis.extrà,de consti.not. Archi.in ca. tibi qui. vbi etiam Gemin.de rescript.li. 6.Bald.in c.1.§. præterea ducatus.de prohib.feud.alie. per Fede. in vsibus feudorũ,
13 & Alex.& moder.in l.2.ff.de iudi.† Vlterius considero ꝙ ex quo iurisdictio dictorum Alcaldorum fuit per sæpe dicti Botella iuramentum perpetuata (constat enim ex processu ꝙ tum ipse Botella, tum alij omnes monetarij antequam ad exercitium officij eorum admittantur, iurant se non declinaturos dictorum Alcaldorum iurisdictionem, nec se aliud iudicium subituros) quo casu intantum est cõfirmata dictorum Alcaldorum iurisdictio, quòd etiam si aliàs non essent dicti Botella iudices competentes, eorum tamen iurisdictio quoad ipsum esset irreuocabilis, vt notat Cano.in præalleg.cap.1.de iudi.&.c.significasti.de foro compet.& legistæ in sæpe d.l.si conuenerit. Qui communiter ad hoc tres rationes assignant. Primo quia iuramẽtum quod absque salutis æternę dispendio seruari potest, custodiri debet.c.si verò,&.c.cum contingat.& vtrobiq; doct. extrà,de iureiur. Secundò, quia licet in obligationibus facti, quis soluendo interesse liberetur,& non teneatur pręcisè facere quod promisit, d.l. stipulationes non diuiduntur.in verb.Celsus.ff.de verbo.oblig.& l.si quis ab alio.in fi.ff.de re iudi.vbi tamen interuenit iuramentum, obligatur precise ad factum.c.fi.& ibi Cano.extrà, ne prælati vices suas.& est glo.singularis in l.si pecuniã.in glo. paruula. in ver.necesse habeas.ff.de condi.ob causam,.cum cõcor. quas ibi dat dominus meus Iason. Tertia ratio est, quia iuramentum debet impleri in forma specifica,c.ad nostram vbi Fely.& docto.extrà,de iureiurando. Ideò non admittitur compensatio, vt ibi secundum Bartolũ in l.amplius. vbi etiam Ang.Paulus de Castro,& Rapha.Cuma.ff.rem ratam habe.& in l.Iulianus.ff.de condi.& demon.& Bald.& dominus Abb.in dicto c.ad nostram.& dominus meus Iason plene in l.enim qui.§.fi ff.de iureiurãdo.& licet prędictis aduersari videatur dominus Anto.in d.c.1.colu.20. de iudi.attamen opi.illius confutat dominus meus Iason in d.l.si conuenerit.col.1.versi.tu confirma per septẽ alias
14 rationes, quas addit.† Et ad hoc facit, quia iuramentum dicti Botella, quod præstitit est prohibitiuum, cuiusmodi iuramento renuntiari non potest, vt voluit glo.in l. 1. in glo. magna.ad fi.C.ne fideiuss.dol.dentur.& ibi Bart.Idem in l.de his.ff.de transact.glo.in aucten. Imò à 1.& ibi,Bal.C. de.act.& obliga.Idem in l.fin.in 3.oppo.C.de edicto diui Adr.toll.& bene facit tex.in l.non dubium.in versi. prohi
15 buisse.iuncto versic.nec specialiter.C.de legi.† Insuper in priuilegijs dictorum dominorum Alcaldorum est incerta clausula decreti, cassans & irritans & annullans quicquid in præiudicium dictorum Alcaldorũ factum fuerit. Cuius clausulæ effectus prohibuit dictam prorogationem per sępe dictũ Botellã fieri potuisse, etiam expressè: per ea quæ nota. Card.& alij in Cle.1. de conces.præb.& dixi in tract.meo clausularum, in clausulis rescript.in vers. decernentes irritum & inane. & dominus meus Iason in l.pacta quæ.C. de pact.

. Quinimò legi vel priuilegio clausulam huiusmodi annullatiuam habenti, renuntiari non potest, vt tradit omnino Fely.in c.si diligenti vbi multa ad hoc allegat, col.3. versi.quarto fallit.extrà, de foro compet.& omnino dominus Iason in l.si quis in conscribendo.col.6.versic. item pro tertia fallentia.C.de pact.pro quo allegat gl.in c.statutum.in versi.committatur.& in c.dispendia.in verb.processus.de rescrip.lib.6.not.Gemi.in c.Cum de Beneficio. de præben.eod.lib.glo.est ad hoc in l.à diuo Pio.ff.de ritu nupt.quam Bal.ad hoc allegat in l.non dubium.C.de legi. Saly.in l.ea quæ,C.de dona.aut nupr.& in c.lator.in fi.extrà,de re iudi.pro quibus est tex.quem notãt ibi doct. pro multum solenni in c.dilecto.ad fi.in ver.nisi fortè, &c.extra,de præben.& ratio est,quia quando à superiore apponitur clausula decreti annullatiua, cẽsetur illud pro forma datum, secundum Bal.& Ang.in l.1.ff.de ll. & postbu. &
16 sequitur Anch.in repeti.c.canonum statuta.versicu.quęro si statuto caueatur ꝙ notarij,&c.extrà,de cõstitu. † Præterea si consideramus quod in casu nostro duplex interuenit prohibitio, ne prorogaretur iurisdictio, legis scilicet & hominis: de hominis prohibitione constat per suprà mentionata priuilegia: de prohibitione autem iuris constat ex præmentionato iuramento per sæpedictum Botella præstito, de non subeundo aliud iudicium quam dictorum Alcaldorum, vt suprà versic.13.dicebamus: effectus duplicis illius prohibitionis erit, ꝙ dictus Botella, etiã in casu quo iurisdictionem dictorum consulum prorogare potuisset, siue ex eorum prætensis priuilegijs, siue alias propter illã duplicem prohibitionem, quomodocunque eam prorogare non potuerit, per ea quę singulariter not.Ioã.de Imo. in l.filiusfa.§.diui.ad princip.ff.de lega.1.ad intellectum l.2.C.de vsucap.quod dictum pro mirabili refert & sequitur Andr.Barba.in sua Ioannina.charta 46.inferens ex eo, ꝙ si testator legauerit rem aliquem, aut donet ecclesiæ cũ hoc ꝙ illam non alienet, ꝙ illo casu ecclesia non poterit dictam rem alienare, etiam in casu in quo de iure permittitur ei suas res alienare, de quibus in aucten.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct.eccle. quia (vt ait) fortificatur illa prohibitio facta à iure per aduentum pacti. & ita simpliciter refert & sequitur vtrunque Anto. Corsetus in suis singularibus, in verb.prohibitio.incipit. vbicunque concurrit,&c. Eò maximè quia dictus Botella, obstantibus prædictis apparet non habuisse personam quæ liberè potuisset priuilegio fori renuntiari. & per consequens sumus in casu limitationis assignatæ per doct. ad prædi. l. si quis in
17 conscribendo.† Sed fingamus potuisse dictum Botella forũ priuilegio renuntiare, fuisseque dictam renuntiationem expressam, qualem esse necessariam vers.10. suprà dicebamus. Adhuc credo in terminis nostris non esse satis: quoniam præter illum consensum expressum dicti Botella, requirebatur dictorum dominorum Alcaldorum cõsensus expressus, pro vt latè resoluit post alios doc.An.Siculus in præallega.c.1.col.40.versi.& si quispiam,&c.&.c. significasti.col.9.vers.secundò addite,&c.ad quod allegat in d.c. 1.glo.quæ ita voluit in l.a.§.sed si iudex.ff.de iudi.& in ca. 1.& gl.ext.de offi.dele. de quo tamen dictorum Alcaldorum consensu non apparet in processu. Imò docetur ex-
18 pressè illorum reclamatio. † Postremo si diceremus dictã prorogationem valuisse,& illi nõ obstare supra dicta, attamen nullus negauerit sæpe dictum Botella tanquam priuilegiatũ, etiam in quacunq; parte iudicij posse exceptionem illam incompetentiæ opponere, & post illam dictos honorabiles consules amplius de illa causa cognoscere nõ posse: alias quicquid exinde fieret nullitatis vitio subiaceret, pro vt tradit dominus meus Iason in l.si per errorẽ. sepe al.dant aduocatis cautelam ad annullandos processus in finalibus verbis d.l.versi.& ex ista conclusione,&c.Cuius dicta tacito ipsius domini mei nomine, refert Gerardus de Petra sancta singulari.l.incip.nota pulchram cautelam.& sic non habet locum repetitio huius causæ per dictos consules petita quocunque iure innitantur, per vulgarem regulam, dolo petis,&c. quoniam (vt prædixi) sæpedictus Botella potest in quacunque parte iudicij dictorum consulum forum declinare: & ita etiam resoluit dominus Philippus Decius consi.241.incip.scripsi aliàs,&c.per totum, vol.2.vbi resoluit quòd priuilegiatus qui passus est se ab incompetẽti iudice condemnari, poterit dicere sententiam nullam, faciendo fidẽ de suo priuilegio: sed nec ob id poterit à dicto incompetenti iudice condemnari in expẽsis.† Nec

19 sis.†Nec obstat dictorum consulum priuilegium quod al-
legant, per quod prætendunt posse cognoscere de causis,
de quibus eorum iurisdictio prorogabitur. Intelligi enim
debet dictũ priuilegiũ in causis, de quibus cognoscere po
tuissẽt, sed eorũ iurisdictio declinari poterat ex aliquibus
causis: non aũt loquitur de causis, quarum personæ causæ
sunt priuilegiatę, sicut est ista causa. In huiusmodi etenim
causis, ex seipsis priuilegiatis, reconuentio non tollit priui
legium, nec facit quòd iudex qui de illa cum partium con
sensu cognoscere non potuisset, ratione dictæ reconuen-
tionis, vel prorogationis iurisdictionis cognoscere posset,
vt not. Inno. & doct. in c. ex literis, vbi etiam And. Siculus
post eius cõsiculum Panor. extrà de mutu. peti. Quinimò
etiam si esset æquale priuilegium dictorum consulum cũ
priuilegijs Alcaldorum, adhuc esset dictorum Alcaldorũ
fundata iurisdictio, per ea quæ notat in terminis Baldus
in l. executorem. C. de execu. rei iudi. vbi dicit, statutum
disponit quòd sententiæ latæ in causis pupillorum execu
tioni demandentur, per priores artium duntaxat: aliud sta
tutum disponit quòd sententiæ latæ à centum libris, per
potestatem duntaxat executioni mandentur. Lata est sen-
tentia pro pupillo in centum libris: decidit quòd priores
artium, qui sunt specialiter deputati, sententiam illam exe
quent. & ibi docet cognoscere quis dicat iudex specialiter
deputatus, dicẽs ꝙ illa qualitas, quę pluribus inesse potest,
dicatur generalior quã illa quæ vni soli põt inesse, vt notat.
in l. iurisgentiũ. §. sed si fraudandi. ff. de pact. Sic ad proposi
tum, cognoscere de causis in quibus eorũ iurisdictio pro-
rogatur, potest inesse cuilibet de genere, & cuilibet arti &
professioni. Causæ autẽm monetariorum non possunt in
esse nisi sibi ipsis: ergo inspicitur iudex dat° illi professioni
& arti. & ita inducit ad propositum Ancharan. in respon-
sione ca. t. in 6. quæstione principali. extrà, de constitut. &
allegauit ibi eundem Baldum in l. Gallus. §. fina. de libe. &
posthu. quæ etiam ad hoc propositum allego in l. qui ha-
bet. ff. de testam. tutela & in l. titiæ textores. vbi omnino
dominus meus Ias. in 8. notabili, plenè distinguendo exa-
minat. ff. de leg. t. eundem Ancha. in rubrica de regulis iu
ris, libro 6. Bartolus in extrauag. ad reprimendum. in versi.
non obstantibus. Videatur idem dominus meus Iason in
auctentica quas actiones. col. 3. versic. 2. ratione, &c. C. de
sacrosanct. ecclesijs. & dominus meus Philippus Decius.
20 consi. 3. incip. & diligenter, &c. vol. 1. †Similiter prætẽsum
dominorum consulum priuilegiũ deberet expressã men-
tionẽ facere de ordine priuilegiato, & eorũ priuilegio ex-
pressè derogare, pro vt not. Anch. & moder. in c. cum or
dinem. per illũ tex. extrà, de rescri. ad quod est etiam tex.
in c. inter monasterium, extrà, de re iudi. & not. in c. s. ex-
trà, de rescrip. Quinimo in huiusmodi priuilegio credo,
quòd etiam si cũ derogatoria generali esset apposita clau-
sula. etiam si de contrarijs priuilegijs esset fienda mentio
de verbo ad verbum non esset satis: præsertim cum ex pri
uilegijs Alcaldorum constet Reges Catholicos qui dicta
priuilegia cõcesserunt, voluisse ꝙ per nulla alia priuilegia
vel rescripta, posset attribui iurisdictio in causis moneta-
riorum alijs quã dictis Alcaldis. & ita resoluit dñs meus Ia
son in l. sed & si quis. §. quæsitum ad princip. ff. si quis can-
tio. Franc. de Curte, consi. suo 49. in responsione ad 9. cõ
trarium. Soci. consi. 169. col. 5. versi. confirmo quintò, &c.
vol. 2. & consi. 266. in fi. eod. vo. & consi. 63. ver. 51. & 52.
volu. 3. dominus meus Philippus Decius consi. 165. incip.
viso tenore priuilegij alti passus, &c. (vbi latè hunc articu
lum examinat) volum. s. & dominus meus Franciſchinus
de Curte, cons. s. col. pen. post tract. suum feudorum. & ita
21 resoluebam supra, consi. 26. versi. 73. & 79. & 84. † Super-
est vltimum contrarium quod suprà versic. 4. fiebat, vbi
consules prædicti allegabant eorum iurisdictionem ex pri
uilegio fuisse prorogatam, pro eo quòd dicti Alcaldi con
trouersiam illam nõ deciderunt intra octo dies: vnde præ
tendunt iurisdictionem illam penes eos remansisse. Quo
tũ priuilegia contra dictorum Alcaldorum priuilegia
locum non habere licet suprà monstrauimus abundè: &
maximè aliunde, quia dictorum Alcaldorum priuilegium
est speciale. & quod est consulibus datum generale, non
modo generale huiusmodi priuilegium huius specialis nõ
impedit exercitiũ, verumetiam tale priuilegium speciale.
siue prius fuerit, siue posterius, alteri generali derogat, vt
not. Ioã. And. & doct. in c. veniẽs: extra. de pręscript. Fely.
& moderni post docto. antiquos. in c. cum ordine. præall.
de rescrip. Gemi. & Phil. Francus in c. dudum. & c. quan-
uis. de præben. li. 6. & in regula. generi. eod. lib. Quod ve-
rum est, etiam si dictum priuilegium speciale posterius es
set (vt suprà dicebam) & in eodem non fieret mentio ex-
pressa de dicto generali priuilegio Abb. in d. cap. veniens.
col. 4. vers. aduerte hic sunt doct. & c. suggestum. extrà, de
decim. & omnino in d. c. cum ordinem. vbi etiam Andr.
eius consiculus, & Paris de puteo, in suo trac. Syndicatus,
22 in verb. mandauit. ad fi. colum. primę. †Similiter si attenda
mus ꝙ dicti consules prætendunt quòd orta contentione
iurisdictionis inter eos & locum tenẽtem generalem Ca-
taloniæ. vel gubernatorem generalem dictę patriæ vel ẽt
inter ipsos & alios iudices inferiores, causa contẽtionis de
beat decidi infrà octo dies: aliàs iurisdictio debeat apud ip
sos deuolui, cõstabit apertè ꝙ dictũ eorũ priuilegiũ loqui
tur, qñ alij iudices qui cũ eisdẽ de iurisdictione conten-
dunt, essent ordinarij, & non priuilegiati. & dictio alij, in
dictis cõsulum priuilegijs apposita, nõ ad priuilegiatos iu
dices refert, sed ad alios inferiores à dictis locũtenente &
gubernatore generali, ordinarios tñ iudices personarũ &
bonorum, est referenda: qñquidem dictio alius est impli-
catiua similiũ, vt not. Bart. in l. sed & reprobari in princip.
in lect. Nico. de Neapoli. versi. contra hunc textum. ff. de
excusa. tutorum. not. Bal. in l. conuenticulam. col. 4. versic.
Item est arg. à natura alternatiuorum. C. de epi. audi. & Fe
ly. in c. sedes. post alios. in fin. extrà, de rescrip. & in c. ve-
niens extrà, de Simo. & Areti. in l. cum ex filio. §. filio im-
puberi. ff. de vulgar. & pupil. & in l. 3. C. de ser. fugit. notat
dominus meus Philippus Decius in regula, nemo ex his.
verb. 8. ff. de regulis iuris. & Andr. Siculus in dictò c. sedes.
23 versi. 136. cõs. 28. vers. 5. vol. 1. †Et si fingamus supradicta
non satisfacere, nec tollere dictum contrarium, adhuc cõ
sidero post dominum meum Iason. in aucten. quas actio-
nes. col. 3. versi. ista conclusio mihi placet. C. de sacrosanct.
ecclesijs. quòd ex quo domini Alcaldi cum suo priuilegio
certarent de damno vitando, & de tuenda eorum iurisdi-
ctione: domini autem consules tractarent de lucro captã-
do, & de amplianda & proroganda iurisd. eorum, priuile-
gium dictorum Alcaldorum præferetur, etiam data pari-
tate priuilegiorum, &c. vt ibi per dominum meum præ-
dictũ per text. in l. verum. §. fi. ff. de minor. cum similibus.
24 †Sed fingamus d. consulum priuilegia loqui etiam contra
priuilegiatos, vel in casu nostro locum habere. adhuc obie
ctum prædictum non obstare credo. ibi enim per subter-
fugia, & cauillationes causa fuit protelata. Ideò moueor au
ctoritate gl. & eorum quæ doct. ibi notant post eam in c.
venerabilis. ibi. Sed per subterfugia, &c. vbi communiter
notant per illam gl. quòd vbi alter ex litigantibus causam
protelaret, non currat alteri parti quæ in culpa non esset
instantia: de quo est glo. notab. & expressa in l. intra vtile.
in verbo intra ętatẽ. ff. de minoribus. & facit lex in l. quin-
quennium. ff. de adult. & in l. si cum ipse. & ibi Bar. ff. de ex
cusa. tutorum. per quem tex. Bal. ibi post alios not. quòd si
statuto caueatur ꝙ causa quælibet infra tres mẽses debeat
terminari, & aduersarius causa protelandi iudicium, si te-
stes habere dicat in longinquis & remotis partibus, pro
quorum productione petat magnam dilationem, quæ vl-
tra tres menses extendatur, ꝙ nihilominus causa huius-
modi decidi poterit etiam post dictos tres mẽses non ob-
stante dicto statuto. Ad quod est bon. tex. in l. fi. ad fi. C. de
adult. per quem Cyn. ibi, & post eum Bal. & Saly. decidũt,
quòd si debeat aliqua causa infra certum tempus decidi,
quòd tempus illud nõ currit impedito per dilationem ad-
uersarij,

uersarij.quod etiam voluit Iaco.Butr.& Bal.in auctẽn.cle
ricus.C.de epi.& cle. Cum ergo post declinatum iudiciũ
dictorum Alcaldorum, & firmam iuris secundum leges
patriæ factam per dictum Botella in curia dictorum Alcal
dorum,postq; inhibitionem per sæpedictos Alcaldos di-
ctis dominis consulibus factam, instante dicto Botella &
fiscali procuratore curiæ Alcaldorum,præfati domini cõ
sules neglexerunt,& teste processu conuincantur nõ mo
uisse controuersiam effectualiter super iurisdictione prę-
dicta,tempus illud octo dierum non cœpit currere. Quo-
niam controuersia iudicialis non dicitur ante oppositio-
nem exceptionum.l.non solum.§.si status.& ibi Bar.in a.
oppo.ff.de procur.not.Ang.in l.sed & si.§.exigimus.ff.de
25 consti.pecu.†Similiter ad contrarium illud potest dici, ꝙ
temporis huiusmodi præfinitio etiam pœnalia non cur-
rit,nisi petatur à parte.ita not.Anto.de Butr.et Panor.in c.
pen.ext.de iudi.Pau.de Cast.& moder.in l.properandum.
C.eo.tit.Bal.in c.1.§.iudices.in tit.de pace iur.fir.dominus
meus Iason in l.vniuersa.col.2.versi.7.facit,&c.vbi etiam
ad hoc est bo.glo.C.de precib.impe offe.& not.Cald.cõs.
26 suo 3.sub rubr.de pœnis.†Potest etiã dici post Saly.Alex.
& moder.in d.l.properandum. quòd licet instantia à iure
communi ad causarum decisionem introducta breuiari
non possit consensu partium, attamen si breuior inducta
fuerit per statutum vel aliter, potest de partium etiam ta-
cito consensu prorogari,dum tamen iuris communis in-
27 stantiam quæ est trienniũ,vt ibi,non excedat.†Postremò
dici etiam posset tempus illud octo dierum,à dictis domi
nis consulibus saltem tacitè prorogatum fuisse,in non op
ponendo: & sic in puris & nudis iuris terminis non esset
dictorum Alcaldorum sententia nulla,pro vt not.Bar.in d.
l.properandum.col.2.versi. quæro quid si sententia.& ibi
dominus Alex.pen.col.cum concord.quas ibi tradit,& in
l.scire.§.consequens.ff.de excusa.tutorum.Ita not.Ancha.
in Cle.1.& per glo.ibi,in versi.finiri.vbi etiam doct.de in
integ.resti.quæ etiam potest defensari ex quo dicti consu
les fuerunt contumaces in allegando suas exceptiones,ad
quod videatur Bar.consil.100.incip.A domino Cyno de
Bononia. & præsertim quia à notorio dicti Alcaldi iudi-
ces erant competentes dicto Botella. & causæ, quam di-
ctus Sahuch contra eum intentauerat.

Ex quibus omnibus (diffusius opinione mea deductis) resoluo pro dictorum dominorum Alcaldorum iustitia, & iurisdictione, quoad causam prædictam quæ inter dictum Philippum Sahuch.& Petrum Botella sæpedictum agitatur. Et ita vt est suprà dictum & conclusum decidebam & resoluebam, saluo,&c. Barchinonæ 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

4 *DEcreti primi iudicium sine causa finitur, quando petens immissionem fuit illam assecutus.*
6 *Sociorũ vnus si mittatur in possess.ex primo decreto, prodest illa immissio alijs consocijs, vt dicãtur etiam rem illam possidere: quãuis dictorum consociorum debita sint separata, vel non essent veri creditores.*
7 *Actor originarius quis dicatur; & quis reus originarius*
Banniti vel excommunicati qui prohibentur tum de iure tum ex statuto agere, possunt se defendendo petere in consequẽtiam tenutam vel immissionem prædictam reuocari, licet principaliter petere prohibeantur illius reuocationem, quia tunc agerent.
8 *Decreti primi interpositio, etiam non seruato iuris ordine facta, valida est nisi fuerit appellatum.*
9 *Attentata quę dicantur vt reuocari debeant. & nu.10.11.13.14 & 17.*
Iudex (maximè inferior) non potest alterius iudicis immutare vel infringere sententiam.
10 *Iudex licet possit contra priuilegiatum aliquem ex aliqua causa cognoscere & sententiam ferre, non tamen potest contra illum & eius bona sententiam suam exequi, sed ipsius priuilegiati iudex. & nu.11. & 12.*
13 *Pignoris causa vel pro executione sententiæ captis alicuius bonis, citato domino distrahuntur.*
14 *Iudex qui ex prorogata iurisd. cognoscit, licet possit in tali causa sententiam ferre, non tamen potest illam exequi.*
15 *Sententia contra sententiam nulla est: & sententia nulla in vno capite, est in totum nulla. & nu.16.*
18 *Salarium consequi non debet, qui sua culpa fuit amotus ab officio: sed nec ille qui alteri officio incõpatibili seruiuit, saltem pro tempore quo illi seruiuit.*
19 *Sententia euidenter iniqua, nunquam potest in rem iudicatã transire, sicut etiam sententia nulla: quia idem operatur iniquitas manifesta quòd nullitas.*
21 *Priuilegiatus à non suo iudice citatus: non tenetur comparere; etiam si fuerit citatus super re vel facto, pro quibus erat de citantis iurisdictione. nisi in citatorio appositum sit id quod est causa iurisdictionis ipsius citantis.*
Garentigiata instrumenta comparantur sententiæ quæ transiuit in rem iudicatam.
22 *Socijs pluribus si rei aliqua competat, & commodè per partes diuidi nequeat, quomodo considerabuntur, dictæ partes cuiuslibet sociorum.*
23 *Iudicium per plures consortes eiusdes litis cœptum illis inuitis diuidi non potest nec continuari contra aliquem vel aliquos ex eis, quia aliàs in vna eademque causa plures dari possunt sententiæ.*
24 *Sociorum plurium rei alicuius pro indiuiso per eos possessæ, si mittatur vnus in possess. ex primo decreto in illa re, siue suo proprio, siue procuratorio consociorum prædictorum nomine, ad reuocandum dictam tenutam citari debent consocij;*
25 *Condẽnatio per sententiam facta non tamen ad certam determinatam quantitatẽ, nõ potest exequi, nisi facta prius per aliam præambulam sententiam liquidatione expensarum vel fructuum, aut rei illius in quibus facta fuit condemnatio per aliam sententiam.*

CONSILIVM XLVII.

NOn abs re Celsus ex duobus illis iurislatoribus iunior, & Celsi prioris filius dixisse commemoratur in l. si seruum. §.dedi.ff.de verb.obliga. quòd per cauillationes & perniciosas subtilitates contingit errari sæpius in iure nostro. Quandoquidem Regia sententia lata 19. Martij anni 1524. ad relationem magnifici Michaelis Ioannis Pastor iurium doctoris, & doctoris Regij consilij in principatu Cataloniæ, in causa contentionis iurisdictionis inter collegium Alcaldorum & Petrum Botella vnũ ex dicto collegio: & honorabiles consules Logiæ maris & Philippum Sahuch, super qua causa & contentione consilium præcedens reddidimus, quanuis adeò clara sit, ꝙ Dauus licet Oedipus non esset, eam intelligeret, attamen dicti consules dum nodũ in scirpo quærunt, fecerunt vt intelligendo nihil intelligerent. Quo fit vt sub colore dictæ Regiæ sententiæ iurisdictionem aliam sibi vsurpantes, & contra priuilegia Regia, & contra dictam sententiam Regiam multipliciter attẽtauerunt, graues ob id pœnas (quæ alio loco & iudicio ab eis petuntur) incurrendo. Vnde & in hoc iudicio non iniuria petitur per hanc partem, attentatorũ prędictorum reuocatio: quæ pro vt scienter & malitiosè in graue sæpedicti Botella præiudicium sunt facta, ita debent omnino reuocari, & dicto Botella dãna resarciri, maximè cũ pluries fuerint requisiti vt ab eis cessarent, monstrando in diuersis schedulis eis oblatis iudicij sui incompetentiam & per consequens dictorum consulum præcepta, sententiam & executionem illius, & alia omnia attentata esse contenditur.

Quod examinando considero quòd de iure communi

actor forum rei sequi debet.l.iuris ordinem.C.de iuri.om.
iud.& ex Regijs priuilegijs,de quibus in processu,constat
ꝙ Alcaldi de causis monetariorum cognoscere debent,et
si mercantiles aut maritimæ fuerint,& appareat sępedictũ
Botella monetarium esse, & in hac causa reum conuentũ
per Philippum Sahuch,& per consequens de foro & iuris
dictione Alcaldorũ esse, opus erit duntaxat ostendere per
dictam Regiam sententiam non fuisse remissam consuli-
bus causam illam,vel causas in quibus contra dictum Bo-
tella tum nulliter iudicauerunt.quoniam dicta Regia sen-
2 tentia,cui innituntur,cessante,in portu nauigaremus.† Cũ
ergo ius oriatur ex facto,iurisconsulto teste,in vulg.l.si ex
plagis.§.in cliuo. ff. ad legem Aquil. considero ꝙ primi-
tiuus processus intẽtatus fuit coram Vicario(qui est iudex
laicus quẽ Galli Balliuum,& Castellani Alcaldum, Arago
nensem autẽ Iustitiam vocant)coram quo Perrotus Vila
miles Petrus Botella & Barnardus Suñyer,petierũt se mic
ti in possessionem cuiusdam nauis dicti do. Botella cõtra
Philippum Sahuch pro medio quartario, siue pro duabus
partibus ex sedecim : quarum duarũ partium ex sedecim
erat dñs dictus Sahuch,& in patronia ipsius nauis,quę etiã
erat dicti Sahuch:intentantes actores prædicti(qui etiam
dictæ nauis manserunt domini pro indiuiso pro duoda-
cim ex dictis sedecim partibus)contra dictum Sahuch pri
mi decreti remedium,tanquam in bonis debitoris latitã-
tis,iuxta theoricã l.Fulcini⁹.§.quid sit latitare.ff. quibus ex
causis in possessionem eatur.& l.cum proponas.C.eo. Et
constito dicto Vicario de debito & latitatione dicti Sa-
huch,die 9.Iunij,anni 1523.misit dictũ Botella & coacto
res,siue ipsum siue alium ex ipsis actoribus,seruatis & ad-
hibitis solennitatibus à iure requisitis,in possessionem di-
ctæ nauis:præstitis per dictum Botella, aut alium immis-
sum , fideiussoribus idoneis super quolibet iure quod di-
ctus Sahuch, vel alius pro eo prætenderet in dicta naui &
patronia , & aliàs pro vt in dicta sententia Vicarij contine
tur.Cuiusquidem sententiæ vigore dictus Botella siue Pe
rotus Vila ita immissus (vt testibus nouissimè datis cõuin
citur errasse notarium) possessionem dictæ nauis adeptus
est, & inuentarium confecit bonorum dictæ nauis iuxta
dictæ sententiæ tenorem & dispositionem. Posteà verò
dictus Sahuch reuersus , allegans consulibus Logiæ maria
causæ illius cognitionẽ cõpetere , cũ esset super naui & re
maritima,petijt à dicto Vicario causam illã dictis cõsulib⁹
remitti. Cum tamen Ioannes Iuliol eius procurator con-
tra dictos tres actores comparens in diuersis schedulis alle
gando dicti Sahuch absentię causas,latitationẽ colorando,
vel dictæ nauis præfato Sahuch, principali suo restitui pe-
tierit:& subsecutiuè dictus Sahuch prosequendo petierit
causam illam,vt est dictum, tanquam maritimam consuli-
bus prædictis remitti.Et quam idem Vicarius 18. dictorũ
mensis & anni remisit dictis consulibus, in puncto in quo
erat tẽpore quo per dictũ Sahuch fuit editũ priuilegiũ,ꝙ
fuit,vt ex dicta sententia colligitur,16.Iunij. Quo etiam
tempore d.Botella , vt constat ex processu,dictam nauim
possidebat,& inuentarium confecerat(vt est prædictũ.)
Die verò 19.dictorũ mensis & anni fuit ad audientiã Re
giam euocata causa,quæ inter Ioannem Vila procuratorẽ
Peroti Vila militis, & Petri Botella, & Bernardi Suñyer
agebatur contra Philippum Sahuch, & commissa magni-
fico Hieron.Albanel.doctori Regij consilij,qui dictã cau
sam(nec enim coram ipso d.Alcaldi sua priuilegia,de qui-
bus in præcedenti cons.meminimus,produxerãt)remisit
consulibus sæpedictis.Coram quibus cum inter partes va
riæ vtrinque contentiones essent ortæ, d. Petrus Botella
firmauit ius & de iure in dictorum alcaldorum curia, qui
negligentibus dictis consulibus offẽdere sua priuilegia, &
de iure suo docere,iudices competentes se esse declaraue-
runt d.Alcaldi, 19. Ianuarij 1524. qua etiam declaratione
non obstante, & cum d.consules contra d.Botella proce-
derent,instantibus fisci curię Alcaldorum procuratore,&
d.Botella,fuit euocata dicta causa contentionis & iurisdi-
ctionis ad audientiam Regiam,in qua vocatis in ius & au
ditis consulibus sæpedictis,& d.Sahuch , ad relationem d.
magnifici Mich.Ioannis Pastor, audiẽtia Regia prædicta
sententiam tulit supradictam , per quam attentis remis-
sionibus tum per dictum vicarium,tum per audientiã Re
giam factis,remisit dictis cõsulibus causam commendę &
regiminis nauis prædictæ,& descriptionis rerum in eadẽ
existentiũ,præsertim quòd in dicta causa sæpedictus Bo-
tella actor esset:ad quos etiam consules remisit quandam
aliam causam(de qua non est in præsentiarum quæstio)se
curitatis 30. librarum per dictum Botella d. Sahuch pe-
titæ. Alcaldis vero remisit alias quasdã causas inter dictos
Sahuch.& Botella vertentes , ponderans etiam in illa re-
missione ꝙ dictus Sahuch actor esset,& quòd de iure de-
beret actor sequi forum & iudicium rei. Cum autem po-
stea d.Sahuch. sæpedictum Botella coram dictis consuli-
bus traxisset,in eius contumaciam die 8.Aprilis 1554.sæ-
pedicti consules præfatum Botella per eorum sententiam
condemnauerũt ad reddendum & restituendum præfato
Sahuch possessionem dictæ nauis & patroniæ:& quòd di
ctus Sahuch.semper fuisset lucratus salarium patroni à die
quo fuit data possessio dicto Botella, vsq; ad diem restitu
tionis dictæ nauis: cõdemnaueruntq; eundem Botella ad
dandum computum & reliquationem omnium viagiorũ
& volitorum(vt terminis sententiæ vtar) vsque ad diem
quo sæped.Sahuch restitueretur dicta possessio.Quem et
Botella condemnauerunt in omnibus expensis factis tam
in audientia Regia,quam in alijs curijs(cum tamen in au
dientia Regia per sententiam suprà mẽtionatam fuissent
expensæ compensate , & in curia Alcaldorum dictus Bo-
tella vicisset etiam quoad expensas)quam quidem senten
tiam consules sæpedicti exequi fecerunt per suos virga-
rios,mittendo dictum Sahuch in nauis prædictę possessio
nem:& post intimas quasdam & pręcepta facta d.Botella
de soluendo præmentionato Sahuch 60. libras infra tres
dies,per dictos eorum virgarios & officiarios capi fecerũt
pignora & bona de domo dicti Botella, quamuis prætén-
datur nulli officiario licere ingredi domu alicuius qui sit
de foro Alcaldorum,nisi saltem adsistente sibi officiali di
ctorum Alcaldorum: & postremò dicta pignora non vo-
cato,nec audito dicto Botella vendi fecerunt & distrahi.
Ex quibus prætendit d.Botella fundari, imò manifestè pa
3 tere attentata.† Et supradictorum stante veritate notoria
sunt attentata. Si enim cõsideramus ꝙ in causa huiusmodi
quam intentabat Sahuch cõtra Botella,ipse Sahuch actor
erat,& Botella reus, apparebit causam illam remissam nõ
fuisse,cum in causa remissa Botella actor esset(quod etiã
ponderabat magnificus Relator prædictus) & Sahuch
reus:& maximè quia non solum præfatus Botella in d.cau
sa primitiua erat actor , quinimò cum eodem agebant
contra sæped.Sahuch.Perot. Vila,& Bern.Suñyer seu eo-
rum procurator,et in audientiam Regio coram d. Hiero.
Albanel,qui d.consulibus causam illam quę coram eo ver
tebatur remisit.Et per consequens dicendũ est causam in
qua d.consules sententiauerunt, nullam esse ex eis quæ re-
missa fuit,sed penitus ab eis diuersam:& sic attentasse eos-
dem sententiam huiusm.proferendo. Nec enim fuit illa
quam d. Vicar. & audientia regia remiserunt ad relationẽ
sæped.magnif.Hier.Albanel, quoniã vt prædixi.tres erãt.
actores,& Sahuch reus: & nullam aliam causam agitatam
fuisse super regimine & commenda nauis pręter eam,cõ-
stat.Vnde sententia Regia ad relationem d.magn. Mich.
Io. Pastor lata , necessariò se habuit ad d. causam referre,
pro vt & facit,ponderando remissiones per d.Vica.& præ
fatam audientiam Regiam ad relationem sæped.d.albanel
factas.& sic debuerunt necesse Perotus Vila,& Bern. Su-
ñyer eius litis consortes citari coram dictis consulibus,vt
per Bal.in auct.si omnes.C.si vt se ab hęred.absti.ad prin
cip.& in l.in hoc iudicio.ff.fa.ercisc.& not.in c.fi.extra de
4 iudi.& latiùs infrà dicetur.† Et si dicamus iudicium prædi
ctum fuisse (pro vt fuit) immissionis in possessionem ex

prim

primo decreto, certè iudicium illud erat finitum, quando
causa per d. Vica. remissa fuit: quoniã d. Bot. vel Peror. Vi
la possessionem d. nanis tunc adeptus fuerat vigore d. sen-
tentiæ, vt per Speculator. tito. de prim. & secũdo decreto.
§. 3. Bar. & doct. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. ins. Et
sic illa causa quæ remissa fuit, non erat primi decreti vel te
nutæ: præsertim ꝙ eam remiserit in statu in quo erat tem
pore exhibiti priuilegij consulum (vt prædixi.) Nec etiam
reuocationis tenutę, cum petita non fuisset per d. Sahuch.
Sed nec antea per d. eius procuratorem, sed solum ꝙ vela
5 nauis restituerẽtur. † Sed monstremus apertius causam re
stitutam diuersam esse ab ea, in qua sententiauerunt d. cõ-
sules. Ad ꝙ attendamus præfatum Botella missum fuisse
in posses. dictæ nauis ex prima decreto, 10. Iunij vigore
sententiæ d. vicarij. Et 12. Iunij prædicti anni & mensis
Io. Iuliol coram eodem Vicario per suam supplic. ei re-
stituerentur, & in aliquo contrario ipsum non procedere
tur. Quam petitionem dictus Iuliol in dicta eius supplica
tione reiterauit quater, nulla facta de reuocatione posses-
sionis, vel commendæ nauis prædictæ mentione. Sed nec
ipse Sahuch. 18. dictorũ mensis & anni coram dicto Vi-
cario (vt supra dicebamus) cõparens, de dicta possessione,
vel reuocatione possessionis aut commendæ prædictarũ
fecit aliquam mentionem, sed petijt causam prædictam
duntaxat consulibus remitti, ꝙ in ea de re maritima age-
retur. Cuius supplicationi annuens Vicarius prædictus, di
ctam causam remisit consulibus præfatis in eo puncto in
quo erat: & consequẽtur per audiẽtiam regiam fuit illa re
missa. Et sic non fuit causa tenutæ vel primi decreti, quæ
fuit remissa: quia hoc non petierunt præfatus Sahuch, nec
etiam eius procurator. cum etiam iam esset illa finita per
sententiam & executionem illius. Sed fuit remissa causa re
stitutionis velorum, quæ adhuc pendebat indecisa. Cum
autem vela sint instrumenta nauis, vt per docto. in l. ex-
pugnatur. ff. de incend. ruina, & naufra. mota super velis
quæstio non potest ad totam nauem referri. quoniam na
uis æquiparatur prædio vrbano, vt voluit Bal. in l. certi q.
5. C. locati. arg. l. prim. ff. de vi & vi ar. & regulare est quòd
principale trahat ad se accessorium, & non econtra, iur.
vulg. Ideò cum nulla causa restitutionis possessionis nauis
aut cõmendæ penderet coram d. Vicario, sed solum super
restitutione velorum, illa solum fuit remissa quæ est acces
soriã ad nauim, vt suprà dicebamus, & non illa quæ prius
intentata fuerat super dicta naui (etiam si non esset finita
per adeptionem possessionis, vt suprà dicebamus.) Vnde
potuerunt dicti consules cognoscere duntaxat super resti
tutione velorum in vindictæ remissionis, vt est sæpedi-
6 ctum. † Sed fingamus pependisse causam illam primitiuã
missionis in possestionem sæpedictæ nauis corã dicto Vi
cario, & tunc quando remissa fuit decisam non fuisse: ad-
huc dico causam illam remissam non fuisse, quę per dicto
rum consulum sententiam fuit decisa. quandoquidem (vt
sæpe dixi) plures in ea agebant, qui necessariò debuerunt
ad ipsius prosecutionem citari, vt per Spe. tit. de primo &
secundo decreto. §. 5. alias 3. Bart. in l. cum vnus. ff. de bo.
aucto. iudi. possi. & Soci. consil. 120. cum in præsenti, &c.
col. 4. versi. circa tertium, &c. vol. 1.

Nec obstabit ꝙ solus Botella dicatur immissus in pos-
sessionem, & non alij coagentes seu litim consortes: quo-
niam ex quo inter eos erat communio & societas in dicta
naui, per eius immissionem fuerunt etiam alij immissi, &
si debita fuissent separata, vel si alij consortes veri credito
res non fuissent, postquam dictus Botella qui fuit immis
sus in possess. verus erat creditor. Ita no. Barto. in d. l. cum
7 vnus. & in l. si & iure. ff. qui potior. in pig. hab. † Et ad maio
rem demonstrationẽ iustitię sæpedicti Botella, fingamus
etiam hunc solum egisse contra dictum Sahuch super pri-
mo decreto, vel tenutam petijsse, adhuc in dicta causa prę
fati consules non sententiauerunt. Moueor quòd in dicta
sententia ponderatur, & pro causis (quæ secundum consti
tutiones Catalonię in quauis diffinitiua sententia debenę
exprimi) narratur & cõtinetur, ꝙ dicta causa fuit prius re-
missa, & ꝙ in illa Botella est actor. Sed remissam hanc cau
sam nõ fuisse suprà mõstrauimus: in qua etiam (loquor de
ea de qua consules præfati cognouerunt (à notorio d. Bo-
tella nõ fuit actor. Ad quod adduco in medium illam dist.
Bart. quæ à doct. solet communiter approbari in l. de pu-
pillo. §. fi. vbi etiã dominus meus Iason post Ang. Paul. de
Cast. Alex. & Franc. de Aretio materiam hanc latè prose-
quitur. ff. de no. oper. nuntiat. dicens, quòd excommunica
tus & bannitus qui de iure communi & à statuto solent
communiter ab agendo repelli, possunt petere reuocari te
nutam, siue missionem in possessionem in eorum bonis
factam, se defendendo, vbi principaliter veniunt ad se de-
fendendum, & in consequentiam peterent dictam tenu-
tam rescindi vel reuocari, quamuis ipsi non possint princi
paliter petere reuocari tenutam, quia tunc dicerentur age
re. Quam distinct. Bart. sequũtur Gemi. & Io. de Imo. c. j.
de rescrip. li. 6. Idem Imo. c. cum inter. col. 4. vbi etiam do
minus Anto. extrà, de excep. no. amplè Felyn. post Fran.
de Aretio. c. intelleximus. col. 2. vbi etiã do. meus Philipp.
Decius. versi. vtrum autem excommunicatus. ext. de iudi.
Rom. consi. 217. incip. res ista, &c. per totum, & omnino
dominus meus Philipp. Decius, cõsi. 43. incip. diuino, &c.
ad princip. volu. 1. ex quo sequitur, ꝙ cum dictus Sahuch
coram dictis consulibus principaliter intentauerit rescisio
nem dictæ tenutæ, vel commendę tanquam illicitè factã.
in hoc iudicio factus est actor originarius, licet in alio fuis
set reus, vt volunt præalleg. docto. & sic non poterant di-
cti consules de causa illa cognoscere, cum non fuisset eis-
dem remissa, & quia in illa causa, in qua tulerunt senten-
tiam Botella sæpe dictus erat reus vt prędixi: & probatur
in l. in tribus. in fi. ff. de iudi. & in c. forus. de verb. sign. &
latè dominus meus prædictus, vbi suprà proximè cum al
8 legaui. † Nec facit quod obijcit quòd in dicta concessione
primi decreti, non fuerit ordo debitus à iure introductus
seruatus: quoniam (præter id quòd processus contrarium
ostendit) dicta missio in posses. non esset omnino nulla, &
si verum esset contrarium: sed opus erat appellatione. Ita
notat Bartolus in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iu-
dic. sequitur Bald. in l. ab executione. C. quorum appella.
non recipi. & in auten. sed hodie. col. 2. C. de act. & obli.
Idem etiam not. Io. And. & do. Anto. in c. quoniã frequẽ-
ter. in fi. ext. vt lite non contest. & do. Abb. c. quoad consul
9 tationem. ext. de sentẽtia & re iudi. † Et si diceremus etiã
prædicta omnia cessare, attamen vel ex eo constat de attẽ
tatis, quòd audientia Regia in sententia quam ad dicti do
ctoris Mich. Ioã. Pastor relationem tulit, compensauit ex
causa expensas in dicta audientia Regia factas, in quibus
tamen dicti consules sæpedictum Botella condemnaue-
runt, Regia etenim audientia compensando dictas expen
sas coram eis factas, abdicauit à dictis consulibus omni-
modam potestatem cognoscendi de dictis expensis: & sic
condẽnando in illis negare non possunt se attentasse, iudi-
cando vltra id in quo fuerat eis attributa iurisdictio: hinc
consequens est iustè peti reuocationem dictorum atten-
tatorum. Est enim vel ipsis nescijs notissimum, quòd non
potest par iudex, & multo minus inferius sui maioris, aut
paris in iurisdictione, sententiam infringere, vel immu-
tare. l. nam & magistratus. ff. de arbit. l. ille à quo. §. tempe-
stiuũ. ff. ad Trebel. & ca. cũ inferior. extrà, de ma. & obed.
no. Fely. post Panormitanum, & alios in c. cum M. Ferra-
10 riensis. ad fi. ext. de constit. † Addita fuerunt & alia atten-
tata (etiam si dictorum consulum sententiam validam es-
se fingeremus) quoniam ex priuilegijs Regis quæ suprà
in consi. præcedenti retulimus, constat dictũ Botella tan
quam monetarium etiam in causis mercantilibus & ma-
ritimis, de foro & iurisdictione Alcaldorum esse, & peni-
tus exemptum à dictorum consulum iurisdictione, quod
etiam dicta Regia sentẽtia expromit aperiè. Et sic præsup
posita dictæ sententiæ consulum, citra veri præiudicium,
validitate, attentauerunt in faciendo præfato Botella præ

cepta pœnalia in processu producta.Similiter in mittendo
in possessionem dictæ nauis præfatũ Sabuch : & apertius,
ingrediendo domum ipsius Botella,& extrahendo de ca-
dem plura bona dicti Botella, quæ publicè distraxerunt.
Quandoquidē ex dictis Regijs priuilegijs prohibiti sunt
officiales quicunque ingredi domos monetariorum , &
aliorum qui sunt de collegio Alcaldorum.etiam causa cu-
iusuis executionis fiendæ,etiam si esset instrumentum ga-
rentigiatum : nisi tamen cum ipsorum Alcaldorũ coosen
su,aut saltem assistente vno ex officialibus dictorum Al-
caldorum : quòd etiam iuri communi est conforme.
Nam etiam si dicamus quòd dicti consules de sæpe dicta
naui vigore dictæ Regiæ sententiæ cognoscere potuis-
sent , in illam tamen missionem in possessionem man-
dare non potuerunt:text.est expressus in sæpedicta l.cum
vnus.§.penul.ff.de bo.aucto.iud.poss.& in l.à diuo Pio.in
princip.& §. sententiam. & vtrobique docto.ff.de re iu-
dica.& in l.fi.C.vbi in rem act.dentur.Alex.in l.pen.ff.de
iuris.om. iudi. & omnino per Lanfran. de Oriano in re-
peti.cap.quoniam contra falsam.in ver.interlocutoriæ &
appellationes.versiculo , sed quid è contrà.ext. de probat.
11 †Et quòd attentauerint ingrediendo domum præfati Bo
tella , qui erat cum suis bonis de foro & iurisdictione Al-
caldorum,vt suprà dicebã , clarum per textum in l.à diuo
Pio.præalleg.§.si super rebus.ff.de re iudi. vbi quando iu-
dex aliquis cognoscit super aliqua re contra priuilegiatum
ex aliqua causa , non tamen sententiam suam exequi po-
test,sed iudex ipsius priuilegiati.Imò secundum iuris com
munis dispositionem, etiam cessantibus dictis priuilegijs.
debuit fieri executio prædicta per dictos Alcaldos,ad lite
ras dictorum consulum requisitorias.Ita not.gloss. in l.2.
in versi.ex causa.quã ibi commendant Fulgo. & dominus
meus Iason,& Moder.ff.si quis in ius voca.non ierit.& in
l.cum quędã puella.in ver.quod generaliter.& in l.fi.in gl.
a.ff.de iurisd.omnium iudi.not.doct.in d.l.à diuo Pio.§.j.
& in l.intra.ff.de re iudi. & ita resoluit in terminis fortiori
bus Iaço.Calisius in suo tract.monetariorum.q.vltima.
Et bis addantur quæ infrà consi.60.versi.51.cum duo-
bus sequentibus versiculis dixi:quod consil.feci pro dicto
Pet.Botella contra dominã del Papiol,& infrà consi.114.
12 versi.3. †Corroboro,quia ex quo condemnatio facta fuit
per dictos consules & in naui , & in expensis.etiam si vale
ret dicta sententia(quòd non)executio expensarum,quæ
in pecunia solui debuerunt,facta est in alijs bonis quàm in
illis in quibus condemnatio facta est.Et in executiona hu
iusmodi, etiam si certæ fuissent expensæ in quibus condē
natus est dictus Botella , debuit nihilominus ipse citari: ꝙ
sæpedictis consulibus non licebat , cum non esset de foro
& iurisdictione eorum,etiam vigore dictæ sententiæ Re
giæ: & ita not.Bar.in sæped.l.à diuo Pio.§.in venditione.
notat Bal.in l.1.per illum text.C.de iur.& facti igno.& re
fert & sequitur Lanfran.vbi suprà.versic.quæro nunquid
in executione sententiæ:& ita etiam voluit Alex.cõsi.53.
col.2.vol.5.& Soci.consi.158.col.9.versi. sed ego respon
deo.vol.2.vbi etiam dicunt ꝙ fieri debet cum causæ co-
gnitione,quæ tamen consistit non solum in citatione,sed
etiam in audiendo partes,& in alijs quæ Soc.consi.32.col.
pen.vo.j.Barba.consi.60.versi.5.vo.1.& Bolog.consi.36.
13 col.3.versi.Tertiò facit,&c.prosequuntur.† Apparent ēt
aliunde attentata,quoniam in distractione pignorum pro
executione dictæ sententiæ eorum captorum , citari de-
buit sæped. Botella:aliter enim non valeret dicta vēditio
pignorum vel executio.text. est ad literã in l.creditor.ibi:
notum debitori facere.C.de distract.pig.Imò voluit Bar.
in præall.§.in vēditione.versiculo.quæro hic dicitur,&c.
ff.de re iudi. quòd si fiat pignoratio in bonis quæ plus va-
leát quàm debitum pro quo fit, quòd venit huiusmodi pi
gnoratio reuocanda,etiam legitimè facta,per glo. in l.quã
14 diu.C.de distract.pig.† Similiter considero aliunde consu
les attentasse in exequendo dictam eorum sententiã:quo
niam est determinatio clara in iure , quòd iudex cuius est
iurisdictio prorogata,est iudex vsque ad sententiam inclu
siuè duntaxat, ita quòd non potest suam sentētiam prædi
ctam executioni mandare.tex.in l.Episcopale.C.de Epis.
audi. secundum dominum meum Iason. in l. cum quæ-
dam puella.suprà alle. vbi multa ad hoc allegat quibus ad-
15 do gloss.in l.2.ff.si quis in ius voc.non ierit.† Et cum vide
rent cõsiliarij dominorum consulum (quorum etiã forte
consilio dictam sentētiam tulerunt) se nihil habere quòd
aduersus dicta attentata obijcerent,ad emendicata suffra-
gia recurrentes, tueri voluerunt ipsos , obijcientes rei iu-
dicatæ per dictos consules exceptionem:sed scire debue-
runt sententiam nullam in rem iudicatam nunquam tran
sire,l.si expressim.vbi gloss. & docto.ff.de appella.& not.
Card. in Cle. prima. de iudi.cum alijs iuribus & auctori-
tatibus notissimis.
Nullitates autē dictæ sententiæ sese vltrò offeruntisiue
quòd condemnauerunt dictum Botella in expensis in au-
dientia Regia factis,in quibus declarare non poterant , ꝙ
essent per audientiam Regiam compensatæ,vt suprà ver.
9.dicebamus: siue ꝙ tulerunt sententiam contrariam Re
giæ sententiæ: & regulariter sententia contra sententiam
quæ in rem transiuit iudicatam,est nulla,vt per Barto.in l.
nam postea.§.si damnetur. vbi dominus meus Iason om
nino post Alex. qui adducit multas concord.ff.de iureiur.
& per Fely.c.inter monasterium,post Abb.col.7.versi.&
sic habes.extrà,de re iudi.&.c.qualiter & quando.col.20.
ext. de accusa. pręter quas suprà deduximus & infrà nul-
16 litates aliam multas. † Et quòd dicti consules cognoscere
non potuerint de expensis in audientia Regia factis, vt su
prà monstrauimus,pater,quia declarando in illis supra suã
iurisdictionem sententiauerunt,vt per doct.in l.fi. ff.de iu
risdict.omnium iudi.& in l.fi.§.fi.C.de appella.& in con-
sequentiam dicta eorum sententia est nulla etiam in totũ,
vt voluit glo.in d.l.fi.in glo.fi.ff.de iurisd.omniũ iudi. Sal-
tem(insequendo distinct.Bal.quam ibi cęteri doct.tenēt)
qui a dicta sententia continet vnicum capitulum, aut saltē
plura annexa , ideò adhuc est nulla,vt per Bar.& dominũ
meum Iason.ibi.de quo est glo.ordinaria communiter ap-
17 probata in l.etiã.§.ex causa.ff.de minoribus.†Sententiaue
runt dicti consules nedum nulliter , sed etiam attentaue-
runt.Cum enim esset quæstio de rescisione primi decreti,
vel reuocatione tenutæ aut commendæ,dicti consules eo
rum iurisdict.excedentes.adiudicauerunt dicto Sahucb sa
larium patroni,& multò magis in condemnando sępedi-
ctum Botella ad dandum ei computum omnium viagio-
rum quę fecisset dicta nauis.Et pro fundamento huius cõ
clusionis.remitto ad notata per Soci.cons. suo inter consi.
Franc.de Curt.20.incip. sæpenumero animo reuolui .col.
9.versi.ista consequentia probatur.Lata enim est differen
tia inter iudicium reuocationis tenutæ & iudicium super
salario,quoniam illud petitur iudicis officio,vt not. Spec.
tit.de offic.omnium iudic.§.1.col.3.& not.Bald.in l. 1.q.
18 antepen.C.mand.†Continet etiam dicta sentētia manife-
stam & euidentem iniquitatem,in quantum adiudicaue-
runt præfato Sahuch salarium patroni , cum esset notoriũ
quòd illo tempore ipse non fuerat patronus in dicta na-
ui.Nec enim iustum est quod dictus Sahuch,qui à patro-
nia,causante eius culpa,fuerat amotus, consequeretur sala
rium:saltem posteaquã amotus fuit, vt not.dñs meus Ia-
son,& moder. post Bart.in l.diem functo.ff.de offi.assess.
Idem & plenius tenet Bar.in l.Męuia.ff.de annis lega.Bal.
in l.1.C.de suffra.& in l.ædem.col.3.& de locat.& Amo-
deus de Castill.in suo tract.Syndicatus.in gl. in versiculo.
olim potestatem.fol.3.colu.2.& aliunde iustum non erat,
sed iniquum quòd dicto Sahuch qui in alia naui erat pa-
tronus, & salarium patroni recepisse conuincitur ex pro-
cessu,salarium adiudicaretur pro patronia dictæ nauis do.
Botella,cum non potuisset eodem tempore vtrunque of-
ficium vel patroniam exercere , vt per Albe.de Rosate in
l.duorum.ff.de ope.liber.& in l.qui duobus:ff.de condi.&
demon.& per dominum meum Iason. in §. in personam.
insti.

insti.ad act.præsertim quòd hoc esset dictis dominis con-
19 sulibus notarium.† Si ergo prædicta consideremus, videli cet quòd dicti consules condemnauerunt sæpedictū Botellam in dictis expensis in audientia Regia factis, à quibus, vt est læpedictum, fuerat absolutus, nullus negauerit dictā sententiā ex illo capite, & alijs suprà allegatis nullam esse, aut certè ex eisdem capitibus euidentem iniquitatem continere, ita q nunquam transire posset in vim rei iudicatæ, l.si pari.& ibi Ang. not. ad hoc illum tex.loquentem etiā quando pronunciaretur in fauorem testamenti apertè iniqui.ff.de inoffi.testamēto.Idem est tex.in c.cum inter. ibi: veritate gestorum sermonibus præualente.ext.de re iudi. & facit c.inter cætera.cum ibi not.per Anto.de Butr.& Panor.eo.tit.& quod not.Cardi.consi.56.incip.dum reuerēdus,&c.vbi dicit quòd iniquitas manifesta idem operatur q nullitas.allegat Inno.in c.cum Bertoldus. in verl.concessimus.extrà,de re iudi. & plenius not. Io. de Imol. in Cle.si appellationem.in vltimis verbis.de appella. & omnino Francil.de Curt.qnia ad hoc accumulat multa,consi. 65.incip.super præmissa.col.3.versicul. quintò comprobatur,&c.& prosequor abundè infrà consil. 127. versicul.4.
20 †Interuenerunt etiam in dicta sententia aliæ multæ nullitates.imò quotquot fermè potuissent excogitari:siue q tulerint sententiam contra priuilegiatum, etiam super alijs rebus vel negotijs aliter quam essent eius remissa vel cōmissa per dictam sententiam Regiam: & sic nulliter sententiauerunt, vt per Alex.post Pau.de Cast.in l. cum seruus.ff. de cond.ob causam. Sententia etenim etiam per ordinariū lata contra exemptum nulla est, vt per Spe. tit. de sententia.§.iuxta propositionis. versi.itē est nulla ratione litigatorum.& Ioā.And.in regula, scienti lib. 6. in mercurialibus, vt suprà monstraui, l.2.& ibi Alexan.post.Bart.C.quando prouo.non est necesse:siue quia ex capitulis cuiusque consulatus maris in huiusmodi causa debuerunt adhiberi viri maritimi, ad ipsius decisionem causę, quos tamen non cōstat interfuisse: siue quia ex dictis capitulis consulatus non potuit condemnari dictus Botella in expensis, etiā si per sententiam Regiam non fuisset (pro vt fuit) ab illis absolutus: & aliunde quia contra ius litigatoris huius lata est, ex quo etiam capite nulla est, vt per Alex. vbi eum proximè allegaui,& not.Panor. in c.1.qui per quatuor & amplius col. hanc materiam discutit.extrà,de re iudi.& in c.cum inter.
21 suprà allegato, eo tit.† Nec obijciatur cōtumacia dicti Botella in non comparēdo. quoniam ille non tenebatur etiā citatus comparere. Quando enim iudex aliquis citat non subiectum regulariter suæ iurisdictioni, tunc citatus regulariter comparere non tenetur,ēt si fuerit super eo citatus, super quo reuera de citantis esset iurisdictione: nisi in citatorio exprimatur id quod est causa iurisdictionis, ita q ex dicta citatione comprehendat citatus se teneri ad comparendum. Si enim non exprimitur quod est causa arctandi citatum ad comparendum, non tenetur citatus comparere, quia sufficit quòd regulariter non tenetur obedire:pro regula enim præsumitur, vt not.Bart.in l.quotiens (licet aliū finem) ff.si quis cautio.& quòd huiusmodi citatis non arctet citatum, vt suprà dicebamus, est gloss.singularis in c.j. in ver.ad dominum.in tit. de inuesti.in mari.facta.in vsib. feud.& hoc declarat Inno.& doc.post eum in c.præterea. extrà,de dila. Bal.in l.ex quacunq;. vbi etiam domi.meus Iacobinus de sancto Georgio. ff. si quis in ius voc.non ierit.& idem in effectu volunt ibi Bart.& Ang.refert & sequitur in terminis nostris Philip.Cor.consi.112.incip.pla
22 ni videtur meo iudicio, &c.in littera 5.vol.2.† Quinimò dominus meus Philippus Decius consil.241. incip.scripsi aliā, &c. vol.2. scripsit q priuilegiatus qui passus est se cō damnari ab incompetenti iudice, poterit dicere sententiā nullam faciendo fidem de suo priuilegio. Nec ob id poterit ab incompetenti iudice prædicto condemnari in expēsis:de quo dixi suprà in consilio. præcedenti, versiculo. 18.
23 †Ex quibus apparent ad oculum,(imò etiam ipsi cęco) attentata quæ dicti consules tum in eorum sententia prædicta, tū in executione illius, & alijs præceptis factis per eos dic. Botella, de quib.suprà:& præsertim in pignoratione, & pignorum distractione. Quoniā dictus Botella & eius bona, sunt (vt dictum est sæpe) immediatè de foro & iurisdictione dictorum Alcaldorum;& in salua guardia Regia, tāquam bona Regaria, de quibus solus do. Rex,& pro eo, Alcaldi, ex Regio priuilegio cognoscere possunt. Intēm q per audientiam Regiam & eius sententiā fuerunt sæpissimè restituta dictis monetarijs, & alijs de collegio Alcaldorū pignora:alia quę mandato dictæ Regiæ audiētiæ capta fuerunt:alia quæ per Vicariū prædictum Barchinonē sem, qui (vt suprà dixi) est iudex ordinarius laicus:alia quę per Mostosapinū alia quę per consules pontis, & seu ipsorum & aliorum officiariorum Regiorum mandato capta fuerunt. Quinimò constat in processu, executionem instrumentorum garentigiatorum (quam hic scripturā tertij appellant (de stylo fieri per literas Vicarij Barchinonē sis requisitorias contra aliquem monetarium:cum tamen garentigiata instrumenta vim habeant & effectum diffinitiuæ sententiæ quæ in rem transiuit iudicatā, vt not.Cyn. in l.fi.C.de confess.& in l.non fatetur.& in l.certum.ff.eo. & not. in l.possessio.§.& si possessio.ff.de acquir.possess.& in l.cum vnus. §.1.ff.de bo.aucto.iudi.possi.& not.dominus meus Ias.in l.1.§.si quis ita.versi.25.ff.de verb. oblig.

Quare totam huius cōsilij massam in vnam summam resoluendo, cōcludo quòd cum ex supradictis constet dictos dominos consules attentasse multipliciter, tum in iudicando siue sententiando, tum etiam in faciendo præcepta illa pœnalia dicto Botella,& maximè in pignorādo & pignora distrahendo,& sententiam eorum prædictam ex eo quando mō & forma prædictis, debere attentata piędicta per sententiā Regiam reuocari, & consules prædictos qui malè iudicando scienter & malitiosè litem suam fecerūt, in expensis dicti Botella, damnisque & interesse ipsius cō demnari debere, præter alias pœnas quas vigore dictorum priuilegiorum Regiorum incurrerunt, & quæ ad eos alio iudicio (vt in themate dixi) petuntur. Et ita vt est præmissum & cōclusum suprà, decidebā & cōcludebā, saluo,&c. Barchinonæ 1524. ad laudem & gloriā Dei. Ego Celsus.

Subscriptio clarissimi iurisconsulti domini Onofrij Font (qui postea fuit alter ex iudicibus curiæ siue iudex maleficiorum totius principatus Cataloniæ) ad consilium præcedens 47.

22 †Iesv Christi Redemptoris inuocato suffragio, addēdo pro ingenij tenuitate allegationibus celeberrimi iurisconsulti & domini mei obseruandissimi Celsi Hugonis viso toto processu agitato inter fisci procuratorem curiæ Alcaldorum & Petrum Botella ex vna: & consules maris & Philippum Sahuch partibus altera: videtur mihi præsupponendum esse pro vberiori dicēdorum declaratione quòd ipsa nauis super qua tractatur, consideranda erit vt tota integralis & indiuidua & totius corporis pro indiuiso pro parte dominium habuisse Perotum Vila, Petrum Botella, Bernardū Suñer, Petrum Varo, & Phil.Sahuch sæpedict. Nam ex sedecim partibus (in quibus tota nauis diuidebatur) d. Petrus Vila miles quatuor, Petrus Botella quinque, dict. Bern. Suñer, duas Varo, & duas restantes Philip. Sahuhc cum præfectura seu patronia dictæ nauis, habebant. Et ideò licet essent domini per certas partes, illę tamen nō poterant ad oculum demonstra. Erant omnes domini dictæ nauis, pro parte tamen indiuisa, & non insolidum, nec pro parte demonstrabili. erg.tex.in l. si vt certo.§. si duobus vehiculum.& ibi Bar.ff.commod.iuncta l.Mutius.ff. de rei vendi.cum simil. Nam quisque partes suas in d. naui oculariter ab alijs diuisas non poterat ostendere, nisi intellectiue, vt secundum maius & minus quisque emolumenti, vel damni caperet. cum in totaliter ipsius rei particularis

ticularis partes pro indiuiso consistant, vt colligitur ex dictis Rom. consilio. 444. incipi. an dictum castrum, &c. in princip.

Cum nauis ipsa propter absentiam sine latitatitonem di cti Philippi Sahuch. esset sine institore ante lit us huius vrbis Barchinonensis, auctore prætore recepta in formatione iuxta l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex causis in possess. eatur. in l. cum proponas. C. eo. instante Ioanne Villa procuratore Perou Villa, Petri Botella, & Bernardi Suñer prædictorum, fuit decretum dictum Botella mitti in posses. eiusdem causa seruandi, vt consuleretur omnium sociorum & dicti Sahuch indemnitati. Et ita procurator prædictus nomine suorum principalium adeptus est d. nauis possessionem, & confecit inuentarium, quamuis scriba per errorem (qm testibus nouissimè datis. probatur) ipsum Botella nactum fuisse dictam possess. scripserit. Cótra quos tres Ios. Iuliol procurator dicti Philippi Sahuch nomine comparés, vela restitui postulauit, allegans dicti eius principalis absentiæ causam, & demum restituta causa consulibus maris in puncto in quo erat (quia de velorum restitutione contendebatur) euocataq; causa prædicta ad audientiá Regiam sub examine Hieronymi Albanel doctoris Regij consilij, inter syndicum consulatus maris & Philippi. Sahuch. fuit contra dictos tres litigatum: & ipsius causæ cognitionem, ad dictos consules pertinere, ad relationem eiusdem Albanel declaratum. Et sic attendédum est quòd in dicta causa semper à principio fuerunt tres actores & contra eosdem per dictos syndicum & Sahuch. in audientia Regia litigatum, & illa fuit dictis consulibus restituta: non causa particularis quæ inter dictum Botella & Sahuch duntaxat fuisset agitata cum nullam tunc temporis haberet in qua ageret particulariter contra dictum. Sahuch, nisi 30. librarum de qua fit mentio in sententia Regia.

Restituta igitur dicta causa cósulibus in puncto in quo erat, consules Iudaicè interpretati sunt sententiá Regiam quoniam illá duntaxat contra eosdé tres prosequi tenebátur: attamen ipsi de noua causa contra dictum Botella reú, & non actorem consortibus non vocatis, cognoscere, iudicare, & executionem facere attentarunt.

Et cum ageretur inter syndicum & fisci procuratoré curiæ Alcaldorum & d. Botella ex vna, & consules maris seu eorum syndicum & Phil. Sahuch ex altera super interpretatione Regiæ sententiæ, meritò causa præsens ad audientiam Regiam prædictam fuit introducta, & eidem relatori cómissa, ad cuius relationé iuxta priuilegia vtriusque curiæ promulgata fuit sententia. Nam eius est interpretari, &c. vt sunt iura vulgaria. Ita quòd sententiam Regiam solet audientia Regia interpretari, quando de intellectu eiusdem disceptatur. 23 Ex quo igitur instantia & iudicium fuit simul nomine dictorum trium intentatú, non potuit diuidi. esset enim inconueniens quòd diuerso iure censeatur, vt inquit Bal. in auth. si omnes. col. 1. versicu. quæro ergo. C. si vt se ab hæred. absti. Cœpit enim indiuidua esse instantia occasione etiam rei indiuiduæ, quæ nisi pro indiuiso non poterat à pluribus possideri. Vnde nullo modo diuidi poterat. Nec contra dictum Botella duntaxat causa prosequi, relictis alijs consortibus eiusdem litis, maximè qui præsentes erant in ciuitate, vt est text. in I. in hoc iudicio. ff. fa. ercisc. qui tex. v. detur gladium oti aduer fariorum apponere. Et sic non valuit consulum sententia, quia non potuit ex vno eodemque iudicio in partem valere & in partem non valere. Nam in d. causa locum habet regula, Ne continentia causæ diuidatur, de qua in l. nulli prorsus. C. de iudi. c. dispendia. §. reus quoque. de rescrip. li. 6. Quandoquidem causæ dicunt continentes ratione pluralitatis personarum, quando sunt plures socij rem habentes communem & indiuisam: nam alter sine alijs non potest occasione rei cómunis pro indiuiso possessæ conueniri, iuxta titu. ff. de quibus rebus ad eundé iudicem eatur. Sequeretur enim vnú absurdum, quòd si diuideretur iudicium & instantia, etiam coram eodem iudice, quòd diuersæ possent fieri sententiæ in vna eadem q́ue causa, vt Soci. sensit post And. Siculum, c. 1. extrà, de mutuis peti. licet in alijs terminis loquatur, pro vt latissimè refert & sequitur Fely. c. placuit. col. 4. versi. & dixit do. Anto. de prato veteri, &c. de præscript.

Nec prædictis obst. l. non idcirco minus. ff. de iudi. nec tex. in l. 1. C. de consor. eiusdem litis. nec quòd not. Bar. in l. 3. ff. de duo. reis. nec quod not. idem Bar. in auth. sed cum testator. C. ad legem Falcid. & in l. de vno quoque. ff. de re iudi. & Bal. in d. auth. si omnes. cum in iuribus diuersarú personarum non requiratur omnium cósensus, l. Sabinus. cum ibi not. ff. communi diuid. & sic videretur quòd d. Sahuch & cósules procedere poterant & iudicare contra d. Botella duntaxat, etiam non vocatis alijs consortibus. Respondeo etenim quòd d. l. nó idcirco. loquitur quàdo fuit instantia cœpta contra plures habentes commune negotium, & pendente iudicio alter se absentauit, quod cessat in casu nostro: quoniam nedum non prætenditur aliosců sortes se absentasse, verumetiam constat notoriè fuisse præsentes. Et ita procedit doctrina Bar. in l. de vnoquoque. supra allegata. tex. verò in l. 1. de consor. eiusdem litis. intelligitur ante cœptam litem contra plures. sed diuiditur, ꝙ licet cótra vnum ex pluribus in communi negotio obligatis, non tamen in solidum, prorata agere, & tenet contra illum iudicium, licet cæteris non noceat: & ita etiam procedit doctrina Bar. in d. auth. sed cum testator. & Bald. in auth. si omnes. quòd valeat inuentarium factú coram præsentibus creditoribus, licet absentibus non noceat: & ita etiam procedit doctrina Bart. in d. l. 3. Nos auté sumus in casu instantiæ iam cœptæ contra plures, super re communi indiuisibili, ꝑ in diutio possessæ, & sic in casu diuer so: & pariformiter si vnus ex socijs nauis ꝑ rata sibi conti agête voluisset à principio contra debitoré communem agere, antequam nomine omnium fuisset lis contestata, potuisset: & ita loquitur idem tex. & sic in diuersis terminis: & ita Bar. in d. l. 3. dicere voluit pluribus reis credédi. Quando verò simul iudicium fuit nomine plurium commune negotium habentium inchoatum, licet à principio quisq; potuisset agere pro rata, vel vice versa, quando contra plures fuit in cœpta causa, licet etiam à principio potuissent pro rata separatim conueniri, in hoc casu suspenso iudicio, quoad alios, non potest contra alium intentari. Sic in proposito cum à principio contra omnes tres iudicium susceptum fuerit, & (ꝙ fortius est) aliter suscipi non poterant nec d. consules nec d. Sahuch. Vnde locú habét iure superius allegata. Ná in iuitis eisdé tribus cósortibus diuisio huiusmodi fieri nó potuit, erg. tex. in l. si vt certo. §. si duob. suprà alle. & nor. in l. quidá existimauerút. ff. si car. pe. Ná postquam coram vicario, & deinde in audientia regia sub examine d. Albanel tam consules quàm Sahuch iudicium susceperunt non aliter quam inchoatum erat, communiter contra eosdem tres poterat d. iudicium examinari. pro quo facit quod not. Bar. in l. diuus. ff. de resti. in integ. & in l. Fulcinius. §. si. suprà alleg. & Cano. in c. licet causam. ext. de proba. quia vnicum fuit à principio iudicium, vnica instantia, vnicus etiam debuit esse processus & instantia, vt declarat Ang. in l. reos. & ibi Ioan. de Imol. ff. de duo. reis. declarando auth. quòd si debitor. C. eo. quòd supersedente actore contra reliquos ad instantiam vnius, cogitur contra omnes supersedere: & vice versa, si à pluribus fuisset reus conuentus altero supersedente, non cogitur alter agere, vel conuentus respondere, cum in hac materia actores vel rei non debent ad imparia iudicari, l. si. C. de fruct. & litium expensis. & ita decidere videtur Soci. consi. 231. 24 per præfatum dominum cósulentem allegato. Quod ego etiam fortifico alijs rationibus supradictis in fauorem huius partis, ac etiam sequentibus: præsupposito enim quòd dict. Botella missus fuit in possessionem dictæ nauis (non curo an ipse Botella nomine suo proprio vel aliorum, an vero d. Ioan. Villa procurator ipsorum trium, vt deponút testes

testes nouissimè dati) quoniam postquam negotium erat commune ratione etiam rei indiuisibilis & pro indiuiso possessæ, missionem vnius causa seruandæ nauis alijs consocijs profuisse nemo est q ignoret, vt expressè firmat dominus consulens versi.6.& Bart.in l.cum vnus.ff.de bon. aucto.iudi.possi. quia non refert an pretenderent ius idem obligationis, vel iudicis officium, postquã simul & semel & communiter fuit imploratum. Videantur tamen & cõsiderentur diligenter dicta per Francisc.de Aret.consi.suo 120.incip.consultatio præmissa causam istam,&c. Quare dico quòd reuocatio dictæ tenutę & possessionis dictę patroniæ detentæ per dictos Botella, Vila,& Suñer, cũ omnes tres in d.naui patronum alium & scribam proposuisse doceatur per testes. non poterat fieri per dictos consules nisi vocatis eisdem tribus: quia diuidere non potuerunt iudicium vel causam restitutam. Ita est doctrina Spec. in tit. de primò decreto.§.fi.versi.quid si ipse iudex. vbi concludit reuocationem fieri non posse, nisi vocatis & citatis detentatoribus & possessoribus ipsius rei: quoniam partium assertione merita negotiorum pandũtur, l.fi.C.si per vim vel alio modo. &.c. cum ex literis.de in integ.restit. cum nemo etiã prædo absque citatione debet sua possessione vel detentione priuari, vt per Io.de Imo.in c.licet.Episcopus.de præben. Moder.c.fin. de præsumptionibus.& Cal. cõsi.4. sub rubr.de dila. Nam sicut in missione facta causa rei seruandæ, fuit necessaria causæ summaria cognitio, ita etiam in reuocatione tenutæ, vel recisione illius, debuit interuenire, secũdum Hosti.in sua summa. tit.de eo qui mittitur in possess.causa rei seruandæ. & ita se habet communis conclusio, q in tali reuocatione semper necessaria sit partis citatio. vt firmant Cano.communiter in c.1. de eo qui mittitur,&c. Anton.de But.c.cum contingat.extrà de dolo & contum.& dominus Anto.de sancto Georg.in c. cum cessante. de appell. & sic dicti consules procedendo, non citatis dictis Peroto Vila, & Suñer, nulliter egerunt, nullumq; fuit iudiciũ, nullaq; sentẽtia, & nullissima executio, vt patet ex prædictis, & latius ex deductis per dominum primum consulentem, cum sententia lata parte non citata sit nulla, vt not.Bald. in l. cessante. C. quomodo & quando iudex.& l.1.§.item cum ex edicto.ff.quæ sententiæ sine appell.rescind.&.c.pastoralis. extrà, de re iudi.& &.not.in d.l.de vnoquoque. Nec etiam potest dici aliqua respectu Petri Botella, vt ex superioribus patet, maximè

25 per tex.in d.l.in hoc iudicio. 1 Ex quibus infero quòd intẽtando iudicium Philippus Sahuch.corã dictis consulibus, contra d.Botella duntaxat, ipse nouam litem orsus est,& nouum iudicium,& causam penitus à restituta diuersam: & in dicto iudicio coram dictis consulibus actitato effectus est actor,& d.Botella verè reus, vt latè probat dic.dominus consulens, attenta doctrina Bart.in l. de pupillo.quã insequuntur moder.§.fin.de no.ope.nuntiat. quibus addo Roma.consi.217.& per Phil.Dec.consi.43.& plures concordantias ponit nouiter d.Phil. Dec.c. cum inter.de except. vbi firmat & sequitur expressè opi. Bart.pred. in d.l. de pupillo.§.fi.& distinctionẽ illius. Cum ergo d.Sahuch reuocationem tenutæ prædictam & possessionis principaliter coram d.consulibus postulabat, effectus est indubiè actor per determinationes & decisiones prædictas. Ideò iuxta vulgatam regulam quòd actor sequi debeat forũ rei, & pro vt fuit per dict. Regiam sententiam declaratum in d.causa reuocationis tenutæ, & ciuilium accessionum de quibus loquitur tex. in l.si nauem.ff. de instruc. vel instrũ. leg. conueniendus erat sæped. Botella coram Alcaldis, cũ sit monetarius, & iuxta priuilegia & declarationes Regias, per quas contra monetarios de causis maritimis & mercantilibus prouidetur & declaratur quòd Alcaldi cognoscere debeant.

Ex quibus etiam sequitur quòd præsupposita d.sententiæ nullitate, ex prædictis & alijs per d. primum consulentem deductis, præsertim quòd condemnauerunt in expẽsis sæped.Botella, in quibus fuerat absolutus in curia Alcaldorum,& in audientia Regia. item qui ipsum insolidũ cõdemnauerunt, cum duntaxat pro parte conueniri poterat, l.1.& 2.C.si plures vna sententia,&c. Vnde & alijs ex causis, com d. capitula censeantur annexa in omnibus. nullitas, de qua suprà disseruimus, inficit eandem sententiam, adeò quòd omni modo est nulla, vt est text. in l.etiam.§.1.ff.de minor. cum similibus alijs per d.primum consulentem allegatis: vnde sententia nulla non merebatur executionem, c.inter cæteras.de re iudi.ca. sollicitudinem.de appella.& gloss.in Cle.pastoralis.de re iudi.& in cap.fraternitatis.de frigid.& malefi.

Item considerandum est q facta fuit cõtra exemptum, & pro quantitate ex aduerso postulata, nulla præcedente causæ cognitione, aut liquidatione. Nam postquam sententia primitiuam nullam certam continebat contra §.curare.in sti.de actio. non poterat igitur fieri executio in accessorijs, nisi cum alia sententia, facta præambula liquidatione certa & determinata, taxatio quantitatis præcederet, vt not.in l.terminato.C.de fruct.& litiũ expẽ. per tex. in §.oportet.in auth.en.de iudi.& ponit Spec. in tit.de sen sen.prola.col.13.Ang.no.in l.si homo.ff.de re iud.Io.Fab.& Ias.in d.§.curare & Io.de Imo.in c.finem litibus.ext.de dolo & contu.& ideò patet de iniquitate factæ executionis contra d.Botella per Virgarios siue notarios, non præcedente taxatione præambula,& non requisitis Alcaldis, pro salario indebito, attẽto q eodem tempore d. Sahuch nauigauit in alia naui in qua præfectus erat sine patronus cum salario, contra iuris oẽm formam, vt prędicta clarent testibus & actis. Nam ideò productæ fuerunt literæ subsidiariæ quæ solent emitti à curia Vicarij ad curiam Alcaldorum, ad vberius ostendendum iniquitatem & nullitatem executionis prædictæ cõtra iuris formam, vt probat primus consulens,& contra ritum omnium curiarum, vt probant acta producta.

Ex quibus postquam notoriè constat consules habuisse notitiam q in causa restituta erãt tres cõsortes prędicti, in processu agitato tam in curia Vicarij quam in audientia Regia ad relationem sæpedicti Hieronymi Albanel, cum acta iudicij faciant notorium, c.fi. de cohabi.cleri.& mulie.&.c.olim.de verb. signif. & plenè Ias. in l.eius qui. col.5.ff.si cer.pet. ideò post tot requisitiones illis præsentatas ne contra d.Botella procederent, aut attentarent, aut litem nouã contra ipsum inchoarent alijs consortibus non vocatis, cum esset monetarius & de foro & iurisdictione alcaldorum, vt constat in processu, cognoscẽdo,& executionem faciendo realiter (quamuis iuris executio non habeat iniuriam, l.iniuriarum.§.1.ff.de iniur.) quia tamen cõstat ipsos scientes non habere potestatem, irrequisito iudice ordinario dicti monetarij, ad occupationem rerum & venditionem illarum processisse, actione iniuriarũ (vel saltem in factum) ad damna & interesse tenentur, l.item apud Labeonem.§.si quis bona.& sequitur ibi.Bar. in d.l. iniuriarum.§. idem Labeo. ff.de iniur. quoniam non possunt similia attentata dici iuris executio, sed iniurię illatio. l.si iniurię. ff.eo.tit. Vnde talis actio iniuriarum competit contra illos qui contra huius exemplum acta minus iuridica exercuerunt & attentauerunt, vt est decisio Delph.q.324. Ideò annullatis dictis attentatis contra dict. Regiam sententiam & illius mentem, ad omnia damna & interesse veniunt condemnandi cõsules sæped. secundum merita processu. Cætera supplebit iudicum peritia, iuxta titu. vt quæ desunt aduocatis,&c. Font.

SVMMARIVM.

1 *CONsortum eiusdem litis potest vnus pro sua parte defendere absque alijs.*

2 *Publicatio testium non est de substantiali ordine iudicij, sicut nec assignatio ad sententiã ita quòd illarum omissio processum non vitiat, nec sententiam.*

3 *Intimatio quando fieri debeat, & quando non debeat fieri* ei qui

ei qui dixit se nolle subire iudicium, vel comparere.
Citari quanuis debeat aliquis ter ex forma iuris vel statuti, ad hoc quod sit cõtumax verus, aut quod possit contra talem in eius cõtumacia procedi, si semel citatus respõderit se nolle comparere, non debet secundo nec tertio citari.
4 *Conclusio nõ fit in causis summariis per assignationẽ ad sententiã, quinimo illa nõ obstante partes poterũt postea probare.*
5 *Fiscum qui dicantur habere, vt gaudeant priuilegio illius.*
Restitutio in integ. competit fisco, & collegio in quo probabiliter sunt minores.
6 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis potest allegari post tẽpus à statuto concessum ad allegãdum nullitates, etiam post tres conformes sententias.*
7 *Notorium quanuis regulariter nõ excuset ab onere allegãdi attamen fallit in nullitate sententia notoria.*
8 *Nullitas nunquam intelligitur etiam per statutum vel constitutionẽ reiecta, quãdo est certa & notoria, & ex actis vel ipsa sententia colligi potest.*

CONSILIVM XLVIII.

POST redditum à me consi.47.præcedens cõ
tigit dubitari circa processus ritũ & rectitudi
nẽ, eò ꝙ non fuerit intimata Phil. Sahuch cõ
tra quẽ agitur testiũ publicatio, & assignatio
ad audiendũ aduocatos, & denũtiatio proces
sus: & collegio Alcaldorũ seu eorũ fisco (quem ex Regijs
priuilegijs se prætendunt habere) restitutionem aduersus
omissiones illas petenti, obijcitur ex aduerso ꝙ solus prin
1 ceps fiscum habere dicitur. † Condescendendo igitur ad
quęsitũ primũ dico. ꝙ Phil. Sahuch erat correus in huius
modi causa: vnde satis est ꝙ factæ sint intimæ consulibus
contra quos agebatur principaliter, eò quòd attentauerũt
multipliciter, vt est deductũ & verificatũ in processu: de
quo videatur Spec. tit. de libelli obla. §. 16. versic. 2. & not.
Pet. de Bella Pertica. & Alb. de Rosate in l. 1. per illũ. text.
C. de cõsor. eiusdẽ litis. & de hoc videatur Soci. cõs. 120. 3.
2 dubio. vol. 1. † Præterea si rectè censent gl. in c. fi. in ver. iu
dicijs. de hæreticis li. 6. testiũ publicatio nõ est de substan
tiali ordine iudicij: ita ꝙ valet sententia, quãuis omissa sit
testiũ publicatio. & not. Bar. in l. prolatã. C. de sentẽtijs &
interlo. omniũ iudi. Panor. c. cũ I. & A. col. 3. versi. & nota
singulariter. vbi ẽt Fely. in princ. ext. de sentẽtia & re iudi.
& ita decidunt do. Tolosani in decisio. capellæ. q. 396. inc.
Itẽ fuit quęsitũ an processus, &c. sicut nec assignatio ad au
diẽdũ aduocatos, vt not. Bar. in d. l. prolatã, ad fi. ver. quęro
iuxta prædicta. & in auct. iubemus. vbi etiã moder. C. de
iudi. & ita tenui suprà. consi. 13. ver. 1. & seq. maximè ver.
4. vbi diffusius hoc prosecutus sum. Et sic quanuis fuissent
omissæ quoad d. Sahuch, imò etiã quoad d. cõsules intima
tiones prædictæ, nõ vitiaretur ob hoc processus, per præ-
3 dicta. † Vlterius considero dictũ notabile Fely. in c. cũ cõ
tingat. col. 5. versi. limita primò istã conclusionẽ. ext. de re
script. vbi vult ꝙ tũc demũ est fiẽda intimatio, vbi requiri
tur scientia illius cui fit, nõ solũ vt sciat, sed ẽt vt aliquid
faciat vel nõ faciat: quã doctrinã fui secutus suprà cõsi. 18.
vers. 10. Sed cum iste Sahuch per suã schedulã oblatã in au
diẽtia Regia, quæ est inserta in processu, declarauerit ex-
pressè, se nolle amplius in hac causa ꝓcedere vel cõparere,
clarũ est ꝙ cũ iudiciariè hoc declarauerit ꝙ nõ debuit am
plius certiorari de gerẽdis in ipsa causa, quãuis ei postea fue
rint plures intimæ factæ, & ex inde nihil iñderit, sicut in
simili dicit gl. in c. de illicita. 24. q. 3. ꝑ quã Inn. c. ad petitio
nẽ. ext. de accusa. d. cit, ꝙ si debeat aliquis ter citari, ex le-
gis vel statuti dispositione ad hoc reputetur cõtumax, vel
cõtra eũ procedi valeat, si ipse prima vice citatus respõde
rit se nolle cõparere, nõ debet amplius citari. Quòd dictũ
sequuntur Bar. Bal. Albe. de Rosate. & Ang. in l. tres denũ
tiationes. C. quomodo & quãdo iudex. & refert, & sequitẽ
do. me' Iacobi. de S. Georg. in suo tract. feud. in gl. in ver.
& dicti vassalli pro rebus feudalib. cõuẽti, &c. col. 10. ver.
sed ponamus, &c. in eo. tract. in gl. in versic. dictiq; vassalli
promiserunt non committere feloniã: & vtrobiq; allegat
multa. Est verũ ꝙ cõmpatriota meus Pet. de Bella pertica
in auctẽ. q semel. C. quomodo & quãdo iudex. voluit hoc
dictũ restringere, vt procedat quãdo facta fuit declaratio
pręd. in iudicio per gl. in c. venerabilib. §. secus de sent. ex-
com. libr. 6. cuius restrictio an procedat nũc nõ examino,
quia ẽt in casu nostro facta fuit iudiciariè d. declaratio, vt
4 suprà. dicebam'. † Et si & vbi cessarẽt oĩa præd. si cõsidere
mus huius causę naturã, quã ex partis alterius & schedulis
& ordine procedendi, ipso quoq; processu cõstat esse sum
mariã, dicere possumus ꝙ adhuc per denũtiationẽ proces
sus nõ sit facta in huiusmodi causa cõclusio, per tex. aper-
tũ in Cl. sæpe. ibi partib. ad id citatis adhuc cõclusione nõ
facta. de verb. signif. vbi casus est apertus ꝙ in causis sum-
marijs per assignationẽ ad sententiã nõ inducatur conclu
sio in causa, saltẽ ad impediẽdum probationes (ꝙ est for-
tius) arg. gl. in ver. interrogauit. in d. Cle. sæpe. & ita notãt
do. de Rota. decis. decima. incip. Item postquã in antiq. &
Rom. in repet. l. admodendi. ff. de iureiur. & cõs. 175. quos
refert & sequitur Soci. cõs. 190. inc. memini me pluries. in
fi. vol. 2. & ita fuit secũdũ hãc sententiã nuper iudicatũ in
audientia regia in fauorẽ illustris ducis Cardonę, cõtra spe
ctabilẽ gubernatorẽ Cataloniæ fratrẽ suũ, in causa quę in-
ter eos pẽdebat super possessione villarũ & castrorũ, ac lo
corũ de Calaff. & de tora. In qua declaratũ fuit ꝙ licet cau
sę euocẽtur per audiẽtiã Regiã in eo statu in quo sunt tẽpe
quo euocantur, ꝙ posset nihilominus illustris dux articulare
& probare in d. Regia audiẽtia in illa causa quæ erat sum
maria, licet tempore quo euocata fuit d. causa, fuisset per
iudicẽ primitiuũ semel & sępius assignatũ in eadẽ ad sentẽ
tia: ẽt àd instantiã partiũ & per consequens, apparet ꝙ Al-
caldi & Botella sęped. etiã nunc prohiberi non possint pe
tere restitutionẽ in integrum, ex capite si qua mihi est iu-
5 sta causa, etiã si priuilegiati nõ essent. † Ad id aũt ꝙ obijci
tur d. Alcaldos fiscũ non habere, considero post Bal. in l. 1.
C. de hæred. act. ꝙ licet proprie nullus haberet fiscũ prę-
ter Imperatorẽ & papã quoad bursam, habẽt nihilominus
illũ aliqui Reges & Principes, & ciuitates multę, saltẽ quę
de facto superiorẽ nõ recognoscũt, qui ẽt habet priuilegia
fisci, secundũ eundẽ Bal. in l. fi. c. de priuileg. fisci. & est tex.
cum gloss. in Cl. volentes de hæret. per quos Card. & Io. de
Imo. & alij, tenent ꝙ archiepiscopus & Episcopus habeãt
fiscũ. de quo est gl. in c. quia diuersitatẽ. extrà, de concel.
præben. & not. abundè Fely. c. irrefragabili. §. cæterũ. ex-
trà, de of. ordi. & multò fortius habet fiscum collegiũ Al-
caldorum, quem habet à Regia serenitate, qui est superior
dicti collegij immediatus. quem si habet, habet ipsum cũ
priuilegijs fisci, vt proximè dicebamus & per consequens
vt obtineat restitutionem in integrũ petitam, quã etiã ob
tineret vt collegiũ, in quo probabiliter sunt minores, vt
dicit Pau. de Ca. cõsi. 317. incip. vt benè attingatur, &c. per
l. respublica. C. ex quibus caus. maio. &c. & ita volunt Bart.
Veronen. in l. eum qui vectigal. 3. q. ff. de verb. sign. & hu-
iusmodi restitutio in integrum etiam si per merum fauo
rem fisci vel collegij Alcaldorum prædictorum duntaxat
concederetur, indubiũ tamen est ꝙ prodesset ipsi Botella
qui causam habet cum dictis Alcaldis communem, per l.
si communẽ. ff. si seruus vendi. quem tex. ad hoc proposi-
tũ allegat Fely. c. decernimus. extrà, de re iud. col. pen. Nec
omitto ꝙ dictus Sahuch, aduersus quẽ dicta restitutio in
integrum petitur, nõ contradicit quo minus cõcedatur te
ste processu. Sed consules præallegati solũ, quem tamẽ im
pedire non possunt nisi ratione communionis causæ, quã
habent tanquã correi: ex quo etiam capite intimæ eidẽ
factæ nocuerunt etiam dicto Sahuch, si & vbi suprà dicta
6 cessarent. † Nec obstat constitutio Cataloniæ de propo-
nẽnda nullitatis exceptione infra decem dies, quoniam
præter id quòd loquitur in causis appellationum, in quo
casu non sumus, dici potest quòd illa constitutio non lo-

quitur in nullitate, quę prouenit ex defectu iurisdictionis, qualis est vna illarum quæ cōtra sententiā dictorū consulum opponitur: quoniā illa pōt quandocunq;(ēt post tres conformes sententias) opponi, ſm gl. singularē in Cle. j. de quęst. poss. & fruct. quā sequuntur Pet. de Anch. & Iuā. de Imo. ibi: quā refert & sequitur do. meus Hip. de Marsilijs, & eam allegat pro singulari in suis singul. nu. 10. incip. tu scis. vbi ad hoc allegat infinitas concordantias. Soci. consi. 174. in fi. vo. 1. & do. meus Philipp. Decius consi. 8. vers. 7.
7 vol. 1. † Præterea cū dictæ nullitates sint notoriæ & parti & iudici, nō astringebatur pars illa allegare. De hoc est celebris doctrina Bart. in l. 4. ff. de iudic. quam prosequitur And. Sicul. consi. 62. incip. illud in medium referam. vol. 1. & do. meus Iat. in l. ex quacunq; causa. ff. si quis in ius voc. non ierit. quamuis regulariter notorium non excuset ab onere proponendi, vt est gl. sing. in Cle. appellāti. de appel. & dixi latè suprà cōs. 27. ver. 10. & Corsetus singularibus suis. in ver. sententia incip. si notoriè, &c. voluit ꝙ sentētia quam notoriè constat iniustam fuisse, semper possit retractari, etiam si non fuerit ab eadem appellatum: ad quod allegat ibi multa quæ videantur.

Nec etiam inconueniens esset dicere, ꝙ si & vbi proponenda fuisset dictæ sentētię nullitas, ꝙ per primam supplicationem sit proposita, licet implicitè. Satis enim deducta fuit dictę sententię nullitas quā petunt & irritari, & ipsam & ea quæ postea secuta sunt & attentata reuocari.

Aliunde consulū sęped. sentētia fuit impedita trāsire in rē iudicatā ēt si non fuisset alleg. nullitas illius, & hoc propter clausulā decreti in d. priuilegijs Alcaldorū, irritantem quicquid cōtra tenorē & formā eorū esset attētatū. Ita not. Car. Cl. 1. §. 1. de cōcess. prębē. de quo dixi diffusius in trac. meo clausularū, in claus. rescriptorū. ver. decernētes irritū & inane, &c. quare cōcludimus de attētatis cōstare, & illa debere reuocari; & processum prædictū nō peccare: cui ēt mederi posset per in integ. restit. Beneficiū, ꝙ d. collegio cōpetit ex capite quo fiscū habet, et ꝙ in eo sunt minores.

Et ita vt est dictū & conclusum suprà & in præcedenti consi. decidebam & resoluebam pro do. Alcal. & Petri Botella iustitia tam naturali, quam circa ritum. saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laud. & glo. Dei. Ego. Cel.

Subscriptio Domini Onofrij Font.

Adhærēdo breuitati & verissimis cōclusionib. præclarissimi iurisců. & patris honorādi do. Celsi Hugonis, dico nō esse dubiū ꝙ Alcaldi fiscū habeāt nomine do. Regis, cuius ēt sunt officiales inter monetarios, vt ex illorū priuilegijs patet. & Iaco. Callisius in suo trac. de monetarijs hoc tenet expresse, cui tāquam veridicæ decisioni solet in hac patria Catal. deferri. Ideò nō ꝓsequor amplius, inferēs ideò d. Alcaldos iuuari beneficio restitutionis in integrū instar minoris, nedū aduersus omissas allegationes, verùetiā aduersus omissas probationes post quadriēniū, vt per Bar. in l. j. C. de sent. aduersus fiscū latis. Si ergo eis subueniri debeat ēt post sentētiā, multo magis ante sentētiā, cū sit bonū ar. de maiori ad minus affirmatiuè. In proposito accedat ꝙ speciale est in fisco, ꝙ terminus instātiæ ei nō claudat, vt est tex. cū gl. in l. properādū. in prin. C. de iudi. Ideò nō obstante cōclusione succurritur Alcaldis prædictis aduersus omissam solēnitatē iudiciariā: cū ēt aduersus omissas probationes post sententiam restituerentur, quanto magis in casu nostro, cum do. primus consulens ostēderit eas quas dicunt solennitates iudiciarias, non esse de substantia iudicij, quòdque denuntiatio processus cōclusionem in causa non induxisset, cum esset summaria.

Nullitas aūt à die latæ sententiæ fuit allegata infra 10. dies, cū per viā attētatorū cassari, & annullari, & reuocari, & in pristinū statū reponi sentētiā cōsulū fuit supplicatū. Illa n. verba satis ex vi verborū nullitatē ꝓpositā demōstrāt, & ſm intētionē proferētis sunt accipiēda. l. si qs. ff. de iud. Itē constitutio Regis Iaco. de proponenda nullitate infra decennium, quę ex aduerso allegatur, non videtur excludere nullitatem, quæ ex defectu iurisdictionis prouenit per gl. in Cle. 1. de sequest. poss. & fruct. & per ea quæ allegat dict. dūs cōsulēs: quibus addant not. per moder. la
8 tè in l. 1. C. de iur. & facti ign. † Vel melius nūquā exceptio nullitatis, vel proposito illius ꝑ statutū aut cōstitutionē cēsetur exclusa, qñ est certa & notaria, & de ea cōstat. Ita not. in l. vbi pactū. C. de pact. Bal. in l. 1. vers. denuò quęro. C. si de momen. poss. fue. appella. Pet. de Anchar. cons. 207. alias 211. incip. de iure cōi. Ruma. cōs. 40. & Alex. latissimè cōs. 225. incip. pōderatis his, &c. in 6. vol. & bellissimè Philip. Decius cons. 8. inc. viso puncto, &c. vol. 1. firmantes quòd nunquam excludatur per statutum nullitas sententiæ notoria, quæ apparet, vel in ipsa sentētia oculo corporali legi possit, iuxta doctrinam Inno. in c. 1. & gl. de offi. deleg. & dicti consulentes in simili casu ita concludunt, & in proposito actu notoriè demonstrant nullitatem.

Ex prædictis infero ꝙ si nullitas infra decennium proposita nō fuisset, ꝙ nihilominus hodie per restitutionē in integrum admitterentur Alcaldi, impetrata restitutione prædicta aduersus temporis lapsum: & huiusmodi restitutio impetrata, prodesset dicto Petro Botella per indiuiduitatem causę & instantię, per allegatam l. si communem. ff. quemad. seruit. amitt. & melius per not. per Cy. Bar. & sequaces in l. vnica. si in communi eademque causa in integ. rest. postuletur.

SVMMARIVM.

1 *LIberi quando sub nomine collectiuo vocantur ad fideicōmissum, videntur esse vocati ordine successiuo, & secundum ordinē caritatis. & nu. 23. & 24.*

2 *Liberorū appellatio latior est quā filiorum. attamē in vtraque dictione & appellatione, filię cum filiis admittuntur.*

4 *Liberi appellantur ad fideicommissum eo ordine quo de iure ciuili vocantur ad successionē. & num. 15. 23. 26. & 30.*

5 *Filius fratris in successione patrui vel auunculi excludit cōsobrinos suos nepotes ex patruo. 15. & 30.*

6 *Substitutio directa an valeat in vim fideicōmissi post pubertatem illius cui fit. & nu. 7. 11. 12. 31.*

9 *Liberorū appellatio utrū nepotes includat, et an pronepotes.*

11 *Substitutione directa militari qualiter succedatur. et nu. 12.*

13 *Commune verbum adiectum bonorum vniuersitati, in substitutionibus importat substitutionem directam*

Proaui in successione succedunt æqualiter vnus filius, duo nepotes ex filio præmortuo, & quatuor pronepotes prædefunctis eorum patre & auo. Fideicōmissaria subst. succeditur etiam primo testatori.

15 *Repræsentatio in fideicomissis locum non habet, quia in illis nō repręsentat filius personā patris. & nu 16. 22. & 32.*

17 *Lineæ descendentium plures sunt species, scilicet primogenitorum, & secundo & tertio genitorum, & vlteriorum, quæ maxime in successione nobilium de Consuetudine solēt cōsiderari. & nu. 18. et 19.*

19 *Masculis plus cōmuniter defertur à testatore et statutis quā fęminis, quia per eos dignitas suæ familiæ cōseruatur. quę non potest honestè conseruari, nisi mediantibus diuitiis.*

Descendentes alicuius masculini vel fœminini sexus si vocātur videtur inter istos ordo appositus vt prius masculi (ēt gradu posteriores) admittantur quam fœminæ.

21 *Interpretatio verborū (etiam impropria) non repellitur quādo colligi potest esse de mente proferentis, & verba illud significant.*

Grauamen de portando nomen & arma cadere non potest in fœminam, & quare.

22 *Primogenitorum lineā si testator attendat in substitutione, debet illa linea in totum euacuari, priusquam ad secundo genitorum lineam deueniatur.*

24 Qua-

14 *Qualitas apposita in personā primi instituti vel primi substituti videtur esse tacitè repetita in personam secundo et vlteriorum substitutorum.*

25 *Nepos venit appellatione filiorum, quando de ipsorum nepotum commodo agitur.*

26 *Primogenitus, & eo præmoriēte filius vel nepos ipsius admittitur in solidū quando vnus solus dēt admitti: et huiusmodi filius aut nepos primogeniti excludit secūdogenitū.*

27 *Fideicommissum quod debet de liberis ad liberos deuenire, si vnus filiorum decedat pluribus relictis filijs, quandiu superest aliquis de illa linea succedunt superstites illius lineę & illa linea finita, deuenitur ad alios alterius lineæ.*

28 *Fideicommissum quando tractū habet de futuro, appellatione liberorum admittitur qui conceptus aut natus erat tēpore purificatæ conditionis.*

Pluralitas vinculorū etiam in fideicommissis consideratur.

29 *Clausula in principia posita refertur ad sequentia quando ratio recti sermonis non repugnat. & quādo clausula vel qualitas adiecta dispositioni illā restringat aut limitet.*

CONSILIVM. XLIX.

PETRVS Raymondus de conchabella mihi præsupponitur decessisse superstitibus ex Petro Raymondo filio suo vnico prædefuncto Ioāne, Eleonora, & Ioāna nepote & neptib. impuberibus: eūdemq; hęredē sibi designasse vniuersalem in suo testamento dict. Ioann. & per ordinē eidem hæredi, si contingeret eum sine liberis decedere, & aliàs vulgariter & pupillariter, & compendiosè substituit Eleonorā prædictā. Cui etiā Eleonoræ oībus casibus expressis specificè substituit Ioannā alterā neptē ipsius testatoris: & eidē Ioānæ in dictis casib. pariformiter substituit nobilē Dalmaciū de Quæralto. Et sic iuxta pręmissum ordinē & gradus substitutionū in omnē casū specificè distinctè & clarè testator prædictus easdem personas gradatim ad successionē suā vocauit. Demū prouidus paterfamiliàs euētus futuros oculo peruigili ac perspicaci cōsilio præuidens, vt nodosos legum laqueos in occurrentia secuturi casus eneruaret, & ne caduca fieret eius volūtas, explosaq; appareret illa alta & subtilis indago, pręsertim Bar. in l. quā diu versi. fi. ff. de acquir. hæredit. Pau. de Cast. consil. 351. incip. præsens dubium videtur formari. & Alex. consi. 1. vol. 1. clarè & distinctè suam expressit voluntatē per hæc subsequentia verba, Vlterius volo, ꝙ si aliqui dictorū Ioānis, Eleonoræ. & Ioānæ, ad quē vel ad quos dicta mea hęreditas vigore dictarū institutionū, vel alicuius seu aliquorū ex eis peruenerit, decesserint quādocunq; sine filijs legitimis & carnalis matrimonij masculini vel fœminini sexus: aut cū talibus vno vel pluribus, quorū nullus ad ætatē perfectā peruenerit: & sibi proximè substituta esset mortua, & ex ea liberi tā masculini quā fœminini sexus legitimi & carnalis matrimonij superessent. ꝙ ipsi liberi iuxta formā, s. prioritatē graduū substitutionū prædictarū, ipsis Ioanni, Eleonoræ, & Ioānę nepotib. meis siue neptib. factarū, s. primo primi, & deinceps secūdo, iuxta formam prædictā & substitutionē huiusmodi admittantur. Ex quibus testatoris verbis clarè perpenditur, ꝙ eo casu quo primo loco vel gradu substitutus præmoreretur, illi liberi quos relinqueret pręferēdi essent secundo loco substituto. Quibus liberis primo seu proximè substituti decedentib. in omnem euentum & casum vulgaris, pupillaris, & compendiosę substituit illū eundē, quē dictis nepotibus substituerat. cuius substitutionib⁹ verba nihil importat referre.

Præterea testator attendens ꝙ ex proximè substituta persona præmortua possent superesse plures liberi, volens ordine quodā personarū prioritatis & vnitatis successiuo eosdem ad suam successionem vocare, adiecit verba sequētia. Et sic sequatur gradatim & descensiuè de vno filio dictorum nepotum meorum siue neptium ad alium. quæ verba referri debent ad illa præcedentia verba, vt primo primi, & deinceps secūdo, &c. ex quibus prioritas & vnitas successoris inducitur & includitur.

Demum considerans dictus testator esse posse ꝙ ante mortem hæredis sui primo loco substituta esset prædefuncta, & filium suum primò & singulariter vocatum etiam prædefunctum esse, superstitibus tamen ex dictis filio vel filia prædefuncto liberis: & etiā superesse secundò substitutum, volens ipse testator in pręidictis nepotibus & eorū descendētibus ordinē genituræ seruari, post prædicta verba subsequentia superaddidit: & loco mortui seu mortuorū ex eis, ad eius seu eorū liberos, vsq; ad vltimū inclusiuè.

Defuncto testatore prædicto Ioannes eius nepos hæres illius hæreditatē assecutus est, quo Ioāne viuente Eleonora soror ipsius decessit, superstitibus Philippa primogenita & Ioanna Beneta secundò genita filiabus, quarū Philippa (quam suprà diximus esse primogenitam) successiuè ante dictum hæredem decessisse pręsupponitur, superstitibus Ioanne Aymerico, & Onofrio, seu Federico de Sācto clemente eius filijs naturalibus & legitimis: & dicta Ioanna Benecta dictorum filiorum matertera.

Decessit etiā ante dictum hæredem Ioanna soror eius secunda, superstitibus sibi Augustino de Argēsola, & quadam filia. Quem Augustinū cum dictus Ioānes hæres in suo testamēto sibi reliquisset hæredē: cuius ēt testamēti vigore possidet bona pręfati Petri Raymōdi testatoris omissa dictæ possessionis validitate super qua lis pendere dicitur, petitur à me decisio non leuis perplexitatis quę resultat ex testamento dicti magnifici petri Raymondi de Cōchabella domicelli (qui in Catalonia ex priuilegio Regio pacificātur in omnibus & per omnia militibus, & eorūdē priuilegijs gaudēt) Verum. s. dictus Ioannes Aymericus testatoris prædicti abnepos, ex Philippa dictæ Eleonorę (vt est dictum) primogenita, admitti debeat ad testatoris prædicta successionem: an verò à dicta Ioāna Beneta eius matertera excludatur, tanquā proximiore: & testatori cuius est neptis, & hæredi scripto, cuius est consobrina: vel si dictus Aymericus succedet cum dicta Ioanna tanquā repræsentans personam dictæ quondam Philippæ suæ matris. an verò dictus Augustinus Ioannæ testatoris prędicti neptis filius, & hæres à Ioanne relictus, excludat vtrunq;.

†Et cum sit manifestum dictum Augustinum ex dicto te-
2 stamento Petri Raymondi admitti non posse, nec illi opitulari hæreditatem illam fuisse sibi relictam à dicto hærede eius auūculo: cū. n. ipse Ioannes bona haberet restitutioni subiecta, vulg. aucten. res quæ. & ibi not. C. communia de le. & dixi plenius suprà cōsi. 42. vers. 9. deueniemus ad coniectionē dictorum Aymerici & Ioānæ Benetę. Pro qua quidē Ioanna videtur prima facie esse clara iustitia, cū testator in 4. gradu substitutionū deficiente Ioanne prædicto hærede scripto sine liberis (pro vt fecisse pręsupponitur) vocauit liberos Eleonoræ, si ꝑmortua esset, ad hęreditatē suā: & sic sub nomine collectiuo, vt declarat Alex. in l. galli⁹. §. quidā rectè. col. 5. ver. Itē ex verbis. Bar. ff. de lib. & posth. allegat Ang. in cōsi. 38. inc. quidē io. aliàs est cōsi. 30. cū duobus sequētibus. & licet appellatione liberorū veniāt oēs descendētes dictæ Eleonorę, l. liberorū in prin. ff. de ver. sig. & l. sed si hac. §. liberos. & vtrobiq; doc. ff. de in ius vocādo. ex quo tū facta fuit d. subst. sub nomine collectiuo (vt ē dictū) facta videt ordine successiuo, vt no. Bar. in d. §. quidā rectè. p l. peto. §. fratre. ff. de le. 3. dū respōdet ibi plures nominatos esse sub nomine collectiuo. & probatur in l. fi. C. de ver. sig. & in l. cū ita §. in fidei. de le. 2. Ideo videtur esse cōcludēdū in casu nostro, ꝙ licet sub nomine collectiuo liberorū d. Eleonorę veniāt filius & filij ipsius, & nepotes, & neptes (vt est dictū) primo tñ vocari videnē liberi primi gradus, id est filij & filię: & sic ipsam Io. & po-
2 stea nepotes, et vlteriores. et de hoc nō videt dubitādū. †Et in hac substitutione videt ꝙ filij masculi nullā habēt prærogatiuā, sed filię cū filijs admittūtur: quia in vltimis volūtatibus filiorū apppellatione ēt filiæ cōtinētur, l. si quis ita. ff. de

.ff.de testa.tute.l.si ita scriptum sit.ff.de leg.2.& facit tex. in l.qui duos. & in l. seruis.ff.de lega.3. & in substitutione not.Io.de Imol.& doctores in c.Raynaldus.extrà, de testa.Anch.consi.120.incip.pro clariori,&c.Et hoc præser tim in casu nostro,quia testator vsus est nomine liberorũ, q latioré habet significatione quam filiorum.Nam videmus q in contractibus appellatione filiorum non veniũt fœminæ,vt per Archid.17.q.4.c. si quis suadente cum similib.& tradit Alex.consi.61.incip.eo.vol.j.&|consi.13. incip.viso instrumento,&c.vol.2.Io.de Imo.consi.38.incip.in casu præmisso. Roma.consil.35.incip.visa facti serie,&c. attamen etiam in contractibus fœmina venit appellatione liberorum,vt not.Bal.in prealleg.§.liberos.per illum tex.vbi etiam & Alex.consi.80.incip. viso.&c.vol. 1.& Anch.consi.125.incip.visis,&c.& sic multò magis in

3 vltimis voluntatibus in quibus fit latior interpretatio†.Se cundò facere videtur q ista Ioanna Beneta proximior sit gradu tum hæredi scripto,sum ipsi & testatori, vt patet ex dictis in casus propositione. Est.n. consobrina hæredis,& testatoris pronepris: & sic scrupulus cessat cuius attédatur proximitas, an respectu testatoris, an verò respectu grauati:quã materiã latè prosequitur Soci.cõs.249.incip.materia presentis cõsultationis.col.1.t.ver.circa secundã,|&c. vol.2.vbi ponit ad vtranq; partem rationes. Et.n.clarũ q vtrinque proximior est vno gradu quam sit dictus Aymericus,cuius est matertera,& soror Philippæ matris suæ:& per cõsequens ipsa tãquã proximior ad huiusmodi fideicommissum vocata esse videtur tanquã ille quæ de iure ciuili à successione dicti Ioannis excluderet |æpedictum Aymericum(hic enim nõ tractamus de dicto Augustino, vt suprà dixi) quoniam illum non excluderet, cum sit ei gradu æqualis, & ita resoluit Anchara.consil.95. incip.in quæstione quæ vertitur in præsenti ciuitate,&c.in primo dubio,allegat l.1.C.vnde vir.& vxor.& l.1.C.de tempo.lu cra.descrip.li.10.q etiã tradit Bal.consi.334.incip.in quæ-

4 stione,&c.vbi allegat d.l.1.C.vnde vir.& vxor.† Cum.n. testator vocauerit liberos dictæ Eleonoræ si præmortua esset, intelligendus est eos vocasse eo ordine quo vocătur ad successionem de iure ciuili,secundũ Pau.de Cast.in l.si. per illũtex.ibi,in ver.gradatim.C.de verb.sig. vt qui prius ab intestato vocantur, prius & ad fideicõmissum appellẽtur,secũdũ Ang.ibi,in princip.qui prius vocari dicit descẽ dentes,secũdo ascendentes.Sed cum descẽdentes nec ascẽ dentes superfint,extantq; solum collaterales,quod omnes gradus proximitate antecedit dicta Ioanna Beneta,videtur in consequentiam debere illam admitti ad successioné

5 prædictam,per ea quę sunt proximè dicta.† Quòd autem dicta Ioan. Beneta secundum iura ciuilia (quæ in successionibus attendi notorium est, vt per dominum meũ Philip.Decium consi.158.in fi.vol.1.)ad dicti quondam Ioãnis hęredis successionem excluso dicto Aymerico fuisset admissa,Dynus in suo tract.de success. ab intestato,par.3. ad fi.versi.dubitatur hic quid iuris,resoluens quòd si relin quat aliquis fratris filios ex vna parte, & ex alia fratris nepotes,& nullos alios potiores,quòd fratris filij nepotes ex altero fratre excludent, assignans inter cætera rationem hanc, quia in successione collateralium nullis alijs quam fratris filijs conceditur in locum parentis per repręsentationem venire, vt patet in auctẽ.de hæred.quæ ab intest. defe.§.reliquũ.veri.huiusmodi verò, &c.cuius sunt verba formalia hæc:huiusmodi vero priuilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrum masculorum aut fœminarum filijs & filiabus, vt in parentum iura succedant: nulli omnino personæ ex hoc ordine venienti hoc ius lar

6 gimur.† Nec obijciatur quòd huiusmodi substitutio sit directa militaris , tanquam facta à prædicto Petro, qui tanquam domicellus(vt est prędictum)habebatur pro milite quoad priuilegia militibus armatæ militię concessa:& per consequens diceret hãc substitutionem directam esse, per quam testatori succedit,vt docto.nota.in l.centurio.ff.de vulg.& pupil. Videtur enim facile dictum contrarium tos

li posse : quoniam etiam si constaret dictum testatorem militem fuisse,nihilominus in dubio præsumendum esset ipsum vti voluisse & testari iure communi,& non iure mi litari,per tex.in l.quanquã.& in l.in testamento. & vtrobi que Pau.& dnĩ.C.de testa.milit. Vndesi hanc substitutio nem quæ est compendiosa velimus attendere , quæ & lata videtur per verba merè directa,s. per verbũ admittan sur,per ea quę in simili not.Bar.de hoc verbo accipiãt in l. centurio.præall.& Io.de Imo.in c. Raynutius in materia substitutionis cõpendiosę.ext.de test.& maximè propter verba in oĩbus substit. repetita : & mihi hæredẽ instituo: quæ sunt merè directa,vt not.Bar.& doct.in præal.l.centurio.& in l.præcibus.C.de impub.& alijs substi.substitutio ista post pubertatẽ di.Io. hæredis expirauit, nec valuit & iure fideicõmissi.vt voluit gl.ordi.in §.masculo. in ver. substituto.inst.de vulg.& pupil.per quã gl.ita colligũt Ful. Ang.& moder.in d.l.precibus.pro qua d.Fulg. allegat tex. in l.si frater.C.de fideicõ.& per cõsequẽs videtur d. quondã Io.potuisse liberè de bonis prædictis testari , qđ facit in d.

7 Augustini fauoré.† Et si teneam° saltẽ huiusmodi substitutionẽ ex vi clausulę codicillaris ad fideicommissoriã trahi, pro vt doct. notant in d.l. precibus.Baldus in l.verbis.quẽ ibi Ioãnes de Imola, & alij exclamant.ff.de fideicõmisso. Mathesila.in suo notabili 148.& quẽ allegat dñs me° Iason in d.l.precibus col.10.versiculo,limita tamẽ signan ter.videtur quòd dicta domina Ioanna tanquam proximior admitti debeat in solidum,per ea quæ suprà dicebãtur.Si aũt dicere velimus dictam substitutionem etiã directam militatem,pro vt infrà resoluo vers.51.& 52.cũ ipse Aymericus & Federicus repręsentẽt personam Philippę matris eorum,& Augustinus præmentionatus filius Ioannæ neptis testatoris etiam personam repręsentet cum fratribus suis, succedere possunt ab intestato in stirpes cum dicta Ioãna Beneta,vt est tex.in §.cũ filius.inst.de hęred. quæ ab intest.defe.ibi:pari ratione & si nepos neptis ve,& ex nepote pronepos proneptis ve simul vocantur:& sequitur,Et quia placuit nepotes neptes ve,itẽ pronepotes pronepetes que in sui parentis locũ succedere, conuenienter visum est non in capita,sed in stirpes hæreditatem diuidi.

8 †Attamen cum hic agatur de fideicommisso,non videtur q iste Aymericus,& minus Augustinus, in locum suarũ matrum intrent, vt resoluit Bal.in l.cum ita.§.in fideicom misso.suprà allegato.ff.de legatis secundo,& consi.506.incipiente, mulier instituit.& reprehendit glossã in d.§.in fideicommisso.quę videtur aliter sentire:& sequitur ibi Rapha. Cuma.& Angel. Areti.instit.de hæred. quæ ab intestato deferuntur.§.cum filius.& Alex.consi.103.incip.cõ sideratis verbis,&c.col.3.vol.2.& consi.4.incipiente,pon deratis verbis,col.4.vol.4.& consi.129.incipiente, per spe ctis,&c.vol.5. vbi concludunt filium tunc demum personam sui patris aut matris repręsentare, quando succedit ne titulo hæreditario, non autem quando succeditur titulo fi deicomissi. Cuius dicti Bald. ibi rationem assignat , quia succedendo(ait)titulo hæreditario, consideratur dispositio iuris , quæ eũ quòd filius locum patris intret in succedendo autem titulo fideicommissi , consideratur affectio testatoris , quam habere videtur ad proximiores. Ex quibus videtur inferendum esse prima fronte dictam Ioannã benetam debere in totum admitti ad successionem prædictam tanquam proximiorem testatori & hæredi,exclusis in totum dictis Aymerico & Augustino:aut saltem(& de hoc nõ videtur aliquatenus dubitandũ) q dicta Ioãna Beneta succedat pro illa parte, pro qua Eleonoræ matri suæ succederet(& sic pro dimidia) cũ testator primo loco vocauerit liberos dictæ Eleonoræ, si prędefuncta eẽt, de qui bus est ipsa Ioãna:& dictus Aymericus & Federicus admitti possint ,p alia dimidia,,p qua succederet dictæ quõ dã Eleonoræ,tãquã filij Philippæ, discernẽs fœminas à ma sculis, vt verba testamenti in principio casus relata demõ

9 strare videtur.† Hæc tandẽ licet roborata videãtur, me nõ mouẽt quomin° in fauoré dicti Aymerici me resoluã,& illum

illũ debere insolidũ ad bona prædicta admitti determinẽ,
non obstante dicti Ioannis testamento, qui testari nõ po-
tuit de dictis bonis, cũ fideicommissi grauamẽ afficiat bo
na quocunq; vadant, vt not.doct.in aucten.res quæ. C.cõ
munia de leg.& ita suprà consi.42.ver.9. dicebã, resoluẽs
huiusmodi grauatũ disponere non potuisse in præiudiciũ
eorum qui vocati essẽt. Et hoc est sole meridiano clarius.
Quòd aũt vocetur ex testamento prædicto Petri Ray
mondi sæped. Aymericus, & non d. Ioanna Beneta con-
stat, vel ex eo, ꝙ vocauit liberos Eleonorę si prædefuncta
esset, de cuius liberis (ẽt in stricta significatione) nõ negabi
tur esse, ẽt si amplecti velimus opin. Fran. de Curt. cõs.73.
incip.super memorata facti narratione. col.3. versi.2. ob-
stare videtur, &c. vbi voluit nomine liberorũ non venire
pronepotem, cũ vltra nepotem (ait) posteriores appellen-
tur. Cuius tamen contrarium ostendit esse verũ dominus
meus Philippus Decius cons.148. incip. visa petitione Ioã
nis. col.2. versi. sed tamen prædictis, &c. vol.2. de cuius di-
cti veritate non prosequor. cum ille Aymericus tanquam
nepos Eleonoræ secundum vtrunque sit de liberis illius.
10 † Considero itaque quòd licet communiter dici solitũ sit,
quòd verbum, Volo fideicommissum inducit, vt no.doc.
in l.& eo modo.ff.de lega.1.& instit.de singulis rebus per
fideicom.relictis.§. fin.& l.2.in princip.C.communia de
lega. quod intelligo post dominum meum Iasonem in l.
quoniam.in princip.C.de testa. quando verba quæ illi ad-
iunguntur sunt obliqua, & important quòd substitutus ha
bere debeat de manu hæredis, vt quia dixit testator Volo
quòd hæres meus restituat Sempronio: certè istud verbũ
Restituat, est obliquum: ideo facit verbum Volo substitu
tionem obliquam, s. fideicommissariam: & ita declarant
Bar.& Bal.in d.l.quoniã. & in l.2.C.communia de le. Vbi
verò dictum verbum Volo est præceptiuum, & præcipit
per casus rectos puta dicendo, Volo ꝙ sit hæres: vel vbi
verba important quòd substitutus possit auctoritate pro-
pria capere, tũc verbũ Volo facit substitutionem directã,
vt plenè per Bar.in d.l.quoniã.quẽ licet Alex.voluerit ibi
reprehendere, attamẽ dominus meus Iason ibi saluat eun
dem ibidem ab impugnationibus eius: & ita resoluebã su-
prà consi.42. ver.6.& hoc in Catalonia videtur minus ha
bere dubij propter constitutionem regis Petri tertij, quæ
incip. Impuberibus, in curijs Montisoni editam. consil.1.
11 † Ac propositũ igitur dico, quòd in hoc quarto gradu sub
stitutionis testator in illis verbis, Vlterius volo quòd si ali
quis dictorum Ioannis, &c. (prout vt suprà relata sunt) fecit
compendiosam substitutionem, quæ sub verborum com
pendio plures complectitur substitutiones, vt not. Bar.&
doct.in d.l. centuria.& clarè concludit idem Bar.in l.s.eo.
tit.& in d.l.precibus. Verba.n. illius clausulæ, quæ sunt di
stributiua temporis cõpendiosæ substitutioni cõueniunt,
sm doct.vbi suprà: eritq; pro tẽpore pupillaris ætatis eorũ
quibus facta est, pupillaris: & post pubertatẽ eorũ, ex pri-
uilegio militari valebit iure directo, & sic iure directæ mi
litaris, vt not.doc.vbi suprà.& in l.in testamẽto.& vtrobi-
que dñs meus Ias.C.de testa.milita.qui ẽt in d.l.precibus.
col.9.vers.7.suit, &c. ponit cõuenientiã quã habent substi
tutio directa militaris facta à milite in cõpendiosa, & sub-
stitutio fideicommissaria ex dicta compẽdiosa proueniẽs.
12 † Et ꝙ valet substitutio prędicta iure directę militaris, pro
bant l.centurio, & l.cui testamẽto, suprà allegatæ. & ratio
est, quia põt miles facere ꝙ qui semel fuit hæres directè in
totũ desinat hæres esse. l.milites.ff.de testa.milit.& sic põt
ille miles directę substituere maiori post aditã hæredita-
tem, vt est tex.in l.fraudem.§.pen.& in l.miles ita.§.1.ff.
test.mili.& hoc præsertim ꝙ facta fuit per verba directa,
qualia sunt hęc, & mihi hæredè instituo: ꝙ verbũ, hæredi
tas mea, passim in d.testamẽto posita. quæ, vt prædixi, sunt
verba merè directa, vt not. dominus meus Ias. in l.centu-
rio.sępealleg.post princip.& colum.24.versic.1.adde, &c.
13 † Nec facit ꝙ testator etiam addiderit verbum admitta-
tur. Quãuis.n. videatur esse commune propter distinctio
nem quã facit Bal.in l.fi.C.de sacrosanct.eccles.dum loqui
tur de verbo Succedat, quando principaliter ad res refer-
tur: quinetiam si diceremus verbum illud, admittatur, esse
commune (quod non admittit dominus meus Ias.in d.l.
centurio.) ex quo tñ adiectum est bonorum vniuersitati,
substitutionẽ directam importat, vt per gl.& doct.in l.his
verbis.in prin.ff.de hære.insti.& doc.in l.1.§.si ex fundo.
& in l.ex facto eo.tit.no.Io.de Imo.& doct.in c. Rayn.sę
pealleg.in materia substitu.pupillaris, & Bar.in præalleg.l.
centurio.in materia subst.compẽdiosę.& Philip. Cor.cõs.
14 35.in litera I.& R.vol.2.† Nec obstat ꝙ in dicto articulo
vel gradu substitutionis, nõ expressit testator dicta verba:
ex quo enim tum ante tum post, etiam in illo capite sub-
stitutionis, quo vocat nobilem Dalmacium de Queralto
(qui præfato testatori extraneus erat vt mihi præsupponi
tur, & per consequens minus dilectus quam descenden-
tes ab Eleonora filia sua) repetijt illa verba, sic ẽt ibi repe-
tijsse videatur, arg.l.qui filiabus.in princ.& l.si seruus plu-
rium.§.fi.de leg.2. & alias retulit se testator ad substitutio
nes prædictas antecedentes, per hanc clausulam substitu-
tionum prædictarum: quod quidem verbum est repetiti-
uum præcedentium, vt declarat Bar.in l.qui liberis.§.hęc
verba.ver.quæro quid si testator.ff.de vulg.& pupil.& per
Cor.consi.230.in litera S.vol.3.
Et hoc præsertim in casu nostro, cum sit testator miles,
qui præsumitur in dubio vti priuilegiato iure singulari,
& non communi iure, vt not.doct.in l.j.C.de testa.milit.
& in sæpealleg.l.pręcibus. maximè ex quo mater nõ est in
medio, quo casu mouenẽ doct.aliqui, vt videatur testator
iure cõmuni vsus fauore ipsius matris, nisi de volũtate ex-
pressa testatoris appareat, p quã cognoscatur ipsum testarẽ
15 voluisse priuilegio singulari militis: † Plus dico, ꝙ etiã si di
camus substitutionẽ hãc fideicommissariã esse, & hæredẽ
scriptũ post pubertatẽ (de quo non dubitatur) decessisse,
attamẽ quicquid fuerit supradictũ, per huiusmodi fideicõ
missariã substitutionẽ succederetur primo testatori, & nõ
ipsi hæredi, l.cohæredi.§.cum filię.ff.de vulg.& pupil.quã
ad hoc propositum allegat dominus meus Philip. Decius,
cons.1.ad fi.& consi.79.col.5.versi.sed tamen, &c.vol.1.
ex quo negari non poterit quin dictus dominus Aymeri
cus admittatur in huiusmodi successione, qua succeditur
ascendenti, videlicet dicto Petro Raymondo de Concha
bella, abauo ipsius dom. Aymeric. quoniã in successione
legali ascendentiũ admittuntur vlteriores descẽdentes in
infinitum in locum suorum parentum cum alijs descen-
dentibus, etiã primi gradus. Sed nec hoc casu excludet gra
du proximior vlteriorẽ, vt est tex. expressus inst.de hęred.
quæ ab intest.defe.& in aucten.eo.tit.§.si quis.ibi. illius fi-
lios aut filias, aut alios descendentes in proprij parẽtis loco
succedere semper volumus.& paulo post tex.ille expressè
loquitur quando vlteriores tantum supersunt, & non fi-
lij, quia succedũt pariter in stirpes in infinitũ: sicut qñ sunt
cum eis filij, quamuis sint in gradu inæquali, seruato iure re
præsentationis: & hoc patet in d.§.cũ filij.ibi: pari ratione
& si nepos sit ex filio, & ex nepote, pnepos proneptisve,
simul vocantur.& sequitur: conueniens esse visum est nõ
in capita, sed in stirpes hæreditatem diuidi: & probatur ẽt
in §.fi.eo.tit.& in §.si quis. præalle.& ita no. Dynus in su
prà allegato tract.succes.par.1.not. etiam Saly.in aucten.
successione.C.de suis & legit.& Ang. insti.de inoffi.testa.
super gl.in versi.volens intestatus decedere. in fortioribus
terminis resoluit, quòd ad successionem proaui succedent
æqualiter vnus filius, & duo nepotes ex filio præmortuo:
& quatuor pronepotes ex filio & nepote, prædefunctis
auo & patre eorundem. Et sic apparet quòd in terminis
successionis legalis dictus dominus Aymericus concurre
ret cum dicta domina Ioanna Beneta in successione dicti
quondam Petri Raymondi.
Quinimò si vrgeret necessitas, posset ostendi ꝙ etiã ex
sua persona, concurreret in dicta successione Petri Ray-
mondi (loquor de successione legali) cũ d. Ioanna Beneta:

& ita firmat Bar.in l.si auus.per illum tex.C.de liber.præ-
ter.quoniā si ex persona patris succederet,nō rumperet te
stamentū nepos in quo reperitur præteritus,& filius idē-
que pater institutus , contra casum l.Gallus.in princ.& §.
nunc de l.Velleia.ff.de lib.& posthu.& in d.l.si auus.vnde
Bar.intelligit tex.illū , dum dicit ꝙ nepos succedit in locū
patris,hoc est in gradu:quia sicut filius tenebat primū gra
dum,ita & nepos subducto filio de medio,ꝗ ex persona tñ
suaꝗ succedit,vt dicit formaliter Bart. ibi & in l.1.§.si sic.ff.
de colla.dot.& in l.1.ff.si filius.ff. de cōiungen.cū emanc.
lib.Bal.in d.l.si auus.Raph.Cum.in l.cum ita.§.in fideicō
misso,sępealleg.ff.de le.2.quā refert & sequitur Alex.cōsi.
16 129.incip.perspectis his,&c.vol.5.†Et ꝙ idem sit in fidei
commisso, & ꝙ in eo filius intret locum patris(loquor de
fideicommisso facto ab ascendente vel patruo)vt eutem
contraria suprà allegata,quæ loquuntur quando fideicom
missum est iniunctum collaterali vlteriori vel extraneo,
licet etiā Ioan.de Imo.in d.§.in fideicom.voluerit gl.indi
stinctè procedere,quē secutus est Alexā.sibi ipsi cōtrarius
consi.89.vol.1.repetito consi.137.incip.præclarè,&c.eo.
vol.& consi.27.incip.videretur,&c.col.1.volum.3.quam
opin.fundo ex glo.expressa in d.§. in fideicommisso.quā
sequutus est in terminis nostris Bal. sibi etiam contrarius,
consil.488.incip.casus talis est. Quidam Titius decessit.
vol.3.dominus meus Ias.in l.si auiæ frater. col.2. versi.nē
adde quòd per ea,&c.C.de succes. edicto.Phil.Cor.consi.
72.incip.videtur,&c.volū.2. & dominus meus Philippus
Decius consi.79.incip.viso puncto,&c.vol.1.idem consi.
217.incip. in casu proposito,&c. in primo dubio,volum.
2.& consi.299.incip.in casu mihi commisso,&c.in 5.con
clusione,eod.volum.2.per quod apparet ad oculum quòd
etiam ad hoc fideicommissum vocaretur d.dom.Ayme-
ricus.cum agatur de successione dicti domini Petri Ray-
17 mondi eius abaui.† Hoc sic præsupposito superest osten-
dere successionem dicti domini Aymerici fundatam esse
insolidum.Ad quod præmitto, quòd sicut in linea descen
dentium continetur filius , nepos , pronepos, abnepos,&
deinceps vlteriores,vt in l.Stemmata.& in l.si.ff. de gradi.
& cap.quòd dilecto.& c.fin.extrà,de consanguin.& affin.
& cap.1.gradu. 35.q.5. Sic etiam de communi nobilium
consuetudine, diuiditur illa descendentium linea in plu-
res species , videlicet in lineam descendentium primoge-
nitorumꝗ, & in lineam descendentium secūdogenitorum,
& in lineam tertiogenitorum,& sic de singulis: quæ con-
suetudo in talibus vincit ius commune,ca.vnico.de alien.
feudi.in vsibus feud.& illas species solet,vt prædixi,atten
dere vt plurimum consuetudo nobilium,& quandoque te
statores : vt sit illa linea primogenitorum descendentium
etiam remotiorum(puta si sit nepos,pronepos, vel abne-
pos ex dicto primogenito descendēs(magis priuilegiata
quam linea descendentium secūdò & tertiò genitorum,
etiam si proximiores sint gradu, & pro vt experiētia facti
magistra docet,& deducit abundè Guliel. de monte Ser-
rato in suo tract. success. Regum Franciæ.patr.1.ad princ.
& latius prosequor infrà consi.93.versic.6.Et idem est,vt
prædixi, quando attenditur ista linea descendentium pri-
mogenitorum à testatore : quando enim testator ponit in
sua successione ordinem primogenituræ secūdum quem
suam successionē vult deferri & regulari, ipsa primogeni-
tura procedens à testatoris ordinatione,vim habet hæredi
tarij tituli, pro vt abundè prosequitur consulendo Oldra.
consil. 94. incip.eleganter circa negotium,&c.column.4.
18 & 5.† Præmitto secundò quòd quandoque etiam detrahi
tur de prærogatiua siue priuilegio descendentium primo-
genitorum etiam proximiorum gradu per lineam descen
dentium secundò & tertiò genitorum, & hac ratione se-
xus,puta quando in linea primogenitorum descendentiū
non est aliquis masculus, & in linea secundò genitorū est
vnus masculus , & ex consuetudine, vel hominis disposi-
tione succedunt masculi exclusis fœminabus.tunc ille ma
sculus quamuis sit de se secundò genitorum descendentiū
linea, succedet , exclusis illis de linea descendentium pri-
mogenitorum,etiam si essent æquales aut fortè proximio
19 res gradu. † His velati pro fundamento iactis, erit facile
monstrare quòd dictus dominus Aymericus in solidum
admittatur ex dispositione dicti testamenti Petri Ray-
mondi. Ad quod pondero quòd testator masculis fauere
volens(per ea quæ suprà dixi) quanuis Eleonora eius ne-
ptis esset filia primogenita Petri Raymōdi filij sui, eadē-
que nata maior quā dictus Ioannes,attamē in dicto suo te
stamento prætulit dictū Ioannē dictæ Eleonoræ maiori
natu,fauore sexus masculini,cui solent,vt prædixi,cōmu-
niter fauere testatores & statuta:quia per masculos digni-
tas familiæ conseruatur.l.1.§.penul.ff.de ven.inspi.Cy.in l.
1.C.de adult.Bal.& Sal.in l.maximū vitiū.C.de lib.pręte.
cum tñ familia & agnatio testatoris non pōt honestè con-
seruari nisi mediantibus diuitijs & bonis fortunæ,vt pro-
sequitur Bal.inter consi.Ang.& alij post eum consi.67.in-
cip.Martinus Ioannes de Florentia.& Ang.cōs.340.incip.
totū dictum statutū,&c.& sic coniecturando mentē testa
toris non possumus aliter dicere , nisi quòd sicut exclusit
filias pruprias primi gradus , præferendo eisdem masculū
postea genitū.licet gradu æqualem,quòd ita etiam fieri vo
luit in descendentibus tum Ioānis hęredis,tum Eleonorę
& Ioannæ neptum suarū, ꝙ masculus fœminæ præferre-
tur,etiam si gradu esset posterior,aut natu maior, per illa
verba,masculini vel fęminini sexus:per quæ videtur inter
descendentes ex dictis instituto & substitutis ordinem ap
posuisse, vt prius masculi etiam gradu remotiores admit-
terentur, fœminasꝗ excluderent,per ea quæ notat Bal.&
doct.in c.1.§.quinetiā.in tit.Episcop.vel abbatē.in vsibus
feud.not.idē Bal.in l.quotiēs.ad princip. C.de suis & legi.
Franciſ.de Crema.singulari ſm meum numerum 70. inci
piēte , quidā pater dominus meus Iacobi.de sancto Geor
gio in suo tract.feud.in gl.in ver.& dicti fratres.dñs meus
Franciscinus de curte,ēt in suo tract.feud.par.3.q. 16.ꝙ
& cōprobat dominus meus Philippus Decius consi.270.
incipiente,dominus Raynaldus,&c.in primo dubio. vol.
2.Ad quod etiam notabilis doctrina Bal. in l.s. per illum
tex.C.de impub.& alijs subst.vbi voluit quòd sicut testa-
tor in institutione prætulit masculos fœminis,ita etiam in
illa substitutione altero decedente sine filijs.Et sic cum di
ctus dominus Aymericus sit cum dicta Ioāna Beneta(vt
supra monstratū est) æqualis gradu testatori, & præter id
Aymericus habeat pręrogatiuam ꝙ sit masculus,& ꝙ de
scendat ex Philippa sorore primogenita dictæ Ioannę Be
netæ,videtur indubiè præferendus ipsi Ioannæ Benetæ,tā
quā magis dilectus à testatore,qui sexū masculinū & pri-
mogenituram considerauit, etiam in successione fœmina
rum,per ea quæ voluit Bar. in l.fi.ff.ad Trebel. & in l.Lu-
cius.versi.sed pone plures,&c.ff.de vulg. & pupill. vbi etiā
latè Alex.post Bal. & Albe. de Rosate in l. ā testamento.
in 6.q.C.de testa.milit.idem Alex.consi.66.incip.viso te-
20 stamento,&c.vol.2.†. Si enim cogitasset testator hos ca-
sus,maiorē expressionē fecisset de gradus primogeniti prę
rogatiua. Ideò censetur etiam in hoc casu prouidisse secū
dum Rich.Malumbræ,quem sequitur Ioan.And.in addi.
ad Spec.in rubr.de secun.nup.Bar.in repeti.quę in lecturis
modernis eius est inserta in aucten.hoc locū.col.6.C.si se-
cundò nupserit. Paul.de Castr.in l.si mater.C.de instit.&
substit.& in l.si quis hæres ita.ff.de acquir.hæred.& domi-
nus Alex.consi.129.incipiente,attentis verbis testamenti.
vol.2.vbi per auctoritatem Ioan.Andr.concludit ꝙ casus
qui videtur omissus ex verbis testamenti,censetur ex illius
mente tacita comprehēsus.Vnde testator in prædicta sub
stitutione cum vocasset Eleonoræ prædictæ liberos,si vo
luisset ꝙ omnes descendentes in gradu pari verè vel per
repræsentationē successissent. solum dixisset ꝙ liberi pri
mo loco vocati ad dictā substitutionē admitterentur: sed
cum voluerit designare descendentium primogenitorum
prærogatiuam, quam in fœminis(vt prædixi)seruauerat,
superaddidit quòd liberi dictæ substitutæ præmortuæ ad
substitutio-

substitutionem prædictam admitterētur:liberi,inquā,tam
masculini quā fœminini sexus,intellecta vt suprà vers.prę
cedēti dicebamus,& iuxta formam & prioritatē.s.graduū
substitutionū prædictarum factarū dictis Ioanni & Eleo
noræ,& Ioannæ,nepoti & neptibus suis. ꝙ & clarius ex-
pressit subdēs: vt primò primi,& deinceps secūdò,iuxta
formā p̄dictā ad substitutionē huiusmodi admittārur : ꝙ
clarius explicare nō potuisset,nisi superaddidisset,ꝙ inter
eos ordo primogenituræ seruaretur,de quo latius infrà.

Ostendamus ergo testatorem primogeniturā conside-
rasse; ꝙ vel facillimū erit si attendamus substitotionis gra
dus & formam,quòdq; testator dicto Ioāni hæredi sine li
berit(pro vt fecit)decedēti,substituit Eleonorā & liberos
illius non simpliciter , sed quodā ordine quē apposuit per
hæc verba:vt primò primi,& deinceps secundo.& nō cō
tentus illa expressione,quāuis satis fuisset(vt prædixi)sub
didit,& sic gradatim & descensinè de vno filio dictctu ne
potū siue neptiū ad aliū. & postea immediatè sequitur: &
loco mortui seu mortuorū ex eis (ꝙ ad filios nepotū re-
ferri debet,vt infrà docedimus)ad eius vel eorū liberos vs
que ad vltimū exclusiuè. Quæ verba sunt multum ponde
randa siue illa separatim,siue accumulatè cōsiderātur. Ex
quo.n.testator vocauerat liberos proximè substitutæ præ
mortuæ sub termino collectino liberorum, mox declarat
intentionē suā,dicens vt primò primi, & deinces secūdò:
quandoquidē dictiones hę, scilicet, & videlicet & aliæ hu
iusmodi,sunt declaratoriæ prçcedentium,l.videlicet.ff.ex
quibus cau.ma.§.nos aūt.in h.insti.de attilia.tuto.Ideò te
stator nec visus esset plures simul liberos vocasse,seipsum
declarādo,at ēt dictonē illā liberos,subdidit, videlicet pri
mò primi,& deinceps secundò:vt prioritatē nō rm̄ in gra
dib. substitutionū,sed ēt prioritatē in genitura designaret.
Ita licet verbū illud primi, secundum materiam subiectā
diuersimodè possit intelligi,attamē semper debet intelligi
secundū naturalem actum:quando enim verba aliqua pos
sunt diuersimodè intelligi, de iure semper aptari debēt ad
actum naturalem.tex.est in l.fi.C.de his qui ve.æta.impe-
tra.gl.in c.placuit.& vtrobique doct.6.q.1.& sic illa priori
tas debet intelligi de prioritate genituræ, prælertim suprà
deductis & his quæ subdentur consideratis.

Nec erit inconueniens ēt si referatur ad prioritatē gra-
duum substitutionis.potest.n. vnum idemq; verbū in ea-
dem oratione possum diuersis respectibus intelligi diuer
simodè,Quinimò quandoque propriè & quandoque im-
propriè,vt est glo.notab.iuncto tex.in l.a.ff.de offic.pro-
cons.& leg.& in l.si ita.ff.de manu.testa.& in l.2.C.de vsu
fruct.cum similibus.& id fundatur in rōne prioritatis,cui
tex.semper fauet,l.semper.ff.de iure immu.& l.1.ff. de al-
bo scrib.& c.1.ext.de maio. & obed.& latè per doctor.l.
cum quid.ff.si cert.pet. & sic ex vi propria verborum te-
stator vocat primū exclusō secūdo, non aūt primū & sm̄
simul,ex natura huius dictionis deinceps,quæ denotat tē
poris interuallum,c.j.ad fi.extrà,de restit.spol.instit.de At
tilia.tut.in princip.& instit.de vulg.subst. in princip.& sic
eum primus vocetur in proposito , ad differentiā secundi,
ponderat testator vnitatē personæ in successione sua,vide
licet ꝙ vnus,i.primogenitus,succedat,& postea secundo-
genitus. Quæ vnitas in successione cōsideratur clarius ex
eiusdem testatoris verbis quæ subdidit:& sic sequatur de
vno filio dictorum nepotum ad alium:ponderādo primò
copulā illam,&,cum illa dictione.sicq; quæ sunt repertiuæ
qualitatis & præcedentiū expositiuę,vt est tex.in simili in
c.1.ibi:& sic intermittitur.de rest.spol.li.6. Noluit ergo te
stator,ꝙ si plures essent personæ,vel concurrerent in vno
substitutionis gradu,vel attinētię,quāuis sub illo termino,
liberos,collectiuo,vocasset illos, ꝙ succederēt omnes:sed
de vno ad aliū voluit suā successionē deferri , p illa verba:
& sic de vno ad aliū successiuè: quæ verba non ad gradus,
sed ad personas referri palā est,cū dicat, de vno filio dicto
rum meorū nepotū,& c.ad aliū. Si.n.vnus vocetur ad suc-
cessionē,plures admitti non possunt:per adiectionē.n.vni
tatis,receditur à pluralitate.l.hæredes mei.§.fi.ibi: vel vni
eorum.ff.ad Trebel.hinc fit ꝙ licet causa cōmittatur pluri
bus delegatis , si dicatur & vni vel alteri eorū,discedirur à
pluralitate,& pōt vnus solus in causa procedere, c.cū plu-
res.de offic.dele.li.6.& c.vno delegatorū.extrà,eo.& aliàs
per adiectionē vnitatis in aliqua dispositione, restringitur
pluralitas termini collectiui,vt est text. & not.in l.vnū ex
familia.ff.de leg.2. Et per consequens in casu nostro non
officit ꝙ testator per terminum collectiuum , liberos , &
in plurali vocauerit descendentes Eleonorę pręmortuę,
quoniam illam pluralitatē restrinxit declarando seipsum,
& illam dictionem per expressionem vnitatis , dicens, de
vno ad alium:vt est sopià dictum.

Nec dicatur ex verbis præmissis fundatam esse iustitiā
dictæ Ioannæ Benetæ,vt insolidum excluso dicto Ayme
rico succedat. Dico.n.ꝙ si vnum solū debere in dictis bo
nis succedere p̄supponimus,pro vt est suprà abundè mon
stratum,consequens est ꝙ sit ipse dominus Aymericus ex
primogenita descendens:quoniā in bonis quæ diuidi non
possunt,sed debent ad vnum solum deuenire, admitti de-
bet primogenitus , exclusis alijs fratribus , vt per Oldra.
consi.224.incip.istæ sunt allegationes,& cōl.suo 94.incip.
eleganter circa negotium.colū.4.& 5.& per totum Ange.
cons.281.Abb.cons.suo 3.incip.nitar in præsenti,&c.vol.
2. & Barba.latè inter consilia Francil.de Curte,consil.66.
incip.sapienter.col.11.versi.adduco elegans cōsilium.&c.
Idem consi.10.col.5.versi.cū ergo in proposito, &c. vol.
2.& consi.18.& consi.20.eo.vol.2. Idem etiam tenet Pau.
de Cast.consi.163.incip.in causa quam magnificus, &c.&
Guliel.de Benedictis in repeti.c.Raynutius.in glo.in ver.
in eodem testamento relinquens.nu.145.extrà,de testam.
fol.232.Qui etiam Guliel.ibi.versi. seu nu.175. voluit ꝙ
si testator substituat hęredi filium ipsius masculum,voluit
intelligere de primogenito.quod & voluit Phil.Cor.cōsi.
226.in litera c.vol.4.& his addantur quæ dico infià versi.
21 22.& 26.† Apparet ergo testatorē sępedictum attendere
voluisse ad distinctionem lineæ descendētium(pro vt su-
prà dicebamus)in suorum nepotū descendentibus. & vni
tatem successionis in illis considerasse:ex quo verba illa,li
cet etiam impropriè id significarent , vt per Bartolum in
l.in ambiguo.ff. de rebus dubijs. & per Alexādrum in l.3.
C.de liberis præter. & facit l.in conditionibus primum lo
cum.ff.de condictionibus & demonstrationibus.& in l.cū
verum.C.de fideicommissis.cum vulg.alias enim verba il
la in dicto capitulo apposita,de nihilo seruirent,quod esse
non debet l.si quando. C.de inoffi. testa.& l.si quando.de
leg.1.& c.si papa.de priuileg.li.6.

Nec dicat aliquis ita intelligendo verba supràdicta vim
illis fieri , si consideremus communem vsum loquendi.
Dico enim non esse inconueniens,quòd ratione subiectæ
materiæ verba illa improprientur,vt est tex.in l.2. de offi.
procun.& lega.vbi verbum manumittere , refertur ad li-
beros,vt deseruiat naturæ actus. & subiectæ materiæ. l.si
duo,in princip.ff.loca.l.si insulam.de præscript.verb.& c.
constitutus.extrà,de relig.do.pręsertim quòd testator qui
ea protulit.miles erat seu generosus,& legum & iuris ne-
scius,iuxta illud Ouidij , Scilicet arma magis quam sidera
Romule noras.Ideò verba illa debent intelligi non secun
dum legalem interpretationem (si fortè illam resugerēt)
sed secundum quod cadunt in ipsum proferentem ignarū
iuris.l.quod si nepotes.ff.de testa.tut.iuncta l.1.C.de cōtra.
& comm.stipul.& ita in simili consuluit Alex. consil. 44.
incipiente,videretur prima facie dicendum col.2. volu.5.
Nec huiusmodi interpretationem abijciet,qui verbū ven
didit in contractu locati patietur interpretari pro locauit,
vt per Bal.in l.2.C.commod. vel quòd commissus bono-
rum dilapidator interpreretur commissus executor testa-
menti , secundum eundem Bald.in l.id quod pauperibus.
in princ. C.de episc. & cle: quibus addatur Alex.in l.1.in
primo notab.C.de nego.gest. & not.per do.meum Iason.
in auct.nouissima.col.26.C.de ino.test.vbi ample tractās

hanc materiam impropriæ verborũ interpretationis, admittit q̃ illa clausula, dimitto filio meo centum iure resti tutionis, interpretetur iure institutionis:attamen prolata erat à notario,qui aliqualem peritiam iuris præsumitur ha
22 bere.& istud prosequor consi.93.versi.10.vbi latius.†Sed loquamur apertius, & dico aliunde vocatum esse dominũ Aymericũ solum ex dicto testamento.Quod probo.pon derando tex.in sæpeallegato §.in fideicommisso, contra nos suprà allegatum : in quo si plures appellantur sub nomine collectiuo,vt ibi sub nomine familiæ:si aliqui specia liter vocati sunt, primò nominati admittuntur,deinde alij de familia proximiores, iuxta l.fin.C.de verb.signifi.cum simil.& subdit text.in d.§.in fideicommisso.& qui ex his primo gradu procreati sunt.Et sic patet q̃ secundum deci sionem tex.illius,debeat attendi proximitas respectu eorũ qui primò vocati sunt seu nominati, licet alij essent testa tori vel hæredi grauato proximiores. quod melius probat gloss.in d.§.in fideicommisso.in versi.1.quæ.vult, q̃ existentes in pari gradu proximis ad fideicommissum iam ad missis,admittantur:& subdit quòd aliquando existẽtes in gradu dispari admittantur pariter,vt fratres & fratris filij. Et in proposito nostro Baldus in dicto §. in fideicommis so,in secundo notabili singulariter loquitur quòd non ad mittantur simpliciter,sed ordine quodam, vt prius vocati singulariter veniant, & qui ex his descendunt:& his defi cientibus vel extinctis,ad alios recurritur qui reperientur in ordine proximitatis. quod etiam tenuerunt ibi Pau.de Cast.& Ioan.de Imol.qui voluerunt ibi, quòd fideicommissum transeat de persona ad personam de familia,secun dum proximitatem gradus,respectu personæ admissę,vel quæ debuisset admitti.Ad propositum ergo fingamus decedente Ioanne hærede, q̃ vixisset Eleonora & Ioanna,soror eius, certè indubiè successisset Eleonora, quia considerans in ea testator primogenituræ prærogatiuam in linea descendentium, vocauit eam insolidum, exclusa dicta Ioanna eius sorore. Similiter si fingamus tunc fuisse defunctam dictam Eleonoram(pro vt erat tempore puri ficatę conditionis)vixisse autem dictas Philippã & Ioannam, & supradictam etiam Ioannam materteram earundem,certè eadem ratione successisset insolidum dicta Phi lippa: quam non exclusisset dicta Ioanna eius matertera, quanuis esset gradu proximior & testatori & hæredi, pro eo quòd testator vocauit in locum prædefunctæ Eleonoræ liberos ipsius. Nec etiam fuisset admissa dicta Ioanna Beneta,propter illum terminum collectiuum liberos, q̃ vocatus esse primogenitus,& ille solus, vt abundè mõstra uimus supra versic.20.& sicut non poterat dicta Philippa excludi si vixisset a dicta Ioãna eius matertera, sic nec iste dominus Aymericus prædefuncta dicta domina Philippa matre,per dictam Ioannam Benetam etiam materteram eius,quoniam ipsa nec est gradu proximior testatori, nec hæredi,cùm dominus Aymericus per repræsentationem (quàm suprà versic.15.monstrauimus locum habere in ca su nostro)æquetur gradu cum dicta domina Ioanna Bene ta,vt infra monstrabimus,versi.25.non esse considerandã proximitatẽ,sed pro vt à testatore vocantur.maximè quia iste dominus Aymericus est primogenitus ex primogenita pronepte testatoris:cum testator,vt suprà monstraui, primogenituram attenderet, & debet euacuari linea primogenitorum descendentium,priusquam deueniretur ad lineam secundò genitorum descendentium,vt voluerunt Baldus,Paulus de Cast.Ioan.de Imo.& Socy.vbi suprà.& etiam quia masculus est:quòd etiam testator attẽdit, vt su prà monstrauimus. Ad quod etiam ponderetur quòd testator grauauit substitutos,deportãdo nomen & arma ipsius,quod in fœmina cadere non potest,cum non dicatur caput esse vel princeps alicuius familiæ,sed finis illius,l. pro nuntiatio.§.fi.ff.de verb.signifi.& ita declarat Bald.in l. 1. col.3.vers.quæro per quam bonorũ possessionem. C.quãdo non peten. partes.& Pau.de Cast.in l.maritus.C.de pro cur.Et hoc multò magis habet locum in Catalonia princi patu,in quo fœmina nupta perdit cognomen suę familię, & assumit cognomen mariti.

Resoluendo ego dico, quòd si admittimus quòd dicta domina Philippa si vixisset tempore purificatæ conditio nis,admissa fuisset insolidum,exclusa sorore sua Ioãna Be neta,consequenter etiam fatebimur, q̃ excludetur ab isto domino Aymerico ex verbis expressis testatoris,ibi:& lo co mortui vel mortuorũ ex eis ad eius,vel eorũ liberos vsque ad vltimum inclusiuè.Ius enim prioritatis,ex quo su prà versi.20. & hoc eodem versi.monstrauimus Philippã admitti debuisse insolidum, istud idem ius ex ordinatione dicti testatoris transit ad filios Philippæ,ea præmortua,vt est dictum.Licet enim alias spes conditionalis substitutionis nõ transmittatur,l.sed si plures.in princ.l.qui plures.ff. de vulg.& pupil. & §.ex conditionali.in princip.instit.de verb.oblig.& sic videbatur Philippam nullum ius, nullã que spem transmisisse in dictum Aymericum eius filium: hoc dictum posset esse verum in legali transmissione,non autem in transmissione per testatorem expressè ordinata §.disponat.in auten.de nupt.fuisse autem ordinatam expressè à testatore, monstrant verba suprà posita : & loco mortui,vel mortuorum ex eis,ad eius vel eorum liberos, Et vt omnem scrupulum tolleret,non fuit cõtentus dictis verbis,sed subdidit,vsque ad vltimum inclusiuè:per quod ostenditur testatorem voluisse q̃ deberet euacuari linea primogenitorum,priusquam ad secundò genitorum lineã deueniretur quod suprà proximè de iure fieri debere dice bamus,& infrà versi.27.demonstratur esse verum. Et sic patet dictã transmissionẽ non impediri ex voluntate testa toris expressa,sicut põt trãsmitti spes substitutionis ex dispõne testatoris:ad quod põderatur tex.in l.qui plures. cũ l.sequen.in fi.ibi:nisi alia fortè mens testatoris.& ita tenui suprà consi.20.versic.56.Sicut enim procedit huiusmodi transmissio in contractibus.§.ex conditionali, suprà allegato,sic etiam ex testatoris voluntate, cum sit bonum argumentum de contractibus ad vltimas voluntas secundũ Bart.in l.fin.ff.cõia pred.& in l.pactum.ff.de pactis & not. Bal.in fi.C.de leg.& sic pater abundè dictæ Ioannæ Benetæ exclusio.Sicut.n.ipsa non posset admitti si viueret dic. Philippa soror eius primogenita,propter illa verba, primò primi. & deinceps secundò: & propter illa verba, de vno ad alium:sic nec hodie põt admitti, cum dic. Aymericus succedat in ius d.Philippæ, per illa verba, & loco mortui vel mortuorum,&c.& per illa verba,de vno ad aliũ, &c.

Facit quia id quod operatur in primogenito,inductum de iure communi vel consuetudine, illud idem operatur ius primogenituræ procedens ex testatoris ordinatione, cum testatoris dispositio (vt suprà dicebamus) habeatur pro lege, vt in præallegato §. disponat. in auctentica de nupt. Sicut ergo de iure communi filius vel nepos ex primogenito prædefuncto excludit secundogenitum, vt infrà versi.26.ostendimus, quando concurrunt in regni vel dignitatis regalis successione,& per plures rationes & auctoritates concludit Oldral. consilio.234.incipiente, Istæ sunt allegationes.& aliquid præalleg.consil. nonagesimoquarto.sic à fortiori in terminis nostris,iste dominus Aymericus ex dispositione testatoris expressa, succedit in lo cum & ius dictæ Philippæ primogenitæ filiæ dictæ Eleo noræ.Et ita concludit in terminis nostris,imò fortioribus Paulus de Castro consilio suo 161.incipiente, in præsenti causa quæ vocatur maioriæ Hispalensis,&c. per totum,in cuius facto super quo consuluit multa concurrunt quæ in casu nostro interuenerunt, de quo infra versiculo 26.†Cõ
23 sidero etiam quòd testator non attendit affectionẽ pro pter prioritatem graduum consanguinitatis:patet,quia exclusit Ioannam neptem suam secundogenitam propter liberos & descendẽtes d.Eleonoræ,qui notoriè erant di cto testatori gradu remotiores, quàm ipsa Ioanna.Et sic dico post Bart.in l.si cognatis.quãdo ibi sequutus est Raph.Cuma.ff.de rebus dub.quòd licet vbi testator propriæ familiæ relinquit,successionis ordo, & charitatis & affe-

ctionis

ctionis attendatur, quòd leges coniecturantur quòd attento dicto ordine testator voluerit suos proximiores ad fideicomissum potius appellare quã alios: admittitur tamẽ secundũ eos probatio in contrariũ. Nec mirũ, cùm sit voluntas testatoris illa quę prędominatur l. in conditionibus primum locum. & l. Publius. ff. de condi. & demon.

Et quòd liberi per testatorẽ vocati sub termino collectiuo, censeãtur esse vocati ordine successiuo ex volũtate testatoris, ponderǫ tex. in d. §. in fideicomisso. ibi: nisi specialiter defunctus ad vlteriores, &c. vbi est casus expressus, quod in fideicõmisso relicto familiæ, vocãtur qui sunt in gradu proximo, & sic ordine successiuo, nisi testator voluerit ad vlteriores voluntatẽ suã extendere (pro vt in casu nostro est aperta voluntas testatoris per supradicta) & idem probat text. in l. fi. C. de verb. signifi. ibi nulla quidẽ adiectione speciali super quibusdã personis facta, &c. & in simili est tex. in l. hęredes mei. §. cũ ita. ibi: sed cũ in fideicõmisso voluntatẽ spectari conueniant, &c. & in §. fi. ff. ad Trebell. hinc dicitur quòd hominis prouisio facit cessare legis prouisionẽ, l. a. §. si duo. ff. de bo. poss. secundũ tabul.

Quãuis enim. in dubio videãtur (vt prędixi) vocati proximiores, quãdo per terminum aliquem collectiuũ appellãtur, attamen si remotiores aut extraneos vocauerit, quantuncunquè proximiores non sint, illi prius admittentur, quia per specialẽ nominationem videntur esse prædilecti, vt est casus in d. §. in fideicommisso. & ibi Bar. Ange. Paulus de Castro, & alij & suprà latius deduxi. Qua ergo ratione per dictam nominationem tollitur illa pręsumptio, quòd proximiores censeantur prius vocati, quia probãtur esse prædilecti primo nominati: ita etiã si probantur alijs rationibus vlteriores prædilecti. Et hoc non solum satis erit probare si specialiter testator hoc faciat, vt videtur exigere text. in sæpe alleg. §. in fideicommisso. imò etiam si possit ex alijs testatoris verbis voluntas coniecturari. sicut dicimus quòd quando procedit voluntas derogatoria sequentis, ad hoc quòd secunda valeat, debet pœnitere specialiter testator prioris voluntatis, l. siquis in principio testamenti: ibi, specialiter, &c. ff. de lega. 3. Attamen si appareat ex coniecturis testatorem voluisse ab illa recedere dispositione, satis est, secundum Bart. ibi. & ita tenent Bald. & alij ordinarij in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1.

24 † Illud enim quod suprà dictũ est quòd in dubio si vocentur sub termino collectiuo, proximiores censeantur esse vocati, est (vt suprà dixi) verũ, nisi ostenderetur in contrarium esse volũtatẽ testatoris: considerat enim text. in. d. §. in fideicommisso, quòd testator fuerit magis affectus pro ximiori: ideò nõ est mirum si ille qui præsumitur, vel probatur prædilect⁹, alteri debeat præferri, iuxta no. in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2. & in l. si fuerit. ff. de rebus dub. & preter coniecturas quę faciunt pro do. Aymerico quod sit masculus, & primogenitus descendens ex linea primogenitorũ, testatorẽ dico expressè demonstrasse quod non considerabat proximioritatem successoris, vt suprà dicebamus, sed solũ prioritatẽ graduũ, secundũ quos vocabat descendentes neptum suarũ per hæc verba: iuxta formam, scilicet prioritatem, graduũ substitutionũ, &c. & postea illud declarans subiunxit, vt primò primi, & deinceps secundò, iuxta formam prædictã & substitutionẽ huiusmodi admittantur. Multum enim refert vocare liberos iuxta prioritatem graduum descendentiæ (quo casu liberi primi gradus præferentur secũdi gradus liberis) vel eos vocare iuxta prioritatem graduum substitutionũ. Nam quemadmodum reperiuntur gradus in consanguinitate. l. iurisconsul. §. gradus. & per totum titu. ff. de grad. ita etiam reperiuntur gradus in substitutionibus, l. 1. ff. de vulg. & pupil. & instit. de vulga. substit. in princip. iuncta glo. in ver. gradus. Vult ergo testator, quòd si supersint liberi primæ substitutæ seu vocatæ in secundo gradu substitutionis, non admittãtur liberi vocatæ in 3. gradu, ꝙ resultat nedum ex dictis verbis, sed etiam ex illis suprà sępissimè ponderatis, scilicet, primò primi, & deinceps secundò, iuxta formam prædictam & substitutionem huiusmodi. Forma enim graduum & prioritas graduum substitutionum reperitur in dispositione geminata: quæ geminatio non modicum operatur ad firmandum iudiciũ voluntatis defuncti, argumen. eorum quæ notat in l. Balista. ff. ad Trebel. & de effectu geminationis diximus latè suprà consi. 26. versi. 36. & apertius colligitur non attendisse testatorem proximiotitatem successoris, per illa verba: & loco mortui vel mortuorum ex eis ad eius seu eorum liberos: ex quibus verbis indubiè nedum vocatus esse perpenditur dominus Aymericus sæpe dictus, sed etism ꝙ ipse solus, vt in simili concludo suprà consi. 20. versi. 38. ponderando ista verba: ei vel eis, & eius, &c. & aliàs est determinatio iuris quòd quãdo est dubia testatoris affectio erga duos, si ad vnũ vel alium applicatur, considerare debemus quis fuerit testatori magis dilectus, d. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de leg. 1. & l. si fuerit. suprà alleg. ff. de rebus dub. sed constat ex suprà dictis, quòd maiorem affectionẽ testator habuit ad Eleonoram quàm ad Ioãnam sororem suam ratione primogeniturę, quia primò eam nominauit, vt in d. §. in §. fideicommissu. Et sic eundem ordinem testator videtur obseruari voluisse etiã in substitutionibus liberorum Eleonoræ, præsertim quòd verba testamenti, vt suprà passim ostendimus, non modò non repugnãt, verumetiã, si non cauillentur, expressè denotant: quod etiã sensit Oldra. cõsi. 141. ad fi. 2. col. vbi dicit, ꝙ qualitas expressa in personam primi instituti, vel substituti primi, intelligitur tacitè repetita in personam secundi, & vlteriorũ substitutorum, ne plus videantur secundo loco substitutis fauisse quam primo substituto. Quod dictum cõprobat abundè Barba. in secundo consi. 57. vol. 2. & melius cons. 52. incipiente, circa hanc dubitationem, &c. inter consilia alex. vol. 4.

25 † Nec ex eo quòd dixerit testator: & sic sequatur gradatim & descensiuè de vno filio dictorum meorũ nepotum, &c. inferatur quòd præferre voluerit filium nepotis etiam secundogenitum nepoti ex filio vel filia primogenita, cum appellauerit filios nepotes. Dico enim prę ter id quòd eos vocauit per hoc nomen liberor (quod cõprehendit Aymericum, vt supra monstrauimus) est præclara decisio iuris, quòd vbi agitur de cõmodo & fauore nepotum, appellatione filiorũ venit etiam nepos. Ita decidit per plura Alex. cõsi. 537. incip. redemptoris nostri, &c. col. 3. versiculo, sed præmissis. volũ. 6. & Areti. consil. 145. incipiente, respondendo summatim, &c. & not. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. signi. & quando nomen filiorum ponitur in dispositione quæ fit in eos, tunc appellatione filij venit etiam nepos, per l. Lucius. ff. de hæredibus instituendis. & sequitur in terminis nostris Ioannes de Imola, in l. gallus. §. institutẽs. ff. de liber. & posthu. & hoc per maximè quando is qui testatur est de ascendentibus, quia aliàs non esset absque dubio, vt per Soci. consil. 152. incip. casus iste non est, &c. vol. primo. & attento quòd prius meminerat liberorum dictorum nepotum, etiam ponendo eos in dispositione, cum tamen vt suprà dicebamus versi. 1. liberorum appellatio latiorem habet significationem quam filiorum. & ita dicebam suprà consi. 21. versi. 3. & 4. & consil. 25. ver. 10. vbi per multa quæ ibi colligo ostendo in terminis nostris comprehendi nepotes sub appellatione filiorũ.

26 † Præsuppolito ergo pro constanti voluisse testatorem ad vnam solam personam bona sua deuenire, pro vt suprà versi. 20. & alibi passim ostendimus. quanuis alius æqualis ei in gradu existeret, quod etiam ad oculum monstrauit, substituendo hæredi Eleonoram solam, prætermissa Ioanna eius sorore, si fingamus dicta bona ad Eleonorã deuenisse, non inficiabimur quin Philippa, si superstes fuisset, successisset matri Eleonoræ in illis tanquam primogenita, exclusa dicta Ioanna Beneta sorore quia testator voluit quòd vnus liberorum dictæ Eleonoræ ad huiusmodi substitutionem admitteretur, si ergo vnus debuit admitti, ille debuit esse primogenitus (de iure loquor) vt suprà latè monstrauimus versi. 20. etiã ex dispositione testatoris expressa

pressa,ponderando verba illa:primò primi,& deinceps se
cundò,&c.& præmortua dicta primogenita,ius illud tum
de iure communi, tum etiã ex dispositione testatoris ex-
pressa,ad ipsum dominum Aymericum transit,& non ad
Ioannam Benetam,vt abundè monstrauimus suprà vers.
22.Et ita etiam senent in terminis Francis.de Aresio cõsi.
564.incip.diligenter & maturè.col.5. versi.sed tamen his
non obstantibus.& Soci.consi.252.incip.visis instrumen-
tis.col.6.& seq.versi.ponderanda est,&c.vol.2. vbi volũt
quòd ius primogenituræ vel maioritatis sit quædam natu
ralis qualitas quæ inest.sicut esse vtrinque cõiunctum,per
sext.singularem quem ad hoc ponderant in §. reliquum.
in auctẽ.de hæred. quæ ab intest. defe. quem textum ad
hoc induxit Ioann. Andr.in add.ad Specu.in rubr.de feu-
dis. concludentes quòd ius illud primogenituræ transmit
tatur per filium primogenitũ,vel natu maiorem qui præ-
moritur patri,in filios eius , & sic in nepotes & vlteriores
illius,de cuius successione disceptatur , quamuis extent ali-
qui proximiores gradu eis,de quorum successione agitur,
vt omnino per dominum meum Ias.post alios in l.maxi-
mum vitium.C.de libe.præte.& Soci.consi.47.vol. 4.vbi
etiam dicit q ius istud defertur iure hæreditario.& ita se-
nens domini Tololani,q.423.Franc. de Cur. consil.16.&
Guli.de Bened.in repeti.c.Raynutius.in glo.in ver.in suo
testamento relinquens. nu.191. extrà,de testa.fol.237.&
ita etiam in facti contingentia determinaui infrà consil.
93.versi.6.& consi.120.versi.13.

Ad propositum igitur redeundo, ex quo succedit vnus
solus ex testatoris dispositione , & prælata fuit Eleonora
Ioannæ sorori suæ iuniori tanquam prima & senior, eadẽ
causa successisset Philippa si vixisset, exclusa dicta Ioanna
Beneta iure primogenituræ, vel maioritatis. Quod quidẽ
ius primogenituræ & de iure,& ex testatoris dispositione
transmisit dicta domina Philippa ad sepedictum dominũ
Aymericum filium suum primogenitum, vt abundè mõ
strauimus suprà versi.22. Consequens est dicere,quòd ad
huiusmodi substitutionem appelletur, cum etiam non ob
stat eidem gradus proximitas,vt suprà versi.23.clarè do-
cuimus.Aliàs enim non succederetur de vno filiorum vo
catorum secundum ordinationem testatoris in alium vs-
que ad vltimum inclusiuè:quòd etiam aliunde colligitur,
dum dicit , & loco mortui seu mortuorum ex eis ad eius
& eorum liberos vsque ad vltimum inclusiue , maximè
quia præmiserat gradatim & descensiuè de vno filio dicto
rum nepotum siue neptum ad alium.Dictio enim illa,gra
datim continuationem ordinis denotat,vt per glo. & do-
cto.in l.1.ff.de vul.& pup.in l.1.de libe.præte.& in l.2.§.
desert.C.de secundis nups. Dictio autem descensiuè,de-
notat descendendo,vt per glo.in l.1.in ver.vsque ad rele-
gationem.ff.an per alium causæ appel.reddi.poss. & sic ap
parebit quòd iste dominus Aymericus excludet ab huius
modi successione prælatam dominam Ioannam Benetã,
tanquam magis qualificatus,tanquã masculus, & maximè
quia ex primogenito descendens: quæ qualitas primoge-
nituræ vel maioritatis cum inest alicui,operatur effectum
ac si esset vtrinque coniunctus:& per consequens alterius
exclusionem,qui illam qualitatem non haberet,per textũ
in auctẽn.cessante. qui ad hoc solet cõmuniter allegari. C.
de suis & legi. hæred. quibus addo textum meliorem de
iure.auctẽn.Itaque.C.communia de success. Et sic que-
madmodum in præalleg.iuribus attenditur pluralitas vin
culorum,qui immò etiam in fideicommisso, vt in facti cõ
tingentia suprà resolui,consi.19.versi.4.5.& 7.& per totũ
consilium.ita etiam erit dicendum in casu nostro, etiã vbi
27 esset dubia testatoris voluntas.†Ad quod facit notabile di
ctum Baldi,consi.35.incipiente,præmissis verbis statuto-
rum.column. penultima. qui singulariter decidit.quòd si
testator disponat quòd vna res vadat de liberis in liberos,
si vnus ex liberis decedat pluribus relictis filijs, donec su-
persit aliquis de linea illa , succedent illius lineæ supersti-
tes:& finita illa linea , tunc demum ad alios alterius lineæ
deuoluitur , per textum in capitulo primo, de natura suc-
cess.feudi.& fa.l. cum auus.de condi. & demon. cum con-
cord. & in proprijs terminis addit Philippus Cor. consil.
233.in litera 2.vol.2. & addit Soci.rationes illius in præal
leg. consil.252.quod latius examino infrà consi.93. versi.
28 10.& consi.120.versi.14.†Nec dicto domino Aymerico
officit,quod tempore testamenti cõditi,vel mortis ipsius
testatoris,natus aut conceptus non fuisset, & sic non com
prehenderetur,aut venire posset ex vi huius nominis libe
rorum,vt per Alex.consi.583.incip.viso testamento dicti
Syluestri.in prin. volũ.2. vbi dicit,substitutionem huius-
modi non extendi ad liberos,qui saltem tempore mortis
testatoris non essent in rerum natura , per ea quæ haben-
tur in l.si cognatis.ff.de rebus dub. & in sæpe alleg. §.in fi-
deicommisso.& ibi hoc dicit procedere,etiam si conditio
collata sit in incertum euentum futurum, vt no.in iuribus
præalleg.Præter enim quòd eadem causa & obiectũ pro-
cedit in d.Ioanna Beneta,respondeo post dominum Phi-
lip.Decium,suprà alleg.consi.299.in 6.conclusione,quòd
quando fideicommissum collatum fuit in tempus futu-
rum, & habet tractum de futuro , videlicet post mortem
hæredis scripti,satis est quod ille qui vult ex eo inniti, fue
rit in rerum natura tempore quo euenit casus conditionis.
Et ita concludit Alexã.consil.26.incip.videtur fortassè.ad
fi.vol.3.vbi ad hoc allegat Ioann. And.in addi.ad Spec.in
rit.de testa.col.3.versi.Item Lambertinus. allegat etiã tex.
in l.cum pater.§.hæreditatem.in fi.ff.de leg.2.vbi etiã re-
spondet ad ea quæ in contrarium sunt adducta,ad quæ bre
uitatis causa pro solutione remitto. Quia eodem obiecto
mihi præsupponitur & Ioannam Benetam & ipsum etiã
Augustinũ repelli,& in casu nostro clarè monstratur hoc
contrarium non procedere ex testatoris expressa dispo-
sitione,qua descendentes ex suis nepribus (quæ tempore
conditi testamenti erant impuberes , vt suprà in themate
præmissum est) ad huiusmodi substitutionem admittan-
tur. Vnde nihil ad casum facit hoc contrarium, vt est ca-
sus in l.peto.ff.de legat.2. quem textum Paulus de Castro
allegat ad hoc consil. 13. incipiente, in causa quæ vertitur
29 coram me.†Nec etiam obstant verba illa testamenti, siue
vnus fuerit,siue plures:& ibi:& hæres si vnicus,&c.& ibi
siue hæredes si duorum,&c. per quæ verba videtur testa-
tor plures vocare ad successionem, & non iuxta ordinem
genituræ,vt suprà conclusimus. Dico enim verba illa nul
latenus importare posse quòd plures simul admittantur:
nam ille intellectus repugnaret præcedentibus dum dixit,
primò primi:& dum dixit, de vno in aliũ.& alijs per quæ
suprà versic.20. ponderando concludebamus vnitate suc-
cessoris, contra.l. talem ff. de hæredibus instituendis.& l.
nam ad ea.ff.de conditionibus & demonstrationibus.cũ
similibus.Ideò sunt illa verba intelligenda, quando plures
eiusdem gradus succedunt, non quidem simul,sed de pri
mo ad secundum , vel de vno ad alium:puta quando pri-
mus non dimisit liberos, vt cõtingit in hærede.Et sic in-
telligantur secundum præcedentia & sequentia, non tan-
tum ratione prædictæ contrarietatis euitandæ , sed etiam
fortius ex vi repetitionis qualitatis præcedentis & sequen
tis.Est enim clarum de iure,quòd clausula in principio po
sita refertur ad omnia sequẽtia,si ad omnia referri potest,
salua ratione recti sermonis,vt est textus in l.quicquid.&
ibi Baldus ff.si certum petatur.& in l.talis scriptura.vbi &
Bartolus.ff.de le.1.& not.Bart.in l.si idem cum eodem.ff.
de iurisd.omnium iudi.not.Panor.c.secundò requiris.col.
2.& seq.extrà de appell. Vnde illa verba primo primi,&c.
etiam referuntur ad sequẽtia illa, qui siue sit vnus,siue plu
res:clausula enim præcedens fortius operatur ad determi
nandum sequentia quàm è contra,vt per Bartol.in l.qui si
quis.aliàs est l.quicquid.iuncta gl.ff.de lega.3. & in l.auia.
ff.de cond.& demon.in prin.quod etiam procedit in ma-
teria odiosa & pœnali, vt probat sext. in l.3.§. filius. ff.de
lib.& posth.iuncta.l.1.C.de lib.præter.& in d.l. quicquid.
ff.si cert. pet. Clausula enim vel qualitas adiecta in aliqua
dispositione,

dispositione, refertur ad præcedentia vel sequentia vt illa
limitet, vt per Gemi. plenè post Ioannem Audr.in c.vbi
periculum.§.nulli.de elect.li.6.& idem tenet Bar.in l.doli.
ff.si cert. pet. vbi si dispositio faciat mẽtionem de pluribus
factis, & in principio & in fine adijciatur aliqua qualitas,
illa censetur esse in omnibus repetita. Quòd autẽ per qua-
litatem vel clausulam præcedentem vel sequentẽ restrin-
gatur generalitas dispositionis, probant expressè tex.in l.
nam quod.§.si.ff.de penu.lega.& in l.quæsitum.§.1.ff.de
leg.3.& textus not.in l.hæres.§.vxori.ff.eod.tit.de lega.3.
& ita in facti contingentia scripsit dominus meus Philip-
pus Decius consi.92.incip.viso puncto,&c.vol.1. vbi per
multa quæ adducit, resoluit quòd clausula vel qualitas in
dispositione limitat & minuit generalitatẽ dispositionis.
Ex ijs ergo patet ꝙ illa verba generalia, qui siue vnus siue
plures.&c.& illa, ad eius vel eorum liberos, declarẽtur &
restringantur ex illis præcedentibus, primo primi, & dein
ceps secundo, &c.& per illa sequentia, de vno ad alium:tũ
ratione contrarietatis euitandæ, ne testator in medio vi-
deatur porrigere quod in principio dixerat, & postea in
fine corrigere quòd dixerat in medio. tum etiam ex vi re
lationis & repetitionis, vt præmittitur. Quinimò ad eui-
tandum contrarietatem licet etiam verba impropriare, vt
infrà consi.126.vers.19.prosequor, & eum tamen in casu
nostro nulla fit impropriatio.

Aliunde si dicam' illa verba, siue vnus, &c.& alia suprà,
in princip.huius versi.adducta, fuisse apposita per notariũ
ex eorum stylo, illa nihil operabuntur, vt deducit Francis.
de Aretio, inter consilia Francis.de Curte, consi.3.incip.&
si subtilissimè. vbi adducens multas clausulas, quas notarij
ex suo stylo solent ex consuetudine apponere, concludit
illas nihil operari.

Et si dicamus aliquid debere operari, cum nullum ver-
bum debeat esse superfluum, neque syllaba in testamento
absque ministerio operandi, vt suprà dicebamus: Respon
deo illa operari & declarata esse eodem vers.& suprà vers.
22. Cum enim testator liberos neptũ suarum præmortua
rum, ac etiam liberorum suorum prædefunctorum libe-
ros ad huiusmodi substitutionem appellasset, ne dubitari
contingeret de quibus liberis ipse loqueretur, voluit quòd
liberi illius quem primo locu substituerat, cum ipse inter
suas neptes ordinem genituræ voluisset attendi, vt sæpedi
ctum est:& ne similiter, vbi essent multi liberi neptis præ
mortuæ, vel alicuius liberorum eiusdem etiam præmor-
tui liberi quem primo loco vocauerat, esset inter eos con-
tentio quis eorum vocaretur, quoniam essent plures in eo
dem gradu, an omnes simul, propter illum terminum col
lectiuum liberi: quia dixerat siue vnus fuerit, siue plures:
seipsum declarauit, subdens, vt primo primi, & deinceps
cundo, in præmortui gradum & substitutionẽ admittere
tur: volens innuere quod filius succederet patri vel matri,
seruato inter eos ordine genituræ, vt abundè suprà mon-
strauimus, versi.20.22.& 23.& 26. quod apertius etiã do
cuit per illa verba, gradatim & descẽsiuè de vno ad alium,
vsque ad vltimum sic inclusiuè: quę suprà ponderata sunt.
Si enim testator prædictus solum dixisset, iuxta prioritatẽ
graduũ, fuisset magis dubia iustitia sæpedicti domini Ay
merici. Sed non contentus illis solis verbis, vt designaret
ordinem primogenituræ esse in dictis substitutionibus at
tẽdendũ, pro vt in neptibus suis apposuerat, subdidit, substi
tutionum prædictarum. aliàs enim de nihilo seruirent illa
verba quod fieri nõ debere suprà satis diximus. Et postea
alio loco clarius locutus est, dicens, quòd primo primi, &
deinceps secũdo, &c. quæ clausula relata ad formam priori
tatis graduum per eum factorum, pro vt etiam vult ex-
pressè, monstrat apertissimè successionem dicti domini
Aymerici in solidũ. Testamenti nanque pars vna per aliã
declaratur. l.qui filiabus.& ibi Bartolus.ff.de leg.1.& facit
l.verum.ff. de petit. hæred. & hanc difficultatem causauit
imprudentia notarij, qui clarius potuisset dictæ substitu-
tionis verba exprimere. Vnde prudentius egisset dominus
testator, si de consilio alicuius iurisperiti fuisset testatus, &
non confidisset in notariorum imperitia, qui semper ap-
ponunt verba stulta & plerunque contra mentem testa-
toris, & clausulas etiam nihil operantes, vt dicit dominus
meus Ial.in l.ex filio.in primo notabili.ff.de vulg.& pupil.
Sic enim in manibus suorum descendentium arma non
apposuisset (velut gladium in manibus furiosi) quibus hæ-
30 reditatem suam dissipent.† Et ex prædictis patet respon-
sum esse ad contraria suprà facta, quæ in rei veritate non
obstare demonstratum est. Fateor etenim substitutionem
sępedictam esse factam per terminum collectiuũ, libero-
rum. quod & ipsam dominam Ioannam Benetam (nisi prę
missa resisterent) comprehendere posset, ac etiam ipsum
dominum Io. Aymericum.

Prætensam autem proximitatem quam suprà versi.3.
& 4.deducebam, monstrauimus suprà versi.15. non pro-
cedere. Quinimò Paulò post ver.17.& seq. resoluebamus,
quòd attẽtis verbis substitutionis & testamẽto dicti quon
dam Petri Raymondi, dictum dominum Aymericũ esse
proximiorem, considerando proximitatem Eleonoræ &
Philippæ, quæ suis casibus respectiuè vocabantur, vt dedu
ctum est abundè. suprà versi.22. & præter id cum habeat
sexus & primogenituræ prærogatiuam dictus dominus
Aymericus, resoluebamus ipsum præferendum, cum duo
vincula sint fortiora, vt in auctẽ. Itaq;. C.communia.de
success.& in c.1.& vtrobique doct. extrà, de treuga & pa-
ce. Et sic apparet falsum esse, quod suprà dicebatur in op-
positum, quòd ex quo attendebatur ordo successionis ab
intestato, & ista Ioanna Beneta succederet hæredi ꝓdicto
sola, sic etiam sola deberet ad huiusmodi substitutiones ad
mitti. præsuppositum etenim esse falsum suprà versic.15.
monstrauimus, siue substitutionem hanc directam, siue
fideicommissariam dixerimus, vbi etiam cõcludebamus,
per hanc substitutionem succedi primo testatori, quodq;
cum de ascendentis agebatur successione, quòd ab inte-
stato succederet dictus dominus Aymericus cum sæped.
eius matertera. Vnde nõ procedit etiam obiectum 5.vers.
factum, quod loquitur vbi agitur de successione collatera
lium, qui patrui vel auunculi non essent: in quo casu non
31 sumus.& si vrgeret, posset abundè illi satisfieri. † Nec ob-
stat quòd testator visus fuerit vti voluisse iure communi,
& non priuilegiato, vnde inferebatur substitutionẽ hanc
non esse directam militarem. Suprà enim versi.21.mon-
stratum est, substitutionem hanc valere iure directæ mi-
litaris: vbi etiam dicto contrario satisfit amplè, & ostendi
tur illa nihil obstare domino Aymerico, etiam si fideicõ-
missaria esset. Similiter non est verum, quòd etiam si sub-
stitutio huiusmodi directa esset, quòd post pubertatẽ ni-
hil valeret, nec iure directæ militaris, nec iure fideicom-
missi; contrarium enim de seipso se resoluit, quia loquitur
quando fit talis substitutio a pagano, vnde nihil ad casum
32 nostrum. † Vltimum contrarium quo dicebamus filium
non intrare in locum patris, etiam per repræsentationem
in fideicommisso, non modo sublatum est per ea quæ su-
pra dicta sunt versi.15.& versi. 19. ubi præsupposita veri-
tate dicti contrarij (de quo tamen dubito cum pro contra
rio opi. habeamus cum glos.doct. solẽnes & Bal. & Alex.
sibi ipsi contrarij in alijs locis per me allegatis contrariũ
uoluerint) reducendo contrarias opi.ad concordiam fœ-
dere distinctionis, uersi.22.& 23. sublato dicto contrario
monstro non modò admissibilitatem dicti domini Ay-
merici: quinimò ibi, & ver.26.& pluribus sequentibus re-
soluo, ipsum dominum Aymericum & de iure communi
& ex testamento dicti petri Raymondi vocari ad uniuer-
sam successionem eius, tanquam filium primogenitũ Phi-
lippæ primogenitæ Eleonoræ.

Et sic resoluendo totam huius consilij massam in unã
summam, concludo, quòd sæpe nominatus dom. Ayme-
ricus & de iure communi, & etiam ex testamento Petri
Raymondi de Cõchabella. euocetur in solidum ad succes-
sionem illius, exclusa sæpe dicta Ioanna Beneta eius ma-
tertera.

gertera. Et ita vt suprà dictum est & conclusum, resoluebam & decidebam, saluo, &c. Barchinonæ 1524. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimę causa est summaria & non ordinaria, & quę subragatur in locum alimentorum. & nu. 3.*
2 *Subrogatum sapere naturam eius in cuius locum subrogatur nedum in vniuersalibus, verumetiam in particularibus.*
4 *Argumentum de dote ad legitimam validum.*
6 *Causę summaria ab ordinaria & extraordinaria discrimen: & quanda libellus & alia iudicij solennia requirantur & num. 7.*
8 *Legitima quę de dignitatibus regalibus est soluenda, alijs gaudet priuilegijs quàm illa quę de alijs bonis debetur.*

CONSILIVM L.

LICET à doctoribus communiter altercetur
vtrum legitimæ causa sit ordinaria vel summaria, quam Cynus in l. sancimus. C. de nupt.
voluit esse summariam, quòd alimentorum
loco succedat legitima: secundum quod traduunt doct. in auctent. nouissima. C. de inoffi. testa. & in l.
de alimentis. C. de trãsact. inferens, quod sicut proceditur
summariè in causa alimentorum, l. si quis à liberis. §. si vel
parens. ff. de liber. agnos. Bal. attamen in l. si quis suo testamento. C. de inoffi. testa. voluit ordinariam esse quod etiã
voluit Paul. de Castr. & Salyc. ibi, pro vt refert & sequitur
dominus meus Ias. ad quod ponderant ibi tex. illũ, ibi, expectato iudiciorum strepitu. quod etiam visus est voluisse
Abb. post dom. Anto. in c. 1. col. 3. extrà, de proba. qui tamẽ Salyc. infideliter refertur à domino meo Iasone, imò
contrarium videtur voluisse dum dicit, quòd strepitus iudiciorum & sententia idem sunt. Et huic etiam sententiæ
Cyni adhæreo 1 quandoquidem dotis causam nullus esse
negauit summariam, ita no. Car. in Clem. 1. q. 30. & ibi alij
sequũtur, de indic. multò magis esse debet causa legitimę:
cum in locum eius (vt dictum est) dos succedat. vt notant
Cynus, Bar. & alij communiter in d. l. sancimus. Bal. in au
cten. res quæ. C. communia de leg. est tex. in l. quoniam no
2 uella. C. de inoffi. testa. † Est enim regulare quòd res surrogata debeat eandem naturam sortiri, qualem res in cuius
locum surrogatur. vt notant Ioan. And. in regula, qui sentit onus. li. 6. in mercurialibus. not. Ioã. de Imo. in l. damni.
§. si is qui vuas. ff. de dam. infect. And. Siculus consil. 2. nu.
9. vol. 2. & Bolog. consil. 68. ad finem. & probatur in l. res
in dotem & in l. res æstimata. & in l. ita constãte. ff. de iure
dotium, & sequitur Henricus Boich. in c. ecclesiam sanctæ mariæ, extrà, vt lite pend. præsertim ex quo hi surrogatio illa per legem: per iura suprà allegata. Censetur etenim fieri surrogatum cum omnibus qualitatibus & conditionibus: vt tradit dom. meus Ias. in l. licet Imperator. in vltimo notabili. ff. de legat. 1. allegat l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & in l. 1. §. hæc actio. vbi Bar. ff. si quis
testamentu liber esse iussus sit. Ideò (capit, vt prędixi) naturam eius in cuius locum surrogatur, nedum in vniuersalibus, verumetiam in particularibus. vt dicit idem domin.
meus Iason in l. si grege. num. 11. ff. de leg. 1. idem omnino
in d. §. qui iniuriarum. nu. 20. & in l. si seruus plurium. §. si
hæreditatis ad princip. eo. tit. de lega. 1. & in l. certi condictio. nu. 27. ff. de rebus credit. & in l. 1. §. item acquirimus.
ff. de acquir. poss. & consi. 113. num. 7. volu. Cẽsetur enim
idem esse cum eo in cuius locum surrogatur: vt dicit dominus meus Iason in l. si is qui pro emptore. column. pen.
versiculo. alio modo respondit. ff. de vsucap. titulo generali. & in l. 3. nu. 11. ff. de acquiren. poss. allegat l. si filia. §. si
Titia. ff. de condi. & demon. & l. si donata. §. 1. ff. de dona.
inter virum & vxorem. & in auct. ẽ. post fratres. C. de legi.
hered. vbi etiam dicit, quòd statutum loquẽs in casu vero,
procedit etiã in casu ficto, qui loco illius casus veri surrogatus est. ita etiam notant Bar. & alij in l. post litem per illum text. ff. ad Trebel. & idẽ tenet Abb. in c. 1. ad fi. extrà,
3 de arbit. † Quòd autem legitima succedat alimentorum
loco, monstratum est suprà in princip. & docet dominus
meus Ias. in l. de alimentis, suprà allegata, num. 5. C. de trãsact. alimenta verò filiorum sunt debita iure naturæ: Ideò
tolli non possunt, vt tradit idem Iason in aucten. quod locum nu. 8. C. de colla. Sic causa alimentorum per appellationem non suspenditur, secundum eundem Iasonem in
4 d. l. de alimentis. quando super futuris tractatur. † Pręterea
argumentum de dote ad legitimam validum est: vt docet
doctor Hispanus dominus Didacus de Segura. in l. vnum
ex familia. ff. de legatis secũdo. folio 51. col 3. versi. merito
satis, &c. allegat Bar. in l. Titio centũ. §. Titio. genero. ff. de
cõdict. & dem. & in l. fi. ff. de his qui veniam æta. impetra.
Consequens erit ergo, ꝙ si alimentorum causa, in quorũ
locũ succedit, & causa dotis, quæ loco legitimæ succedit,
sint summariæ, ꝙ ita erit summaria ipsa causa legitimæ:
quoniam probatis extremis infertur necessariò conclusio,
& probatio medij. vt præalleg. doctor Segura dicit in l. 3.
§. fi. ff. de liberis & posthumis. col. 1. versicul. 5: adducit. vbi
multa similia ad hoc propositum allegat. Idem in repetitione legis, si ex legati causa. ff. de verborum obligat. fol.
5 101. col. 4. versi. alius & secundus casus. † Nec obstat ponderatio Bald. quã facit de dicta l. si quis suo testamento. ibi,
sed expectato iudiciorũ strepitu, &c. per ea quæ dicit ibi
Salycetus suprà in principio allegatus. & expressius Bar. in
extrauag. ad reprimendum. in versiculo, figura iudicij. demonstrat etiam in causis summarijs interuenire posse: ꝙ
probatur in c. quoniam contra falsam. extrà, de proba. qui
tex. loquitur etiam in causis summarijs. vt doct. ibi notãt.
6 † possumus etiam dicere quòd quando iudicia summaria
intentarentur per viam actionis, tunc debeat dari libellus:
iuxta regulam l. 1. ff. de edendo. & l. edita. C. eod. Sic etiam
quando pro legato, vel fideicommisso in testamento relicto datur actio. l. 1. & 2. C. de legatis. quãdo verò legatarius
aut fideicommissarius agunt pro legato vel fideicommisso consequendo, tunc habet paratam executionem testamentum. vt probat tex. cum gloss. in §. illud. in verbo, donare. vbi Ange. in auctent. de hæred. & falcid. refert & sequitur Alexander in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic. & domi
nus meus Ias. in l. fi. C. de edicto diui Adriani toll. vbi dicit
hunc casum esse bene notãdum. Habere autem executionem paratam tantum est dicere, ꝙ neque requiratur libellus, neque litis contestatio, secundum Bal. in l. inter. ff. de re
iudi. & in l. minor 25. annis, cui fideicõmissum, ibi: ad initium nouę petitionis relegerat. ff. de minoribus. quem tex.
ad hoc ponderat Alexã. in d. l. ait prætor. §. 1. dicens quòd
loquitur tex. ille in instrumento. & tamen ibi necesse fuit
sententiam ferri ad hoc quòd executio fieri posset. refert
& sequitur pręfatus Segura, in repeti. d. l. si ex legati causa.
7 folio 101. col. 3. versi. 3. differentia. † Et vt clarius appareãt
præmissa, considero Spec. in titulo de offi. iudicis. §. postremò. versi. 3. dum causas distinguit ordinarias ab exordinarijs & summarijs & Floria. in l. leges. §. 1. col. 5. ff. ad legem Aquil. ponentem casus in quibus summariè proceditur. de quo per Abb. in c. dudum extrà, de elect. & per Bertachinum de firmo, in suo repertorio aureo, in ver. cognitio. ver. 1. & 2. & seq. & glossa ordinaria in l. 3. §. sciendum.
ff. ad exhib. Et idem Spec. in tit. de offic. iudi. §. hoc quoq;
dicit, quòd quædam sunt causæ summarię quę parant plenum præiudicium, & in illis est plenè probandum, dilationum attamen solennitate minimè seruata. Corsetus autẽ
in suo repertorio, in ver. causa. dicit quòd causa potest esse
summaria quoad breuiores dilationes & iudicij ordinatoria. Clem. sępè. de verborũ sig. & tradit Bar. in extrauag. ad
reprimendum. alia etiam causa est summaria quoad dilationes, & nõ respectu probationum, vt dicit Bal. in l. pręscriptione.

ſcriptione.C.ſi coutra ius vtil.pub.per textum quem allegar in l.in crimine.ff. ad legem Iul. de adult. & eſt caſus iu dicta clemen. ſæpe. Quando tamen cauſa priucipalis eſt ſummaria,& executiua, debent omnes articuli qui emergũt in ea ſummariè expediri: vt tradit dominus meus Iaſ. in rubr.C.qui admitti.& in l.properandum.nume.9.C.de iudi.vbi etiam examinat virum cauſæ ſummariæ habeant iuſtaniiam. de quo per Antonicellum in concordantijs contrarietatum Bar.coucordantia vltima.qui etiam dominus meus Iaſon in l.in pecuniarijs.num. 5.ff.de ferijs,examinat prædicta.

Iuſuper cauſa pia licet magis priuilegiata ſit quam filiorum,vt docto.ponunt in locis infinitis,attameu ſupra illã eſt cauſa legitimę:vt voluit dominus meus Iaſo.in l.ſi cui legetur.§.hoc autem. nu.10.ff.de leg.1.Bartolus in repeti. l.1.columu.penul.C. de ſumma trin.& fide catho.& Brunus Aſten.in fine tract.de ſtatutis,iu ſuo couſi.de filia excluſa à legitima per ſtatutum. Cauſam attamen piam uullus negauerit eſſe ſummariam, & per conſequens multò magis erit cauſa legitimæ ſummaria,quę eſt magis priuilegiata,vt eſt ſępe dictum.

Poſtremò in hac cauſa legitima petitur de dignitatibus regalibus,& alijs bonis,quæ prætenduntur diuidi non poſſe:quoniam vtrunque ſit,ſiue debeatur vt legitima,pro vt eam deberi mouſtraui in conſilio iſtorum illuſtrium fratrum Cardonæ contra illuſtrem etiam ducem fratrẽ Cardonæ in 4.dubio. & ſiue nou detrahatur de bonis illis: vt doctores aliqui voluerunt legitimam illam non cõſiderari vt legitimam,ſed vt alimenta.quam opi.tenuerunt Hoſti. & alij iu capitulo licet.extrà,de voto. & iu capitulo ſi heredes.extrà,de teſta.& proſequitur Fely.in capitulo prudentiam.colũ.2. verſiculo, vbi verò eſt dignitas.extrà,de offic.delega.& Panormit.conſilio tertio. incip.nitar in præſenti,&c.volumine ſecundo.

Et certè Regia audiẽtia videtur habuiſſe pro conſtãti, ꝙ iſta cauſa ſummaria ſit. Si enim verba Regiæ prouiſionis quæ lata fuit in dicta cauſa 25.menſis Octobris, anno 1525.ad relationem egregij iuriſconſulti Martini Suñyer doctoris Regij conſilij Catalonię,vbi cauſa illa tractatur, fruſtrà videtur dubitari ſi ſine hæc cauſa ſummaria. Fuit.n. in dicta prouiſione Regia dictum & pronuntiatum æſtimationem petitam per illuſtres actores (quæ erat de bonis omnibusq́ue fuerunt quondã illuſtris ducis Cardonæ ſecundum inuentarium per ipſos actores productum, de quibus illuſtris dux aduerſarius legitimam non deberi cõtendebat)pro nunc fieri non debere per ęſtimatores à partibus electos: quorum tamen bonorum valorem dicti illuſtres agentes pro nunc poſſent probare aliter quam per viam æſtimatorum,abſq; hoc ꝙ dicti agentes prohibeantur in futurum per viam æſtimatorum illorum bonorum valorem,de quibus(vt eſt dictum) prætendunt,legitimã deberi oſtendere, vel probare poſſe.Ex quibus oſtenditur,vel ipſi cæco, Regiam audientiam habuiſſe pro comperto cauſam hanc ſummariam eſſe:cum aliàs dilatio conceſſa,quæ fuit duorum menſium, non fuiſſet vſque adeò peremptoria: quòd ſecunda dilatio poſt illius etiã lapſum non fuiſſet illuſtribus actoribus conceſſa iu hac cauſa tãti ponderis,& tã arduæ,iu qua legitima petitur de bonis quæ valere dicuntur quadraginta vicibus centum mille ducatos. cum etiam in cauſis paruis ſecunda dilatio non ſoleat ex cauſa denegari,iuxta notata in l.ceſſante. C.quomodo & quando iudex.& tradit Fely. plenè poſt alios in c.licet. &.c.paſtoralis.extrà,de except.

Ex quibus in vnam maſſam digeſtis, hanc cauſam eſſe ſummariã dicimus,& vt ſummariam tractatam fuiſſe:debetq́ue per ipſam audientiam Regiam vt ſummaria expediri.Et ita vt præmiſſum eſt & deciſum,dicebam,& reſoluebam,& coucludebam;ſaluo,&c.Barchinonæ 1527. ad laudem & gloriam Dei.Ego Celſus.

S V M M A R I V M.

1 *Notarium licet poſſit creare inferior à principe ex conſuetudine, attamen inſtrumentum huiuſmodi notarij extra territorium eius qui creauit illum non facit fidem, vna partium reclamante.*

Inſtrumentum referens aliud non probat, niſi relatum inſtrumentum appareat, quamuis notarius atteſtetur ſe illud vidiſſe.

Mandatum ſpeciale requiritur ad compromittẽdum nec ſufficit mandatum generale cum clauſula de rato.

2 *Tranſactio vel compromiſſum non valent ſuper contentis in aliquo teſtamento,niſi viſo teſtamẽto prædicto, & habita plena notitia illius.*

3 *Laudum eſt nullum,in quo mandatur partibus quòd diffinitionem generalem faciant ſibi inuicem: Vel quando arbitri formã cõpromiſſi excedunt,aut extẽdunt. Vel quando fertur poſt tempus compromiſſi.numer.7. Vel quando ſeparatim, Vel diuiſim ferunt arbitri dictum laudum nu. 12.& 13.Vel quãdo duo ex tribus ſententiauerunt tertio non requiſito nec citato. Vel quando latum eſt partibus non citatis num. 14.Vel quando extra locum aſſignatum in compromiſſo, vel vbi factum eſt compromiſſum. nu.18.Vel quando inter compromiſſum & dictum laudũ longum tempus effluxit.nu.19.Et ratione læſionis enormiſſimæ,etiam ſi fuerit renũtiatum per partes reductioni ad arbitrium boni viri.nu.20.*

5 *Laudum ſi fuerit nullum, contraueniendo illi partes non incurrunt pœnam compromiſſi,etiam ſi fuerit ratificatum.*

Prorogatio fieri debet antequam labatur aut expiret tempus quod prorogatur,alias non diceretur prorogatio. Et non debet eſſe maior quam fuerit primum tempus.nu.8.

6 *Clauſula appoſita de ſtylo notariorum nihil operatur.*

Laudum arbitri nõ poſſunt partes emologare vel approbare, priuſquam feratur.

7 *Clauſula in executiuis appoſita vim primariæ diſpoſitionis non alterat,aut immutat.*

9 *Tertius qui datur arbitris in caſu in quo diſconueniant, aut non concordent, nullam habet de per ſe poteſtatem. & nu. 11. Et an poſſint arbitri declarare ipſo tertio abſente ſi declarauit eis voluntatem ſuam nu. 10.*

10 *Arbitri duo ex tribus poſſunt de iure canonico ſententiam ſuam ferre,abſente tertio, requiſito tamen;licet ſecus ſit de iure ciuili.*

Leges quando diſcordant à canonibus, ſeruantur canones in terris ſubiectis temporaliter eccleſię Ro.in alijs autem terris leges ſeruantur,in quibus canones obſeruantur.

11 *Adhęrere quis & quando dicatur alteri.*

13 *Arbitri duo ex tribus licet poſſint in executione cõpromiſſi procedere:non tamen ſententiam ferre,niſi tertio præſente,aut ſaltem requiſito, & citato, poſſunt. & quare. & quid in delegatis.*

14 *Alias, aduerbium, non ampliat, ſed eandem qualitatem refert.*

Arbitri ſecundum communem opin. citare debent partes ad eorum ſententiam audiendum, etiam ſi fuerit in compromiſſo clauſula,quod partibus abſentibus, & non citatis ferri poſſit.

15 *Declaratio locum non habet, quando verba ſunt clara & aperta.*

17 *Arbitri ſi ex compromiſſo ſuam ſententiam declarare poſſint aut interpretari, intelligitur ſemel duntaxat: & per primam declarationem aut interpretationem expirat dicta poteſtas*

Compromiſſi verba ſtricta ſunt intelligenda.

Arbitri ſentẽtiam ſuam ferre non poſſunt, niſi in loco vbi dictum eſt in cõpromiſſo, vel vbi factum eſt compromiſſum.

20 Com-

20 *Compromissum siue in arbitrum, siue in arbitratorem expirat moriente vno ex compromittentibus, aut mutante statum suum. Et idem est si arbitrorum aliquis moriatur, aut statum mutet numero. 21.*

CONSILIVM LI.

EXHIBITIS mihi compromisso dudū in-
ter spectabilē & nobiles, Philippum dalma
cium de Rupebertino Vicecomitē & Ono
frium de Rupebertino, & alios eius fratres
& sorores firmato, sentētiaq; & correctioni
bus aut interpretationibus inde secutis, petitur à me de va
liditate primę arbitralis sententiæ: & si valuit, vtrum locū
1 habeant interpretationes, & correctiones inde secutę. † Et
licet probabiliter dubitari possit de cōpromissi validitate,
pro eo q̧ notarius qui recepisse dicitur instrumentum mā
dati d. spect. Vicecomitis, per quod cōstituisse dicitur suū
procuratorem ad huiusmodi compromissum faciendum
nobilem Yuannum seu Yuonem de Castro, dicitur fuisse
notarius duntaxat auctoritate d. do. Vicecomitis: & vna
partium reclamante instrumenta per huiusmodi notariū
cōfecta, extra territorium non probant, vt not. Bald. in l.
repetite. C. de epi. & Cler. Anto. de Butr. & moder. in c. cū
P. tabellio. extrà, de fide instr. Non tamen inficior notariū
creari posse ex cōsuetudine per inferiorem à principe, vt
per duct. in c. fi. eo. tit. & Bald. in tract. de tabell. q. 2. Qui-
nimò quod est fortius, nō constat de d. Yuonis de Castro
potestate, qui vt est præmissum, nomine d. d. Vicecomitis
firmauit compromissum. Nec enim ex eo constat quòd
notarius in principio dicti instrumenti compromissi, refe
rat huiusmodi mandati instrumentū, maximè ex quo in-
ter easdem partes receptum non fuit, pro vt not. in termi
nis Guliel. de Cug. Bar. Bal. & alij in auct. en. si quis in ali-
quo. C. de edendo. not. Collect. in c. dudum. ext. de cōuer.
coniug. Et hoc etiam si notarius non modò simpliciter re
ferret illud, verumetiam si attestaretur se illud vidisse, &
legisse, pro vt no. Lanfr. de Oriano in rep. c. quoniam con
tra falsam. in ver. instrumentorū productiones. ver. modò
quæro. extra, de prob. Alex. consi. 6. vol. 4. Soci. consi. 231.
incip. cum in præsenti. & cons. 266. incip. in causa, &c. ver.
primum deciditur. cum versi. sequenti. vol. 2. Andræas Si-
culus, consi. 40. versi. 6. vol. 1. & dominus meus Philippus
Decius, consi. 253. versi. 3. vol. 2. Et vbi suprà dicta cessa-
rent, non tamen apparet ex dicto instrumento compro-
missi quale erat instrumentum mandati, aut qualis fuerat
attributa potestas dicto Yuoni, cum tamen sit notum q̧
procurator habens generale mandatū, etiam cum clausula
de rato, cōpromittere non potest, sed requiritur ad id spe
ciale mandatum, vt monstrat abundè Socinus cons. 18. in-
cipiente, prosequendo ordinem versiculo, secundū sequi-
tur, &c. vol. 1. & Lanfranius de Oriano in suo tractat. de ar
bitr. part. 3. q. 3. Non loquor in procuratore cū libera, quia
potest compromittere, vt infrà consi. 124. versi. 6. ostēdo.
2 † Sed fingamus nihil præmissorum contra cōpromissum
obstare, habuisse quoque dictum Yuonem ad compro-
mittēdum speciale mandatum, adhuc alio capite reijcitur
dictum compromissum & laudum, siue arbitralis senten-
tia ex illo secuta. Ad quod ostendendum considero, quòd
compromissum & laudum huiusmodi dependent ex te-
stamento quondam spectabilis Martini Ioannis de Rupe
bertino compromittentium patris. Quoniam vt mihi pię
supponitur, d. Mar. Ioānes in suo testamēto reliquit Ono-
frio prædicto villam & Baroniam de virginibus. Vnde cū
in dictis compromisso & arbitrali sententia nulla fiat men
tio specifica testamenti. prædicti & contentorum in eo-
dem, ex illo capite non valet compromissum nec senten-
tia: sicut nec etiam valet transactio de contentis in aliquo
testamento, eo non viso & lecto, l. de his. & in l. non est fe-
rendus. & vtrobique doct. ff. de transact. Ita not. Alex. in l.
qui Romæ. §. duo fratres, vbi etiam moder. ff. de ver. obli.
Idem Alex. consi. 124. vol. 2. & Ang. consi. 219. incip. testa
tor quidam, Quod vsque adeò verum est, quòd Bartol. in
præalleg. l. de his. &c. & in d. §. duo fratres. & in l. sub præ-
textu. vbi etiā Bald. C. de transact. & Ang. in l. tres fratres.
in 4. fallen. ff. de transact. dant. pro cautela, quòd in cōpro-
misso vel transactione apponatur clausula, inspectis & co-
gnitis verbis testamenti. & hoc præsertim si compromit-
tentes aliunde probabiliter non habeant notitiam testa-
menti. sed in compromisso, nec in arbitrali sententia fit ali
cubi dicti testamenti mentio, nec etiā constat partes aliun
de notitiam illius habuisse. ideò videmur esse in casu de-
3 cisionis prædictæ. † Similiter aliunde annullatur d. senten-
tia, siue laudum: ex eo quòd mandatur partibus in ipso, q̧
diffinitionem generalem & quittationem faciant adinui-
cem: ex quo capite laudū huiusmodi nullum est, per text.
singularem in l. 3. §. contrarium. ff. de contra. act. tutelæ.
quem ad hoc allegat Roma. consil. 155. incip. præmissum
laudum. versic. 2. principaliter nullum est, &c. vbi etiam in
principio dicti cōsilij deducit aliam nullitatem laudi, quæ
ex isto laudo resultat. Cum enim potestas arbitri & arbi-
tratoris dependeat ex compromisso, si arbitri formam cō
promissi extendunt aut excedant, nulliter agunt, l. si cum
dies. §. cum intra. ff. de arbi. cum simil. Quod vsque adeò
verum est, quòd laudum latum super eo de quo non fuit
compromissum, partium emologatione vel ratificatione
roborari non potest, vt est casus expressus in c. examinata.
extra, de confir. vtili vel inutili. quem tex. ad hoc proposi-
tum allegat Bal. in tit. de pace constantiæ. in gl. in verb. sen
tentiæ quoque. colla. 10. & per consequens etiam si con-
staret partes emologasse laudum illud ea nullitate nullum,
contrauenlendo illi postea nullam pœnam incurrerēt, pro
vt decidit Roma. in præalleg. consi. 155. versi. cæterum &
secundò. vbi allegat Bar. in l. multa. & in l. pe. ff. iudi. solui.
4 & Bal. in l. fi. C. de arbi. † Dixi autem non constare laudum
hoc fuisse per partes emologatū, vel approbatū, saltē infra
tempus per dictos arbitros, & tertiū eis præfixum. Quia
si laudi verba in finalibus verbis attendimus, dicti Vice-
comes & dominus Onofrius emologare debebant dictū
laudum incontinenti quòd eis esset intimatum: & præter
id, dictus Vicecomes illud debebat facere emologare in-
fra quindecim dies per eius fratres Petrum, Ioannem &
Gulielmum, Raymondum de Rupebertino, & dictus
Onofrius similiter infra dictū tēpus debebat illud emo-
logari facere & approbare per nobiles Ioānem, Blancam,
& Eleonorā de Rupebertino eius fratrem & sorores re-
spectiuè. Sed si attendamus, quòd ex eadem sententia con
stat, intimatam eam fuisse dicto domino Vicecomiti, de
cuius, nec etiam Onofrij approbatione non constat, cum
tamen illa debuerant infra biduum approbari, l. 4. §. cum
igitur. ff. de vi & vi arma. & in l. fi. C. de errore aduoc. nisi
forte vbi dictio illa, incontinenti, apposita in dicta senten
tia temporis interuallum non admitteret, vt per And. Bar.
in c. illa. extrà, de mut. peti. & per dominum meum Iaso.
in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de nou. oper. nun.
ad princip. vbi interpretantur dictionem, Incontinenti:
id est, absque aliquo intermedio, vel interuallo. quorum
opi. secutus fuit suprà consi. 1. in addit. illius versi. 52. quan
uis Bar. & alex. in d. §. cum igitur. interpretati sint dictio-
nem illam, incontinenti: id est, intra biduum aut saltem tri
duum. Quinimò si dicamus in iudicis esse arbitrio quādo
dicatur aliquid factum esse in continenti, certè nullus iu-
dex bonus arbitrabitur plus temporis datum fuisse dictis
Vicecomiti & domino Onofrio ad emologandum dictā
sententiam, quam fuerit eis datum ad faciendum illā emo
logare per dictos eorum fratres & sorores, cum sit diffici-
lius adimplere factum alienum quam proprium. Ad quod
tamen alienum factum solum fuerunt eis dati quindecim
dies, intra quos tamen non prę supponitur approbata fuis-
se dicta sententia, saltem per dictum Vicecomitem & eius
fratres: imo constat de contrario. quoniam latam fuisse di
ctam sententiam per instrumētum illius, & ipso præsente
die vltima

die vltima Februarii cōstat. quòdq; dict. Vicecomes 23.
mensis Martii sequētis obtinuit prorogationē tēporis ad
approbādum dictam sententiā per duos menses (de cuius
prorogationis validitate mox subdemus.(& sic cum non
fuerit dicta sententia arbitralis, siue laudum, per partes in-
fra tempus eis constitutū emologata, videtur illa nihil ha-
bere firmitatis, per ea quæ not. Bald. in l. 1. C. ne lice. tert.
prouo. Alexan. in l. 1. ff. de arbi. Spec. titu. eo. §. differt. vers.
item ex sententia arbitri. & eo. tit. §. fin. vers. hoc quoque
5 notandum est. & Pau. de Cast. consi. 74. † Et si dicatur ar-
bitralem sententiam prædictam emologatam fuisse, &
approbatam à partibus infra dictum tempus duorum mē
sium, per quod tempus fuit prorogatum per nobilem Ca-
stellanum Empoliç, tertium electum à partibus, vt est di-
ctum de qua prorogatione licet constet instrumēto illius,
nō tamen mihi constat de approbatione vel emologatio-
ne prædicta: & si appareret de illa: nihil tamē effecit. quo
niam illa prorogatio multipliciter est nulla, quā solus do-
minus Castellanus prędictus facere non potuit. Prçsertim
ex quo illam constat esse factam ex vi potestatis, quam di
cti arbitri retinuerant in penultimo capitulo suæ sentētiæ
de corrigendo, mutando, interpretando, &c. infra decem
annos. Illa enim prorogatio temporis, posito pro ficto q
fieri potuisset per arbitros in vim dictæ reseruationis, non
tamen per dictum dominum Castellanum, vt infrà doce
mus versi. 7. & sequentibus, vbi agetur de viribus interpre
tationum, siue correctionum prioris sententiæ.

Quinimò etiam si omnes arbitri in prorogatione præ
dicta concurrissent, adhuc esset illa nulla: quando enim fa-
cta est dicta prorogatio ad tempus duorū mensium, la-
psum erat tempus partibus assignatum ad emologandum
sententiam sępedictam. Ideo fuit illa nulla, l. in rebus. cum
seq. ff. de præcar. Bar. Ang. & moder. in l. 4. ff. de dā. in lect.
Bal. in c. de causis. extrà, de offic. deleg. Io. de imo. c. fi. ex-
trà, de consang. & affi. & Ange. consi. 119. Per sententiam
etenim primam dictorū arbitrorum, tēpus certum fuit
constitutum ad emologandum & approbandum huius-
modi sententiam, post cuius temporis lapsum facta est di-
cta prorogatio. Vnde etiam si postea constaret emologa-
tam fuisse dictam sententiam, non tantum valeret. Non
enim virtute dictæ sententiæ, quia post tempus assignatū
in ea: nec etiam dictæ prorogationis vigore, cum sit facta
post dicti temporis lapsum. Ideò non reperit tempus ali-
quod quod extenderet. & per consequens fuit, vt suprà
dicebatur, inualida. ad quod facit tex. cum ibi not. in l. 1.
6 ff. de iudi. & in l. 1. C. de iurisd. omnium iudi. † Nec facit
etiam si diceretur emologatum à partibus fuisse per com
promissum, antequam ferretur, ex vi clausulæ in ipso ap-
positæ, ex nunc pro vt ex tunc ea omnia laudamus, appro
bamus, ratificamus & emologamus, &c. Illa enim clausula
ex stylo notariorum solet apponi: ideò nihil operatur, vt
per Bar. in commento l. 1. q. 6. ff. de iure codicil. versic. & si
quispiam, &c. vbi ad hoc allegat multa.

Et si negaretur huiusmodi stylus, adhuc per illa verba
emologationem dictæ sententiæ factam fuisse negamus,
quia clarum est arbitrorum sententiam ratificari nō posse
antequam feratur vt notat Bald. in l. fin. q. 12. C. de contra.
empt. & per consequens apparet dictum laudum vel arbi
tralem sententiam emologatum fuisse, & in consequentiā
obstare illi nullitates quam subdemus, & suprà designaui-
7 mus. † Sententiæ autem interpretationis, emendationis,
& correctionis, quarū suprà meminimus (si ita possint ap-
pellari) ex alijs mille capitibus nullæ sunt. Imprimis si pri
mæ sententiæ nullitatem attendimus quam suprà ostendi
mus, sic & erit illa prima interpretatio, etiam si per dictos
arbitros simul & infra compromissi tempus facta fuisset
(quorum tamen neutrum interuenit) præsertim q d. pri-
ma sententia fuit nulla exceptionis ope. Ita not. Bal. in prę
alleg. l. fi. col. 3. & 4. C. de contra. empt. Bar. in l. 2. ad prin-
cip. ff. de opt. leg. Inno. in c. ex literis. extrà, de offi. deleg. &
Lanfran. de Oriano, in tract. arbi. par. 7. q. 3. quod verū est

etiam si correctionem vel declarationem huiusmodi dice
remus esse nouam sententiam, cum fuisset lata extra tem-
pus compromissi, l. non distinguemus. §. dies. & §. quæsi
tum. ff. de arbi. cum simil.

Similiter non obstabit l. Labeo. ff. de arbi. quæ videtur
approbare prorogationem in arbitrorum sententia factā,
licet ipsa sententia non valuerit. Loquitur enim lex illa,
quando ex compromisso poterant arbitri pluries senten-
tiare, & etiam prorogare, vt ibi per doct. nos autē sumus
in casu contrario, in quo omnis interdicitur prorogatio.
Ideò præsupponendo pro ficto dictæ primę sententiæ va
liditatem condescendo particulariter ad singulas senten-
tias interpretationum prædictarum. Et cōsidero q prima
sententia fuit lata ex vi retentionis suprà mētionatæ, quā
fecerunt arbitri & tertius de interpretādo, &c. in dicto au-
tem compromisso fuerat tempus arbitris præfixum, infra
quod sententiare deberent. Imò omnis prorogatio fuerat
(vt proximè dicebamus) eis interdicta, & sic extra cōpro-
missi tempus sententiare non potuerunt. Imò lapso tem-
pore ad sententiandum in compromisso apposito, ipsum
etiam compromissum expirauit, l. si cum dies. & l. arbiter
ex compromisso. ff. de arbit. Nec sumus in casu, in quo
possit induci prorogatio, propter illa verba compromis-
si, infra tempus compromissi, & etiam post: quoniam
illa verba sunt accessoria, & respiciunt executionem di-
spositionis factæ: ideo principalem dispositionem non
alterant, vt not. Panorm. capitu. cum nostris. in princip.
extrà, de concess. præbendæ. not. Felyn. capit. licet, extrà,
de offi. ordin. Alexan. in l. more. ff. de iurisd. omnium iudi.
col. 6. & Antonius de Butr. consil. 29. inci. visis puncto &
quæsito, &c. vbi voluerunt, quòd clausula in executiua
apposita vim primarię dispositionis nō alterat: & ita scri-
psi suprà consi. 7. versi. 3. & consi. 26. versi. 49. & 55. & sic
ex vi d. clausulę constat prorogationem fieri nō potuisse,
& per consequens dictam interpretationem primam &
8 sequentes nullam esse. † Et si dicamus per verba prædicta
fuisse datam potestatem arbitris prorogandi tempus com
promissi ad declarandum, interpretandum, & corrigen-
dum, &c. pro vt sonare videntur dicti compromissi ver-
ba, constat adhuc ex eis quòd dicta potestas limitata fuit
ad corrigendum, interpretandum, & emendādum verba,
sententię ambigua & obscura: & sic non fuit eis data pote
stas vsque adeò ampla, qualem sibi retinuerunt: scilicet
tempus annorum decem ad addendum, remouendum,
interpretandum, declarandum, corrigendum, & emendan
dum, & mutandū in toto vel in parte, semel & pluries eo-
rum primam sententiam. ideò in eo excesserunt formam
compromissi, & sic nulliter egerunt, vt suprà dicebamus.

Præterea considero etiam si prorogare tempus potuis-
sent, hoc fuisset ex potestate dicti cōpromissi, in quo fuit
eis assignatum tempus ad arbitrandum fermè vnius men
sis: ergo prorogare non potuerunt vltra mensem vnum,
quoniam est compertū in iure, quòd prorogatio non pos-
sit esse maioris temporis quā fuerit primum tempus cō-
promissi. Illud fuit singulare dictum Bal. consi. 219. incip.
nobiles viri, &c. vol. 1. quod dictum refert & sequitur pro
singulari Lanfran. de Oriano, in suo tract. de arbitr. charta
5. colū. 2. ad princip. & vtrunque refert & sequitur domi-
nus meus Hippoli. de Marsil. singulari 52. incip. proroga-
tio compromissi. Interpretatio autem prima (si ita possit
appellari) lata fuit quasi post duos menses post huiusmodi
prorogationem. Secūda verò lata est elapso biennio post
illud tempus prorogationis: & sic constat vtranque latam
fuisse post tempus, ad quod potuisset per arbitros proro-
gatio fieri, posito pro constāti quòd illā facere potuissent.
& sic earundem est notoria nullitas per ea quę suprà dicta
9 sunt. † Vlterius ad primam correctionem vel interpreta-
tionem redeundo, considero quòd dicta prima interpre-
tatio fuit lata per nobilē Castellanum Empoliæ, qui eam
ferre non potuit, cū esset à partibus electus tertius in casu
quo discordarent inuicem illi duo arbitri quos elegerant:

ita quòd

ita quòd dictus tertius illo casu adhærendo alteri eorum,
(fateor)quòd valuisset dicta sententia (nisi aliud legitimũ
obstitisset,pro vt infrà monstrabimus.)ipse autem nobilis
Castellanus eam principaliter ferre non potuit,pro vt fe-
cit:quoniam ipse dominus Castellanus nõ erat arbiter,sed
bonus vir,vt notat Baldus in l.1.col.2.versiculo,& est arg.
C.de his quæ pœnæ nomine.Bar.& Alex.in l.si dominiũ.
de furt.& Speculat.tit.de arbit.§.fi.versic.sed nunquid iste
10 tertius.& versic.sed nunquid stabitur,&c.† Nec obstat di-
ctum Innoc.in c.Raynaldus.in glo.in versi.ex forma,ex-
trà,de testam.qui voluit arbitrũ laudare posse alio absente
si ipse prius declarasset suam voluntatem.Loquitur enim
Innoc.in duobus arbitris,qui sententiam suam tulerunt in
absentia tertij, qui quoniam comparere non poterat, de-
clarauit illis duobus arbitris suam volũtatẽ & intentionẽ.
Vnde nimirum si valuit huiusmodi sententia,quemadmo
dũ si lata fuisset in ipsius præsentia, & tacuisset,vt per Spe.
titu.de arbi.d.§.fi.vers.quid ergo si se fraude absentat,&c.
Possumus etiam ad præall.dictum Inno.respõdere post
Bar.in pręall.l.item si vnus.§.item si plures.ff.de arbi.& in
l.Celsus.eo.tit.& in l.si duo ex tribus.vbi etiã Imo.& do-
minus Alex.versi.quærit hic Bart.cum concord.ibi per eũ
signatis.ff.de re iudic.quod dictum Inno.simpliciter non
est verum.Quinimò dicit Bar.in d.l.si duo ex tribus.quòd
si tertius præsens fuit in causæ discussione, & dixerit opi-
nionem suam,& inde recesserit, quòd etiam illo casu duo
laudare non possint absente illo tertio, ex defectu potesta
tis,licet Inno.in hoc vltimo contrarium voluerit. Sed di-
ctum Bar.verius est(saltem de iure ciuili)pro vt not.Abb.
consi.77.incip.in Trinitatis indiuiduæ.colum.4.versicu.
ad primum,&c.volumine.2.& ita concordando contra-
rias opiniones dicit Abb.ibi, ꝙ Inn.qui Canonista fuit,lo
quutus fuit secundum ius canonicum, secundũ quod va-
let sentẽtia lata per duos arbitros, tertio absente,requisito
tamen:licet contrariũ de iure ciuili verũ sit, vt in d.§.itẽ
si plures.vbi Bar.& doct.& hoc etiã latius infra explicabi-
mus.& loquitur etiam ipse Inno.quando constat de voto
animi ipsius tertij: de quo si non constat, admittit etiam
idem Inno.secus esse.quod etiam voluit Bal.in sua Marga
rita,in ver.arbiter.versi.idem 3.&c.
Ad propositum igitur redeũdo,dico quòd licet de iure
canonico procedat Inno.opi. vt suprà dicebamus,attamẽ
extra terras subiectas temporalitati ecclesiæ Romanę,pro
vt est Catalonia,contraria opinio locũ habet.Ita.not.Bar.
in l.hæredes.§.peto.vbi omnino Ioan.de Imo.& Alexan.
columna.2.versic.inducitur.extra glo.ff.ad Trebel.per l.
item si vnus.§.Celsus quoque.ff.de arbitris & d.§.item si
plures.& not.Lanfran.de Oriano in præall.tract.arbitro-
rum,par.5.q.13.Sic etiam regulariter vbi leges & canones
contrariantur,Canones seruantur in terris subiectis tem-
poraliter ecclesiæ Romanæ.in alijs autẽ leges,pro vt not.
communiter Ancha.& doct.c.ecclesia sanctæ Mariæ.vbi
etiam Fely.col.15.versi.sed pro intelligẽtia omnium.ex-
trà,de consti.In Catalonia autem seruãtur leges, nisi qua
tenus contrariantur constitutionibus & vsaticis Barchi-
nonæ(quæ sunt leges patriæ)vt in cõstitutionibus per Re
ginam Mariam in curijs Barcinonen.secũdis celebratis,
11 c.17.incip.*assaus es cosa*,&c.† Prætetea considero quòd iste
tertius à partibus fuit electus(vt proximè dicebamus) vt
in casu discordiæ inter ipsos arbitros,posset adhęrere alteri
ex ipsis duobus cui vellet: & tunc illius cui adhæreret sen
tentia præualeret & efficax esset,vt constat ex tenore cõ-
promissi.Sed ex instrumento dictæ primæ correctionis,
apparet eam latam fuisse per dictum dominum Castella-
num tertium sæpedictum, qui tamen cum limitatam ha-
beret ex dicto compromisso potestatem, illam ferre non
potuit, sed solummodò adhærere opinioni & sententiæ
alterius arbitrorum in casu discordię prędictę,& illius sen
tentiã facere validã.Cũ ergo dicatur adhærens is qui spon
tè est eiusdem volũtatis cuius est principalis, secũdũ Ang.
in auct.de hęred.& Falci.in prin.colla.2.versi.ex hoc no-
ta.& in auct.de alie.& emphyteu.§.œconomis.versi.vl-
timo nota.colla.9.per tex.in c.ad Apostolicæ.de re iudic.
lib.6.debuit saltem alter arbitrorum sententiam ferre, cui
potuisset d.do.Castellanus iuxta concessam sibi potestatẽ
12 adhærere,& non è conuerso.† Alia etiã nullitas deprehen
ditur sententiæ præd.ex illius instr.præd.s.quòd d.nobi-
lis Castellanus eam tulerit 13.mẽsis Aprilis anno 1481.al-
ter verò arbitrorum, scilicet nobilis Iacobus Alemanni,
die 14.dictorum mensis & anni: & sic die altero postquã
eã tulisset dictus dominus Castellanus.Et per consequens
etiam si d.Iacobus Alemanni seruando formam compro
missi,eã prius tulisset,& postea sæpe dictus dominus Ca-
stellanus eam promulgasset, nihilominus dicta sententia
siue interpretatio, imo etiam arbitralis sententia nulla es-
set,quia separatim lata esset, vt est tex.in l.quid tamen.iun
cta gloss.in ver.separatim.ff.de arbi.& ita not. in terminis
per illum textum, & alia multa quæ ad hoc allega: Socin.
consi.54.incip.abundè.col.2.versi.secundus casus,&c.ad
13 fi.vol.1.† Deprehenditur & ex eodem instrumento alia
nullitas dictæ sententiæ: quoniam in vtraque promulga-
tione constat nobilem Petrum Ycard.alterum ex arbitris
præsentem non fuisse.Ideò succedit id quod suprà versic.
10.dicebamus,quòd licet duo ex arbitris possint in execu
tione compromissi procedere,non tamen possunt senten
tiam ferre: quia potestas data pluribus arbitris, competit
eis non insolidum,sed omnibus simul iunctis,l.Pedius.ff.
de arbi.Bar.not.in l.1.§.si plures.ff.de exercito.Inde est ꝙ
sententia lata à duobus tertio absente non valet:intelligo
eo requisito,vel non citato,etiã si de iure canonico.Ita di
cit Alex. esse decisum in l.duo ex tribus.ff.de re iudic.&
not.Ioan.de Ana.consi.83.incip.visis his,&c.col.2.versi-
culo,circa secundum dubium, &c.& ita dixi suprà dicto
versi.10.per l.item si vnus.§. Celsus.cum l.sequent.ff.de
arbi.suprà allegatam.de quo no.in capitu.secundo.eodem
titulo,lib.6.& in capitulo.vno delegatorum.extrà,de of-
fi.delega.& facit c.causam matrimonij.eo.titu.& in terris
quæ non sunt de temporalitate ecclesiæ Roma.hoc est in-
dubium,vt suprà proximè dicebamus.& not.Io.de Imo.
consi.130.incip.in casu præmisso.in primo dubio.Fulgo.
consil.145.Angel.consil.152.Paul.de Castr.consil.125.&
Ioan.de Ana.consi.52.incip.in quæstione Eustachij, &c.
14 † Alia etiam & ex eodem instrumento deprehenditur nul
litas,quoniam non constat partes fuisse citatas, vel præsen
tes,sed altera tantum:& licet in dicto compromisso fuerit
dictum quòd possent arbitri sententiã ferre partibus præ
sentibus vel absentibus,aut altera parte præsente, dico ꝙ
subditur in dicto compromisso, & altera per contumaciã
seu aliàs quouis modo absente. Attamen de alterius partis
citatione non constat, quæ alias contumax esse non po-
tuit,vt sunt iura vulgaria.Nec dictio,aliàs, ampliat in casu
nostro,sed eandem qualitatem refert, vt intellexisse videã
tur compromittentes, quòd in absentia partis alterius per
contumaciam,vel aliàs legitimè,puta si causa fuisset ad il-
lum diem continuata,& non esset præsens,arbitri nihilo-
minus possent ferre sententiam,iuxta l.deniq;.§.vtrũ.ff.de
pecul.js.& l.1.§.illud.ff.de aqua quoti.& æstiua.Quinimò
etiã si fuisset apposita cõpromisso clausula, partibus absen
tibus,&c.attamen secundum cõem doctorũ sententiam,
tenentur arbitri citare partes ad eorum sententiam audien
dam.Illud fuit originale dictum Specul.tit.de arbitr.§.ex-
cipitur.versiculo,sed pone quòd sit dictum quod pro no-
tabili refert & sequitur Roma.singulari 269.incip.com-
promissum est. Idem in repet.l.1.col.5.versiculo,venia-
mus ad materiam citationis.ff.de arbit. Idem.consil.298.
incip.hæc sententia duplici respectu nulla est.dominus
meus Hippolit.de Marsil.singulari.172.incip.fiunt quoti
die compromissa.Alex.in l.si quis arbitratu.col.5.versi.4.
limitatio.ff.de verborum obligationibus.notat Ioann.de
Imo.c.cum dilectus.extrà,de arbit.Felyn.c.olim.extrà,de
re iudi.& dominus meus Philippus Decius consi.39.inci-
piente,iuridicum esse arbitror.ad princip.vol.1.& Franci-

scus de

cus de Curte, consilio 31. & 32. in princio. & in addition.
15 †Sed fingamus supradicta non procedere, quòdque om-
nes arbitri iuxta compromissi formam illam primam de-
clarationem vel correctionem fecerint, adhuc illam dico
eo modo quo lata fuit, nõ procedere. Cum.n. cõpromissi
verba sint strictè intelligenda, vt notat Bart. in l. si expres-
sim col. 2. versi. videtur mihi dicendum. ff. de appell. per l.
1. C. si plures vna sentẽtia, &c. & l. si à te. de except. rei. iu-
di. & no. Frãciscus de Aretio in l. Pomponius. §. si iussu. ff.
de acquir. possess. & in cõpromisso fuerit arbitris data solũ
facultas emendandi, interpretandi, & corrigẽdi, si quæ in
eorũ pronuntiatione dubia, vel alia digna interpretatione
vel emendatione occurrerent: & cũ verba sententiæ, quá
postea dictus Castellanus primò & secundò, vt est dictũ,
correxit, fuissent omnino clara, nõ potuit esse locus decla-
rationi, et si à iure aliquis intellectus huiusmodi verbis da
ri posset. Detur exemplum in l. nummis. ff. de leg. 3. & ita
notabiliter declarat Bar. ad propositum, in l. ab executore.
in princip. ff. de appellation. Idem tenet Bal. & clarius in l.
3. C. commina. episto. glos. & doctor. in l. si sic stipulatus.
vbi etiam Alexã. ff. de verborum. obligationibus, & in l. si
16 mihi & tibi. eo. tit. †Præterea attendentes potestatem de-
clarandi, quam eis per dictũ compromissum datam fuisse
prętendunt, illã nimirum excesserũt in dicta prima decla-
ratione seu correctione, & multò magis in secunda inter-
pretatione: quoniam declaratio & interpretatio de sui na-
tura nihil noui facit, vt post Card. in Clem. constitutionẽ.
§. s. de elect. per l. hæredes. §. si quid post. & ibi Bald. ff. de
testamen. & ita notat Ang. ibi, not. doctor. c. cum dilecti.
extrà, de accusat. & in c. 1. de summa Trinitate. lib. 6. no-
tat Fulg. cons. 548. in fi. Socinus consi. 254. col. pen. vol. 2.
& Andræas Siculus consi. 42. volum. 3. Quantum autem
innouent ad ipsam arbitralem sententiam dictæ declara-
tiones, & signanter secunda, constat vel ipsi cæco, qui eas
aut vnam cum altera contulerit. Correctio aũt licet cum
aliqua suppletione fieri possit, vt per Ang. in auctẽt. de nõ
alien. §. 1. & in auctent. de nupt. §. per occasionẽ. illius me
tas & fines nimirum excesserunt, contra l. quia arbiter. &
ibi gloss. ff. de arbitr. ideò nulliter & extra compromissi po
testatem iudicauerunt. Quinimo expressè latæ fuerũt duę
sententiæ contra l. dicere. & ibi not. per Bartol. 3. notabili.
& per alios. ff. de arbitr. & in l. quod iussit. ff. de re iudi. &
contra ea quæ not. Spe. eod. titu. §. fi. versicul. licet autem.
17 †Quoad vero secundam, quam declaratoriã dicunt (quæ
inter eas quæ super huiusmodi negotio latæ fuerunt tertia
fuit in ordine) dicta omnia contraria specificè & singula-
riter procedũt quæ illam reddunt nullam, & ex sequen-
tibus fundamentis & rationibus. Primò quia controuer-
sia super qua fuerat compromissum cum fuisset per pri-
mam sentẽtiam arbitralem decisa, iuxta præalleg. l. dicere.
ff. de arbit. non potuerunt arbitri rursus super eodem nego
tio pronuntiare, vt ibi dicitur. Et si dicatur arbitros ex po-
testate sibi data prorogasse tempus compromissi in decen
nium, addendo ad suprà responsa dico, præfatis arbitris se
mel duntaxat licuisse interpretari & declarare, per tex. in l.
fideicommissa §. si quis decem. ff. de leg. 3. & per tex. in c.
cum in multis. & vtrobique doctor. de rescripi. lib. 6. & ita
notat dominus meus Ias. in l. quod iussit. ff. de re iudic. &
Francis. de Curte, consi. 27. col. 5. præsertim ex quo illi ar
bitri fuerunt voluntarij, & non necessarij, vt enitemus di
ctum Speculat. tit. de arbit. §. excipitur versiculo, sed quid
si fuerit actũ. de quo omnino per Bald. in l. 4. in lectura an
tiqua. C. de his quæ pœnæ nomine. Ideò potestas huius-
modi quam dicti arbitri se habere prætendunt etiam ex
compromisso, ad declarandum & interpretandum, per pri
mam eorum sentẽtiam declaratoriã vel correctoriã ex-
pirauit, ita quòd eis non licuit secundò interpretari vel
declarare, vt suprà dicebamus: & ita etiam tenuit Ange.
consi. 278. Nec enim potuerũt etiam omnes arbitri simul
post primam eorum declarationem variare, aut illam im-
mutare, vt expressè notat Alex. in l. inter stipulantem. §. 1.
ff. de verborũ obligation. per not. per gloss. in c. in nostra.
& ibi Abb. & modern. extrà, de testi. ad quod allegatur gl.
singularis in l. quicquid astringendæ. vbi etiam Alexan. &
doctor. ff. de verborum oblig ation. Cum ergo verba com
promissi strictè sint accipiẽda, vt suprà dicebam⁹, & ideò
repellatur omnis impropria & larga interpretatio, vt per
gloss. & doctor. in l. eas causas. ff. de condit. & demonst. nõ
video quid coloris habeant illæ duæ sententiæ, quæ textu
interpretationis & emendationis post laudũ prætendũtur
18 esse latę. †Est aliũde dicta postrema sentẽtia nulla, quoniã
lata est contra textum expressum in l. si cum dies. §. arbi-
ter. ff. de arbir. vbi est textus expressus quòd arbiter senten
tiam ferre nõ potest nisi in loco compromissi, vel in loco
in dicto compromisso declarato: & hoc ipsum notat Inn.
in c. præsentata. in glossa in versi. sola. vbi etiam doctores,
extrà, de testi. Ita etiam notat Specula. titulo de arbit. §. dif
fert. versiculo, item non potest. præsertim cum partes in
compromisso circa hoc nõ prouiderint. Compromissum
ergo cum appareat factum in ciuitate Barchinonensi prin
cipatus Cataloniæ, vltimam verò sententiam constet latã
fuisse in castro Mõtissoni regni Aragonum, manifesta est
huius sententiæ nullitas, quamque nullus nisi mentis he-
bes negauerit. Locus autem vbi factum est compromis-
sum, dicitur esse locus compromissi. vt notat Specul. vbi
supra proximè. versiculo, itẽ quæratur an strictè. & vtrũ-
que dictum refert & sequitur pro singulari Roma. singu-
lari 139. incip. tu habes quòd arbiter. ad quod facit c. Ro-
dulphus. extrà, de rescripr. & c. si ciuitas. & vtrobique not.
19 de sententia excom. lib. 6. †Similiter attendamus longum
tempus quod inter compromissum & vltimam sententiã
effluxit, & conferamus not. per Fely. in præalleg. c. præsen
tata. dicẽtem longæuam absantiam vel moram facere ex-
pirare compromissum: & apertius dominus meus Iason
in l. sed & si quis C. commuoia de lega. post princip. & in
l. si quis arbitratu. versic. 28. ff. de verb. obligation. dicens
arbitrandi potestatem vltra annum non durare: cuius di-
ctum si sit verum (aliter enim non firmo,) mõstraret aper
20 tam nullitatem dictæ vltimæ sententiæ. †Postremò atten
datur quòd tempore vltimæ sententiæ res suam naturam
mutauerat, quia per obitum nobilis Onofrij de Rupeber
tino alterius ex compromittentibus, bona facta fuerant
pupillaria. Vnde compromissum ipso facto expirauit, etiã
si in eodem fuisset dictum, quòd arbitri præsentibus par-
tibus, aut eorum hæredibus pronuntiarent, l. si compro-
missum ita. & l. sequen. ff. de arbi. not. Specul. eod. titu. §.
finitur. versic. item si dictum sit. Quantò ergo magis in
casu nostro compromissum hoc ad hæredem non transi-
bit, ex quo nihil dictum fuit, l. diem proferre. & l. in com-
promissis. & lege. arbiter. eod. titul. de arbitr. & dicto cap.
præsentate. vbi Anton. de Butr. Ioann. de Imol. & doctor.
de offi. deleg.

Nec facio in casu isto differentiam, si in arbitros aut in
arbitratores factum sit compromissum, quoniã vtroq; ca
su locũ habet decisio præd. vt per Spe. in d. ti. §. excipitur.
versi. Item ꝙ compromissum. & §. finitur. suprà allegato.
versi. item morte. & ibi Io. And. in add. & Lãfran. in tract.
de arb. sępe alleg. par. 3. constat autẽ de dicti Onofrij mor
se, vel ex eo quod dictus nobilis Castellanus, tanquam tu
tor testamentarius filiæ pupillæ dicti Onofrij, sententiã
prędictam vltimam approbauit & emologauit. & sic nõ
voluit dicta sententiam, præsertim ex quo factũ erat com
promissum super indiuiduis, secundum gloss. in præalleg.
l. dicere. §. s. ff. de arbitr.

Post primam insuper sententiam, apparet dictũ domi-
num Castellanum factum fuisse tutorem dictæ filiæ pupil
læ Onofrij, alterius ex compromittentibus, & ob id eum
non potuisse cogi propter superuenientem tutelam sentẽ
tiam ferre. Consequẽs est quòd expirauerit potestas d. do-
mini Castellani, quoniam mutatione status arbitri cõpro
missum expirat, l. non distinguemus. §. sacerdotio. & ibi
doct. ff. de arbi. & in d. c. præsentata.

Omitto quòd ſi conferatur vltima iſta ſentẽtis ſeu prima interpretatio(ſi ita dici mereatur) cũ vltima, cõſtabit euidenter enormiſsimè ſuiſſe læſam dictam pupillam, hæredem pręfati quondam nobilis Onofrij: vnde etiã ſi pręmiſſa ceſſarẽt, ex capite læſionis illius enormiſsimè infringeretur dicta ſentẽtia, & ſi renũtiatũ fuiſſet reductioni ad arbitriũ boni viri, vt notat omnino dñs meus Philipp. Decius præalleg.conſi.39.vbi remiſsiones adducit ad ſatietatem:& hæc reſolutio, cum ſcrupulo careat, nõ inſiſto: ſed nec ſubſiſtit dicta vltima ſententia ex illo capite, ꝙ agebaẽ de bonis pupillæ, quæ prius fuerunt adiudicata patri, per l. nõ diſtinguemus. §.de temporali.ſæpealleg.tit.ff.de arbit.

Prætereo vel ſponte non conſtare per ſcripturam authenticam aliquẽ ex duobus arbitris dictã vltimã ſententiã tuliſſe, pro vt tum ex verbis expreſsis compromiſsi, tum etiam ex iuris communis diſpoſitione debuit apparere, l.j. & ibi glo.& doct.C.de ſententijs & peric.reci.& not.Roma.in repeti.l.1.col.11.ff.de arbitr.

Ex quibus reducẽdo præſentis conſilij maſſam in vnã ſummam, reſoluo, tum primam arbitralem ſententiã.quãuis lata fuerit per arbitros & tertium, ac ipſum etiam compromiſſum, de nullitate argui poſſe: ſic etiam ſecundam, ſiue primam declarationem, & multo magis tertiam ſiue ſecũdam interpretationẽ. Et ita vt eſt dictum ſuprà & concluſum, decidebã & reſoluebam, ſaluo, &c. Barchinonę, 1525.ad laudem & gloriam Dei. Ego Celſus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio c.primi.vt lite pendente, li.6.an & quando locum habeat in præſentatione.& nu.2.3.4.*

2 *Patronus præſentare poteſt ad beneficium quod de iure tantum vacat, licet non vacet de facto.*

3 *Rationes plures quando poſſunt in vna diſpoſitione aſſignari non eſſet ſatis quod vna illarum procederet, ad hoc quod fieri poſſet extenſio ex rationis identitate.*

CONSILIVM. LII.

VIHI præſuppoſitur, ꝙ vocante de iure pariter & de facto quodam perpetuo ſimplici beneficio, ſiue capellania, patronus ſeu iuris patronatus poſſeſſor, quendã Antoniũ ad dictũ beneficiũ legitimè præſentauit infra tempus ſibi à iure conceſſum, & literis dicti emanatis iuxta formã c.ſi.de elect.li.6.infrà terminũ per eaſdem literas pręfixũ, quidam Michael ſe oppoſuiſſe dicitur huiuſmodi præſentationi, allegãs ſe de fundatoris eſſe, ac dotatoris genere, ſibiq; iuxta dotaliæ formã conferendum eſſe beneficium prædictum. Orta deinde lite inter dictum præſentatum & contradictorem, eadem lite iam cœpta, & per annum & vltra continuata, deceſsiſſe præſupponitur dictus Antonius præſentatus: poſt cuius deceſſum dictus patronus Nicolaum, dicti Antonij ex vtroque parente fratrẽ, ad dictũ beneficiũ immediatè præſentauit. Patronus & nouus pręſentatus ſuam intentionem fundant ſuper ca.ſi electio.& quæ ibi not.per doct.de elect. lib.6. è contra verò dictus Michael.dicit huiuſmodi præſentationẽ fieri nõ potuiſſe, cum ſit in cõtrariũ tex.in c.1.vt lite pendẽte.eo.li.6. ſuper quo quæritur à me quid iuris? †Fundamẽtũ igitur dicti d. Michaelis, quantũ ad dictã nouã præſentationẽ, ſuper cuius validitate vel nullitate petitur à me duntaxat conſiliũ, cõſiſtit penitus in d.c.1.vt lite pen.li.6. vbi dicitur ꝙ ſi ex duobus litigantibus electis alter decedat, renũtiat, vel excludatur à cauſæ proſecutione, ſi lite pendente cum reliquo fuerit alia facta electio, illa non tenet: & licet dictus tex.loquatur in electione, dictus tñ Michael prætendit eũ locum habere etiam in pręſentatione, pro vt ita tenuit in proprijs terminis Cald.conſi.5.ſub rubr.vt lite pen.inc.an capitulũ primũ.quod conſilium eſt duplicatum, & rurſus poſitum ſub tit. de iure patro.conſi.18.cuius motiua ſunt potiſsimum tex.in d.c.j.dicens ꝙ ſicut poſſe ꝙ habebant electores per obitum primi, eſt hodie impeditũ, per dictũ c.j. propter litis pendentiam: ita etiam poſſe patronorum accumulãdi & ſi eſſent infra tẽpus infra ꝙ variare poſſent. Aduerſatur.n.Cald.ibi, patronũ accumulare poſſe infrà tẽpus iuris ſi lis pendeat. Nam iure(dicit) quæ de variatione & accumulatione faciunt mentionẽ, loquũtur in caſu quo de vno tm̃ pręſentatio facta eſt. Si.n.plures à principio fuerint pręſentati, ſubdit à iure negari poteſtatẽ accumulãdi. Mouetur ẽt quia cum legis interpretatio ſecundum ipſius rationem procedat.27.q.j.c.nuptiarum.& c.debitum.extrà, de bigam. ſequitur quòd caſus in quo ſubeſt per omnia eadẽ ratio, ſaltẽ tacitè incluſus eſſe intelligitur, l.quędã. §.nummularios.ff.de edẽdo. & l.ſi poſtulauerit.§.ratio.ff. de adul.& ſic(ait) non eſt addere nouũ caſum, ſed ꝙ prius etiam in ratione legis includebatur, ſecundum æquitatem detegere, ſiue declarare: ad quod allegat c. ſi poſtquam.de elect.lib.6.& de appellat.c.nouit. Caſus etenim in quo ſimilis habetur ratio, habeẽ pro expreſſo, vt not. doct.poſt gl.in l.gallus.ff.de libe. & poſth. Dinus in regula. in argumentum.li.6.& Lappus alleg.23.incip.an ſufficiat.his poſiſsimum rationibus Cald.vbi ſuprà, motus ſuam fundat opinionẽ: quę ſi tollantur, apparet de clara iuſtitia) quoad dictam præſentationem (Nicolai noui præſentati.

Et licet ex præmiſsis colorata videtur dicti dom. Michalis iuſtitia, præſertim propter auctoritatẽ Cald.& rationes illius, ego tñ præmiſsis non obſtãtibus, reſoluo in cõtrariã ſentẽtiã: & dico patronũ potuiſſe de nouo dictũ Nicolaũ præſentare, ac nos eſſe in caſu c.ſi electio.de elect.li.6.ſuprà alleg.per generalitatẽ dicti textus. Quinimò ſi patronus fuiſſe infra tempus, quo poſt primã præſentationẽ accumulando variare potuiſſe, ꝙ etiam dicto caſu ita potuiſſet variare, quicquid ſcripſerit Cald. in dictis conſilijs, litiſpendentia huiuſmodi non obſtante, per tex. in c.cũ autem.extrà, de iure patrona.qui etiã tex.loquitur generaliter, & ibi Abb.hoc ſentit, qui per illũ text. voluit patronũ poſſe variare, etiã in præiudicium præſentati.dato ergo ꝙ fiat præiudicium præſentato, quando fit lite pendẽte illud non eſt curandum. Ratio.n.quare patronus laicos variare poſsit eſt, vt corrigere poſsit ſuũ errorem, ſi quem in prima præſentationé commiſit.vt not.Cardi.in d.c.cum autem.& Io.Andr.in c.cũ vos.ad ſi.extr.de offi.ord.Sed hęc ratio ita militat lite pendente, ſicut quando non pendet: ergo, &c. Quinimò plus voluit Abb.in c.quod autem.in 2. notab.eo.tit.quòd patronus variare poſsit vſquequò fuerit inſtitutio ſecuta: & ita etiam tenet Card. Flo.c.paſtoralis.in vltima q.ext.de iure patro.

Et in terminis noſtris reſoluit Card. in c.ſi.col. vltima. verſiculo, ſecundo quęro.ſępeall.tit.de iure patro.dum voluit, quòd ſi patronus eligat præſentandum, & iſte electus renuntiauerit anteqam præſentetur, patronus non habebit iterum quatuor menſes ad præſentandum à die renũtiationis illius: nec.n. locum habet diſpoſitio præalleg.c.ſi electio.quia patronus, vt ait, eligendo præſentandum nõ fecit quod in eo erat, ex quo non præſentauit. Si autẽ præſentauit, & ille pręſentatus renũtiet, habebit patronus integrum tempus, vt eſt prædictũ. Et hanc deciſionẽ refert & ſequitur dominus meus Rochus de Curte in ſuo tract. pat.in verb.honorificum.q.42.vbi etiam ad hoc allegat Rotã. deciſio.268.incip. Si aliquis præſentatus.& ſuper hoc nõ videtur altercandum, pro vt not.communiter om
2 nes in præalleg.c.ſi electio.†Poteſt etenim præſentare patronus ad beneficium quod de iure tantum vacaret, licet non de facto: quòd probatur in ſimili, in c.licet Epiſcopus.de præben.li.6.vbi hoc firmat Gemi.quoniam beneficium vocans de iure, conferri poteſt: & ita per illum text. et aliud fundamentum concludunt do. de Rota.deci.365. incip.nota, nunquid patronus.in antiq. firmat Gemi.in c. fundamenta.§.penult.de elect.li.6.Roma.conſ.465.incip. in re præſenti, &c. & Fely. refert. & ſequitur in c.cæterũ. col.pen.extrà de reſcript.

Nec

Nec obst.tex.in dicto ca.1.vt lite penden.loquitur.n. tex.ille vbi litigantes fuerunt electi, nõ autem in petitore vel contradictore, vt expressè voluit Archidiaconus:ibi, super verbo,celebratis quod etiam ibi not. Mod.quod & voluit glos.in c.seq.in ver.possident. Insuper in casu dicti c.1.per mortem vel renuntiationẽ alterius lis non erat extincta;cum essent alij fortè qui dictam electionẽ presequebantur,siue ratione tituli, quo ius habebant in re vel ad rẽ, siue ratione iuris eligendi,vel pręsentãdi,vel conferẽdi,quod se contendebant habere,qui fortè mortuũ elegerant, pro vt voluit gloss.pen.in d.c.penult.& in clementi.1.in verb. intersit.eodem tit.Ideò.si lite prædicta pendente. electio noua vel præsentatio probibeatur, hoc est, quia aliàs sequeretur viuenti deberi, cum appareat amplius defuncto non deberi,contra id quod glos.præalleg.pen.dicit,in ver. electi.& apertius tex.in dicta clemen.1.versi.si verò alter. ibi:si superstes cuius intersit causam nihilominus prosequatur.Ergo si nullus sit qui dictam causam prosequatur, poterit indubiè fieri præsentatio, imò etiam electio,quia non essemus in casu dispositionis dicti capit.1. vt lite pendente de quo per Rotã deci. 307.incip.nota secũdũ opin. Io.And.in antiq.Similiter non obst.decisio. Cald.præallegata:quoniã loquitur sine lege & iuribus. Vnde nõ modò non est præferenda opinioni Card.& doct. vbi suprà,etiã si adhærentes haberet: quãdoquidem non attenditur quis doctor cõsulat,sed eius rationes & auctoritatta,pro vt dicebat Feder. de Senis. consil.229.quem refert & sequitur And.Siculus in c.canonum statuta.colũ.22.versi. ego vi-
3 di,&c.extrà de consti.† Nec etiam obstant rationes Cald. prædictæ,quæ fundantur super d.c.1.ad quod, pręter ea quæ suprà dicta sunt & responsa,dicere possumus, quòd nihil facit ad id pro quo illud cap.1.allegat, cum loquatur in electione,nos autem sumus in præsentatione: quæ (præsertim ea quæ fit à patrono laico)multũ differt ab electione, vt per Abb.& doctores in c.auctoritate.extrà de Institut. imò cum pœnale sit dictũ c.1.restringi debet ad casum in quo loquitur,& non ad casum in præsentationis extẽdi.l. si vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio.cũ istud quod lex,vel ius non dixerit,nec nos dicere debeamus.l.si seruum.ver. non dixit prætor.ff.de acquirenda hęreditate.cũ simili.Et aliàs vera ratio dicti tex.secundũ eundẽ Cal.est,quia si lite pendente.liceret eligere,lites protraherentur in longũ, in ecclesiæ dispendiũ. Ideò cum electus superstes ius habeat saltẽ ad rem,& titulũ coluratum:quia fuit etiã electus quemadmodum fuerat mortuus,vel renũtians,cum aliàs iura pro electione, vel præsentatione præsumant:nimirum si in casu dict.c.1.probibeatur alia electio.quæ tamẽ ratio in casu nostro nõ procedit:imò contraria. quia ille Michael non fuit præsentatus ab aliquo patrono. Imò sequeretur aliàs vnum inconueniens, quod ille qui legitimè beneficium consequi non potest,si se opponeret,& pendente lite pręsentatur.pro cuius,vt dixi. præsentatione iura præsumũt, decederet:ipse (licet illegitimè) beneficium consequeretur:quod omnino iura prohibent.

Possunt & ad dictũ c.1.aliæ rationes assignari,præter illam,quã dat Bald.vbi suprà. quòd etiam ipse non negat. Vbi aũt in aliqua dispositione possunt assignari rationes plures,non esset satis quod vna sola procederet, vt est glossa notab.in §.affinitatis.institu. de nupt.& in l.liberorum.in prin.ff.de his qui notantẽ infamia.& in l.ventri.§.in bonis. cum glos.ff.de priuileg.credi.& notat Barr. in l.1.col.6.ff. soluto matrimonio.Ideò si aliæ rationes quæ Rom.pontif.induxerunt ad editionẽ decretalis prædictę cessent,pro vt suprà dixi,illa in pñtatione nõ habebit locũ in illo ca-
4 su. † Postremò considero,quod non sumus in casu super quo Cald.consuluit.quia rectè examinatus, loquitur quando sunt duo præsentati, quorum alter moritur,qui eandem habent præsentationẽ,quia vterq; præsentatus est: & hoc innuit tex.in pręall.Clem.j.iuncta gl.in ver.collato.vt lite pend.nos aũt sumus in casu quo vnus præsentatus est duntaxat, & ille moritur: & alter contradixit,qui superstes est,in quo casu non loquitur d.c.j.vt lite pend.pro vt not. Archid.ibi,super verbo celebratis. & post eum alij doct. ideò non facit contra nos d.c.1.nec etiam decisio præall. Cald.quæ super illo textus fundatur.

Ex quibus resoluo validam esse præsentationẽ de persona dicti Nicolai,præsuposito quod est qualificatus qualitate,quam requirit dotalia.Ita vt est præmissum decidebam & concludebam,saluo,&c.Barchinonæ 1525.ad laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter uiuos dicitur,quãdo aliquid donatur per donationem irreuocabilẽ, licet dictum sit quod sit valitura post donatoris obitum, & nõ ante: quo casu videtur executio illius esse dilata post ipsius donatoris obitũ: Ideo huiusmodi donatio nõ incipit à traditione, sed à conuentione, etiam si fuerint in ea apposita verba quæ traditionem denotant.nu.4.*

2 *Donata res potest alteri ante traditionem obligari, vel hypothecari, sed etiã donari.ita quod si postea traditur,transibit ad donatarium cũ onere obligationis illius, vel hypotheca,& quare.*

3 *Restitutioni subiecta per fideicommissarium possunt obligari,ac etiam alienari pro dote danda, vel pro dote,aut donatione propter nuptias restituenda, quando est de descendentibus grauantis.*

5 *Clausula constituti licet non modò fictam traditionem operetur,imò etiam veram & propriam,& dominium vtile fallit tamen in obligatione, vel alienatione priuilegiata. Conditio suspendit natiuitatem actionis & obligationis, & etiam constitutum.nu.6.*

6 *Constitutum post mortẽ constituentis collatum, licet aliqui voluerint non valere, communior tamẽ est opin. quòd valeat,licet nihil operetur ante ipsius constituentis obitum. vbi etiam quod constitutum regulatur secundum principalis dispositionem.*

CONSILIVM LIIII.

BERNARDVS Soriguera, vt in facti cõtingẽtia proponit, dñs proprietarius castri del Saguer in Catalonia situati, de dicto castro fecisse dicitur donationẽ Francisco Soriguera eius fratri, quam tñ esse valiturã post ipsius donatoris obitum,& non ante, fuit actum, & cum certis alijs pactis & conditionibus: præsertim quod si d.donator cum liberis decederet,haberetur d.donatio pro nõ facta,& esset ipso facto nulla & inualida. & præter id quod d. donatarius d.castri non posset assequi possessionẽ ante donatoris obitum:& casu quo sine liberis decederet, fuit in dicto donationis instrumento apposita per donatorem clausula constituti.Præsupponitur etiam donatorem prædictũ,post d. donationẽ nupsisse& ei⁹ vxori cõstituisse hypothecã pro dote quã tradidit, ac etiã pro donatione propter nuptias, quã fecit d.eius vxori, ac decessit ille postea nullis relictis li-
5 beris.Quæritur ergo de validitate d.hypothecæ.† Omisso verborum multiloquio, in quo solent abundare qui parũ de facto sunt informati, vel parũ cõcludentes rationes adducũt,vt veritas magis elucescat, præsuppono quod donatio de qua est quæst. donatio est inter viuos, vt verba dictæ donationis ostendunt, quãuis apposita fuerit clausula per donatorẽ,quod dicta donatio valida esset duntaxat,& effectũ haberet post ipsius donatoris obitum, & nõ ante,vt in themate præmittitur: & si ipse donator absq; liberis decederet. Quæ quidẽ donatio est pura & irreuocabilis in suo casu:cuius tñ dilatio & executio collatæ fuerunt post tempus mortis donatoris propter conditionẽ & diem interiũ in ea positũ.l.nam & si cum moriar.& ibi, Gulielmus de Cugno,Bar.& alij ff.de cõdict.indebiti.& est casus expressus in l.cũ marit⁹.§.si.ff.de pact.dota.& tenet Bar.in l.quæ

dotis nomine.colũ.2.ff.solu.mat.& in l.fin.ff.de pact.& in
l.Seia.ff.de doan.causa mortis.& dominus Didacus de Se
gura in repeti.l.5.§.si vir.ff.de acquir.poss.col.13.versi.ex
2 supradictis.† Secundò præsuppono quòd res donata ante
traditionem ipsius alteri, potest obligari: ita quòd si po-
stea traditio sequatur, transibit ad donatarium cum obli-
gationis illius onere, per tex.in l.fin.§. Lucius.ff.de donat.
vbi casus est expressus, & in l.3.vbi Bar.hoc not.per illum
tex.ff.de seruis expor.& in l.qui Romæ.§.Flauius hermes.
vbi etiam moder.ff.de verbor.obliga.Idem Bar.in l.5.C.
si mãcip.ita fue.alie.&c. Et ratio est, quia donator ante tra
ditionem remanet dominus: ideò potest rem donatam al
teri obligare.l.j.ad fi.C.de iure fisci.li.10.post gl.ibi in ver.
perfectã. allegat tex.in d.§. Lucius. & est tex.in l.quoties.
C.de rei vẽdicatione.vbi res donata, si alteri postea done
tur & tradatur antequã primo donatario, trãsfertur in hũc
3 secũdum dominium illius rei donatæ.† Tertio præmitto,
quòd bona subiecta fideicommisso, & aliàs alienari prohi
bita, non modò pro dotis constitutione: sed etiam pro do
tis restitutione, & pro donatione propter nuptias, quã in
Castella vocant arras, & in Catalonia augmentum, per fi-
deicommissarium, qui tñ est de descendentibus grauãtis,
obligari & alienari possunt. De primo est tex.expressus in
auctẽ.res, quæ.& in corpore vnde sumitur.C. communia
de leg. De secũdo aũt est tex.in l.mulier.§.cum propone-
retur: & ibi Bart. Paulus de Castro, & cõmuniter doct.ff.
ad Trebell. vbi per illum textum tenent, quòd sicut filia
mortuo patre se dotare potest de bonis restitutioni subie-
ctis, ita filius pro dote restituenda fideicommissum mi-
nuere potest. De donatione propter nuptias est tex.in d.
auct.res quæ.& in corpore vnde sumitur, pro vt latè pro-
sequitur Soci.consi.23.incipiente, in præsentis consulta-
tione, &c.per totum, vol.1.Intelligo, pro vt dixi, quando
grauatus est de grauantis descendentibus: aliàs non, vt per
dominum meum Ias.in l.filiusfamil.§.diui.versic.25.ff.de
leg.1.Abb.consi.37.col.3.versi.venio ad tertium, volũ.2.
vbi voluit, priuilegium dictæ aucten.res, quæ.solis descẽ-
dentibus testatoris pertinere.quod etiam voluit Soci.cõsi.
73.versi.5.vol.4.& Francis.de Curte, consil.27.& consil.
4 63.col.pen. † Nec etiam facit, quòd in dicto testamento
donationis apposita fuerunt verba, quæ traditionem so-
nare videntur: scilicet, in vestrum, vestrorumque ius & do
minium & posse mittimus & transferimus.per quæ ver-
ba, circunscripta est clausula constituti, licet non probetur
actualis traditio. per consequens acquisitio vera vel ficta
possessionis neque dominij rerum omnium generaliter:
sed illarum duntaxat quæ non sunt in conspectu tempore
confecti instrumenti, scilicet, quòd illas res possit auctori
tate propria apprehendere.ita probat text.in l.prædia.vbi.
Bar.Iac.& Ate.& ceteri.ff.de acquir. poss. & tenes Cynus
in l.2.C.eo.& Bal.in rubr.C.de contrahen.empt.q.19.

Respondeo etenim, quod ista licentia intrandi propria au
ctoritate limitata fuit ad casum & euentũ conditionis in
dicta donatione apposita: sicut limitari debet ipsa princi-
palis dispositio: videlicet ad tẽpus obitus donatoris, & ad
non existentiam filiorum, vt constat inter partes expressè
conuentũ fuisse in dicto instrumento ibi, sub pactis iñ, cõ
ditionibus, & retentionis infrascriptis: & post etiã obitum
meum, & non ante, præsertim quod cautum est quod donata-
rius non posset ante donatorius obitum possessionem ac-
cipere, & in casu quo sine liberis ipse decederet. vt in the-
mate præmissum est, & alibi sæpe in d. instrumẽto illæ &
aliæ conditiones sunt repertæ. ex quibus apparet hãc do
nationem incœpisse à mera conuentione, & promissione,
non aũt à traditione. Promisit.n.donator sæpedictus hu-
iusmodi donationem attendere & obseruare, vt plenè di-
citur in dicto instrumento, tamen dictum castrũ interim
actualiter non tradidit, vt est suprà deductum, imò facta
est illa traditio sub pactis & conditionibus prædictis. Cũ
ergo fuerit hæc donatio conditionalis, certè actio & obli
gatio suspensæ fuerũt ad effectũ operandi donatario ante
ipsius conditionis euentum.l.cum in secundo.C.de iniu-
sto testa.Bal.in rubric.C.de instit.& substit.in princip.Io.
de portę in l.quęcunque.ff.de.verb.signif.& latè dominus
meus Ias.in l.interdum.ff.de verb.oblig.vbi quoad obliga
tionem latè comprobat, licet ante eum passim non fuerit
admissum quòd obligatio suspenderetur ex conditionali
contractu, vel in diem ante conditionis aut diei euentum.
de actione autem non dubitatur. & infrà decimus vers.
5 6.† Non obstat, quòd hic videtur esse facta traditio saltem
ficta per clausulam constituti, quę non modò fictam tradi
tionem operatur, imò etiam veram & propriam, & vtile
dominium.l.certè.§.1.& §.Iulianus.ibi, ego verò quoque
possideo.ff.de præca.& l. quadã mulier. ff. de rei vendica.
& not.Bar.in l.ab emptione.ad fi.ff.de pact. Dico enim cõ
traria prædicta locum habere in obligatione vel aliena-
tione non priuilegiata, in casu autem nostro secus esset,
fauore dotis & donationis propter nuptias, propter illorũ
fauores & priuilegia, pro vt voluerunt doct.præall.& do.
6 meus Ias.in d.§.diui.† Possemus etiam aliter (& fortè me
lius) respondere, quod in casu nostro sit constitutum collatũ
post obitũ constituentis, per illa verba, post obitum meũ,
& nõ ante, sæpe repetita, & per illa verba, si donator absq;
liberis decederet, quæ solum purificari possunt post illius
mortẽ, & pp cõditiones & reseruationis suprà mentiona-
tas. Sed ego habeo, quod constitutũ post mortẽ traslatum, nõ
valet, vt notabiliter voluit Ang.in l.quanuis.vbi Alex.eũ
sequitur.ff.de acquir.poss.idẽ Alex.cõsi.82.incipiente,
perspectis his, &c.col.4.vol.2.idem consi.82.incip. visa fa
cti narratione.&c.eo.vol. Si ergo non valuit constitutum,
illius effectus fictam non potuit operari traditionem, &
per consequens nihil oberit.

Fateor opi.Ang.& Alex.prædictam non passim recipi,
communioremq; esse doctorum sententiam, quod valeat cõ
stitutũ, sed non vt ante purificatã cõditionẽ aliquid opere
tur, aut possessionem aliquam transferre possit, & per cõ-
sequens in casu nostro traditionem verã: vel fictã nõ indu
xit prius, quã donator sæpedictus decederet, & quidẽ sine
liberis ita notabiliter decidit Oldra. consi.139. incipiente,
ad habenda, &c.vbi dicit expresse, quod si per aliquem facta
fuerit cum clausula constituti donatio, de suis bonis, si ipse
donator absq; liberis decederet, ante conditionis euentũ
non fuit obligatio, nec clausula constituti effectum prædi
ctum operari potest. Ita refert & sequitur dominus meus
Philippus Decius consi.247.incipiente, in causa magnifici
Baronis de Alez.& in primo dub.vol.2.qui allegat text.in
l.qui absenti.§.1.ibi, neque aliter accipientis fiunt, quàm si
conditio extiterit. ff. de acquirend. poss. text. in l. cedere
diem.ff.de verb.signifi.& in c.super eod.& vtrobiq; doct.
extrà de condi.appo.notat dominus meus Ias.in præalleg.
l.interdum.ff.de verb.oblig.& Soci. consi.263.versic.sed,
ad hoc respondetur, &c.vol.2.vbi dicunt, quòd obligatio-
nis aut conuentionis natiuitatem suspendit conditio, vt su
prà dicebamus. Quod verum esse dicunt, etiam si appona
tur post actum perfectum, dum tamen post incontinenti.
quia est pars ipsius obligationis, vt per eundem Soci.cõsi.
24.col.2.versiculo, confirmatur.&c.vol.4. Sicut enim per
conditionem suspensa fuit dispositio principalis contra-
ctus, vt suprà dicebam, ita etiam constitutum huiusmodi
contractui appositum fuisse suspensum indubium est.cum
suspenso principali, suspensum etiam intelligatur esse ac-
cessorium illius, vt notat Ioã. mo.in c.fi.vbi etiam Gemi.
& alij, in gl.fi.de appel.li.6.& facit textus in l.cum princi-
palis.de regu.iur.ff.& ibi dominus meus Philippus Decius,
& gl.in l.patronus.§.patronum.in vers.Seruiana.ff.si quid
in fraudem patronorum. Et in terminis nostris de con-
stituto & precario, notat Baldus in l.ex testamento. C.de
fideicommisso. vbi ait, quod clausula constituti & precarij
debet regulari secundum principalem suam dispositionẽ.
& notat Baldus in l.si absentis ad fi. versicul. vltimò scias.
C.si certum petatur.cum simil.& tradit Alexander.in l.
vnica.§.si vir.ff.de acquirenda possessione.colũ.quarta.&
consil.

consi.82.incipiente,lecto & discusso.col.3.vol.3.Cũ ergo ante purificatam conditionẽ dominium transferri non potuerit,siue propter conditiones prædictas appositas, siue quia reseruauit sibi donator expresse dominium, & maximè quia voluit donationẽ esse nullã si ipse liberos moriens relinqueret: sic etiam dicendũ est per dictam clausulam constituti translatam non fuisse verè vel fictè dicti castri possessionẽ donatario.quod ex prædictis & sole meridiano clarius. Vnde apparet nos esse in casu secundi præsuppositi.quod versi.2.suprà feci.quod scilicet valuit hypotheca per dictũ donatorem vxori facta. Imò etiã valuisset alia non priuilegiata alienatio: pro vt decidit præall. dominus meus Philippus decius,in cõs.247.quod latius prosequor
7 infrà consi.58.ver.6.& 8.& consi.100.ver.11.† Accedat quod donator in sæpe dicta donatione reseruauit, quod si ei liberi nascerentur ex legitimo matrimonio, & eum illis decederet, esset nulla d.donatio. Aut itaq; dicimus hypothecam vxoris præcessisse donationẽ hanc:quo casu castrum illud nullus negabit cũ d.hypotheca in donatariũ transire. Aut verò dicimus subsecutam fuisse hypothecã,& postea nupsisse donatorẽ.& sic cũ expressè sibi reseruauerit nubẽdi facultatẽ, ita etiã reseruasse videtur facultatem assecurãdi dotẽ,& dotis augmentũ si nulla alia bona haberet, vt mihi præsupponitur, cum mariti consueuerint sua bona pro dotis,& donationis propter nuptias, siue augmenti illius cũ securitate obligare & hypothecare. Qui enim vult cõsequens, videtur etiam velle antecedens, siue quo illud stare põt, l.illud.ff.de acquirend.hæred.l. quãuis. & ibi Baldus. C.de fideicommis.& in l.2.ff.de iurisd.om.iud.

Et sic ex præmissis resoluo validam esse in terminis supradictis hypothecã per donatorem prædictũ factã dominæ Francinæ vxori suæ.quam dicta donatio, siue ante ipsam hypothecã, siue postea facta fuerit.nullatenus impediuit.Ita vt suprà dictum est,& conclusum,decidebã & concludebam:saluo,&c.Barchinonę,anno 1525.ad laudẽ & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo sicut potest induci de eo,quod per pactum, vel priuilegiũ introduci potest, sic etiã de eo quod per statutum fieri potest.*

2 *Cõsuetudo vel statutũ,quòd nulla recipiatur in monialẽ in aliquo monasterio,si nõ fuerit de genere militari, valida est.*

Impossibile regulariter cẽsetur quod solo principis priuilegio fieri potest,& quod impossibilitas aut difficultas nimia vitiat statutum vel consuetudinem.numer.6.

Scientia eminens difficilè admodum reperitur in paucis.& num.3.(vbi etiam quis dicatur eminentis scientię.)hinc statutum Argentinensis ecclesia,quòd nullus in canonicũ assumeretur, qui non esset nobilis ex vtroque parente illustris,& eminentis scientia, reprobatur,quia qualitas eminentis scientiæ fuit plus causa reprobationis illius statuti,quàm qualitas nobilitatis.

4 *Nobilis quamuis distinguatur à Baronibus, Comitibus, aut Marchionibus,& qui supra illos sunt,attamen de sui stricta significatione restringitur ad solos eos qui de Ducum, Marchionũ,aut Comitum genere procedunt,qui reputantur illustres, præsertim vbi dictio illa nobilis profertur à papa vel peritis. & quid in se debeat aliquis habere ad hoc vt in genere dicatur nobilis.& an milites dici possint nobiles.*

7 *Capituli maior pars ad hoc quòd aliquid fecisse dicatur, non est necesse quòd illa pars sit sanior, vel maior.*

8 *Prælati consensus semper est necessarius,(nisi vbi agitur de rerum familiarium administratione) quia prælatus & suum capitulum faciunt vnum corpus, quod sine prælato constitui non potest, nisi acephalum.*

9 *Abbas vel abbatissa cum vno vel duobus religiosis, qui eis adhærerent, facere possunt aliquod eorũ quæ spectabant ad ipsos cum consilio vel consensu sui capituli, & dicitur factum esse à maiori parte capituli, etiã si reliqui omnes de capitulo sint in contrarium.*

11 *Consuetudo quæ dicatur esse cõtra vel præter ius,& an quãdo valet huiusmodi consuetudo, præsertim quãdo est immemorialis,aut præscripta.*

12 *Consuetudinem vel statutum an & quando possint introducere mulieres.*

13 *Consuetudo quid sit,& quid ab vsu referat,& qualiter deducatur & probetur.& an & quando probetur ex sola frequentia actuum.nu.14.& an exigatur quod obtẽta sit in contradictorio iudicio.num.21.& consuetudo immemorialis aut antiqua vtrum probetur per testes de auditu, & an per famam.nu.15.*

16 *Cõsuetudo præscripta an per vnicum actum contrarium interrumpatur.& quid si præscripta non fuerit,an per huiusmodi contrarium actum interrumpatur.*

17 *Canonici & moniales sunt testes legitimi ad probandum ea quæ gesta fuerunt in capitulo.*

18 *Frater aut soror secũdum carnem ad hoc quòd repelli possint à testificando, requiritur quòd sint in bonorum communione,& quòd simul habitẽt, & quòd causa sit magna,& quòd percipiat immediatè commodũ ex sua dispositione.*

19 *Testes non dicuntur singulares, quando ratio eorum est eadem,licet per diuersa media deducatur,& alias in quo singularitas huiusmodi attendatur.*

20 *Verba enuntiatiua per modum causæ finalis probata in sententia disponunt & probant.*

22 *Regula sancti Benedicti, vel alterius sancti potest allegari pro iure in decisio.causarum illius ordinis.*

Monialium receptio an pertineat ad solam abbatissam: an vero requiratur consensus, aut consiliũ monialium cessante consuetudine.& licet abbatissæ soli possit ius illud ex consuetudine vel præsciptione competere, vt ipsa sola moniales recipere possit, attamen non potest ius illud solis monialibus competere.& quare.& nu.23.

24 *Consilium monialium si debeat requirere abbatissa in monialium receptione, vel alio actu,non tamen de necessitate tenetur illud sequi licet prætermissio requisitionis illius irritaret actum huiusmodi.*

25 *Ius negatiuum nõ acquiritur etiam præscriptione temporis immemorialis, nisi prohibitio præcesserit & patiẽtia prohibiti,etiam si prohibitio illa esset extraiudicialis.*

26 *Receptione monialiũ ad abbatissam & moniales spectãte,attamen etiã si monasterium fructibus abundet, & defectũ monialiũ patiatur,dicta moniales,aut conuentus etiã de licẽtia ordinarij creare nõ poterũt moniales, quãuis in dicto casu ordinarius,cui subijcitur abbatissa possit eidẽ præcipere, vt infra certũ terminũ creet moniales,in cuius negligentia post dictũ terminũ poterit ordinarius eas creare.*

27 *Monasterium quando dicatur fructibus abundare. & quòd maior abundantia debet considerari, quando sunt nobiles quam alij,& quæ alia debeant in huiusmodi consideratione attendi.*

CONSILIVM. LIIII.

EST quoddã nominatissimũ monasteriũ monialiũ sancti Benedicti prope & extra muros ciuitatis Gerundę,in quo reuerẽda abbatissa, & aliquot ex dictis monialib. num.septẽ,adhærentes eidẽ abbatissæ,consuetudinem esse contẽdũt,saltem quinquaginta annorum probatam,& ab eodem tempore obseruatam, quòd nulla recipi possit in monialem dicti monasterij,nisi quæ esset de genere militari,saltẽ ex latere paterno.Similiter contunduot nullã recipi posse in monialem dicti monasterij contradicẽte ab-

batissa,& cū ea aliquibus dicti monasterij religiosis,;licet
numero paucæ sint: præsertim vbi dicti monasterij facul
tates non suppeterēt. Et cùm priorissa dicti monasterij &
cæteræ fermè oēs dicti venerabilis monasterij religosæ
nu. 13. prætēlas negarent consuetudines, parte dictę R. ab
batissæ fuit articulatum & probatū quòd tres fuerunt re-
pulsæ ne ipsę in moniales reciperentur, eò q non essent
de genere militari. quarū prima fuit filia domi. Gabrielis
Alenia iurisperiti, quamuis dñs Io. Margarit tunc episco-
pus Gerundensis, postea sanctæ Rom. eccl. cardinalis, ab-
batissæ & monialibus quæ pro tempore erant præcepisset
sub excōmunicationis pœna, quòd eam in moniale reci-
perent: in quas dictus episcopus (q eius præcepto nō par
uissent) excommunicationis sentētiā tulit: quæ postea cū
d. præcepto in iudicio appellationis reuocatæ fuerunt, Se-
cunda, quā defectu qualitatis prædictæ noluerunt admit-
tere, fuit soror venerabilis religiosæ Eleonoræ de Sanze-
loni, priorissæ dicti monasterij. Tertia fuit filia Raphaelis
Sanzo. Eode prætēdunt verificatā d. consuetudinē de qua
attestātur quartus, & alij, vsq; ad nonū inclusiuè, & quin-
tusdecimus testes & de actis & sententia prædictis cōstat
etiā in processu. Consuetudinē aūt suprà secūdo loco mē-
tionatā, de nō recipienda videlicet aliqua moniali cōtradi
cente abbatissa, & aliquibus ex religiosis dicti monasterij,
probatā cōtendunt per testes, & per quandā arbitralē sen
tentiā R. Raymondi tūc episcopi Gerundensis, inter ven.
Constantiam de crudillis tunc abbatissam, & quasdā reli-
giosas dicti monasterij latā 29. Decembris 1413. In qua
de dicta consuetudine etiā immemoriali attestatur. Impo
tentiam autem dicti monasterij, vel q non superabundēt
fructus, probasse contendunt per primum, octauū, & vn-
decimum testes: & per quasdam diffinitiones computo-
rum, quas 24. Septembris, anno 1523. produxerunt.

Ex quibus & alijs processus meritis petitur à me, vtrū
legitimè probatæ fuerint per abbatissam & sibi adhæren-
tes prædictæ, consuetudines prædictæ. & de earum vali-
ditate & effectu.

Secundò, posito pro ficto, q probatæ non fuissent, vtrū di
ctæ dominæ abbatissæ sit fundata intentio, dum dicit q
nulla in moniale recipi possit contra ipsius abbatissæ, &
quæ pro tpe fuerint aliquarū ex venerabilibus moniali-
bus voluntatē (licet sint numero minori, quā illæ quæ pe
tunt admittere: præsertim vbi monasterium non supera-
1 bundat fructibus: nec patitur defectū monialiū.† Et licet
superuacaneū videatur examinare dubiū primū, propter
ea quæ in secūdo quæsito resoluemus: attamē vt dño con
sulenti ad me per dictas dominas abbatissam, & moniales
trāsmisso morē gerē: & qa ēt ex multiplici fundamēto so
leo meas decisiones roborare, aggrediēdo primi dubij pri
mā partē (duas. n. partes, aut mēbra duo habet) dico cōsue
tudines huiusmodi, quas d. d. abbatissa, & ei' cōsortes dedu
xerūt, fuisse in hoc iudicio legitimè verificatas & pbatas.

Ad quod ostendendū præmitto, quòd sicut pōt induci
consuetudo de eo, quod per priuilegium, vel per pactum
introduci potest, vt est gl. singul. in rubr. C. de decur. li. 10.
secundū Io. de Imo. & in l. in alia. §. eleganter. ff. solu. matr.
Ita etiam de eo quod per viam statuti fieri potuit, induci
pōt consuetudo per eosdem. vt not. communiter docto.
in l. de quibus. per illum tex. ff. de legib. & in l. fi. C. quæ sit
lōga cōsuet. & do. Anto. & canonistæ in c. fi. vbi dñs meus
Rochus de Curte, col. 37. extrà, de consue. Cum autem sit
indubium non solum per priuilegium, aut per pactum: sed
etiam per statutum induci posse, q nulla in monialem di-
cti monasterij recipiatur, quæ de genere militari ex latere
paterno non esset: vel contradicente abbatissa & aliquibus
monialibus, vt resoluunt in terminis fortioribus Anch. in
repeti. c. canonum statuta. vbi etiam moder. extrà, de cōst.
& c. quæ in ecclesiarum. eo. tit. Sic etiam potuit introduci
per consuetudinem: cum inter se nihil differant statutum
cōsuetudo: nisi vt tacitū & expressum, pro vt not. Anch.
2 in commento d. c. canonum statuta. col. 35.† Nec facit ali-
quid contra huiusmodi consuetudines textus in capitulo
venerabilis: extrà, de præbendis, vbi Panormitanus post
alios doctores notat per illum textum, quòd consuetudo
Argentinensis ecclesiæ, quòd nullus in ecclesiæ prædictę
canonicum admittatur, nisi nobilis ex vtroque parente
illustris ac eminentis scientiæ, nedum est inualida: sed &
impræscriptibilis. Dico enim, quòd ratio decisionis præ-
dictę decretalis, est difficultas qualitatis, scilicet eminentis
scientiæ, quā qualitatem plus ponderauit Roma. pontifex
ad irritandum consuetudinē prædictam, quam nobilitatis
qualitatē. vt not. docto. ibi & patet ex textu. Ponderat. n.
q cum sufficit scientia ad prælaturas, etiam ad dignitatem
episcopalē tolleretur. vt in c. cum nobis. extr. de elect. Inn.
etiam in papa, vt per Fely. plenè in c. si quando. versi. dum
glo. hic dicit. ibi, nihilominus glos. in c. 1. & c. extrà de re-
script. Ideò tex. in c. 1. venerabilis. in decisione illius dicit,
quòd nedum ad præbendas, sed etiam ad culmina dignita
tum vix reperiuntur viri eminentis scientiæ. Ponderauit
ergo ibi Ro. Pont. dictæ consuetudinis impossibilitatem:
cum præter nobilitatē exigebat etiam eminentem scien-
tiam in promouendo. Quod. n. difficile inuenitur, vel ha-
betur, illud impossibile reputatur. sicut in simili not. Bal.
in c. Raynutius. col. mihi. 98. versi. reassumo, & c. extrà, de
testa. vbi not. q illud quod de iure communi nō potest ob
tineri, sed solo principis priuilegio, impossibile reputatur.
allegat l. apud. Iulianum. §. fi. ff. de le. 1. & tex. in l. 4. in prin
cip. ff. de fideicommis. liber. Et hoc permaximè in nobili-
bus, qui ex quo descendunt ex statu nobilium, ita de se ipsis
præsumunt, quòd vel studere ducunt vile: aut saltem per
assiduum studium nolunt ad apicem scientiæ cōscendere,
cum aliàs ad regimina ciuitatum debeant assumi l. ad ho-
norem. ff. de decurio. l. ad subeunda. C. eo. l. 10. Hinc pro-
pter impossibilitatem, vel difficilem assecutionem emine
tis scientiæ in beneficijs assequēdis nobiles & literati ęqui
parantur, pro vt voluit And. Sicu. consi. 35. in princ. vol. 2.
vbi multas adducit prærogatiuas nobiliū. Quinimò in no
bilibus non requiritur ita excellēs scientia, sicut in plebeis.
vt voluit. gl. in l. societatē. ff. pro socio. & Fely. omnino in
3 c. cū adeo. ext. de rescrip. ad fi.† Præterea cum dicta consue
tudo Argētinensis ecclesiæ nobilē exigebat, & sciētię emi
nentis, nimirū si cassata fuit. Quādoquidē eminens sciētia
secundum Barb. consi. 34. col. 18. versi. & si quispiam quæ
rat. volū. 2. dicitur illa, per quā quis scit in promptu. & sine
librorum reuolutione difficiles resoluere quęstiones: de
quo dicit esse casum in l. scire oportet. §. fi. ibi, maximè di-
sciplinatus homo. ff. de excus. tutorum. & in l. à testatore,
ibi, magno ingenio. ff. de condi. & demō. Et aliunde, cum
esset difficilis admodum cognitio, vtrum aliquis eminētis
esset scientiæ, cōsuetudo huiusmodi tanquam incerta, cas-
sata est per ea quæ not. Alex. in l. stipulatus. l. 2 grande. col.
3. & 11. ff. de verb. obliga. Bar. & Alb. de Rosate, post. gl. in
l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. & Alex. consi. 65. incip.
4 copiosè adeò, &c. vol. 4. Quinimò si dicamus Ro. pontifi
cem in reprobatione dictæ consuetudinis nobilitatem so
lum attēdisse, non mereretur adhuc in casu nostro tex. ille
pro contrario allegari. Quamuis. n. verbū, nobilis, sit verbū
latum & amplum, congruens multis qui non sunt de ge-
nere, vt est tex. in l. prouidendum. ibi, quos meritum vitæ
nobilissimos fecit, &c. C. de postul. & distinguatur à Baro
nibus & Comitibus, & qui supra illos sunt. vt in c. funda-
mēta. §. proinde. de elect. li. 6. & not. expressè And. de Zer
nia in c. 1. de pace iur. fi. & c. 1. quis dicatur dux, marchio,
comes, &c. in vsib. feud. Illud tñ verbum, in sua propria &
stricta significatione restringitur ad solos eos, qui de du-
cum, marchionū, & comitū genere procedunt, qui reputā
tur illustres: pro vt voluit Gemi. c. grandi. de suppl. negl.
præla. per illum tex. Pan. de Cast. consi. 239. incip. quantum
ad primū, &c. & omnino Barba. consi. 57. col. 2. vers. præ-
mitto etiam pro fundamento. eo. vol. 2. & hoc præsertim
vbi profertur à papa, vel peritis, vel vbi aliter colligitur ex
verbis, vt per eundem Barba. ibi, latissimè. Cum itaque
in casu

in casu d.c.venerabilis, exigeret consuetudo promouen-
dum esse debere nobilem ex vtroque parente illustrem, sa
tis est clarum quòd nobilitas illa referri non possit ad no
biles, qui secundũ communem æstimationẽ reputantur
nobiles, vt voluit gl.in c.nonnulli.extrà, de rescrip.& in c.
cupientes.de elect.li.6. Sed ad eos tantum qui de Ducum,
& Marchionum, eut Comitum genere descendant.vt in
auth.en.vt ab illustribus, & qui super eos sunt.&c.colla.6.
Sic non facit in casu nostro pro contrario.

Adde quòd etiam si diceremus nobilitatem, de qua in
dicto textu, intelligi de eis qui secundũ communem æsti-
mationem reputantur nobiles, adhuc non haberet locum
in casu nostro. Siue quia ista nobilitas debet esse magis qua
lificata: quia debet esse ex vtroq; parente. siue quia debet
habere præter huiusmodi nobilitatẽ, etiã eminentẽ scien-
tiam.& maximè quia minus est ꝙ hic exigitur, scilicet ꝙ
sis de genere militari illa quæ in monialem recipi debeat:
nec repelleretur ea quæ ex latere materno de genere mili
tari non esset: si tñ esset ex parte vel latere patris. & sic leta
5 est inter vtranq; consuetudinẽ differentia. † Considero in-
super latam ex alio capite differentiam inter consuetudi-
nem, de qua in d.c.venerabiles. & istam, de qua agitur: cũ
ad hoc quod aliquis dici possit nobilis, requiritur quòd sit
nobilis natalibus, honorum luce conspicuus, & diues in
patrimonio: & hæc tria accumulat tex. aureis literis descri
bẽdus in l.nobiliores.C.de vectiga.& commis. Ex quibus
apertè constat ꝙ plus sit esse nobilem, quã esse de genere
militarium etiam, quam esse militẽ, præsertim in hac pa-
tria Cataloniæ. licet in locis aliquibus milites sint nobiles
hic autem secus, ac etiam de iure communi nisi in militi-
bus vrbis Romæ.l.1.& ibi not. doct. C.de equest.dig.&
per Bar.in l.ex eo.ff.de testa.milit.& in suo tract. nobilita
tis, quem posuit in l.j.C.de dignita.lib.12.vbi nõ meminit
allegare tex.in l.nobiliores, suprà alleg.& omnino Bonus
de Curtili Brixiensis in suo tractatu de nobilitate, in 4. esse
6 ctu principali. † Postremò attendatur, ꝙ præter id ꝙ in d.
c.venerabilis, agebatur de remouendo iam promotũ licet
fortè in Francia, vel alibi, vbi nobiles mulieres rarò, aut
nunquã ad monasteriũ transeunt, consuetudo qualis præ-
tenditur per abbatissam aliquid haberet scrupuli propter
sui difficultatẽ, vbi fortè procederet dictũ contrariũ de d.
c.venerabilis. Attamen in hac patria vbi solent mulieres
qualificatæ ea qualitate, quæ per abbatissam prætenditur:
imò etiam maioris, vt plurimũ ad monasteriũ conuolare:
consequens est dicti c.venerabilis, dispositionẽ in casu no
stro locũ non habere. quandoquidẽ illius decisio super im
possibilitate, vel difficultate adimplendæ qualitatis funda
7 tur, quæ in casu nostro cessat. † Et minus facere videtur cõ
trarium de tex.in c.1.& quæ ibi not.Abb.per illũ tex.ex-
tra, de his quæ fiunt à maiori parte capi. siue quia text. ibi
maiorẽ exigit & saniorẽ partẽ capituli: qualis etiẽ requiri-
tur secundũ eundem Abb.in c.cum in iure.extrà, de elect.
in omnibus actibus fiendis per capitulũ, & nõ per singula
res personas.& est tex.in c.ea noscitur.ibi: maioris & sanio-
ris partis.& c.extrà, de his quæ fiunt à præla.sine consensu
capi.& c.quia propter.ibi: maior & sanior pars capituli cõ
sensit.extrà, de elect.& alibi sæpe. & ita videtur idẽ Abb.
concludere in cap.prudentiã.col.2.extrà, de offi.delega.&
Fely.qui multa allegat in c.cum omnes.col.12. versic.13.
fallit, &c.extrà, de consti.nec etiam pars priorissæ dicitur
sanior, per ea quę notant doctores, vbi proximè.ergo, &c.
8 † Postremò dicere possumus, ꝙ d.pars priorissę non dica-
tur etiã maior pars, per tex.& quæ ex illo not.in c.ex par-
te decani.ext.de rescrip.vbi colligũt, ꝙ prælatus & capitu
lũ faciũt vnũ corpus. vltra quos allego tex. iuncta subscri
ptione in c.bonæ.ibi, præposito & capitulo.ext.de postu.
præla.& c.cũ inter.ibi, decano & capitulo.ext. de consue.
& c.inter corporalia.ibi, decano & capitul.extrà, de trãsla.
episcop. Si ergo prælatus & capitulũ faciũt vnũ corpus in
his, quæ per vtrunq; sunt explicanda: sequitur ꝙ sine ipso
prælato, nõ põt corpus cõstitui, nisi acephalũ, maximè cũ
prælatus dicatur habere capituli iurisdictionẽ.vt not. Bal.
in l.2.C.de ser.reipub.manumit. ad ꝙ allegat tria iura: s.c.
edoceri.ext.de rescript.& c.cum ab ecclesiarũ.ext.de offi.
ordi.& l.omnes.§.nihilominus.C.de episc.& cle.ideò re-
gulare est, ꝙ ecclesia siue cathedralis, siue alia, nihil agere
potest sine sui prælati cõsensu: nisi super administratione
rerũ familiariũ. vt 21.distinct. vbi etiam Archid.& doct.
& Barb.post alios, in c.cum consuetudinis.col.3.ver.gl.2.
colligit.ext. de consuet. quod Archid. dictum referendo
Iac.Bus.in l.1.ff.quod cuiusque vniuer. nomine, ampliat
etiam in collegijs laicorum. Et per cõsequens sequitur ꝙ
cum moniales (sine abbatissa, quæ iurisd.habet) capitulũ
constituere non possint, nec aliàs (etiam si omnes essent)
non constituerent maiorẽ partẽ capituli, & sic non obsta
ret d.capitulũ primum, suprà pro contrario allegatũ: licet
pars priorissæ magnum de illo faciat fundamentũ.quibus
9 addantur, quæ dicunt infrà versi.26. † Et in terminis no-
stris, ꝙ abbatissa cum illis septem eidem adhærentibus fa
ciet maiorem partẽ capituli, voluit in fortioribus termi-
nis Hosti.in c.postulastis.ext.de conces. præben.vbi dicit,
ꝙ licet episcopus interueniens in capitulo vt canonicus:
vel abbas, vt monachus, non habeant aliã vocẽ, quã vnius
simplicis canonici, vel monachi, ita ꝙ non faciant maiorẽ
partẽ: nisi cũ illis adsit maior pars capituli, vel conuentus:
quia vox illorũ non præualet, licet sit ponderosior ratione
dignitatũ suarũ.vt in c.cæterum.extrà, de dona. Secus au-
tem vbi interueniunt vt episcopus, vel abbas. quia tantam
habent vocem quãtam totum capitulum, vel conuentus.
inferens, quòd si episcopus, vel abbas habeant secum vnũ
canonicum, vel religiosum, vox illorum cum tali canoni
co vel religioso, præualet totius capituli vel cõuentus voci
in his quæ spectãt ad episcopum vel abbatẽ cum cõsensu,
vel consilio sui capituli. Ad quod facit, quòd not. Ange.&
Io.de Imo.in l.si liber homo.§.si Titius.ff.de hæred.inst.
vbi inferunt, ꝙ si rectori & vniuersitati scholarium detur
potestas eligendi, vel aliquid aliud faciẽdi: rector pro vno
habetur, & tota vniuersitas pro vno alio.& idẽ not. Bald.
de capitaneo & ancianis.in l.fi.C.de impub.& alijs substi.
ad ꝙ est tex.in l.si Titio vbi etiã idẽ Bal.ff.de vsuf.accresc.
& in l.si pater filio.ff.de vulg.& pupil.cum simil. vt ibi tra
dit Alex.& in notabili casu tradit idem Alex.consi.122.&
Rom.consi.99.incip.viso proposito quæstionis themete.
& Ioã.de Selua postea præses Parisiensis primarius, in suo
tract.de beneficio.parte.2.q.17.versi.tñ sciendum, vbi ad
hoc accumulat multa. & ita in consulẽdo tenui suprà cõs.
10 28.vers.8.& latius prosequor infrà cons.11.versi.27. † Præ
ter quæ dicere possumus, quòd in casu d.c.1.erat ibi quæ-
stio de statuto ad vniuersitatem negociorum: hic autem
ad vnũ particulare: & ibi habebãt, vt deprehẽditur ex tex
tu, pro ratione voluntatẽ, & nullã assignabãt oppositionis
suæ rationẽ: hic aũt secus, vt ex supradictis, & infra dicẽ-
dis latius apparet, Nec ẽt obstat, ꝙ nõ sufficit allegere suæ
contradictionis causam, nisi etiã probetur. Dico enim, ꝙ
impotẽtia & egestas monasterij, de quib. supra, sunt causæ
sufficiens: & maximè ꝙ non patitur monasteriũ defectũ
monialiũ: quã causam inter cęteras causas dictæ abbatissa
contradicendo opposuerit, satis est ꝙ postea illam coram
superiore probauerit (prout etiã fecit) vt constat ex pro-
cessu. & ita not.communiter doctor.in d.c.1.post glos.in
11 versi.ostensum.ibi, corã superiore. † Nec etiã sunt consue-
tudines huiusmodi, de quibus suprà, contra ius, quãuis
addant ad ipsum ius. Est.n.clarũ, ꝙ ex rationabili causa põt
consuetudine introduci, ꝙ maior solennitas in aliquo actu
debeat interuenire, quam exigat ius cõmune. vt not.Ioã.
And.in addi.ad Spec. tit.de instr.edi.§.cõpendiosæ. vers.
sed nũquid.quẽ referũt & sequũtur do.Ant.Io.de Imo.&
Abb.in c.2.extrà, de proba.vbi etiã mod.refert & sequitur
Soci.consi.92.incip.in causa do.Antonij.col.7.versi.præ-
terea, vt dicitur in puncto, &c.vol.3. Cõsuetudines enim
supradictæ non esset contra ius, sed solum præter ius: atta
men valet decennalis consuetudo, etiam si præter legem

eſſet vt eſt gloſſ.in l.de quibus.in ver. inueterata.& ibi Albericus de Roſa.& doct. ff. de legibus & Roma.ſingulari 302.incip.conſuetudo,quæ eſt præter legem.

Nec omitto,quòd conſuetudo etiam contra ius canonicum valet, ſi præſcripta fuerit quadraginta annorum ſpatio. vt per doct.in c.cum dilectus.extrà,de cõſuetud. Moder.in c.quę in eccleſiarum. & in c.canonũ ſtatuta.extrà, de conſtit.not.Bar.Bal.Albe.de Roſate, & moder.in pręalleg.l.de quibus. Et ſic vndecunque videtur d.do.abbatiſſa in portu nauigare: & maximè quoad ſecundam conſuetudinem ſuprà mentionatam,quæ cum ſit immemorialis(vt infra docebimus)vim habet priuilegij & indulti. l.hoc iure.§. ductus aquæ. ff.de aqua quotid.& æſtiua. & eſt caſus.& ibi hoc not.Doct.in c.ſuper quibuſdam.§.pręterea.ext.de verborum ſignific.& not. Inno.in c. bonæ.l. 1.extrà,de poſtulationibus prælatorum.

Non obſtat quòd Abb. voluerit conſuetudinem dicti c.venerabilis(cui videtur eſſe ſimilis illa, quã primo loco deduximus)præſcribi non poſſe.ſuprà etenim ſatis ſuperque monſtraui , nos non eſſe in caſu contrarij prædicti:in quo ſi eſſemus, poſſet attẽtari cõtra dicti Abb.determinationem,quam iure vel ratione non fundat.& doctori ſine lege loquenti non creditur, vt ſunt iura vulg.& ſuprà cõſi.
12 36.verſi.t.dicebamus,de glo.quæ nihil allegabat.† Similiter non obſtat(quod friuolè multum eſt obiectum) ſcilicet quòd conſuetudo per mulieres introduci nõ poſsit, ad quod allegatur Roma. ſingul.42. incip.ad hoc,vt ſecunda conſuetudo.in fi. ſi enim Romanus & Bart.quem refert, intnoſtur rectè , nihil ad caſum noſtrum faciunt. quoniã l. t. quam ad hoc ponderant.in ver. virorum prudentum. ff.de legibus.loquitur de ſtatutis ciuitatis, ad editionẽ quorum nimirum mulieres non interueniant: cum per eas reſpubl.non regatur, nec ſint de conſilio. In caſu autem de quo agitur,de collegio quod per ſolas adminiſtratur mulieres , non video quid prohibeat illas conſuetudinem inducere,vel ſtatuere de his,quæ ad earum officium inſtitutũ, & exercitium ſpectant. pro vt amplè demonſtrat dominus meus Iaſon in præall.l. t.col.3.verſicul.ex ſecundo dicto,&c.ff.de legib. qui nedum ſatisfacit contrario prædicto , verumetiam oſtendit poſſe contrarium indiſtinctè
13 ſuſtentari. † Mõſtrata legitimitate dictarum cõſuetudinũ, ſupereſt demonſtrare , quòd fuerint huiuſmodi conſtitutiones in prædicto monaſterio introductę,& per reuerẽdam abbatiſſam probatæ.In primis clarum eſt,quòd conſuetudo nihil eſt aliud.ſecundum Azo.in ſumma. C.quæ ſit longa conſue.quàm id quod eſt in communi vſu.quod etiam tenet Goffre.in ſua ſumma.eod.tit.verſi.dum autẽ. de quo eſt tex.in c.conſuetudo. t .diſtinct.Et licet conſuetudo ſoleat vſu induci:differt tamen ab ipſo ſecundum dominum meum Rochum de Curte in repeti.c. fi.extrà,de conſuet.tanquam cauſa à ſuo effectu. quia vſus propriè dicitur factũ: conſuetudo verò dicitur ius. & ita notát Ang. & alij poſt gl.Inſtitu.de iure naturali:§. ex non ſcripto. A ſtatuto verò differt , quia illud conſenſu expreſſo inducitur,conſuetudo autem tacitè:vt in dicto. §. ex non ſcripto.& Inſtitu.de iuſtitia & iure.§.omnes pupili.& Anch. in repetitione ſæpeallegati capit.canonum ſtatuta.cum ſimilibus infinitis. Ideò vbi eſt probanda conſuetudo per teſtes,debent illi principaliter tria deponere vſum ſcilicet populi,actuum frequentiã, & temporis diuturnitatẽ,quibus probatur conſuetudo , vt notat Albericus de Roſate poſt Cynum.in l.fi.C.quæ ſit longa conſuetud. Baldus in ſæpe allegata l.de quibus col.mihi 15.verſi.poſtremò,qualiter probetur vbi etiam modern.ſequitur Alexand.conſi. 45.incip.viſis.atteſtationibus,&c.col.j.volum. t.& conſi. 131.incipiente,in cauſa vertente.col.3.& conſi.136.incipiente,in cauſa & lite.col.6.ver.5.dico quod teſtes,&c.vo. 2.Are.in d.§.ex non ſcripto.col.pen.verſ.quæro an teſtes, &c.vbi dat practicam probandi cõſuetudinem per teſtes.

Ex meritis autem proceſſus inuenio tria per dictam dominam abbatiſſam verificata eſſe, & probata vſum ſcilicet monialium,actuum frequentiam,etiam diuerſis temporibus,pro vt ad illam probandã requiritur,ſecundũ do. Anto.in d.c. fin. vbi etiam idem do.meus Rochus ext.de conſuetu.& Doct.in ſæpe d.l.de quibus.de quo eſt melior text.de iure, licet non ſit allegari ſolitus in l.ſi triennio.ff. de ſtatulib.quem didici à dom.meo Iaſone,cum legeret l. ſi certis annis.C.de pactis.Et etiam probatum eſt tertium requiſitum,ſcilicet temporis diuturnitas.Et ſic indubiè ſequitur,quòd conſuetudo primo loco per dictam abbatiſſam allegata,videlicet de non admittendis eis,quæ nõ eſſent de genere militari,probata fuerit per eandem abbatiſ
14 ſam.† Nec dicatur ſatis non eſſe ad probandam conſuetudinem probare actuum frequentiam:niſi etiam probetur actus illos factos fuiſſe animo conſuetudinẽ introducẽdi, vt per Bar.& alios in d.l.de quibus.hoc enim verum eſſet, vbi fieri poſſent actus illi citra ius & nomen conſuetudinis:quale eſt in primogeniti ſucceſsione inſolidũ. quia cũ poſsit primogenitus ſuccedere inſolidum ex teſtamento, donatione,vel alio titulo,non eſſet ſatis ad probandũ conſuetudinem ſucceſsionis primogeniti,verificare quòd primogenitus ſucceſſerit inſolidum:niſi etiã probatum eſſet, quod actus illi facti eſſent animo conſuetudinem huiuſmodi introducendi , vt oſtendit pulchrè Philippus Cor. conſi.125.incip.aliàs in hac cauſa, in litera e.verſi. Bart.autem &c.vol.4.& no.glo.in c.conſuetudo.t.diſtinct.ſuprà alleg.& c.fruſtra.8.diſtinc.& in ſæpeall.c.fi.de conſuetudinibus. & ita in arduo valde caſu in facti contingentia tenuit in conſi.1.in 2.dubio.verſic.34. Vbi autem actus illi, qui fiunt,non habent alium titulum iuſtum,vel apparentem,qualitas conſuetudinis facit in dubio præſumi, quòd actum eſt, id quod eſt conſuetum , & pro conſuetudine. vt voluit idem Philippus Cor.cõſi.28.incipiente,viſa, & c. in litera h.vol.2.& illa ſi fuiſſet erronea origine,conualuiſſet per conſenſum & obſeruationem. pro vt ſcripſit Baldus in l.fi.§.ſed & ſi quis.col.6.verſ.ſimile dicit in conſue
15 tudine.C.cõmunia de lega. † Quinimò quantũ ex meritis proceſſus colligo,licet d. dom. abbatiſſa deduxerit primo loco allegatam conſuetudinẽ, de non admittendis in moniales illis , quæ de genere militari non fuiſſent, quinquaginta annorum:in cauſa tamen appellationis poſſet allegare,& probare conſuetudinem:& fortè illam immemorialem. Poſſet enim huiuſmodi conſuetudo immemorialis per teſtes,qui de auditu auditus deponerent , probari vt not.Inno.Anto.de But.& Fely.poſt eos,in c. tam litteris.col.2.verſi.in gl.j.extrà de teſtib.Abb.c.cauſam.col.4. verſi.ſed ad declarationem.eod.tit.& in c. licet ex quadã. in 4.notab.etiam eod.ti.& Bal.in auct.quas actiones.cum cõcord.per eos, vbi ſuprà,ſignatis.C.de ſacroſanct. eccleſ. Quæ etiam immemorialis cõſuetudo poſſet per teſtes de fama deponentes probari.cum ſit plurium Doctorum (et non vulgaris opinionis)ſententia,quòd etiã in factis antiquis teſtimonium de fama probet.de quo per Fely. plenè in c.veniens.1.poſt alios.col.6.extrà,de teſtib. & omnino per Maria.Soci.in c.qualiter & quãdo.2.q.9.art.43.extrà, de accuſa.vbi quando aliquis timet,quòd teſtes nihil ſciãt de facto,niſi per famam, quatenus ex eorum dicto fructũ percipiat,dat cautelam, quòd poſt quemlibet articulũ fiat immediatè articulus,quòd de contentis in dicto articulo eſt publica vox & fama: vel quòd fiat interrogatorium , ſi dicat ſe de contẽtis in huiuſmodi articulo nihil ſcire, interrogatum ſuper ſingulis ſeparatè , & practicatur, an ſaltem
61 ſciat aliquid per famam.† Nec poteſt allegari contra dictã conſuetudinem immemorialem(vbi deduceretur)interruptio , eò quòd anno 1469. fuit recepta in monialem dicti monaſterij venerabilis ſoror Eleonora de Sanzelon, quæ nunc eſt prioriſſa , quæ tamen non eſt de genere militari, ſed ciuiũ. quoniam primus & nonus teſtes abbatiſſæ deponũt,quòd fuit per vim & impreſsionem poſita in dicto monaſterio,& de facto:vnde actus ille, qui legitimus non fuit,conſuetudinem prædictam non interrupit,vt per Dynum & Doct.in regula,actus legitimi.li.6.

Et ſi

Et si fingamus recepiam fuisse cum voluntate & con-
sensu monialium, prius dicta huiusmodi consuetudò, de
non recipiendis his, quæ de genere militari non essent, in-
troducta per illum vnicum actum contrarium non fuisset
interrupta. vt per Philippum Cor. plenè consil. 259. inci-
piente, licet, &c. in litera b. vol. 3. & Soci. consi. 7. incipiēte,
nūc quæsitum. col. 4. versi. vlterius ad prædictū, &c. vo. j.
& cons. 192. incipiente, capio difficultatem, &c. col. 3. ver.
nec premissis. & c. vol. 2. Et hoc permaximè si dicta cōsue
tudo ante receptionem dictæ dominæ Eleonoræ fuisset
prꝑscripta. quoniam illa tolli non posset, nisi per aliam prꝑ
scriptam, vt est gloss. in l. nemo. §. temporalia. ff. de regul.
iur. notat. Baldus in c. 1. col. 1. versi. adde, quòd cōsuetudo.
de cogn. feudi. In vsibus feud. & Ioan. And. in c. cum ec-
clesia. in 1. no. extrà, de elect. Si verò dictæ d. Eleonoræ re
ceptionis tēpore non fuisset prꝑscripta dicta consuetudo,
aut fortè nō fuisset introducta, potuit (si cœpta fuerat) po
stea continuari, vel introduci postea de nouo: per ea, quæ
suprà dixi, non obstante receptione dictæ dominæ Eleo-
noræ, ex quo non habuit actum successiuum. vt per Bal-
dum in rubr. C. quæ sit longa consue. in 2. quæstione. & in
l. 1. col. pen. versi. idem in cōsuetudine. C. de furtis. & not.
do. meus Iasun, post Ioan. Fabr. in d. §. ex non scripto. In-
17 stit. de iure naturali, &c. † Nec obstat quòd contra venera-
biles religiosas Frāchinam Alemaniam, & violantē Cara
maniam opponitur, quòd sint dicti monasterij religiosæ,
& d. domina Franchina sit soror d. do. Abbatissæ. Dico. n.
probatam esse dictam consuetudinem, etiam per alios te-
stes, qui de dicto monasterio non sunt. Quinimo etiam si
omnes essent dicti monasterij religiosæ, essent testes legi
timæ ad probandum consuetudinem prædictam. quoniā
vbi agitur de aliquo probando, quòd ita bene probari non
potest per alios, sicut de gestis in capitulo, certè canonici
& alij capitulares sunt legitimi testes, etiā in ecclesiæ suæ
fauorem: quanuis aliàs secus sit. vt per Fely. elegāter post
Anto. de Butr. in c. tertio loco. col. 3. versic. in text. ibi, fra-
tres & cætera. extrà, de testibus pro quo est text. in c. ve-
niens. 2. vbi etiam idem Fely. colum. 7. versi. in gloss. 1. eo.
titu. & de hoc est glo. in c. cum dilecti. ext. de elect. & not.
Barto. in l. quidam relegatus. in princip. ff. de rebus dub.
18 † Id autem quod contra dictam dominam Francinam
obijcitur ad effectum repellendi eius dictum, quòd scili-
cet sit ipsa soror carnalis dictæ dominæ abbatissæ, respon-
sione nō indiget. quoniam Bald. in l. parentes. C. de testib.
tradit notabilem theoricam: dicens, quòd frater ad hoc ꝙ
pro fratre suo ferre testimonium prohibeatur. requiritur
quòd sint in communione bonorum, & quòd simul ha-
bitent, & quòd causa sit magna. allegat casum quē ad hoc
dicit esse singularem, in l. si vt allegas. C. de castr. pecul. lib.
12. Quod etiam not. idem Bal. in l. 1. C. de episc. & cler. &
in tract. de duobus fratrib. & Fely. omnino in c. in literis.
vbi etiam Abb. ext. de testibus. & præter hæc requiritur,
quòd dictus testis immediatè cōmodum recipiat ob suā
depositionem, pro vt voluit idem Bal. in rubr. de rerum
diuisi. col. 11. vers. nunc de quinto, &c. vbi dicit, quòd tūc
demum fratris testimonium in fauorem fratris sui repelli-
tur, quādo ipse ob suam depositionem commodum perci
pit immediatè, ac illo casu sua principaliter interest: secus
(aut) vbi mediatè, & ita refert & sequitur eum Fely. in cap.
insuper. ad fi. versi. vlterius vide Bal. extrà, de testibus. alle-
gat Ioan. Andr. in regula, sine possessione. in mercurialib.
per quæ iura, & alia multa, ita tenui in contingentia facti,
19 vt patet suprà consi. 32. ver. 5. & 6. † Obiectum singulari-
tatis quod contra dictos testes opponitur, vel ea eo mõ
stratur non procedere quòd Bald. multum notabiliter in
l. bonorum. ad fi. versi. hic quæro, quem etiam ibi secutus
fui in apostillis ad ipsum in ver. testes singulares. C. de bo.
poss. secundum tab. voluit, quòd testes non sint singulares,
quando eorum ratio est eadem, licet diuersimodè, & per
diuersa media deducatur. Quod & tradidit Bar. in l. repet.
l. de quibus. §. specialiter ad fi. vbi etiam Bal. qui dicit cōsiderari
testium singularitatem penes effectum rei, non autem pe
nes modū sciendi. allegat l. cum reit. C. de pœn. & ita not.
Bar. in l. 2. §. si dubitetur. versic. ad cuius declarationem. ff.
quemadmodum testa. aper. & ita resoluit Fely. qui mate-
riam hanc per tres & amplius colum. prosequitur in c. li-
cet ex quadam. col. 3. versi. vltimò est sciendum. & in c. li-
cet causam. col. 5. extrà, de proba. & omnino Lanfranc. de
Oria. in repeti. c. quoniā contra falsam. in verb. testes. nu.
19. versiculo, vlterius est aduertēdum. & ibi posui remis-
siones ad satietatem in apostillis ad ipsum in ver. fidē. eod.
tit. & ita etiam tenui suprà in dicto consi. 32. versicul. 3.
Et vbi non fuisset dicta cōsuetudo probata. ex quo no-
toria est & pro tali allegata, etiam si probata nō fuisset (pro
vt tamen fuit) non obstaret dominæ abbatissæ, pro vt do
minus meus Iason & moder. resoluunt, post antiquos in
d. l. de quibus. vbi Bar. & Alber. de Rosate voluerūt, quòd
consuetudo quando est notoria non sit de necessitate alle
ganda. Quod etiam tenuit idem Bar. in l. 2. col. 20. C. quæ
sit longa consue. & Alb. ibi, in rubric. Quod tamen vlti-
mum dictum non affirmo. quia solet communiter Bar. in
eo reprehēdi, vt plenè per dominum meum Ias. in d. l. de
quibus. col. antepe. versiculò, successiuè qualiter, & c. vbi
allegat contra Bal. glo. singularem in cle. appellanti. de ap-
pel. & ita tenui contra Bart. in consil. 1. in 2. dub. versic. 5.
20 † Secundo autem loco dicta consuetudo per dominam ab
batissam, de qua suprà, vltra id ꝙ per testes est probata,
qui super illa deponunt, probatur per dictam arbitrariam
sententiam latam per bo. memoriā Gerunden. Episc. vt
in themate dictum fuit. quæ per partes homologata fuit,
per quam quidem arbitralem sententiam nedum proba-
tur dicta consuetudo immemorialis: sed etiam introdu-
ctio illius posset attentari, si necessum esset, vt per domi-
num meum Iason. in c. d. l. de quibus. & in d. col. antepen.
versi. 2. quæro, an per sententias arbitrorum: vbi multa ad
hoc allegat contra. Roma. qui tenet contrarium. Nec ob-
stat, quod dicta verba sententiæ sunt enuntiatiua. Quan-
doquidem clarum est, quòd verba enuntiatiua per modū
causæ finalis in sententia prolata disponunt. l. si quis rem.
& ibi doct. ff. de except. rei iudicatæ. not. Alex. in l. ex his.
C. da testa. milit. & in l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matri. &
plenissimè idem Alex. cōsi. 46. vol. 1. & practicus Papien-
sis in tit. de sententia diffinitiua. in vers. relaxādum. & hoc
maximè, quòd dictus Episcopus arbiter, super illis verbis
fundabat suam intentionem. vt per do. meum Iaso. in d. l.
21 ex his verbis. & hoc est indubiū. † Quinimò posset atten
tari, si necesse esset, quòd dicta consuetudo tunc per alte
ram partem negata obtenta fuerit in contradictorio iudi-
cio, ex quo super illo pronuntiatum fuit, secundum glo. in
c. abbate ext. de verb. signi. Archid. in c. frustra. 8. distin.
Quod aliter non prosequor nec roboro, ex quo ad consue
tudinis validitatem, nec de iure ciuili, nec etiā canonico,
secundum communem opinionem non exigitur quòd sit
in iudicio contradictorio obtenta. pro vt not. Canu. in c.
fi. reprobata glo. ibi. vbi omnino Panor. col. 8. versicul. 6.
requiritur. extrà, de consuetu. & ibi etiam dominus meus
Rochus, & no. Legistæ in dicta l. de quibus. ff. de legib.
22 † Dubium secundū aggredior, præsupponendo, citra veri
prꝑiudicium, non probasse abbatissam consuetudines per
eam prætensas, & dico quòd intentio dictæ abbatissꝑ vo-
lentis, quòd nulla possit in dicto monasterio recipi in mo
nialem, si ipsa & quæ pro tempore fuerit abbatissa cōtradi
cat: & præsertim si cum abbatissa, aliquæ ex dicti mona-
sterij religiosæ, etiam pauciores numero sint illæ, quæ no-
lint quòd recipiatur huiusmodi religiosa. & hoc signanter,
vbi si uctus monasterij non suppetit, nec patitur monaste
rium defectum monialium.
Ad quod ostendendum præmitto, quòd de iure com-
muni sustentari posset, quòd monialium receptio ad solā
abbatissam pertineat: de quo est text. singularis. 18. q. 2. c.
nullam. quē ad hoc pro singulari allegat Panor. in c. ea no-
scitur. extrà, de his, quæ fiunt à prælato &c. & tex. in c. per

rectum.& in c.ad audientiam.extrà, de regula.& est text.
rectè intellectus in c.fi.eo.ti.lib.6.licet gl.ibi eũ intelligat,
quãdo ex consuetudine, vel priuilegio: quia aliàs(vt dicit)
monachorum receptio pertinet ad abbatẽ,& monachos,
per tex.in d.c. ea noscitur.quam gloss.ibi sequuntur Ioan.
mona.& Archid.& allegant quædam iura quæ secundum
Panor.in dicto c.ad audientiam.ad fi.versi.sed vltra gloss.
quæro,&c.non multum probant eorum dictum. Et hoc
etiam videtur velle tertium capitulum regulæ sancti Be-
nedicti,cuius ordinis est & monasteriũ hoc, quod capitu
lum fuit per dictam abbatissam productum.quæ quidem
regula in huiusmodi causæ decisione põt allegari pro iure,
vt per Fely.in c.ex parte,col.17.vers.de diuersorum libro
rũ,&c.extrà,de rescrip. & in fortiorib.terminis not.Barb.
in c.ad audientiam.col.pen.versi.quæris hic Bal.eo.tit.Io.
de Ana.in terminis d. capituli tertij regulæ sancti Bened.
consi.62.incip.visis & ponderatis,&c.in 1. dubio.alleg.c.
super eo.& ibi not.extrà,de regul.

Attamen Panor. concordando cõtrarietates prædictas
dicit,ꝙ c.ad audientiam.& ca.porrectum.intelligũtur,ꝙ
vbi cessat consuetudo, quòd Abbas solus monachos reci-
piat,debeat illos recipere,cum ipsorum monachorum cõ
silio.& ita not.Io.And.& post eum Philip.Franchus in d.
c.fi.de regula,lı.6.idem Io.Andr.in allegato c.ad apostoli-
cam.quod & tenuit Spe. in tit.de sta.monach. §.1.versic.
20.& Fely.qui ad hoc allegat multa in c.quoniã.in princ.
23 extrà,de simo.† Et licet ex cõsuetudine, vel præscriptione
soli abbatissæ competere posit monialiũ receptio;vt per
glo.in præalleg.c.fi.de regula,li.6.& per Abb.& alios in d.
c.ad audientiam.& d.c.porrectum. & d.c.ea noscitur.atta
men soli monasterio ius illud competere nõ potest. quan
doquidem receptio monialiũ competit principaliter abba
tissæ cum consilio monialium:& maximè, quia in mani-
bus abbatissę,vel alterius,de eius mãdato, vel cõmissione,
debet monialis facere professionem , vt sunt text.expressi
in d.c.ad audientiam.& d.c.porrectum, in quibus nulla fit
mentio conuentus,aut religiosorum.Intantum quòd do-
minus Anto.& vterq; Abb.in d.c.porrectum : voluerũt,
quòd etiam si professionem fecerit religiosus in manibus
Episcopi,quòd non erit religiosus, nec tenentur religiosi
alicuius monasterij talem recipere.Quod vsque adeo vo-
rum est, quod huiusmodi professio matrimonium postea
contractum non dirimeret,vt Abb. vterque,& dominus
Anto.vbi suprà,dicunt.

Ad quod facit,quia si ius illud recipiendi moniales cõ-
peteret ipsis monialibus cum abbatissa iunctim, sequere-
tur quòd inhabili , vel mortua abbatissa possunt moniales
recipere aliquas in religiosas: quod tamen omnino facere
prohibẽtur,per textum expressum in alleg.c. fi. de reguli.
lib.6.iuncta gl.in ver.creati.quæ allegat concord. in c.vni
co.§.cum verò.ne sede vacan.eodem li.& facit quod dice
24 tur infrà.† Similiter etiam si debeat abbatissa ex iuris com
munis dispositione consilium à monialibus petere quãdo
vult aliquam in monialem recipere: intantum quòd si nõ
petat,esset dicta receptio nulla,vt est tex.iuncta gloss.in c.
nouit.extrà de his,quæ fiunt à prælato,&c.attamen ex di-
ctæ regulę Benedicti verbis,in c.3.pręall.constat abbatis-
sam prædictam adstrictam non esse illud sequi ,sicut nec
ex iuris communis dispositione consilium huiusmodi se-
qui teneretur , pro vt in proprijs terminis resoluit Panor.
in alleg.c.ad apostolicam.ad fi.not.canon.in c. cum in ve-
teri.& in c.ne pro defectu.extrà, de elect.notat.Barba.in
c.ex parte.extrà,de consti. Bartolus in l.1.§.si plures.ff.de
exercito. Bal.in rubr.C.eo.tit.& in terminis nostris notat
Ioan.de Ana.consi.62.suprà allegato. in primo dub.& de
25 hoc non videtur esse dubitandum.† Præterea cõsidero,ꝙ
cessante & circunscripta omni consuetudine per R.abba-
tissam allegata,ipsa nihilominus,& alię sibi adhęrentes,ha
bent suam intentionem fundatam,eò quòd hoc ius nega-
tiuum præscripserunt,quòd nulla scilicet reciperetur,quæ
de genere militari non esset, vel cũ contradictione aliqua
rum,præsertim abbatissa extante cum eis. Licet enim ius
negatiuum præscriptione non acquiratur,etiam tanti tem-
poris cuius initij non existat memoria:vt per Panor. in c.
significasti in primo notabili.& ibi.Card. Flo.& Phil.de
Perusio :attamen vbi præcesserit prohibitio & patientia
aduersarij,potest acquiri præscriptione,secundum eosdẽ,
ibi.& est tex.secũdum verum intellectum in l.s. C.de ser.
& aqua.& facit l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucap.tit.gene-
rali.& ita resoluit Guido papæ,in suit decisio. Delphi.q.
pen. post 5.dub. qui ad hoc propositum adducit multa.&
inter cæteraallegat glo.in c.Abbate.in ver.hoc modo.ex-
trà,de verbo.sig. & aliam gl.in d.l. 1. C.de seruit.& aqua.
Spec.tit.de proprie.§.in cõfessoria.versi.sed pone,habuisti
fortè,&c.& Bar.in l.si prius.in 7.oppos.ff.de nou.ope.nun
tia.vbi resoluunt domi. Delphinales.quòd ad hoc ꝙ pos-
sint tolli mera affirmatiua,quæ alicui competunt , sufficit
quòd duo concurrant,scilicet prohibitio,seu cõtradictio
illius qui tale ius negatiuum asserit sibi competere, & pa-
tientia siue obtemperamentum ex parte illorum , contra
quos prohibetur,& qui prætendunt ius affirmatiuum ha-
bere.Quod sanè in casu nostro satis est factum, propter il
larum trium suprà in themate mentionatarũ,quæ de ge-
nere militari non erant,repulsionem. Et probatur huius-
modi prohibitioni fuisse per partẽ, quæ prætendebat hu-
iusmodi mulieres,filias, vel de genere ciuiũ admitti posse,
etiam si non essent de genere militari, paritum & obtẽpe-
ratum. Quoniam dictæ tres dominæ non probantur ad-
missæ fuisse in moniales dicti monasterij.super quo etiam
fundari potest ius negatiuum dictæ dominę abbatissę,per
eam pretensum, scilicet quòd nulla posset in monialem re
cipi,ipsa,vel alia,quę pro tempore esset abbatissa,contradi
cente:præsertim quando cum abbatissa concurrit aliqua-
rum monialium contradictio.

Et licet probatum non fuisset(pro vt tamẽ factum est)
quòd dictæ tres dominæ, de quibus in themate memini-
mus,repulsæ fuissent respectu dictarum qualitatum,scili-
cet quòd de genere militari non essent,& quia contradice
bat abbatissa,& aliquæ religiosę cum ipsa:attamẽ illæ qua
litates faciunt in dubio præsumi quòd est actum id quod
est consuetum,vt suprà dicebam.& no.Philipp. Cor.con-
silio 28.incipien te,visa,&c.in litera h.vol.2.Sed nec etiam
facit quòd prohibitiones huiusmodi factæ fuerint extrà
iudicium.quoniam sufficit etiam extraiudiciaria prohibi
tio,etiam si illi fuisset obtemperatum pro bono pacis dun
taxat.vt notat Panor.in c.Abbate.sæpe allega.per illũ tex.
26 vbi etiam Doct.iuncta gl.de verb.significa.† Et si pertina-
citer dicitur receptionem monialium non competere ab
batissæ cum consilio monialium: sed ad ipsam & monia-
les simul:cuius contrarium suprà versi.23.monstrauimus.
nihilominus etiã in casu prædicto fundari abbatissæ præ-
dictæ intentionem.dico.& ita in proprijs terminis consu
lendo resoluit Cald.in tit.de regula.& statu regula. consil.
24.incip.monasterium:vbi resoluit , quòd si monachorũ,
receptio ad abbatem & conuentum pertineat, & ipsum
monasterium fructibus abundet , ac etiam patiatur defe-
ctum monachorum, & abbas requisitus per religiosos re-
cuset recipere monachos: attamen ipsi , etiam de licentia
ordinarij,cui subijcitur dictum monasterium, creare non
poterunt monachos.allegat inter cætera c. fi. de regula.li.
6.licet in dicto casu posit ordinarius monachos creare, si
ipse in dicto casu prius mandasset abbati,quòd infra certũ
tempus crearet monachos,& ipse non paruisset dicto mã
dato:pro vt latè prosequitur Cald.vbi suprà. & ad hoc vi-
deatur Lapp.allega.sua 30.& Gemi.& Phil.Frã.in præal-
leg.c.fin.de regula.l.6. Quantò ergo magis in casu nostro,
in quo omnia supradicta cessant:quoniam monasterium
non superabundat fructibus,nec patitur defectum monia
27 lium.† Quòd autem non superabundet fructibus dictũ
monasterium, constabit apertè si iungamus c.periculoso.
in versi.sanè.ibi,absque penuria.de sta.regula.li.6.& quòd
ibi.gloss.in verb.penuria.& doct.per illum textum notãt;

vbi di-

vbi dicitur, quod in monasterijs monialium non debent plus recipi, quam possint ex eorum prouentibus absque penuria sustentari. & hoc attenta consuetudine regionis & personarum qualitate. Certè si attendamus prędicta, & quòd maiores reditus exiguntur pro nobilium sustentatione (cum lautius debeant videre, quam plebei (vt per dominum Bon. de Curtili in pręalleg. tract. nobilitatis. par. 5: Cum enim alimenta debeantur secundum personarum qualitatem, vt dicit glo. in c. episcopus. in verb. victus. 10. q. 2. & in l. seruis vrbanis. in verb. cibarijs. & in versi. ex libellis. iuncto tex. ibi. ff. de leg. 3. quæ dicit. quòd rustici nõ debent vti pullis, aut alijs cibarijs delicatis: sed caseo, cæpis, alijs & lardo, & pane grosso, & non albo. Vnde Florianus in l. sed & siquid. §. mancipiorum. ff. de vsufruct. dicit esse pręstanda alimenta secundum qualitatẽ & dignitatem personæ. de quo per Alexandrum consil. 70. volũ. 4. Quòdque non solum ad victum est habenda consideratio: sed etiã ad vestitum, & alia necessaria. text. in l. siquis à liberis. §. idem Iudex. iuncta gloss. in ver. non tantum alimenta. ff. de liber. agnosc. Inueniemus autem nedum probatum non fuisse ex aduerso, quòd monasterium fructibus abundet: verumetiam quòd egestas, & impotentia, quas dicta domina abbatissa allegauerat, sint probatæ. de qua deponunt primus, octauus, vndecimus testes. Et aliàs apparet de illis, per quasdam computorũ diffinitiones: per easdem abbatissam productas. per quas constar, quod residẽtibus omnibus monialib. in dicto monasterio, reditus illius monasterij non sufficerent pro eorum quotidiano victu. Et sic etiam fuit incidenter probatum, quòd dictum monasterium defectum monialium non patiatur.

Nec obstat quod contra dictos testes obiectũ fuit: quoniam etiam si diceremus esse inhabiles, ex quo tamẽ priorissa & sibi adhęrentes in earum schedula sexta Februarij, anno 1522. oblata, eos deputauerunt, vt absque lite, & rationib' alijs, possent dicti monasterij facultates scire stabitur eorum depositionibus, per textum in c. ex literis. secũdum lecturam dom. Ant. ibi. extrà, de transact. de quo per Corsetũ omnino in suis singularibus. in vers. testis. de quo dixi suprà 32. consi. versi. 6.

Ex quibus omnibus resoluendo totam huius consilij massam in vnam summam, concludo probasse dictam reu. abbatissam consuetudines per eam prætensas. & illæ, si non essent probatæ, nihilominus intentionem illius esse fundatam ad effectum de quo in themate, scilicet quod impedire posset, quòd nulla in monialem reciperetur, nisi asset de genere militari. Sed nec illa, vel alia quæuis, vbi dicta abbatissa, & quæ pro tempore erit abbatissa contradicerent. Maximè vbi aliquæ moniales cum eadẽ contradicerent: vel vbi monasterij fructus non superabundarẽt, nec pateretur defectum monialium. Et ita, vt suprà dictũ est conclusum, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ, anno 1525. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris ad hoc quòd aliquid operetur, oportet quod de illa constet ex verbis illius.*
2 *Fideicommissum non inducitur ex illis verbis, sit Titij & suorum. sicut nec in contractibus inducitur per illa verba, pro Titio & suis.*
3 *Verbum commune substitutionem vulgarem & non fideicõmissariam inducit, quando in substitutione huiusmodi dictio aliqua quæ tractum temporis denotat, adiecta nõ fuit.*
4 *Suorum appellatione qui veniunt in vltimis voluntatibus.*
5 *Fideicommissum appositum filio non videtur esse iniunctum ipsius filij filio.*
6 *Grauaminis appositio sola non videtur in dubio fideicommissum inducere: vbi etiã cui, & quando videatur induci tacitum reciprocum fideicommissum.*
7 *Titius & sui, vel si Titius & eius filij vocantur ad fideicõmissum, intelliguntur vocati filij qui nati erant tempore testamenti, aut saltem testatoris obitus tempore.*
8 *Vulgaris substitutio expirat statim quòd semel ex illa succeditur.*
9 *Fideicommissum non impedit hypothecam, vel alienationem quæ fit pro dote, aut pro dotis vel donationis propter nuptias restitutione; nec etiam cum quæ fit pro dotis constitutione: nec etiam aliam necessariam alienationem.*

CONSILIVM LV.

MAGNIFICVS dominus Vitalis Castelladori de Blanes, domin' qui fuit vallis Almonazir, locorumq; & castrorum, terrarum, ac emolumentorum ipsius, in facti contingentia præsupponitur in suo vltimo testamẽto prælegatum. siue legatum quoddam de dicta valle fecisse domino Gulielmo Raymondo eius filio, cum certis oneribus de quibus in clausula dicti legati. Et in dicto testamento apposuisse dicitur in alia parte siue capitulo, pactum & conditionem expressam, quandocunque Frãciscus de Blanes, dicti testatoris filius & hæres vniuersalis, daret dicto legatario sexaginta mille solidos, pro vna vice, vel faceret eũ securum de quatuor mille solidis, quolibet anno certis terminis soluendis ipsi Gulielmo, per dictum Franciscum, quòd dicto casu, vallis prædicta de Almonazir, & loca terræ, reditus, iuraq;, & emolumenta ipsius & ipsorum, sit. & sint dicti Francisci de Blanes, & suorum. Et in casu prædicto ante dictus legatarius teneretur restituere & derelinquere dictam vallem, & loca, reditus, & emolumenta ipsius, dicto Francisco de Blanes.

Consequenter nobilis Ioannes de Valterra pretendens se filium esse primogenitum, & hæredem vniuersalẽ Ioã. de Valterra primogeniti, & hæredis vniuersalis dicti Francisci de Blanes. hæredis vniuersalis prædicti, cui ex themate prædicto cõpetebat, ius redimendi, seu verius offerendi suprà mentionatũ pretiũ 60. mille solidorum annorũ, pro acquirendo prædictam vallem, deducit in facto quòd dictus nobilis Ioan. de Valterra pater eius, filiusque & procurator dicti quõdam Francisci de Blanes, patris sui, iuxta testatoris prædicti ordinationem, assecurauit dicto quondam Francisci de Blanes, patris sui, iuxta testatoris prædicti ordinationem, assecurauit dicto Gulielmo Raymõdo summam prædictam quatuor mille solidorum: & sic recuperauit dictam vallem à prædicto legatario: & in consequentiam illius, dicit ipsam ad eum deuenisse aut debuisse deuenire ex fideicommisso, quod prætendit impositum fuisse dicto Francisco illam vallem recuperanti, illa verba, sit Francisci, & suorum: quod etiam prętendit inductũ fuisse in dicti Francisci descendentes, cuius est nepos, per illa verba, quæ suprà præmisimus, sit & sint dicti Frãcisci & suorum.

Quæritur ergo. vtrum ex dictis verbis inductum fuerit fideicommissum in dicti Francisci descendentes. Et præsupposito citra veri præiudicium dicto fideicommisso, quæritur.

Vtrum dictus nobilis Ioãnes Valterra rectè innitatur,
1 dictam vallem petendo eo nomine quo interuenit. † Et licet frustrà videatur super primo dubio insistere, propter ea, quæ dubio secundo resoluo. attamen, quia prædictus nobilis de Valterra totam suam intentionem super dicto
2 fideicommisso fundat: & quia solet ex multiplicibus fundamentis meas decisiones roborare, aggrediendo primũ quæsitum, dico intrepidè fideicõmissum per huiusmodi verba inductum non fuisse. Moueor in primis per vulgatum illud dictum Baldi, in l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. quòd semper in vltimis voluntatibus possumus facere regulam: scilicet, quòd non dixit testator hoc non præsumitur velle. Quinimò debet huiusmodi voluntas ex verbis ipsius testatoris concipi. l. gallus. §. quidam, rectè. ibi, vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit. ff.

deun

de lib.& posthu.quem tex.ponderauit ad hoc idem Bal.in c.secundò requiris.appostillando text.ibi,in ver.intẽtioni extrà,de appell. allegat text. in l.si alij.in fi.ibi, plus valet scriptura,quàm quod actum sit.ff.de vsufru.lega.per quos textus Baldus in c.mãdatum.extrà, de rescript.dicit,quòd voluntas testatoris in mente retenta non attenditur: sed illa,quæ cohæret expresſè, habetur pro expressa. Nec.n. sufficit ita voluisse testatorem, nisi disponat, vt est notab. tex.in l.quidam cum filiũ. vbi Baldus & Ioannes de Imo. ita dicunt per illum textum.ff.de hære.instit.notat Raph. Cuma.in l.si res obligata.ff.de leg.1. & Alexã. exclamans de hoc dicto in l.3. C.de libe.præt.& notat.communiter in allega.§.fin autem ad deficientis.Intantũ ꝙ substitutio quælibet ad sui validitatem fieri debet verbis expresſis, aliàs non valet, vt notat Baldus in l.fin.in 10.oppoli.C.de hæred. institu. & in l.cum proponas.ad princip.eod.titu.

Præterea præsuppono ꝙ substitutio præsupponit saltẽ tacitam institutionem.l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hęred.instit.l.ex facto ita agitatum.eo.tit.& l.si quis eum. §.fi.ff.de vulg.& pupil.cum simil.Sed cum filij dicti Francisci.non fuerunt in dicto testamento expresſè,nec etiam tacitè in dicta villa instituti. consequens est quòd substitutio illis fieri non potuit,nec eos non cõprehendat: vt apertius infrà resoluemus: præsertim quòd ipse Franciscus in dicta villa & locis illis nõ fuerit à patre institut', vt subde-
2 tur infrà. †Et quòd ista verba,sint Francisci,& suorum,de sui propria natura non sint apta comprehendere fideicõmissum, apparet ex textu, & not.per doct.in l.si necessarias.§.de vendẽdo. ff.de pig.act.& in l.2. C.de pact.inter empt.& vendi.& in l.iurisgentium.§. pactorum.& l.tale pactum.ff.de pact. & omnino Model. in l.qui Romæ.§. Augerius.ff.de verb.oblig. Etenim cum illa clausula,pro se & suis, in vltimis voluntatibus intelligatur de liberis, pro vt infrà dicemus, & in contractibus apposita referatur ad hæredes & successores,vt volunt pręallegati Doct. sequeretur quòd etiam in omnibus contractibus fideicõmissum induceretur per illa verba. quoniam non dubitatur etiam in contractibus fideicommissum apponi posse: vt not.Bart.in l.Titius.ff.de hæred.instit.& Bal.in d.§.fin autem ad deficientis. & in l.quidã.ad fin. C.de act.& obl.
3 †Et præsupposito pro ficto,quod huiusmodi verba essent apta substitutionem inducere, quemadmodum testator substituit,aut vocat aliquem, & suos:attamen cum verbum sit in d.clausula appositum (cum dixerit,sit Francisci:& suorum)denotat quòd ipso iure vallis prędicta esset ipsius Frãcisci:dictum verbum sit, est verbum directum, vt per Bar.& moder.in l. Centurio.ff.de vulg.& pupil.& not.Bal.in l.fi. C.de sacrosanct.eccles. illa verba trahi non possunt ad fideicommissariam substitutionem,vt abundè monstrat Fran.de Aretio in l.Gallus.§.quidam rectè.post Bar.& alios.col.pen.ff.de liber.& posth.per l.verbis ciuilibus.& quæ notãtur ibi.ff.de vulg.& pupil. Quinimò etiã si diceremus esse commune verbum illud, sit,& non directũm,adhuc solum vulgarem,& non fideicommissariam substitutionem contineret.vt not. Alexã. & Aret.contra Paulum de Cast.in d.§.quidam rectè. quod etiam Bar.ibi tenet expresſè. & Raph. Cuma.secundum quod eum refert Alex.ibi:& sequitur nouisſimè Soci.ibi:col.pen.versi. tertius casus est.& dicit,quòd ita consuluit Alexan.pro vt eum cõperio fecisse in consi.22.inci.visis & perlectis.&c. vol.3.cui consi.le subscripsit pręalleg.Soci.ita etiam tenet dominus meus Philip.Decius consi.236.incip.non parua difficultas.&c.consil.253.incip. proponitur ꝙ Enemundus.col.2.versi.sed etiam,&c.vol.1.

Et hoc est verum secundum dictum Alex. in dict.cõs. 22.repetito in 4.vol.consi.13.col.2.versi.Præterea ad propositum.quando filij substituti essent patri simpliciter,nõ adiecta aliqua dictione,quę tractum temporis denotaret Substitutio enim huiusmodi etiam per verbũ commune facta(ait censetur vulgaris tantum, & non fideicommissaria, allegat l.iam hoc iure. ad princ.ibi:in vulgarem tantũmodo casum.ff.de vulg.& pupill.& Bart. in allegato §.quidã rectè.& in l.Lucius.eod.titu.Aliunde considero, quòd filij.qui ordine successiuo sunt substituti patri, solũ vocãtur eo casu quo pater eorum non successisset:non autem casu quo pater eorum fuisset hęres,aut successisset.& sic tantum sunt vocati per vulgarem,& non per fideicommissariam, vt resoluunt Alexan.& Soci.ibi: & allegant Raphale.Cum.ita tenentem in l.æpeal.§.quidam rectè.cuius est effectus, quòd ex quo dictus quondam Franciscus dicti nobilis aduersarij,vt prætenditur,auus paternus,successit in dicta villa & bonis, expirauit hmõi substitutio (si substitutio est)in persona filiorũ dicti Francisci, & multò magis in persona nepotũ suorũ.l.cũ in testamẽto. in prin. ff.de hæred.inst.& l.si mater in prin.& vtrobiq; doc.ff.de
4 vulg.& pupil.& prosequitur Alex. vbi suprà diffusè. †Sed vt apertius ostendamus non esse fundatã dicti nobilis de Valterra intentionẽ, fingamus etiã fideicõmissum per illa verba inductum fuisse. Certè ex illo fideicõmisso vocati fuissent duntaxat filij dicti nobilis Francisci, & non vlteriores descendentes in duobus casibus, scilicet, si d.Franciscus voluisset acceptare,vel si acceptasset,& postea fuisset mortuus. Ita Paulus de Castro in d.§. quidam rectè.in quo etiam casu vocarentur omnes filij dicti Francisci.Ad quod est tex.in l.cum pater.§. hæreditatem. ibi,in viriles. ff.de legatis secundo.& in l. Labeo. §. Pacuuius.ff.de stat.lib.& in l.quoties.§.hæredes.ff.de hæred. instu. & Insti. eod.§.si plures.Imò etiam venirent simul fœminæ cum masculis:quia dicta verba,& suis, intelligũtur pro liberis, quorum appellatione clarum est fœminas compræhendi. vt in vtroque casu resoluit dominus meus Philip. Decius præalleg.consil.253. colũmn.3.versic.remanet tertius intellectus,&c.volum.2.& pro vltimo dicto allegat Bald. in l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius vocan.Ancha.consil.125. incipiente, vilis, &c. & Alexander consilio.80.incip.viso,&c.volumin.1.

Quod autem dixi suprà,solos filios Francisci, & nõ nepotes vel vlteriores per illa verba, & suis,appellari,probatur,quoniam licet appellatione suorum descendentes vsque ad septimum gradum, larga quadam interpretatione veniant,vt est gloss.nota.in l.si fœmina.C. ad Turpil.quã pro singulari ad hoc allegat Bal.in c.postremo.extrà,de appellatio.& in l.vnica.C.qui accusa.non poss.& Anch.omnino in repeti.c.1.vbi per 6.& amplius chartas prosequitur hanc materiam. extrà, de constit. Quinimò ponitur quãdoq; habito respectu ad agnatos & cognatos, qui non sunt sui vsque ad quartum gradum, vt voluit Bal.vbi suprà,quem refert & sequitur Barb.in repet.l. cũ acutissimi. col.68.C.de fideicõ.& consi.28.col.3. vers.cum ergo,&c. vol. 2. Attamen. illa larga interpretatio in casu nostro cadere non posset, sed comprehenderet duntaxat solos filios Francisci,& (vbi non extarent tempore mortis eius) nepotes illius.quoniam verbum illud sui,de sua propria significatione comprehendet solum illos, qui sunt in potestate patris tempore mortis illius. §.1.& 2.inst. de hæred. quæ ab intest. defer. & sic eos qui sunt defuncto in gradu proximiori tempore mortis eius.& illo tempore, vel saltem tempore,testamenti per quod vocantur nati, vel concepti fuissent. Insti.eo.tit.§.cum autem.& ibi Ang.& doc. Ideò cum iste nobilis in causæ prosecutione deducat Frãciscum filios reliquisse, ex quorum primogenito dicit se descendisse,consequens est,quòd nõ veniret appellatione
5 suorum per supradicta. †Corroboro, quoniam fideicommissum,quod iniungitur filio non,afficit ipsius filij filios. quoniam grauamen in dubio videtur esse relictum à filio instituto,& non à descendentibus illius.sicut alienationis prohibitio filio facta, non comprehenderet eius filios aut descendentes,vt abundè monstrat Fran. de Curte, consi. 42.incip.testator Augustinus.col.10.versic.sed Iaco.hæres,&.c.& dominus meus Philipp.Decius,consi.95.incip. pro tenui,&c.col.4.versi.sed tamen in casu proposito.vol. 1.& consi.299.nu.9.vol.2.alleg.tex.in §.nos.igitur cum gloss.

glos.in auct.en.de rest. fideic.colla.9.not.Ioan.Imol.post
Barto.& alios in l.filiusfa.§.diui.vbi etiã dominus meus
Ias.versic.4 a.ff.de leg.1.& Alexan.cons.56.incip. Ideo-
nandus,&c.vo.5.& latius prosequor infrà consi.520.ver.
6 31.†Confirmo,quoniam fideicommissum non potest in-
iungi filij filiorum aliter non institutis, vt suprà dicebam.
& abundè monstrat dominus meus Iason in l. Centurio.
col.27.versi.circa illam quæstionem vtilem,&c.ff.de vul.
& pup. & ibi etiam hoc volunt alij doct.cuius dicti ratio
est illa triuialis,quem non honoro,nõ grauo. vt plenè per
Bar.in d.l.Centurio.Imo.(quod est magis) in dubio sola
grauaminis appositio non inducit præsumptionem one-
ris fideicommissi. Nec quod grauatũ voluerit honorare,
nisi cum grauamine concurrant aliæ coniecturæ.l.ab eo.
C.de fideicom.l.hæreditas ad Statiũ. & ibi Bar.& doct.ff.
de hæredibus instituẽdis.imò videreẽ tunc potius voluis-
se testator conseruare ius legitimarum hæreditatum inter
descendentes,quam eos inuicẽ per fideicommissum one-
rasse, vt suprà dicebam.& probatur in l.potest.& in l.vel
singulis.ff. de vulgari & pupillari.

Nec etiam dici posset, quòd vbi fideicommissaria esset
dicta substitutio,quòd induceret inter Francisci descendẽ
tes tacitum reciprocum fideicommissum,vt prętenditur
ex aduerso siue quia facta non fuit substitutio vltimo de-
scendenti, vel post mortem omnium:siue quia nõ est fa-
cta in tota hæreditate per signum vniuersale. quoniam &
si fieret vltimo morienti,vel post omnium mortem & nõ
adijceretur signum vniuersale,nõ intelligerentur inuicem
substituti:sed ius legitimum intelligeretur ab intestato re
seruatum inter eos.ita multum eleganter concludit domi
nus meus Iason in l.potest.col.3.versi. nota diligẽter,&c.
per illum tex.ff.de vulg. & pupil.vbi conclusionem hanc
multis iuribus & auctoritatibus corroborat, quam etiam
firmat Franci.de Curte in pręalleg.cons.42.incip.testator
Augustinus.col.13.versi.ad quintũ,&c. Testator etenim,
vt est vulgatum in iure, semper præsumitur minus hære-
dem grauare voluisse, quam fieri possit.l.vnum ex fami-
lia.§.si rem.ff.de legatis secundo.Ideò etiam si diceretur
institutum fuisse dictum Franciscum in dicta villa,nõ es-
set in dubio præsumendus grauatus fuisse onere fideicom
missi in descendentes:sed solũ in primo gradu.vbi graua-
men appareret. & hoc latius etiam prosequor infrà consi.
7 68.versi.51.52.& 53.† Et quòd non possit dictus nobilis
Valterra inniti fideicõmisso, moueor ratione concludẽti.
posito etenim pro ficto,quòd illa verba,sit Frãcisci & suo
rum, operentur quòd d.Franciscus & sui in d. villa fuerint
vocati,dictio autem illa,suis, vt suprà dicebamus intelligi
tur de filijs,vel liberis pręnominati Francisci,qui tempore
dicti testamenti,aut certè mortis ipsius testatoris essent na
ti.de quo cum non appareat ex processu,consequens est,ꝙ
non vocatur per hanc dictionem suis, etiam si fideicom-
missum fingeremus. ita notat in simili casu Ioannes An-
dreas in additio.ad Specu.titulo,de testa.col.pen.versi.itẽ
Lambertinus, &c. quam decisionẽ sequitur Alexã.præall.
consi.22.incip.visis,&c.col.2.vol.3. tenuit eandem Bart.
consil.incip. Bonauentura condidit testamentum.vbi re-
soluit quòd si testator substituat aliquem,& suos, intelligi
tur de natis tempore testamenti. Quam etiam sententiã
tenet Ang.consi.38.incip.quidam Ioãnes decessit.Refert
& sequitur Alexan.consi.183.incip.viso testamento dicti
Siluestri. & nouissimè dñs meus Philipp. Decius præall.
8 consi.95.col.5.versi.3.principaliter.vol.1.† Ex quibus ap-
paret per dicta verba,sit Francisci & suorum nõ fuisse in-
ductam substitutionem aliquam:& vbi aliqua fuisset indu
cta,illa esset vulgaris.quę quidem dispositio,ex quo semel
fuit impleta & perfecta in personam dicti Francisci, non
fuit porrecta ad aduersantem, sed nec ad eius patrem. vt
not.Bar.in præalleg.l.liberorum.col.pen.versicu. quæro,
quid si in aliqua dispositione,&c.allegat l. Gallus. §.idem
credendum.ff.de lib.& posth.Quam doctrinã Bar.sequi-
tur Alexan.consi.105.incip.perspectis verbis testamenti.
col.2.volũ.1.idem consil.21.incipien.ponderatis his,&c.
vol.3.& in terminis nostris dominus meus Philippus De-
cius in sæpe alleg.consi.95.col.pen.versi.4.& vltimò, &c.
9 vol.1.† Secundum dubium videtur esse sine scrupulo,cũ
ex pręmissis appareat sæpedictum nobilem,ex verbis qui
bus innititur,vocatum non esse. Attamen vt in admissibi
litatem illius apertius ostendamus, fingamus tacitum reci
procũ fideicommissum ex dictis verbis fuisse inductũ in-
ter descendentes Francisci sæpedicti. Considero d.nobilẽ
Francisc. (vt cõstat ex processu)plures habuisse filios,qui
omnes(vt suprà versi.4.monstrauimus) ad huiusmodi fi-
deicõmissum vocati fuissent, post dicti Frãcisci mortem.
& in ea parte in qua successit pater huius nobilis,cęteri &
filij dicti quondam nobilis de Valterra vocati fuissent vt
ibi dicebamus. Cum ergo dictus nobilis nõ deducat se ius
habere ab alijs dicti Frãcisci filijs:sed nec à suis fratribus:
consequens est quòd ineptè petit dictam vallem,ad quam
essent etiam alij vocati,vt suprà dicebatur.Quod etiam te
net Io.de Anania consil. 37.incip.viso puncto,& alijs vi-
dendis,&c.in princip.

Nec facit, ꝙ dictus nobilis sit filius primogenitus pa-
tris sui, & ex eodem primogenito nepos Francisci sæpe al
legati,quem etiam dicit hęredem fuisse vniuersalem dicti
quondam Francisci, & se dicti patris eius hæredem etiam
vniuersalem.Qui ex quo vocati essent omnes filij & filię
Francisci. & in portione in qua succedit dictus quondam
nobilis de Valterra , similiter vocati essent omnes eiusdẽ
filij & filię:non potuerunt dicti Franciscus & Ioannes qui
grauati erant onere fideicõmissi,vt prętẽditur ex aduerso,
per eorum testamentum præiudicare filijs eorum respe-
ctiuè,qui ex dicta substitutione vocabantur.lege.cum ita.
§.in fideicommisso.de lega.2.& in lege.fina. & vtrobique
docto.C.de verb.sig.& ita concludebam suprà consil.42.
versicu.nono.

Et si fingamus hũc nobilẽ duntaxat ex fideicommisso
vocari:clarũ est,ꝙ bona subiecta restitutioni, vel grauata
per fideicommissum, aut aliàs alienari prohibita, possunt
nedum obligari & hypothecari pro dote,aut illius restitu
tione,vt est casus in auct.en.res quę.præalle.cum sua mate
ria;sed etiam pro dote, & dotis augmẽto possunt alienari,
etiam in præiudicium fideicommissariorum: pro vt abun
dè consulendo resoluit Socin.consil.23.incip.in proposita
cõsultatione,&c.per totum.vol.3. quod latius prosecutus
sum tenens hanc opi.suprà consi.53.ver.3.

Sed quantum audio, fuit dicta vallis pro dote,aut dotis
restitutione vendita ad incantum.siue subhastationem,&
sic illa alienatio tanquam necessaria per dictum fideicom
missum(quod solum voluntariam non admittit)impediri
non potuit, vt per dominum meum Iasonem omnino
post alios in præall.§.diui.in 7. notabili.not. Bartolus in l.
pet.§.prædium.de leg.2.& in l.pater filium.de lega.3.not.
Bolog.consi.43.incip.Ser.Iacobus,&c.col.3. versicul.aut
volumus dicere,quòd dicta,&c.idem.Soci.consi.16.inci.
in causa,quæ vertitur,&c.col.3.ver.ex quibus infero, &c.
vol.3.& dominus meus Philipp. Decius consi.301.incip.
visa petitione Philippi.col.3.versiculo, sed maior est dubi
tatio, &c.vol.2.

Ex quibus resolutiuè concludo ex dictis verbis testa-
menti de quibus in themate,nec vulgarem,nec fideicom
missariam substitutionem induci: sed nec ex aliqua illarũ
posito (pro ficto, quòd inductæ fuissent) competere di-
cto nobili de Valterra ius quod prætendit in valle præ-
dicta;in quo iure (si quod præsupponeretur ei cõpetere)
potuit præiudicari eidem per eius patrem aut auum in
hypotheca dictę vallis supradicta. & per consequens ꝙ
ipsa potuit vendi legitimè ratione dictæ hypothecæ, au-
ctoritate curiæ.Et ita vt suprà dictum est, & conclusum,
decidebam & resoluebam, saluo,&c. Barchinonæ, anno
1525.ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 EMphyteuticus contractus de sui substantia scripturã non requirit,secundum magis cõmunem opin.docto rũ.& nedũ solutio census, vel canonis põt probari per testes,verumetiã perditis instrumẽtis, vel literis constitutionis emphyteusis probatur ex prioribus vel posterioribus solutionibus cẽsus.aut laudimiorũ.nu.2.et ẽt per instrumenta recognitionis,vel venditionis, in quibus fateatur emphyteuta rem illam esse emphyteuticariã.nu.3.& emphyteuta negans rem esse emphyteuticam scienter, perdit illam.num.4.& emphiteusis ac etiam directum dominium in factis antiquis probatur per famam, quando aliàs testes vel instrumenta non possunt haberi.nu.5.

4 Dominus directus potest cogere vassallum quòd ei exhibeat instrumenta realia, siue stabilmenti, alias potest expelli per dominium.

6 Dominium directum probatur per instrumenta concessionis in emphiteusim,aut stabilmẽti,ac etiam per confessiones emphyteutæ in instrumẽtis recognitionis,aut alienationis factis.& suprà, nu. 1.

Suorum appellatione qui veniunt in contractibus.& numero 7.

7 Hæres ab intestato acceptando, vel adeundo cum beneficio iudicis,sibi non præiudicat.

8 Verbum hęres in contractibus nedum comprehendit successores sanguinis,verumetiam quemlibet successorẽ,nisi materia de qua agitur resistat.

9 Laudimia quando soluũtur cuius temporis valor attenditur.

CONSILIVM LVI.

AGIT Sebastianus Olms parator villæ Bifulduni,contra Ioannem Crexel, qui vt agentis elidat intentionem cõtra dictum Olms obiecit,quòd non probat emphyteusim prætensam:& vbi probaret illam,negat probasse ius directi dominij, quale dictus Olms prætendit. Quæritur à me quid iuris.

Vt paucis rem expediam, præsuppono satis esse dicto domino agenti,si probet domum, super qua insistit,fuisse concessam in emphyteusim sibi, vel illis à quibus ius habet in hac parte dominium directum pertinuisse & competijsse:& hoc nedum ad effectum obtinendi in hoc iudicio, verumetiam ad intentandum commissum dictæ do-
1 mus,vt infrà docebimus.versi.4.† Cum ergo debeat ante
omnia probari emphyteusis,pro dicendorũ verificatione præmitto,quòd licet Alber.de Rosate & Saly.post Pet.de Bella pert.conterraneum meum, & post Cynum,voluerunt in l.1.per illum tex.quem ibi ad hoc ponderant.C.de iure emphy. quod contractus emphyteuticarius,& ad sui essentiam & ad effectum ipsum probandi scripturam exigat,quod etiam senuit Io. And.& Ancha.in c.potuit.extr. de loca.contrariam nihilominus opi.tanquam magis communem tenuit glos. in d.l.1.in vlti. oppos. quam sequitur ibi Bar.dicens, quòd illam approbet consuetudo & obseruat.Sequitur Ang. & Flori.qui dicit,quòd requisitus pro parte contraria voluit consulere.Quam etiam opin.tenuit Spe.tit.de loca.§.num verò aliqua.ver.5.Tenuerunt eandem dom.Anton. & Abb.post Collecta.& Hostien. in d. c.potuit.Sequitur plenè dominus Iason in l. secunda. col. 81.versiculo,in eadem gloss.ibi, per testes.C.de iure emphyteu.idem in l.vnica.super gloss.in vers.scriptura.eod. titulo.Ex quo infertur vnum correlarium,quòd sicut probari potest emphyteusis & solutio cẽsus per testes,etiam per duos,vt omnino per eundẽ in dicta l.2.vbi suprà,quãuis aliter visus sit sensisse Saly.ibi,quoad numerum testiũ. ita etiam per testes probari possit emphiteuticæ rei dominium.vt per dominum meum,vbi suprà,& not.Corsetus
2 in suo tract.de iure emphyteu.in 4.parte principali.†Et si
dicamus affirmatiuam opinionem esse communem, quã plures doctores(vt patet ex supradictis)insequuntur (nisi fortè vbi consuetudo negatiuæ parti faueat)dico,quòd etiã perditis instrumentis res probatur emphyteuticaria ex prioribus vel posterioribus laudimiorum, vel census aut canonis solutionibus.pro vt not.Bal.& Barth.de Salic.in l. si certis annis.col.4.vbi etiam do.meus Iason.ad fin.C.de pact.Idem Bald.in l.indicia.ad princi. C. de rei vendi. notat dominus Iason in l.non idcirco. quam legit cum l.cum testamentum.C.de iuris & facti igno. Idem in præal. l.2. col.97.versiculo,quartodecimo quæro,&c. C.de iure emphyteu.quos refert,& sequit Corsetus, vbi suprà,per tex. in l.litibus.C.de agri.& censi.lib.11. Vnde sequitur in casu nostro quòd dictus Olms sufficienter verificauit intentionem suã per testes, qui deponunt de dicti canonis & laudimiorum solutionibus, etiam si nõ probasset emphyteusim prædictam(pro vt tamen fecit per instrumentum stabilimẽti,vel concessionis in emphyteusim per Martinum Camoz,cui dictus Olms successit)factam Guli.de Guaistre,cui successit Barbara ei' filia,vxor Bartholomæi Parella.Quæ quidem Barbara tanquam hæres vniuersalis dicti Guaistre patris eius vendidit domum Petro Crexel chirurgo,cui etiam dictus Ioannes Crexel nepos eius successit,domum prædictam, saluo iure directi dominij, & annuo censu trium solidorum soluendo domino directo in
3 festo sanctorum Petri & Fœlicis,† Considero etiã,quòd
Ioannes Reyera sutor villæ prædictæ Bisulduli propter nimis grauem censum annuum cessit in manibus Nicolai Sabater,tũc directi domini domus illius, & sic cedẽdo domum illã seipsum liberauit ab emphyteusi prędicta, vt plenè per Albericũ de Rosate in l.cum fructuarius. ff. de vsufructu.& in l.sicut ab initio. C. de actio.& oblig.& in sæpeall.l.2.col.pen.versi.Item quæro,nunquid. vbi etiam dominus meus Iason & alij.C.de iure emphyteut. in qua quidem cessione dictus Reyera confessus est se tenere domum illam in emphyteusim à dicto Nicolao Sabater, cũ annua pensione trium solidorum, & in d.termino.ex cuius quidem Nicolai testamento successisse constat Martinum Casnoz, cui certis titulis de quibus in processu successit sæpe dictus Olms, quem etiam Martinum Camoz, constat stabilijsse siue concessisse in emphyteusim domũ huiusmodi suprà nominato Gulielmo Guaistre patri Barbaræ,& sic apparet de dicta emphiteusi, quam etiam non negauit Petrus Crexel in instrumento sub infeudationis, quam fecit Bernardo Roquer alteri ex correis, sed nec illam negat dictus Roquer,quinimo & laudimium pro acquisitione noua, siue concessione, & annuum cẽsum huic
4 agenti,vt domino directo,soluit.†Addo, quòd potest hic
agens Crexel, nomine quo interuenit, cogere vel edat ei realia instrumenta siue stabilimenti,pro vt abũdè resoluit do.meus Ias.in sæped.l.2.col.97.versi.quintodecimo quęro,&c.vbi etiam Bar.Alber.& alij.C.de iure emphy.not. do.meus Iacobinus de sancto Georgio in suo tract. feud. in gloss.versi.dictiq; vasalli promiserunt,&c.versicu.plus dico.notat Soci.in præalleg.consi.167.Barba.cons.50.col. 7.versiculo,& adduco quod bellissimè voluit, &c.vol.1. (quod consiliũ omnino videatur,quoniam etiã in fortioribus terminis resoluit pro domino agente.)Qui quidẽ doctores nedum tenuerunt dictam cõclusionem, verum ẽt, quòd contradicentem emphyteutã exhibere dicta instrumẽta potest expellere dominus directus, & multo magis quando negat bona esse emphyteutica.& ita voluit Inno. in capitulo,cæterum.extra, de iudi.dominus meus Iason in pręallega.l.vnica.colum.quinquagesimaseptima,in 32. quæst.C.de iure emphyt.Maximè vbi negat sciẽter,)pro vt in casu nostro)quoniam in omnibus instrumentis renũtiationis,& stabilimenti,& vẽditionis,suprà mentionatis, domus prædicta ponitur pro emphyteuticaria, & tamen dictus Crexel in hoc iudicio nullum alium directũ domi
5 num allegauit. †Addo, quòd nedum ad probandum em-
phiteusim, verumetiam ad probandum dominium directum

ctum, vbi testes nec instrumenta reperiuntur, standũ erit
famę & communi hominum opinioni, loquor in factis
antiquis.argu.l.si arbiter.ff.de iudi.& in l. atqui natura.§.si
cum me absente.ff.de neg.ge.& no.Bal.in l.proprietatem.
& in l.indicia.C.de proba.Sic ergo ad propositum, cũ pro
bauerit hæc pars per famam fuisse præstita seruitia huius
agentis prædecessoribus,per anteriores emphyteutas:cõ-
sequẽs est probatum esse dictum dominium, quale etiã
prætendit hic agens.& ita not.omnes feudistæ. maximè
Bal.& Aluar.& Card.in c.vassallus.in tit.si de feudo fue.cõ
trib.& in c.s.& c.2.de feudo Marchiæ.& in c. t. vbi plenè
And.de Yser.in tit.de contro.inter masc.& fœm.in vsibus
6 feudorum.† Superesse videtur solus scrupulus,an scilicet
hic agens probauerit dictum dominium sibi competere
(ex suprà deductis etenim cõstat probatum esse,quòd do
mus hæc super qua agitur sit emphyteuticaria,& per cõ-
sequẽs de alterius directo dominio.) Et dico quòd proba
uerit sibi competere. Constat enim ex instrumẽto stabili
menti præmentionati facti per Martinum Camoz. Gu-
lielmo de Guaitère,quòd dictus Martinus sibi reseruauit,
& suis,directum dominium prędictum,cum iuribus dire
cti dominij: & in signum huius reseruauit sibi & suis an-
nuũ canonem trium solidorum. per quod instrumentum
concessionis in emphyteusim sibi stabilimenti,non dubi
tatur probari dominium directum, vt suprà dicebatur.&
not.Spe.tit.de loca.§.nunc aliqua. ver.57.;quod etiam per
instrumenta venditionum Barbarę & Crexel præmentio
natorum voluit idem Spe. in d.§.versi.74.probari.per gl.
in c.1.de censib.li.6. Maximè vbi dominus directus non
agit rei vendicatione: quia etiam in dicto casu non potest
emphiteuta referre domino quæstionem dominij,pro vt
not.Barba.vbi suprà.vers.& adduco ad prędicta,&c.cum
sequent.versic.& Soci.præalleg.consi.167. in 5.q. princi-
pali.versi.a.conclusio. Probato ergo directo dominio d.
Martini Camoz, superest monstrare hũc actorem in eius
persona verificasse.Et refricando quod suprà dicebam,sta
bilimẽtum per dictum Martinum Camoz,factum dicto
Guaistre,in quo sibi & suis reseruauit & retinuit directũ
dominium,& annuum canonem prædictum,clarum est,
quòd,cum dominus, agens verificauerit se esse dicti Ca-
moz ex filia nepotem, suitatem etiam in stricta significa-
tione,qualis in contractibus attenditur, probauit.quoniã
etiam aliàs dicuntur sui, nedum descendẽtes vsque ad gra
dum septimum, vt voluit gloss.singul.in l.si fœmina.C.ad
Turpil.in ver.suorum.quam pro singulari allegat.Bald.in
c.postremò.extrà,de appel.& in l. t.C.qui appel.non poss.
& Anch.in repet.c.1.extrà,de consti.verumetiam appella
tione suorum(in contractibus loquor)veniunt aliàs con-
iuncti habita consideratione ad agnatos,pro vt voluit idẽ
Ancha.in d.c.s.vbi allegat gloss.præalleg.quã Ang.ibi di-
cit ad hoc propositum esse singularem.pro quo est tex.for
malis secundum Bal.ibi,in l.ad petitionem.C.de aduo.di-
uer.iudi.per quem Bal.ibi dicit,quòd appellatione suorũ,
nedum veniunt descendentes vsque ad septimum gradũ
(vt suprà dicebamus) verumetiam veniunt transuersales
vsque ad quartum gradum. quod dictum Bal. refert & se-
quitur And.Barba.in repet.d.l.cum acutissimi.col. 129.C.
de fideicommiss.Et quandoque etiam(loquor in contra-
ctibus,pro vt & intelligo loqui Bal.& And.Siculum præ-
allegatos.per ea,quæ suprà consi.præcedenti scripsi,versi.
4.& per totum)denotat dominum & possessorem:& etiã
quandoque impropriatur secundum subiectã materiam :
ita quòd non semper designet dominium,sed possessionẽ
7 tantum.vt suprà consi.40.versi.4.monstrauimus. † Nec
præmissis obstat, quòd non probauerit agens se hæredẽ
esse dicti Camoz. Cum enim se probauerit esse nepotem
illius(vt prædixi)probauit etiam hæredem esse,licet hæ-
reditatem illius ex iudicis beneficio voluerit adipisci, &
eiusdem prouisione voluerit possessionem illius accipere,
in quo hæreditati sibi ab intestato,vel aliàs delatę sibi non
pręiudicauit.vt not. Doct.maximè Bal.in l.apud Iulianũ.
§.1.ff.ad Trebel.& in l.1.C.de dona. quæ sub modo. vbi
etiam Salic.& Signo.de Homed.consi.suo.152.incip.su-
per dubijs.Fulg.cons.180. inci.in quęstione huius statuti.
& Phil.Cor.consi.136.incip.in hac,&c.versic.ad tertium.
volumin.3.

Nec etiam obstat,quòd non probauerit agens emisse to
tam hæreditatẽ dicti martini Camoz:sed singulares dun-
taxat res,aut membra ipsius. Testamentum etenim osten
dunt agentem ex curiæ prouisione assecutum fuisse vni-
uersam hæreditatem dicti quondam Camoz, quæ ad cre
ditorum instantiam , cum nollent sequi fidem ipsius, qui
alias hæres erat,fuit vendita ad incantum publicum iuxta
dispositionem l.iurisdictionis. C.de bo.aucto. iudi. poss.
Constat enim ex instrumento subhastationis, quòd tota
hæreditas prædicta vendita fuit,quæ nõ in massa,sed mẽ-
bratim solet vendi,ac vltimo illius appreciatori tradi.iux-
ta not.in l.si sine dolo.§.1.ff.de minoribus & in l.rem pu-
blicam.C.de iure reipubl.libr.12. Inde est,quòd probata
missione in possessionẽ vnius ex rebus hæreditarijs,pro-
batur immissio in tota hæreditate:quãdo fuit integraliter
vendita,& alius non probatur in particularibus bonis im-
missus.vt notant Cynus,& Albe.de Rosate, post Petrum
compatriotam meum in l.cum apud veteres.vbi etiam Sa
lic.in 4.oppo. C.de bon.aucto.iudi. possid. Cum ergo di-
ctus Martinus Camoz.;sibi & suis retinuerit dominiũ di-
rectum,de quo impræsentiarum agitur, clarum est ex il-
la stipulatione fuisse acquisitum huic agenti, qui(vt præ-
dixi) est de suis:etiam si non fuisset aliàs hæres eius:vt no.
Alexan.in l.Gallus.§.quidam rectè.colũ. 4. versi. vbi au-
tem non subest aliqua necessitas.& ibi etiã Moder.in ma-
teria successionis.ff.de lib.& posthu.not.Bald.& Alber.de
Rosate in l.fi.C.de impuberibus & alijs substi.Alex.cons.
26.incip.ponderatis bis,&c.volumin.5.& dominus meus
Philip.Decius consil.253.incip.proponitur,&c.volum.2.
8 †Addo,quòd etiam si dictus Camoz.in stipulatione dire-
cti dominij,post dictionem suis,addidisset dictionem hę
redibus expressè,quòd etiam veniret hic agens ex stipula
tione huiusmodi. quoniam dictum verbum est aptũ cõ-
præhendere successores,qualis est hic agens:vt in l. cũ acu
tissimi.C.de fideicom.& not.doct.in d.l. Gallus.§. etiam
si parente. ff. de lib. & posth. verumetiam comprehendit
quemcunque successorem(nisi materia de qua agitur resi-
steret.)ita notant Bar.Alex.dominus meus Ial.& moder.
in d.§.etiã si parente.Pau.de Cas.in l.filiusfa.§.diui.vbi ẽt
Moder.ff.de leg.1.& videtur esse casus, & ibi Bar.in l.pa-
ter.§.mater.ff. de lega.3.& not. dominus meus Iason in l:
emancipata.§.emancipata.C.qui admitti ad bo.poss.pos-
sint.& in l.fi.vers.22.C.de edicto diui Adri.toll.& est tex.
in l.nihil aliud.ff.de verb.signif. & in l. hæreditas.vbi do-
minus meus Phil. Decius.ff.de regul. iur. per quos textua
Soci.consi.102.incip.visis scripta compositionis factæ.in
secundo dubio.vol.3.resoluit,quòd qui succedit in ius alte-
rius,etiam in aliqua re particulari,etiam ex quocunque ti
tulo, veniet appellatione suorum hæredum:nisi alias su-
biecta materia repugnaret.

Ex quibus resoluendo concludo, dominum agentem
verificasse emphyteusim & suum dominiũ directum, in
consequentiam cuius in hoc iudicio rectè innititur, & pe
tita debet obtinere. Ita vt est suprà dictum & conclusum
decidebam & resoluebam, saluo,&c. Barchinonæ 1525.
ad laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

Additiuncula ad præcedens consilium 56.

9 †Post redditum præcedent consilium,fuit à me petitum,
quale pretiũ, aut valor considerabitur pro assequendo fo
riscapio, quod petit agens:vtrum attẽdetur valor quo fuit
res vendita,cuius venditionis prætextu dictum foriscapiũ
petitur:vtrũ verò considerabitur valor,quo venditor do-
mum extraxit de manibus emptoris,& vendidit illam po
stea Bernardo Roquer altero ex correis,qui fuit inuesti-
tus ab

tus ab agente. Et dico post Alberi. in sæpealleg. l. fi. C. de iure emphy. & in l. fundi partem. ff. de cōtra. empt. & in l. intra vtile. §. fin. ff. de mino. quòd si reus priuari potuit dicta emphiteusi, quia non recepit inuestituram à domino, vel quia illam vendiderit non saluato iure directi dominij, habebitur ratio ad valorem hodiernum. præsertim, quia nō recepit à domino traditionem, cui propter calamum soloi debet laudimiū, pro vt tradunt practici Cataloniæ in vsatico, si quis suum feudum, per text. in d. l. fi. C. de iure emphy. attento maximè dolo partis, qui omnem eius ignorātiam excludit, cum fuerit aduersanti vendita domus prædicta pro emphyteuticaria, & saluatum ius directi dominij: qui tamen nullum alium directum dominium in hoc iudicio allegauit, aut probauit, vt suprà dixi, saltem indubium est, quòd æstimabitur domus prædicta ad valorem ipsius tempore, quo fuit vendita & per ipsum meliorata. quoniam dictus agens per hanc nouam inuestituram videtur exclusisse à se ius reducitatis, pro vt abūdè notat dominus meus Philip. Decius consi. 185. in addit. ipsius inc. vlterius reuocatur in dubium. ita etiam not. dominus Nicol. Boerij nunc præses senatus Aquitaniæ meritissimos in suo consuetudinaris Biturigum in tit. de iure retentionis. §. 2. Alber. in l. dissolutæ. C. de condict. ex l. & in l. Titius. 1. ff. de act. empti. & in prima parte statuto. q. 96. & ita consulo Ego Celsus.

Ita fuit iudicatum per iudicem ordinarium, vt patet ex consi. sequent. quod est de eadem materia, & pro eodem.

SVMMARIVM.

1 *FOriscapium quid sit, & foriscapiū duplicatum soluere tenetur ex cōstitutionibus Cataloniæ (præter al. as iuris pœnas) qui rei emphiteuticariæ possessionem adipiscitur absque domini directi consensu (& quid de iure communi,) & similiter pœnam incurrit ex vsaticis Gerundæ, ille qui vendit, aut dat, donat rē emphyteuticā absque dicti domini directi consensu.*

Numerus singularis an, & quando comprehendat pluralem.

2 *Emphyteuta quando sua culpa priuatur emphyteusi, perdit etiam melioramenta, quæ in huiusmodi fecit.*

3 *Laudimium vel foriscapium ad sciendum quantū sit, attenditur tempus quo magis res valebat, quando debentur in pœnam.*

CONSILIVM. LVII.

1 ANno superiore consului in fauorem honor. Sebastianū Olms villę Bisulduni, & secundū meum consilium (quod est præcedens, & aliquorum solennium iurisperitorum ciuitatis huius Barchinonensis fuerat subscriptione roboratum) fuit lata sententia, per quam fuit aduersa pars inter cætera condemnata ad soluendū Sebastiano prædicto foriscapium (quod simplex secundum patriæ iura, est medietas pretij: & duplicatum est pretium ipsum integrum, pro quo fuit res emphiteuticaria vēdita) ratione vēditionis factæ per Petrū Crexel Bartholomæo Pereda: & aliàs pro vt in d. sententia diffusius continetur. Ex qua quidem sententia resultat difficultas, quale est, aut quantum foriscapium ad quod fuit aduersarius condemnatus: & quale tēpus attendetur ad illud foriscapium æstimandum. An scilicet tempus venditionis prædictæ, cuius prætextu foriscapium prædictum petitur. An verò cōsiderabitur tempus, quo d. Crexel extraxit domum sæpedictam de manibus emptoris, & illam vendidit Bernardo Roquer. Quoniam inter illa duo pretio lata est differentia.

Quò ad primam huius quæsiti particulam, quale sit videlicet foriscapium: videtur super indubio formari quæsitum contra tex. in c. cum in iure peritus: & suam materiā. extrà, de offi. deleg. Verba etenim sententiæ loquuntur solum in laudimio, vel foriscapio, & sic de simplici tantū foriscapio loqui videtur prima facie. Quoniam numerus singularis regulariter non consueuit pluralem comprehendere. præsertim in sententia, cuius verba strictè sunt intelligenda. vt not. Bar. in l. si expressim. versi. mihi videtur dicendum. ff. de appell. per l. 1. C. si plures vna sentent. &c. & l. si à te. de except. rei iudi. & gl. in l. & puto. ff. fam. ercisc. contrarium attamen puto verius. & quòd debeatur duplicatum foriscapium. Si enim attēdamus, quòd sententia se libello etiam generali cōformare debet. l. 1. §. per hanc. & l. 2. & ibi Alb. & doct. ff. de rei vendi. & in l. facultas. vbi et Iacob. Rebuffi. versi. veni ad quartam, &c. C. de iure fisci li. 10. glo. in. l. 1. in ver. proinde. de edendo. ff. & Alex. in l. j. eod. tit. & maximè, quia ex constitutione Regis Ferdin. in curia Barchinonen. c. 16. ille, qui rei emphyteuticæ ad eū ex emptione prouentæ possessionem adipiscitur absque domini firma, vltra iuris pœnas tenetur directo domino duplicatum foriscapium soluere. quam etiam pœnam incurrit ex vsatico Gerunden. sub rub. de iure emphyt. vel feud. vsā. 3. inc. item, quòd ille, qui vēdit. Ne igitur dicatur esse lata ista sententia contra expressa iura patrię: dicendū est, intelligi eam debere, vt cōdemnauerit in duplicato foriscapio: cum etiam verba illius patiantur hunc intellectū: & ita etiam fuerit petitum.

Nec est inconueniens, imò frequēs, quòd numerus singularis in plurib' verificatur: vt probatur in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. & in l. si plures. & ibi Bar. ff. de leg. 3. & in l. si quis ita. vbi etiam Bar. ff. de testa. tutela. Quandoquidē habetur singularis numerus pro genere. vt est gloss. in rub. Insti. de actio. & not. Bar. in præalleg. l. si plures. de lega. 3.

2 †Ad id autem quod quæritur, quale tempus considerabitur ad æstimandum foriscapium prædictum, perseuero in resolutione, quam feci suprà in additione ad consiliū præcedens: scilicet, quòd attēdatur tempus, quo d. Crexel extraxit domum prædictam de emptoris manibus, & illam vendidit prænominato Roquer. Ad cuius decisionis corroborationem mè monet, quòd licet contentio sit inter doctores non parua, vtrum emphyteusi finita per tēpus concessionis, aut per generationem, amittat emphiteuta melioramenta, quæ in re emphyteuticaria fecit. Attamen indubium est, quòd quando finitur emphiteusis per emphiteutæ culpam, perdat illa melioramenta: vt latè concludit do. meus Iason in authent. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. & in l. fi. pe. al. col. 39. versi. item adde prædictis. C. de iure emphyt. & ibidem paulò antè, versic. 7. principaliter nota. Ita etiam not. Bal. in rub. eo. tit. dicens, quòd emphyteuta cadens ab emphyteusi ob canonem non solutum, amittat melioramenta quæ in illa re fecit. ad quod allegat infinitas concord. dominus meus Ias. vbi suprà reprobando gl. in l. si colonus (quam etiam Bar. ibi damnat.) ff. locati. & ita etiam voluit Bal. in c. 1. §. si vassallus. in tit. hic fini-

3 tur ex Fede. deinde consue. regni. incip. in vsibus feud. †Facit ad hoc & melius quod no. dominus meus Iason, post Odof. Alber. & alios in l. 3. prealleg. tit. de iure emphit. vbi decidit, quòd si quis dederit aream parum valētem in emphyteusim, super qua constituatur turris, vel domus magni valoris ad laudimium soluendum, æstimabitur turris vel domus, & non area sola. ita referens Odofredum & Albe. sequitur eosdem dominus meus Iason in d. l. 3. col. 3. versi. 4. quæro, aliquis dedit in emphyteusim, &c. C. de iure emphyteu. & ita etiam voluit Spec. eod. titu. §. nunc aliqua versi. 19.

Et in terminis nostris, quòd attendatur tempus vltimæ vēditionis, apparet. quoniam laudimium debetur domino propter traditionem seu renouationē emphiteusis. l. fi. C. de iure emphi. (quod practici Cataloniæ in vsati. si quis suum feudum, vocāt traditionem calami) sed clarum est, quòd d. venditionis tempore ius erat quæsitum dicto domino, quoad laudimium: vt dicunt Doctor. in d. l. fi. & Iacob. Marquilles in vsatico preall. si quis suum feudum. q. 7. in ma-

7.in materia emphyteusis.vbi resoluit, quòd si quis donatione inter viuos, post tamen obitum ipsius donatoris, & non ante valitura, donet rem emphyteuticam, cum instrumento, quòd firmat & iurat de præsenti, quòd laudimium debeatur.ex die, quo firmatur instrumentum, licet executio dicti cõtractus ad tẽpus mortis referatur. & ꝙ tempus illud (si vtilius est domino directo) considerari debeat pro æstimatione faciẽda.not.sæpeal.dñs meus Ias.in l.j.col.10.ver.sed pulchrum est,&c.C.de iure emphy.not. dominus meus Iacobinus de sancto Georgio in l.quidam æstimauerunt.in 2.lectura ad fi.ff.si cer.pet.& Alex.consi. 220.incip.in causa Mazatorum,&c vol.2.

Ex quibus concludo laudimium siue foriscapium duplicatũ adiudicatum fuisse dicto domino Olms, & quòd pro solutione illius, & ad sciendum quantum esse debeat, considerabitur tempus venditionis prædictæ, vel quod vtilius fuerit domino directo, infra quod absque domini firma, vel consensu emptor possessionẽ domus prædictæ fuit assecutus. Ita vt dictũ est, & conclusum suprà, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei.ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *HAeredito, verbum, quid importet, et quod nõ est aptũ comprehẽdere donationem, præsertim inter viuos.*

2 *Donatio hæreditatis regulariter non valet, nisi facta sit à milite, & de quo milite intelligatur. & nu.3.*

4 *Pactum (etiam in contractu matrimonii appositum) quòd primogenitus ex illo matrimonio descendens, sit hæres vniuersalis, vel succedat post suorum parentum obitum, non valet. & si validum esset, contrahentes vtrum possent variare. & nu.5.*

6 *Donator ante traditionem rerum donatarum potest illas res donare, hypothecare, vel alienare, & si postea tradantur, transibunt ad donatarium cum illo onere. & nu.8.*

7 *Clausula, quòd instrumentum extendatur ad consilium, vel dictamen sapientis effectus. Et an notarius virtute huiusmodi clausulæ possit apponere clausulam constituti in instrumento donationis.*

9 *Pactũ de retrouendendo non præsumitur, nisi legitimè probetur, & an dicatur legitimè probari. si per testes probetur.*

10 *Instrumentum an probet, cuius imbreuiatura, vel protocollũ non apparet.*

11 *Instrumentum referens aliud instrumentum non probat, nisi etiam relatum instrumentum appareat.*

12 *Pactum de retrouendendo an impediat quominus emptor rem huiusmodi possit alienare. Et qualis ex isto pacto oriatur actio contra emptorem primum. & nu.13. & 14.*

Venditor alicuius rei cum pacto de retrouendendo, an possit agere contra tertium, cui primus emptor rem illam vendidit, vel alio titulo alienauit. ibid. nu.12. & 13.

14 *Pactum de non alienando, vel vendendo, & pactũ de retrouendendo secundum cõmunem opinionem, non impedit dominij translationem, nisi primus venditor, cui factum est dictum pactum, ius aliquod reale per dictam gratiã redẽptinã sibi reseruauerit, vel nisi dicta gratia redemptiua facta fuisset, et apposita in ipsomet contractu venditionis.*

15 *Incõtinenti quando dicatur aliquod pactum appositum, vel aliquid fieri.*

16 *Iuri luendi, vel redimendi an præscribatur, quando dictum fuit, quòd venditor redimere posset toties quoties, & quãdocunque pretium solueret.*

17 *Primogenitus & alij filij masculi ex aliquo matrimonio si debeãt succedere ex capitulis matrimonialibus, succedẽt omnes simul, etiam si per disiunctiuam esset appositum pactum.*

19 *Gerundia conditionem importãt, & dant formam, &c.*

CONSILIVM. LVIII.

SVPER nuptialibus capitulis quondã magnifici Petri de Vulga. & dominæ Aldonciæ de Requesens eius vxoris: necnon & super venditione castri & loci de Castronouo, quæ per dictos cõiuges Michaeli de Roqueta pro pretio vigintiquatuor mille solidorũ facta proponitur: stupẽdisq;, & non minus elegantibus, quã subtilibus cõsilijs redditis per clarissimos & insignes dominos Petrũ Carolum de Albalat doctorem regij consilij Cataloniæ (quã Rotã vocant) & magnificos Ioannem Costa, & Romæum de Ollers iuriũ doctores clarissimos, vti patres mihi obseruandos, qui tam factum, quã dubia ex eodem resultantia ita dissoluerũt, vt melius, vtilius, accommodatiusve nihil potuisset adduci, vel excogitari. Attentis igitur verbis capitulorũ matrimonialiũ, quæ facta esse præsupponũtur in subscripta forma: Et dictus Pontius de præsenti hæreditat de omnibus suis bonis filiũ, & filios eius, masculũ, aut masculos, qui Deo volente procreabũtur ab ipso, & dicta domina Aldoncia de Requesent & ꝙ ista capitula matrimonia dictentur in forma, ꝙ valida sint de iure, & attẽtis omnibus in pũcto adductis, & solẽni animaduersione discussit. idẽ videtur aperta bucca dicendum ꝙ in dictis cõsilijs resoluitur. Cum aũt maiores nostri illud vnũquenq; scire arbitrati sint quod optimis rationibus iuribusq; demõstrasset: & magnificos dominus cõsulens instet vt fimbrias aliquatenus extẽdam, proferam in medium paucaq;, quibus me in hoc meo consi. in supranominatorũ celeberrimorum doctorum & patrum meorum sententiam non incuria condescendisse monstrabo.

Principales aũt dubitationes, q̃ petunt à me examinari (& quæ in supradictis cõsilijs discussæ fuerũt) sunt infrà scriptę. vtrũ videlicet p verba supradicta, et d.põtius hęreditat, &c. facta fuerit filijs d.põtij pactio, vel donat valida.

Et posita pro ficto, dicti pacti, vel donationis validitate: vtrum potuerit donator prædictus variare, & alteri partem suorum bonorũ vendendo, vel obligando transferre.

Et si possit dici constare de gratia, siue iure luendi, vel redimendi, cũ pręsupponatur, ꝙ instrumentũ venditionis per dictum Pontium factæ de castro & loco prædicto Castrinoui, ad ꝙ se refert instrumentum prædictum gratiæ redemptiuæ, non reperitur: nec etiam ipsius instrumenti gratię imbreniatura, siue protocollum non apparet.

Et si possit dici probata gratia, sine pactũ de retrouẽdẽdo: atiẽto, ꝙ manumissores d. Ludouici Roqueta emptoris primi, vendiderũt castrũ & locũ pręd. de Castronouo, Roderico de Bouadilla purè & simpliciter, & sine gratia luẽdi, vel redimẽdi: vtrũ mag.do. Michael Aguillo dñs Castri pulchri vicini, nomine quo agit, possit luere dictũ ca
2 strũ, & locũ de Castronouo. Et nõ discurrẽdo per emẽdicata suffragia, nec insistẽdo in claris vel decisis: Dico, ꝙ attento ꝙ cõtrahentes erãt milites, maximè pater, videt valuisse pactũ, ꝙ filij d.matrimonij succederẽt: vt omnino p do.meũ Ias.in l.licet.C.de pact. & videt adsistere vsaticus 79.qui inc.possunt ẽt.attamẽ in terminis nostris resistit decisioni supradictæ, ꝙ cõtrahẽtes voluerũt per d.verba donationẽ facere dictis eorũ filijs: quæ verba si fingamus donationẽ importare, attamen illa nõ valuit.in primis, ꝙ nõ fuerit donatio, põdero verba illa hæreditat, &c. Verbũ.n. hæreditate, importat idẽ ꝙ succedere vniuersaliter, pro vt abũde not.Soc.cõs.102.inc.visis, scripta cõpositionis, &c. col.2.vers. fm probat, &c.vol.3.per l.quædã.§.is aũt.ff.de edendo.not.Cy.& Bal.in l.fi.C.de impub.& alijs subst.Idẽ Bal.in l.Gallus.§.quidã rectè.vers.quæro, quid si testator. ff.de li.& posth.& Alber.in l.fi.C.de sacrosanct.eccles.& est text.in l.hæreditas.vbi do.meus Phi.Dec.ff.de reg.iur. vbi dicit, ꝙ hæreditas nihil est aliud, q̃ successio in vniuersum ius defuncti, & similis illi est tex.in l.nihil.ff.de ver.signif.& in l.postulãte.ff.ad.Trebell.& ita resoluebã in cõsi. illustriũ fratrũ Cardonæ sępeallegato.dub.3.vers.&.ibi,&

q nó possit tergiuersari,&c.Est.n. plus q̃ vulgatũ,q viuẽ
tis nulla est hæreditas,neq; successio.l.qui superstitis.ff.de
acq.hæred.l.fi.C.de pact.l.2.§.interdũ.ff.de vul.& pupi.&
melior tex.in l.1.iũcta gl.ff.de vsucap. pro hærede.& in l.
2 1.ff.de hæred.vel act.vẽdita.& vtrobiq; Doct.†Hinc cõ-
cludunt. Doct.tũ antiqui,tũ moderni,in pallegata l.licet.
C.de pact. q nó valeat donatio hæreditatis, ẽt si sit causa
mortis.vel si executio illius differatẽ vsq; post obitũ dona
toris:quia in solo testamẽto relinqui põt hæreditas,vt vo
lũt Bar.Bal.Ang.& alij ibi(loquor quãdo donaẽ hęreditas
tanquã ius vniuersale,& sic tanquã ius succedẽdi.& cõstat
istam fuisse donatoris mentem.quia talis donatio nihil va
let.)& in illis terminis gloss.Doct.in d.l.licet,loquuntur,
& in l.cum donatione. per illum text.C.de transact.& ita
declarat in specie Bart.in l.stipulatio hoc modo concepta.
ad medium vbi etiam do.Alex.& moder.ff.de verb. obli.
3 & Bal.in l.in donationib.C.ad legem Falcid.†Et licet doc.
in l.licet.præall.voluerint esse speciale,quòd miles donare
possit hæreditatem suam,in quolibet contractu prætextu
militiæ, quæ facit q huiusmodi contractus valeat in vim
vltimæ voluntatis,per illum tex.quod etiam not.Bal.in l.
tale pactũ.§.fi.ff.eo.volens,quòd si miles in contractu vel
alio actu inter viuos,aliquem appellet hæredem, per istã
appellationem, etiam si enuntiatiua sit, per quam videtur
in eum suum vltimum iudicium conferre, censetur eũ fa-
cere suũ hęredẽ effectualẽ.Attamen ista specialitas nó pro
cederet in casu nostro sm dominũ meum Ias.in l. licet.sæ
peallegata.in 6.ponderatione:vbi ponderat illum tex. ibi,
ad discrimen prælij pergentes,q solis militibus ad bellum
proficiscentibus,vel iam existentibus in acie,competat be
4 neficium d.l.licet.†In proprijs terminis, quòd non valeat
pactũ factũ,vel initum in cõtractu matrimonij, quòd pri
mogenitus ex certo matrimonio,sit hęres vniuersalis,vel
succedat post mortẽ suorum patrũ, domini Tolosani te-
nuerũt in suis decisio.q.452.incip.item fuit quæsitum, an
valeat factum vel pactum initum, &c. etiã si tale pactum
iuramento cõtrahentiũ firmatum esset.vt ibi plenè & re
missiuè.quamuis do.appostilator ibi teneat contrarium,re
tractans opi.contrariam.secundum quã dicit ibi se pluries
consuluisse: subdens pro ratione, quia vidit sæpe in curijs
parlamentorum Frãciæ inter nobiles esse sententiatũ pro
affirmatiua parte,inductus ad mutandũ suã opi.ex stylo di
ctorũ parlamentorũ.& adducit quædã motiua,quæ certè
parũ eius opi.corroborant.siue quia loquuntur quãdo tali
pacto assistit consuetudo,vel statutum:siue quãdo sit pa-
ctũ,siue cõuentio de certa parte honorum.In casu aũt no
stro cessant huiusmodi cõsuetudo,& statutum:& tota hæ
reditas venit in pactum,quo casu non valet huiusmodi cõ
uentio.quia hęreditas per pactũ dari non põt(vt prędixi.)
& est text.in l.hæreditas. C.de pact.conuent. Sed nec põt
hæreditas per aliquẽ contractũ aliũ dari(vt ẽt suprà dixi)
vt not.doct.præal.in d.l.licet.& in l.tale pactũ.§.fi. & Io.
de Imo.in rub.de test.in pe.& vlt.col.Sequitur ergo reso-
lutio hui' primi quæsiti clara,q nec valuit pactũ,q succe
deret primogenitus, & alij masculi in d.hæreditate, & ad
hanc vltimã conclusionẽ videatur omnino do.meus Phil.
Dec.cõs.225.inc.in causa,quæ quondã,&c.vol.2. vbi per
multa iura & rationes,post longã disputationẽ ad vtranq;
partem,decidit pactum de quo hic agitur non valere. Ita
etiam tenuit Bal.consi.440.secundum impressionem Me
diolanẽsem, vol. 1.& latius prosequor. infrà cõsi. 100.ver.
5 4.†Secundum dubium examinando,quo quęrebatur(prę
supposita d.pacti,vel conuentionis validitate,de quo vt in
Catalonia dubitari non posset,per ea,quæ tradunt Iac. de
monte Iudaico,Calisius,& alij practici,in vsatico de inte-
status)vtrũ possint cõtrahentes variare.Et licet multa pro
parte negatiua possint adduci, nihilominus tenerẽ auda-
cter cõtrahẽtes nedũ in huiusmodi rebus donatis,si finge
remus esse inter viuos,hæredes posse instituere eius quib.
est pactũ:vt per tex.in l.fideic.§.si rẽ.ff.de le.2.& l.Impe-
rator.eo.tit.ff.de le.2.& Inst.de le.§.nó solũ.cũ simi.verũ-

etiã potuisse cõtrahentes penitus à d.donation.vel pacto,
seu cõuentione variare,per tex.in l.ex facto.§.Iulianus.ad
Trebel.Ita refert & seq.Guido pap.consi.suo 195.inc. Iac.
de Molina,&c.vol.3.& cons.60.inc.ad dubia elicita, &c.
in fine primi dubij, vol.1.Ita tenent domini Tolosani.q.
453.inc.itẽ fuit quæsitũ præsupposito, &c. allegat l.Titia.
§.huius.ff.de legat.2.vbi est tex.quòd is, cui facta est do-
natio inofficiosa,potest fideicommisso grauari.ex quo po
test huiusmodi donatio reuocari: quemadmodum filiæ
põt in dote substitui quatenus excedit legitimã.l.fin.§.fi-
liæ.& ibi Bar.& Doct.ff.de le.2. Et præter supradictos,q
huiusmodi pacto,vel cõuentione non obstãte variare,pos
sint cõtrahentes,tenuit in cõtingentia facti do.meus Phi.
Dec.cõs.184.incip.diuino,&c.& pro tenui.per totũ. vol.
1.& in l.pactum.vbi etiã Bal.& Io.de Imo. C.de colla. &
in l.fi.vbi etiam do.meus Ias.vers.18.C.de pact.Idem.do.
meus Ias.in l.filiusfa.§.diui.versi.32.ff.de leg.1.Io. Fab.in
d.l.fi.de pact.& in l.1.C.de sacrosanct.eccles.& Io.And. in
regula,quod semel in mercurialib. vbi omnes volunt, q
licet huiusmodi pactum fauore matrimonij possit substi
neri:hoc tñ debet intelligi,si paciscentes vsq; ad eorũ obi-
tum,in tali perseuerauerint voluntate.Ita etiam voluit Io.
Bapt.de Cacialup.in repeti.l.frater à fratre.q.21.ff. de con
dict.indeb.& Philippus Cor.consi.228.vol.4.Ita etiã not.
And.de Yser.& Card.Mediolanensis post Bal.& alios in
tit.de pace iura.fir.§. item sacramenta.in vsibus feud.vbi
Bal.ponit q.de Aragonum Rege, qui duos habens filios,
vni Aragonum,alteri Maioricarum Regnum assignauit:
iurauerũtq; dicti fratres dispositionẽ illã perpetuò tenere,
& attendere auctoritate & consensu d.Regis interueniẽte
postea temporis successu, cum Rex inter d.eius filios sub
stitutiones aliquas fecisset,de quarũ validitate cum dubita
retur,concludit ibi,q cum ista sit quædam ordinatio à pa
tre facta supremi iudicij dispositionem preueniẽs:& inde
naturam mutabilem vsq; ad supremum vitæ exitum as-
mens.vt C.de inof.test.l.parentib.& l. si filia.§. Papianus.
ff.fam.ercisc.& d.l.fi.C.de pact.Sic Rege mutante volũta
tẽ, iuramentum quod inter se fecerunt fratres viribus va-
cuatũ est,& moderatũ,pro vt Regi placuit.& ita ẽt resol-
uit do.meus Iacobin' de sancto Georgio,in suo tract.feu:
in gl.in ver. & vnus ex dictis vasallis.ad fi. ita ẽt tenui in
d.cõsi.illustriũ fratrũ Cardonę,3.dub.ver.9.& 4.dub.ver.
6 56.& latius d.cons.1.ver.12.† Et vt apertius ostendamus
huius magnifici do.consulentis iustitiã, admittamus citra
veri pręiudicium per verba supradicta factã fuisse donatio
nem purã,& irreuocabilẽ filio, vel filijs masculis ex d.ma
trimonio, nulla attamen facta fuit rerũ donatarũ traditio.
quoniã executio donationis prædictæ,post d.põtii mortẽ
differebatẽ. & maximè quia nedũ erant nati donatarij,qui
bus fieret d.traditio.Vnde infero,q d.quondã Pontius an
te d.traditionẽ,potuit res donatas nedũ alteri obligare,vel
vendere: verumetiã donare.ita q si secundò fuerint prius
traditę dominiũ transfertur in eũ,per tex.expressum in l.
quoties.C.de reuo. dona.cum.n. donator ante traditionẽ
remaneat dominus,põt res donatas, quas nondum tradi-
dit,alteri obligare:ita q si postea tradãtur, ad donatarium
transibũt cum onere obligationis,per tex.in l.fi.§.Lucius.
ff.de donat. vbi est casus expressus,& in l.4. vbi Bart. hoc
not.per illũ text.ff.de ser.export.& in l.qui Romæ.§.Fla-
uius Hermes vbi etiam moder.ff.de verb.obli.idem Bart.
in l.1.C.si manci.ita fue.alie.Ratio est quã supra dixi, quia
donator ante traditionem remanet dominus,ideò potest
rem illam,quam donauit,alteri obligare.l.1.ad fi.C.de iu-
re fisci li.10.vbi etiam gl. in verb. perfectam. quæ allegat
tex.in d.§ Lucius.& ita tenui consulendo suprà consi.53.
versi.2.& infrà consi.60.versi.13.& hoc præsertim in ca-
su nostro,in quo nõ interuenit vera, nec ficta traditio:vt
7 patebit ex sequentibus.†Nec dicatur, quòd per illa verba,
quæ suprà in themate posuimus, q dictẽtur illa capitula si
ue instrumentum illorum, ita quod de iure valeant:quæ
sunt tãtũ,ac si dixissent,q dictentur ad sapientis consiliũ,
& dicta-

& dictamen:quòd posit sapiens mandare, quòd apponat
notarius clausulam constituti. Dico enim quòd d.contra-
hentes in fi.dictorum capitulorum elegerunt quendã iuri
speritum villæ montis Albi, scilicet Andræam de Canti-
poch,cuius consilio dictarentur, & sic alius ab illo dictam
extensionẽ mandare nõ potuit,l.inter artifices.ff.de solus.
l.nemo.ff.de duob.reis. & l. qui liberis.§.hæc verba.ff.de
vulg.& pupil.cum simil.
7 Nec etiam teneo pro comperto, ꝙ dictus Iurisperitus,
aut alius quicunque,potuisset mandare apponi clausulã cõ
stituti in instrumento donationis,ꝙ dictari debet ad dicta
men sapiẽtis:licet fortè secus esset in instrumento vendi-
tionis,aut alterius onerosi contractus,per ea quę not.Old.
consi.139.in fi.& Io. Andr.in addit.ad Spec.tit.de instru.
edi.§.instrumentum. versi.quid si à cõtrahentibus, &c.&
his addantur ea,quæ scripsi suprà consi.43.vers.3.& 4.vbi
8 declaro effectum huius clausulæ.† Ex quibus hoc secundũ
dubiũ resoluendo constat, ꝙ si & vbi fauore matrimonij
valeat pactũ de quo in themate,hoc esset si paciscẽtes per-
seuerassent in illo.pro vt limitat do.meus Ias.pręallegatus
in d.l.fi.in 4.& pen.col.& ibi do.meus Iacobinus in finali
bus verbis.C.de pact.Etiã in consequentiã,cũ paciscentes
suã intentionẽ mutauerunt vendendo d.castrũ,& locũ de
Castro nouo:sequitur, ꝙ saltẽ eatenus reuocatũ fuerit di-
ctũ pactũ.Quod verius est,& in totũ sublatũ esse credide
rim per suprà deducta.& per ea, quæ copiosè resoluit do.
meus Francischinus de Curte,cõs.15.incip.circa præmis-
sam facti cõtingentiam,&c. per totum & ita etiã tenui in
9 pręallegato consi. 100.versi.12.† Tertiũ quæsitũ de seip-
so resoluitur:cum.n.præsupponitur in themate, ꝙ nõ re-
peritur imbreuiatura,siue prisia, (vt vulgari huius patriæ
Cataloniæ dictione vtar)d.instrumẽti de retrouendendo
imò nec venditionis præcedentis,quã refert d.instrumẽtũ
de retrouendendo:clarũ est, ꝙ ratione qualitatis cõnexæ,
vel dependentis ex pacto de retrouendendo nõ præsumi
tur dictũ pactũ:nisi legitime probet,vt per Bortholo.Cæ
po.in suo tract.simula.cõtract.in 3.parte principali.& dñs
Alex.consi.522.vol.2. Præsertim vbi non agitur super si-
mulatione cõtractus,sed vendẽs vlt vult gratia redẽptiua.
quia tunc ẽt per testes nõ esset probatio sufficiens.Ita Pau
lus de Cast.consi.280.incip.viso processu,& attestationi-
bus.col.2.& consi.404.incip.iudex est minister.Licet vbi
agereĩ de simulatione cõtractus, & esset modicitas pretij
cũ ipso pacto de retrouendendo,& emptor esset aliàs fœ
nerari solitus(fateor) tũc minus legitimã probationẽ suffi
cere(credo)in odiũ vsurarũ.vt doct. suprà allegati dicunt:
aliàs non,sed exigitur probatio per instrumentũ,maximè
quãdo venditio fuit in instrumẽto redacta, vt ibi per do-
10 ctores præallegatos.† Nec obstat instrumentũ, ꝙ super di
cta retrouẽditione dicitur esse confectũ. Tale.n.instrumẽ-
tum non probat,cum iustius imbreuiatura,siue prisia(vt in
Catalonia appellatur)non apparet.vt not Bal.in rub.C.de
fide instr.col.6.versi.2,quęro.& not.Bart.in l.fin.eo.tit.&
not.Fely.omnino in c.quoniã contra falsam.col.5. extrà,
de prob.& in c.cum P.tabellio.vbi remissiones ponit ad sa
11 tietatẽ.ext.de fid.instr.† Imò fortè probatet, ẽt si appare-
ret dicta imbreuiatura,venditionẽ per dictũ quondã Lu-
duuicum factã Michaeli Roqueta, quẽ in dicto prætenso
instrumẽto luendi,vel gratiæ redemptiuæ,refert: cum sit
clara iuris decisio,quòd vbi aliquod instrumentum refert
aliud,si non appareat illud instrumẽtum relatũ, non pro-
bat tale instrumentũ aliquod refert, vt notant doct.in au-
then.si quis in aliquo.C.de edẽ.Lanfrã. de Oriano in rep.
c.quoniam contra falsam.in ver.instrumentorum produ-
ctiones.extrà de prob.not.Floria.in lege. ab ea parte.ff.de
prob.Alex.consi.3.vol.2.Phi.Cor.consi.243.incip. vide-
tur.in litera a. & consil. 245. incip. videtur prima fronte.
vol.2.Soci.consi.235. incip.cum in præsenti. &c.versi.1.
& seq.vol.2.& consi.266.incip.in causa,&c.vers.primum
deciditur.&.seq.eo.vo.& ita tenui suprà consi.51.versi.1.
Quartum & vltimũ dubium,ꝙ à nullo prætatorũ do-
minorũ consultorum examinatum est, totam hanc diffi-
cultatem decidit.Cum.n.præsupponatur,quòd executo-
res testamenti quondam Michaelis Roqueta(quos in Ca
talonia manumissores vocãt)vendiderũt sępedictũ castrũ,
& locũ de Castronouo, Roderico Bouadilla,purè & sim-
pliciter,& absque gratia vel pacto redimendi, dico ꝙ nec
d.magnifico Michaeli,nomine quo agit,imo nec ipsi pon
tio de Vulga primo vẽditori,si viueret, cõpetit ius luendi
vel redimendi castrum,& locum suprà dictum à domino
consulente, qui ius habet à Roderico prædicto secundo
emptore.Et licet in hoc articulo Pau.de Cas.in l.si cũ ven
deret.ff.de pig.act.& Rapha.Cuma.in l.1.in finalibus ver
bis.ff.de do.per text.in d.si cum vẽderet.videãtur tenere,
ꝙ venditor primus posit à secundo emptore rem ita ven
ditã auocare,tanquã illa trãsiuerit ad ipsum cum suo one-
re:vt no.doct.in l.cũ fundus.§.seruũ.ff.si cer.pe.& est tex.
cum gl.in l.sunt aũt.ff.de pact.& sic resoluto iure datoris
resoluitur ius acceptoris.l.lex vectigali.ff.de pignorib.per
quæ,& alia multa Alex.accumulans consi.10.vol.j.dicit,
Pau.de Cast.(cuius opin.dãnat)inferre, ꝙ cum res illa ven
dita primo emptori sit subiecta restitutioni,cũ causa, quæ
retrofingit,l.cum oblatum fuerit pretium,quo casu retro
transfertur dominium:vnde concludit idem Pau. de Cas.
non potuisse per primum emptorem illam rem alienari
nisi cum illa causa.l.vbi autem.§.1.ff.de in diem addict.&
& l.in diem.ff.de aqua plu.arcen. Attamen solet commu-
niter opinio Pau.de Cast.prædicta(vt dicit ibi Alex.)cõ-
muniter reprobari.& doct.tenent contrarium.vt abundè
monstrat Frã.de Curte,consi.52.incip.Lucius Titius,&c.
per totum & Alex.in d.consi.10.vbi multas ad hoc ratio-
nes assignat,ad quos remitto.
12 Vltra quorũ scripta & rationes, corroborãdo eorũ opi
nionẽ contra Pau.de Cas.considero, ꝙ non debet esse ma
ior potentia taciti,quàm expressi.tex.est cum sua materia
in l.cum quid.ff.si cer.pet.Sed si pacto contrahentium es-
set expressè prohibita alienatio:ita ꝙ in dicta gratia redẽ-
ptiua,dictũ fuisset expressè.ꝙ emptor nõ posset alienare:
si tñ alienaret valeret huiusmodi alienatio.vt est tex.cũ gl.
in l.1.C.de rebus alien.glos.& doct.in l.ea l. C.de cond.ob
caus. Bar.not.& post eum doct.in l.filiusfa.§.diui.col.4.ff.
de lega.1.vbi etiã dñs meus Iason col.10.dicit, ꝙ quando
res est subiecta restitutioni per viam contractus:potest tñ
alienari effectualiter in alium: vt ponit Bar.in l.& si dotis.
C.de iure dot.& in terminis nostris ita tenui infrà cõs.64.
versi.1.& 2.& per totũ consi.vbi latius hanc materiã pro-
13 sequor.† Accedat,quia per huiusmodi concessionẽ gratiæ
redemptiuæ oritur duntaxat vna personalis actio contra
primum emptorem,qua tenetur postea emptor venditori
ad factum : loco cuius succedit tantummodo obligatio ad
interesse, vt dicunt Alex,& Franc.de Curte,in præalleg.
consilijs eorum. sed obligatio personalis fundi possessorẽ
non sequitur.l.1.§.si hæres.ff.ad Trebell. & Alex. probat
in d.consi.10.versi.2.probatur. Rapha. Fulgo. consil.130,
incip.domina Simona.Areti.consi.25.col.2. idem Alexã.
consi.17.col.2.vol.1.& cõsi.92.col.4.eo.vol.& And. Bar.
consi.22.col.5.vol.1.
Accedat tex.in l.idemque.§.qui igitur.ff.pro socio.vbi
si pepigero,ne res, vendatur , certè nõ obstante tali pacto,
valet venditio contraria pacto illi. & l. in hoc iudiciũ.§.si
inter.ff.cõmuni diuid. Et in terminis nostris, ꝙ pactũ de
non alienando, vel de retrouendendo non impediat,quo
minus venditio & dominij translatio in aliũ fieri posit.
not.Bar.& Alexander,& alij in l. qui absenti.§.1.col.3.ff.
de acquir.pos.idẽ Alex.consi.10.suprà allega.Guido pap.
in decisi.Delphinalibus,q.569.incip.per pactum pòt pro-
hiberi. vbi dicit, quòd nisi primus venditor ius aliquod
reale sibi reseruauerit per gratiam redemptiuam , seu pa-
ctum de retrouendendo, non impeditur dominij transla-
tio in secundum emptorẽ.Quod est maximè in casu no-
stro ponderandum, ex quo realiter & purè fuit facta vẽdi
tio purè & absq; aliqua redemptiua gratia, vel pacto re-

trouendendo, licet postea, & ad partem dicatur facta fuisse. & ita vt est dictum resoluit Guido pap. consil. 49. incip. principale dubium. vol. 1.

Ad q facit gl. notab. in l. ab emptione. in ver. rogaris. ff. de pact. quã l. Alex. in d. consi. 10. allegat. & Bal. in l. vbi aũt. §. Marcellus. ff. de in diẽ addict. vbi dicit, quòd quando gratia redemptiua est in ipso contractu apposita, tũc resoluto iure datoris resoluitur etiã ius acceptoris. quia tunc dicitur huiusmodi gratia facta esse de communi consensu & voluntate, vel etiã vbi esset incõtinenti appositũ pactũ de retrouendendo. & ita loqui intelliguntur doct. in contrariũ allegati: signanter Bar. in d. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. in l. si res. §. sed Marcellus. ff. de in diẽ addict. pro vt refert & sequitur do. meus Philip. Decius. consi. 339. in finalibus verbis. quòd incip. primò, nõ videtur dubitandũ, &c. vol. 2: & ita concordat opi. prędictas Soc. cõsi. 80. per totũ. vol. 3. qui aliàs videtur prima facie contrariam partem sentire: & concordat etiam Fran. de Curt. d. consi. 12. in addit.

Quinimò Raph. Fulg. rectè intellectus, non aduersatur cõclusioni nostræ: sed loquitur in terminis diuersis. voluit enim in d. l. si cum venderet. super qua tñ ipse Raph. tũ ipse Pau. de Cal. suprà relati fundantur: quòd ad hoc quòd l. illa locũ haberet: s. quòd per illã competeret vtilis rei vendicatio primo venditori cõtra possessorẽ, requiritur, q in ipso instrumẽto sint apposita verba directa, qualia sunt, q liceat accipere rem suã, vel illã capere, aut alia huiusmodi. quã materiã latius examino infra consi. 64. vers. 1. & 2. per
15 totũ. † Nec dicatur pactũ huiusmodi de retrouendendo si ne gratiã redimendi fuisse appositum incontinenti, q parificatur, ex quo infrà tres dies appositũ fuit dico enim, q promissio huiusmodi sua, & pactũ de retrouẽdendo, dicitur esse appositũ incontinenti, quando eadẽ die, & loco, & coram testibus & notario eisdem, fuit appositum. Ita resoluit Fran. de Cur. consi. 54. inc. super duobus. col. 3. ver. sed præmissis. allegat ad hoc Bal. in l. 2. C. de edili. act. & in l. per diuersas. C. manda. & not. Bar. & doct. in l. post cõtra
16 ctum. ff. de donat. † Præterea licet non sit parua inter doct. contentio, vtrum facto pacto, q toties quoties, & quando cunque prætium soluatur teneatur emptor retrouendere huiusmodi rem venditam, præscribatur illi iuri luẽdi, vel redimendi spatio annorum 30. præsertim quando pactũ illud fuit iuratũ. quo casu iã Ang. consi. 55. inc. Guli. & Fran. &c. signorel. de Homod. consi. 140. inc. casus talis est do. meus Ias. in l. petens. C. de pact. & in l. si mater. in fi. C. de insti. & subst. & Fely. in rubr. extrà, de præscri. in 4. fallẽ. voluerũt ius huiusmodi luendi, non præscribi: maximè quando apponatur incontinenti. etiã si iuramentum fuerit appositũ solum super obseruantia contractus, & non super ipso facto de retrouendendo principaliter. quoniam tunc ait do. meus Ias. qui quantum ad hoc dictum Ang. sequitur prę allegatum, procedunt rationes Ange. Econtrà vterq; Saly. in quibusdam eorum consilijs, quæ super hac materia fecerũt. & Fabia. in tract. emp. & vend. in 3. q. principali, voluerunt virtute dicti pacti iuramento firmati præscriptionem impediri: quam etiam opin. sequi visus est Alex. cõs. 46. col. 3. vol. 3. Quorum opi. fœdere distinctionis concordat dominus Io. de Montelon compatriota & commilito meus, in suo promptuario iuris, dicens opinionem affirmatiuam, s. quòd præscribatur, esse magis communem. & secundum illam fuisse iudicatũ in supremo senatu Parisiẽsi anno 1518. maximè nisi fuit appositum iuramentum specificè super ipso pacto de retrouendendo: non autem vbi solum esset appositum super obseruantia contractus in genere, vel quando non fuit appositum verbũ, perpetuo: vel quando præscriptionis tempus integrum completum nõ est contra hæredes: & ita dicit concordari posse contrarias opiniones. Et credo hanc esse veritatem. & ita etiam in consulendo semper tenui, vt patet consi. 61. versic. 4. & consi. 64. ver. 5. vbi latius hoc examino. Comperiemus autem in casu nostro diffusè tres illas limitationes, quæ secũ
17 dum d. concordiã faciunt pro parte negatiua, adesse. † Præterea mihi præsupponitur, q dictus Pontius præter ipsum Ludouicum, alios filios habuerit masculos, & ex eodem matrimonio natos. Cum autẽ in dictis capitulis matrimonialibus hæreditauerit primogenitũ, & alios filios masculos ex d. matrimonio nascituros: & ille Pontius decessisse præsupponatur intestatus, clarum est q alij filij succedent in vim dicti pacti cum ipso primogenito: maximè cum non constet de alia concessione facta primogenito prædicta. Ita resoluit in proprijs terminis (ẽt quãdo per disiunctiuã ponuntur alij filij, & primogenitus.) Guido papæ in suis decisionib. Delphinalibus, q. 505. incipien. factũ est pactũ, &c. versi. vbi aũt hæc verba, &c. vbi resoluit, q per huiusmodi verba veniant tam alij filij, quã primogenit' (nisi vbi testator aliter disposuerit) per l. cũ quidã. ff. de verborũ signif. & l. vtrũ. §. cum quidã. ff. de reb. dub. Si n. disiunctiua posita inter personas honoratas, quando nõ appa ret de ordine affectionis, accipiatur pro cõiuncta: vt in d. l. cum quidam. vbi plenè Cy. & Albe. & in l. fi. ff. ad Trebel: multo fortius (ait) erit quando inter huiusmodi personas est apposita copula. Consequens est ergo, q præfatus dñs Aguillo, ẽt vbi predicta cessarẽt, deberet probare se succes
18 sisse, ẽt alijs filijs quos dictus Pontius reliquisse dicit. † Præterea etiã cõsidero, q cum mihi pręsupponatur, dictũ quõdam Ludouicũ filiũ Pontij egisse in omnibus iudicijs, quę intẽtauit, tanquã donatarius dicti quondã Pontij patris sui quinimò negauit se patris hæredẽ esse, & illo nomine fuerit per bon. memoriæ Regẽ Ioannẽ, tunc infantẽ, & Nauarræ Regem, lata Regia sententia in audientia Regia Cataloniæ contra Io. Castellet maritũ & procuratorẽ Antoniæ vxoris suæ, non video quomodo dictus magnificus dom. Aguillo, tãquã heres dicti quondã Pontij, hanc retro
19 uenditionẽ petere valeat. † Postremo considero verba dicti instrumenti de retrouendendo, conditionalia esse, s. soluendo quadragintaquatuor mille solidos, & expẽsas, tum pro reparatione castri, cum aliàs in dicto instrumẽto gratiæ mentionatas. Quę quidẽ verba per gerundium posita, conditionẽ importãt vt per Bal. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. & per Fely. in c. quę in ecclesiarum. col. 13. extrà, de consti. ita q per illa verba in dictã gratia fuit data forma, vt per Bar. in l. fi. ad fi. versic. quæro, an ciuitas, & c. C. de venden. rebus ciuita. li. 11. & do. meus Iason in l. de pupillo. col. 2. ff. de no. ope. nuntia. Idem in l. 2. §. volontate. in, 2. lectura Papiensi. ff. solu. matri. Ideò dico. quòd non solum tenetur dictus Mich. Aguillo offerre dictos quadragintaquatuor mille solidos, imò ducẽtos florenos pro operis taxatis, & alias expensas, quas dictus Roqoeta, & eius successores in dicto castro fecerũt, quæ sunt designatæ, vel fieri concessę in dicto instrumento. Quibus accedant quę scripsi suprà consi. 1. versi. 25. 26. 27. 28.

Ex quibus in vnã massam cõgestis, resolutiuè cõcludo, q non obstante dicto pacto de hæreditando, vel ipso hæreditamento, de quo in themate dictus quondã Pontius & alienatione voluntaria dictum castrum, & locum de Castronouo, potuit alienare, nec cõstare de gratia redẽptiua, de qua etiam si constaret, resoluo ex multiplicibus fundamẽtis & iuribus, pręfatum magnificum dominum Michaelem Aguillo non posse rei vendicationem intentare contra magnificum dominum consulentem, ac etiam iuri luendi, vel redimẽdi esse præscriptum. Ita vt est dictum suprà & conclusum, decidebã, saluo, &c. Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas ad beneficium aliquod obtinendum considerari debet, & attendi tẽpore quo vocauit dictũ beneficium: & quòd superueniens habilitas, aut capacitas post ius alteri quæsitum nihil operatur. præsertim vbi de alterius agitur præiudicio. & num. 3.*

2 *Ratio magis consideratur in dispositionibus, vel statutis, quã ipsa dispositio vel statutum.*

3 Renun-

3 *Renuntiatio si non valet, an saltem valeat in præiudicium renuntiantis.*

4 *Verbum teneatur, importat necessitatem.*

5 *Episcopus si ad supplicationẽ alicuius debeat conferre beneficium aliquod, huiusmodi supplicatio vim habet præsentationis.*

Præsentatio, electio, & collatio licet differant inuicem, attamen sæpè confunditur illa differentia

6 *Præsentatio facta per ecclesiasticum patronum vim habet electionis.*

7 *Præsentatum quando malitiosè recusat epis. vel ordiarius de tali beneficio prouidere, qualiter succurratur eidem.*

8 *Expectatiuam habens ad aliquod beneficium, ius habet ad illud, & quale? nu. 11. per quod ligãtur manus ordinarij ne de tali beneficio disponere possit legitimè infra tempus expectanti datum, etiam si infra illud dictum beneficium non acceptet expectans. & num. 9.*

10 *Auctoritas maioris & minoris vbi concurrit in eodem actu, cessat minoris potestas.*

11 *Supplicatū si fuerit papæ pro confirmatione alicuius statuti, non attenditur illud quod supplicatū est, sed confirmatio.*

CONSILIVM. LIX.

PER statutū R. Episcopi, & Capituli Vicẽ. ecclesiæ ab apostolica sede roboratū (de cuius validitate nõ disceptatur) vnita fuerũt, & annexa ac incorporata ordinaria auctoritate Capitulo prędicto bñficia quędã hospitia habẽtia, quatenus canonici Vicenses, qui vnicū simul ex fundatione hospitiū habebant cò redderẽtur promptiores ad residentiã: & per consequens diligentius se haberẽt in officio diuino, & iura suæ ecclesiæ tuerentur: quo proprias & separatas haberent mansiones. Quod quidem statutū vacationibus futuris prouidens continuatum mihi pręsupponitur in libro statutorum dictæ ecclesiæ sub hac forma.

Ita q̃ cedentibus beneficiatis dictorum beneficiorum, & quolibet ipsorum, licet eidẽ Capitulo per se, vel per suũ procuratorem corporalem possessionem ipsorum beneficiorū, & cuiusq; ipsorū auctoritate propria apprehẽdere, & perpetuò retinere. Et sequitur: & nihilominus idẽ Episcopus & Capitulū eadẽ auctoritate statuerunt, q̃ Vicen. Episcopus pro tempore existens, seu vicarius ipsius in temporalibus & spiritualibus generalis, ad supplicationem Capituli prædicti infra mẽsem à die vacationis dictorū beneficiorum, & cuiusque ipsorū singula beneficia eidẽ Capitulo vnita (vt pręfertur singulis p̃fatis canonicis antiquioribus, actu presbyteris, & residẽtib. in eadẽ ecclesia, & nõ habẽtibus hospitia in ciuitate prędicta ratione prębẽdarū. Et subditur, cū hospitio & alijs iuribus & pertinẽtijs suis cõferre & assignare teneatur, &c. Cum aũt per obitū quõdã venerabilis do. Iac. Romirola, ecclesiæ Vicẽ. prædictę dū viueret canonici, vacaret vnū ex dictis beneficijs vnitis, magnificus d. Iacob. Sollers iuris vtriusq; doctor, & ecclesię prędictę canonicus, & actu residens, cum t̃pe dictę vacationis haberet vnum ex dictis beneficijs: aliàs tñ quã ex dispositione statuti prædicti, vt se redderet habilẽ, pręsupponitur dicto beneficio renuntiasse. Contra quem do. Balthasar Fontarnau, post dictum do. Sollers antiquior, & omnes qualitates à dicto statuto requisitas habens, obijcit incapacitatem tempore vacationis. licet forte postea dimittendo beneficiū habens hospitiū, quod prius obtinebat, fuerit ad obtinẽdū vacans de præsenti factus habilis.

Super cuius quidẽ casus positione plures resultant difficultates, quarum à me petitur resolutio. illis tamen satisfecisse crediderim, si duobus sequentibus dubijs, quæ totã difficultatem præsentem diluunt, satisfecero.

Primò discutiemus, vtrum dictus dominus Sollers per dicti beneficij hospitium habentis (quod tempore vacationis huius contentiosi beneficij obtinebat) renuntiationem, fuerit habilis factus: ita quòd excludat dictum dominum Fontarnau, qui tẽpore dictæ vacationis erat habilis.

Secundò, dato quòd non excludatur dictus dominus Fontarnau, si dominus Episc. Vicens. aut eius vicarius noluit admittere dicto do. Fontarnau à Capitulo dictæ ecclesiæ iuxta dicti statuti formam legitimè præsentatum: & quã ẽt præsentationẽ ex dispositione expressa dicti statuti, tenẽtur Epis. & vicari' antedicti admittere: vtrū d. Capitulū apprehẽdere possit beneficij p̃dicti sic vacãtis poss.

1 ¶Quoad primū dubiū, sine quæsitū, inijciebat scrupulū c. ordinarij. de offi. ordi. li. 6. vbi dicit, q̃ possit beneficiū cõcedi ẽt aliud habenti beneficiū, qui ad hoc fuerit dispensatus vel qui prius, beneficiū, aut beneficis, quæ obtinebat, liberè resignauerit. Quanuis n. tempore vacationis fuisset inhabilis d. do. Sollers, cū aliud haberet beneficiū, cū contentioso incõpatibile, ex dispositione dicti statuti: Attamẽ renũtiando huiusmodi beneficio, redactus est in eã habilitatem, ex qua poterat contentiosum beneficiū acceptare. Et ita cessante causa prohibitionis, videtur q̃ etiã cessare debeat ipsa prohibitio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. patr. & c. si cessante. ext. de appel. cum simil.

Imò videtur d. do. Sollers, ẽt si dictū beneficiū, cui renũtiauit, haberet, non arceri ab hoc contentioso, cū illud præsupponatur nõ habuisse nõ ex vi dicti statuti: sed aliunde. & sic nõ videret incõpatibile cū cõtentioso ponderãdo verba dicti statuti, ad fi. ibi, ratione præbendarū suarū, &c.

Prędictis attamen nõ obstantibus, dico pręfatum dom. Fontarnau, & non do. Sollers præfatum, ad beneficiū hoc contentiosum admitti debere, tanquam antiquiorẽ & qualificatum, & per dictū statutū vocatū. De quo nõ videtur esse dubiū quoad alios: quoniã per solū do. Sollers (si fingamus eū habilẽ) repelli põt. Qui quidẽ do. Sollers t̃pe vacationis nõ erat habilis, vel capax, iuxta dicti statuti dispositionẽ. quia aliud haberet beneficiū, q̃ hospitiū habebat annexū t̃pe dictæ vacationis: & in beneficijs assequẽdis solet vacationis tẽpus attendi, vt in d. c. ordinarij. §. in cõferẽdis & in c. ei cui. de præbẽ. eo. lib. Not. Fely. c. post cessionẽ. ad princ. extrà, de proba. vbi dicit, q̃ capacitas personæ debet cõsiderari t̃pe, quo incipit actus, & applicat personæ. Idẽ & latius in c. cū dilectus. extrà, de accusat. vbi determinat, q̃ habilitas & capacitas personæ debet attẽdi eo t̃pe quo dispositio suū sortit effectū. Debet. n. statutū intelligi in capace & habili, vt Bal. dicit in l. 1. §. fi. ff. q̃ cuiusque vni nomine. Si. n. in terminis nostris capacitas pendente mẽse dato Capitulo repelleret proximiorẽ: sequeret vnū incõueniens. s. q̃ statutū esset in pendenti, & depẽderet à voluntate tertij, qui vellet se facere capacẽ: q̃ esse nõ põt. Quoniã debet statutū effectū sortiri t̃pe ordinato, & nõ in pendenti, vt per Bar. in l. 2. ff. in diẽ addict. not. Alex. plenè in add. ad Bar. in l. fi. ff. de regula Calon. Itẽ capacitas superueniens nihil operatur, post ius alteri quęsitū, vt not. Bart. in l. fi. C. de Epi. & cle. in §. q̃ si fortè. & in terminis nostris statim defuncto prænominato Rouerola, fuit ius quæsitū d. do. Fontarnau in d. beneficio (vt infrà docebimus) & præfatus do. Sollers, tunc exclusus in perpetuum, per admissionẽ d. do. Fontarnau: quãuis postea sublatū esset impedimentū. l. quãdiu. 3. ff. de acquir. hæred. l. Titius. ff. de testa. mili. & sa. l. si filiusfa. ff. de verb. oblig. & l. quæ legata. ff. de reg. iur. & l. si alienū. §. in extraneis. ff. de hæred. insti. Ius enim quod ab initio fuerat d. do. Fontarnau quæsitum. (vt prædixi) impediebat ne ius d. do. Sollers de cętero quæreretur. arg. l. vsusfructus. ff. de stipul. seruorum.

Et tex. in c. si pauper. de præben. li. 6. videtur casum nostrū decidere. vbi si mandatur Episcopo quòd alicui pauperi, qui nullū beneficiū habeat, de aliquo beneficio prouideat: & ipse antequã fuerit prouisus per d. Episc. aliud beneficiū assequatur, deciditur ibi, q̃ cū cesset causa mãdati, eò quia beneficiū aliud obtinet, expirat d. pauperis gratia. Attamẽ beneficiū illud nõ fuit assecutus à d. Episcopo, &

minus vigore dictæ gratiæ. Sic ad propositú cum statutú
prædictú fuerit introductú ad prouidendú canonicis, qui
aliquod hospitiú ecclesiasticú (maximè de nominatis in
dicto statuto) nó haberent, ex quo dictus do. Sollers asse-
cutus fuit (etiá aliunde) vnú ex dictis hospitijs, factus est
ad hoc cótétiosum inhabilis. vt in d.c.pauper. & in c.si epi
scopus. 1. responso, ibi, per eú, vel aliú. &. §. si verò certus.
ibi, donec per te. iuncta gl. in eo. ver. eo. tit. de præben. li. 6.
Nec in hoc discrepat aliquis doctorú. de quo est pulchra
glos. cómentatoris Pragma. sanct. in tit. de collat. §. si quis.
2 in ver. tpe vocationis. † Corroboro quoniá si rectè statutú
prædictú attendamus, ratio dispositionis, & introductio-
nis illius fuit, vt canonicis habendo hospitia, inducerétur
ad residendú, & frequentandú, officia diuina, vt ibi dicitur
expressè. In statutis aút & dispositionibus magis attédi so
let ratio, quá ipsa dispositio, vel statutú. l. cum pater. §. dul
cissimis. ff. de le. 2. cum similibus alijs. Quinimò ipsa ratio
est quæ dispositioné ipsam, vel statutú regular, vt pulchrè
voluit Raph. Cum. consi. 2. incip. proponitur q Ser. Blan-
cus, &c. & cons. 143. inc. Titius. & Seius. in fi. & Rap. Ful.
cons. 186. incip. pro determinatione eius, &c. col. 3. Ang.
consi. 280. incip. si quis succedat filiæ. Alex. consi. 75. inci-
piente, in præsenti consultatione, &c. vol. 5. col. 3. & Fran.
de Curte. consil. 44. incipiente, statuto seu consuetudine.
col. 5. versi. Nam siue loquamur, &c. Ergo sequitur, quòd
cum cesset ratio dicti statuti, quoad prætatum dominum
Sollers, cessabit & illius effectus, per præmissa.

Nec obstat contrarium suprà factum de admissibilitate
& cópassibilitate dictorú beneficiorú. Quoniá dictú sta-
tutú reijcit habenté aliud hospitiú, etiá cuiuscunq; benefi
cij: & sic sumus in casu, quo dictus dńs Sollers nedú nó ad
mittitur à dicto statuto verumetiá quo repellit expressè.
3 † Nec factus est sæpedictus Sollers habilis, aut capax primi
beneficij renútiatione, quicquid fuerit suprà pro cótrario
allegatú: ad quod est tex. expressus in clemétina gratia. vbi
Card. Io. de Imol. & Anch. de rescript. & facit l. qui res. §.
aream. ff. de solu. & l. quæritur. §. venditor. ff. de edili. edict.
& tenet expressè gl. Pragmatice sanctionis, suprà allegata.
Ad quod etiá est textus in c. 1. de renuntiatione, li. 6.

Nec etiam obstat cap. ordinarij. de offi. ordi. lib. 6. suprà
etiam pro contrario allegatum. Quoniam in casu d.c. ordi
narij, & aliorum contrariorum præallegatorú, nó ageba-
tur de alicuius præiudicio (vt in casu nostro) in quo ex di
spositione statuti ius fuit quæsitum d. dom. Fontarnau, sal-
té ad dictú beneficiú (nisi fortè & in dicto beneficio) per
ea, quæ not. Gemi. in præalleg. c. si is cui. & in capit. si tibi
absenti. de concel. præbend. eo. li. 6. Vnde nimirú si in casu
dicti c. ordinarij, & aliorum suprà pro cótrario allegatorú,
post resignationem beneficiorum incompatibilium, pos-
sit dicto renunrianti de aliquo beneficio prouideri, cum il
la incompatibilitas duntaxat collationem prædictam im-
pediebat, quæ tempore collationis fuerat sublata. Hic aút
præter incompatibilitatem huiusmodi, obstat q sæpedi-
ctus dominus Fótarnau ex dispositione statuti de quo hic.
agitur, vocabatur táquam proximior & antiquior. Et sic
sumus in casibus diuersis, qui non merentur pro cótrarijs
allegari. Non dubito de renuntiationis validitate in præiu
dicium renuntiantis: sed nego præiudicare potuisse sæpe
dicto Fontarnau, c. 2. de renun. li. 6. ita not. Ang. per illum
tex. in l. 3. ad fi. C. de repud. Bald. & vterque Imo. in l. filiæ.
per illum tex. ff. solu. matri. not. Fely. remissiuè in c. pasto
ralis. col. pen. ver. secunda declaratio. ext. de rescript. & me
lius in c. quia verisimile. col. 1. versi. ponit etiam Pet. ext.
de præsumpt. not. Panor. in c. 1. ad fi. extrà, de cleri. non re
sid. Oldr. consil. 324. Anch. consi. 280. incipiente, quæstio
proponitur, &c. & Rota decl. 140. incip. ité nota, &c. † Fa-
4 cta igitur supradicta conclusione, qua dictú dńm Sollers
repellendú esse dicebamus: & q debeat ad hoc beneficiú
contentiosum dictus dńs Fontarnau admitti. Secundú du
bium aggrediando, resoluimus R. dom. Vicé. episcopum
aut eius vicarios adstrictos esse ad conferendú & assignan-
dum beneficiú sæpedictum domino Fontarnau, ad quod
fuit per dictú capitulum iuxta dispositionem statuti præ
sentatus. Est enim notissimum q episcopus, cuius con-
sensu factum fuit dictum statutú, potuit sibi præiudicare
in iure quod habebat conferendi dicta beneficia in dicto
statuto mentionata, priusquam illa per dictum statutú vni
rentur: ita q nunc tenetur admittere præsentatum à capi-
tulo, qualitates habentem statuti, propter verbum, tenea-
tur, in dicto statuto, & in confirmatione illius per apostoli
cam sedem facta, positú. Quod quidé verbú, teneatur, in-
dubiè necessitaté importat, in statutis potissimum, vt est
tex. in c. statutum. §. si quid aút. de rescript. li. 6. & in c. duo
bus. & vtrobique Archid. & doct. eo. titu. Legistæ habent
tex. in l. in naue Saupheij. ff. locati. & in l. vnú ex familia. §.
si de Falcid. ff. de le. 2. & in l. si quis in graui. §. si cú omnes.
5 ff. ad Silan. cum similib. † Et licet in dicto statuto dicatur q
episcopus ad supplicationé capituli cóferre teneatur, & as
signare beneficium vacans, & c. illa tñ supplicatio hoc casu
vim habebit, & effectum præsentationis, & in solo verbo
tú sono differt ab illa: attenta diffinitione præsentationis,
quá solét Doct. cómuniter assignare. vt per Abb. vtrunq;
in c. ea noscitur. in. 2. notab. extrà, de his quę fiunt à præla.
sine cósensu capit. Ad quod est gl. in cle. dudú. in ver. præ-
sentari. de sepult. Attamen sæpe confundi solét istæ dictio
nes, præsentatio, electio, & collatio: vt per Abb. in c. fi. vbi
etiam Ioá. de Imol. de concel. præben. & declarat abundè
And. Siculus consi. 33. vol. 2. & Ioan. de Selua, præses Pari-
siensis primarius, in suo tract. de beneficio. par. 3. q. 1. ad fi.
& in terminis nostris pulchrè resoluút Archid. & Præpos.
Medrol. in c. hortamur. 71. distinc. & ita ét decidebá suprà
6 cons. 28. versicu. 1. † Et hoc permaximè ex quo succedit
Capitulú in locú patronorú ecclesiasticorú, vt ex dicti sta
tuti verbis colligitur: quorú præsentatio (etiam ante vnio
nem & incorporationé præmentionatas) vim habebat ele
ctionis. vt per Card. in c. pastoralis, per illú tex. extrà, de iu
re patro. quo casu fungitur indubiè Capitulú prærogatiua
maiori quá Episcopus admittés, & conferens: vt per Fely.
in c. cú venerabilis. col. 22. ver. considero etiá. extrà, de ex-
cept. & per eundé in c. cú Bertholdus. col. 3. versi. vltimò
habes ex gl. extrà, de re iudi. Ad quod ponderetur verbú
dicti statuti, conferri, quod communicationé quandá de-
notat: sicut & verbú, cófirmare. vt not. Panor. & doct. in
c. nobis. in quinto notabili. ext. de iure patro. Et ét verbú,
assignare. de quo per Car. Flo. c. referente. in octauo nota-
7 bili. extrà, de præbend. † Si itaque R. dominus Vicen. Epi-
scopus dictum dominú Fontarnau, qualificatum, & vt talé
Capitulo præsentatú admittere nollet (quod de táto viro
& iusto non est præsumédum) iura de oportuno remedio
prouiderunt. Quoniá præter id, quod per appellationis re
mediú succurritur repulso, teneretur Episcopus (si tñ ma
litiosè repelleret ipsum) dictum dominú Fontarnau com
petent. beneficio honorare. vt est text. ad literam, qué ad
hoc not. omnes post gl. in c. pastoralis. extrà, de iure patro.
Quod etiam voluerunt domini de Rota. deci. 212. incip.
secundum omnes. in nouis.

Præterea compent dicto Capitulo ex dispositinne sta-
tuti prædicti remediú. quia in casu repulsionis, vel non ad-
missionis dicti Fontarnau, posset illi Capitulú effectualiter
tradere possessioné. nec de hoc videtur dubitandú, cú ex-
pressè statuto ita cautú sit. Quinimò in dicto casu repul-
sionis, aut nó admissionis malitiosæ, crederé nominationé
Capituli & traditioné possessionis vim habere confirma
tionis apostolicæ. pro vt in simili tenet Rota, dec. 366. inc.
ité fuit quæsitú. in no. Ad q videatur Rom. cons. 337. col.
2. ver. 3. eadé conclusio, &c. vbi in simili infert, q receptio
illa actualis in huiusmodi beneficio ex dispositione statuti
prædicti, vim habet collationis: allegat tex. in c. cum aliqui
bus. de rescrip. li. 6. & in c. cum ecclesia. de præbé. eo. li. Qui
bus addantur quæ scripsit idé Roma. in d. consi. vbi suprà.
paulò ante versi. his tamen non obstantibus, &c.

Præter quæ remedia (etiam cessantibus illis quæ suprà
diximus

diximus à statuto concedi, & cessante dicti statuti disposi
tione, præter cōfessoriā, vel negatoriā quā possecintētare
Capitulū, vt per Bal. & Cano. in c. examina. vbi etiā Mo-
der. post glo. ext. de iudi. & glo. in l. in rē. §. loca sacra. ff. de
rei vēdi. cōpetebat sæpedicto Capitulo actio ex cōditione
statuti, vt not. Bart. Bald. & Ang. vbi suprà, & not. Moder.
signāter Barba. in c. quāto. de iudic. & tradit Specul. in tit.
de restitut. spol. §. nunc dicamus. post principium.

Ex quibus in vnā massā congestis resoluo, dictū domi.
Fontarnau. debere ad præsentationem Capituli per Epi-
scopum Vicen. aut eius vicarios generales, ad beneficium
huiusmodi contentiosum admitti, non obstante contra-
dictione dicti magnifici domini Sollers.

Et, si dictus domin⁹ Fontarnau secūdū formā & dispo
sitionem statuti non admitteretur, aut repelleretur, dictū
Capitulū inter cætera auxilia & remedia, quæ illi compe-
tunt, possit vti illo, quod per dictum statutū eis attributū
est, & mittere dictum Fontarnau absque confirmatione
aliqua in possessionem dicti beneficij, cū repulsio, vel nō
admissio dicti domini Fōtarnau vim habeat (vt prædixi)
confirmationis apostolicæ in dicto casu. Ita vt est suprà
dictum & cōclusum, decidebam & resoluebā, saluo, &c.
Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

Additio eiusdem ad præcedens consilium 59.

8 † Consului proxime lapsis diebus in fauorem magni-
fici domini Balthasaris de Fontarnau canonici Vicen. ec-
clesię, resoluens debere ipsum admitti ad beneficium cō-
tentiosum, quod in d. ecclesia Vicen. sub inuocatione sanctæ
Catherinæ fundatum est. ad quod per Capitulū dictæ ec-
clesiæ præfatus dominus Fontarnau, tanquam habēs qua
litatem statuti super illius & similiū. beneficiorum colla-
tione (quod suprà in themate præmisimus) editi, & per apo-
stolicam sedē roborati, præsentat⁹. Et alias in fauorē dicti
domini Fontarnau cōcludēdo, non obstantib⁹ his, quę in
contrarium parte magnifici domini Iacobi Sollers iuriū
doctoris clarissimi, & dictæ Vicen. ecclesiæ canonici de-
ducta fuerant, pro vt latius in dicto consilio, (quod est im
mediatè præcedens) cōtinet. Quibus quidē dicti domini
Sollers, contrariis, licet in dic. meo cōsilio, cui semper ad-
hæreo, & ad quod me remitto, satisfecerim, attamen, quia plu
res clarissimi ciuitatis huius doctores, quorū nomina in
calce huius additionis subdentur, in contrariam sententiā
vota sua resoluerunt. rogatus fui cū illorū cōsilijs meū cō-
silium conferre (prout & eisdem communicatum fuerat
præcedens meum consiliū) & si quid meo consilio prædi
cto superaddi posset, vel si rationibus quibus præfati dom.
doct. moti sunt in dicto meo consilio non satisfecissem,
in hoc per modū additionis superadderē: præsertim quia
ex partium & venerabilis Capituli sæpedicti cōsensu actū
est, vt hæc contentio clarissimorū illorū Regiorū consilia
riorū (quos suprà nominauimus) arbitrio, qui vota desu-
per edita scrutarentur & examinarent, sententia decidere-
tur, facto verbo in audientia regia.

Et licet in d. meo cōsilio, nedū obiectis, quæ pro d. do.
Sollers iustitia sunt adducta respōderim: verumetiā d. do.
de Fontarnau iustitiā supra firmā petrā fundatā esse demō
strarim: attamē vt magnifico domino cōsulenti, (qui, iux
ta illud Ouidianū mihi dixit, an nescis, qui amant ipsi sibi
somnia fingunt) morem geram, pauxilla hæc in conclusio
num suprà per me factarum corroborationem adducam.

Itaque pro vt in dicto meo consilio dicebam, clarū est
dictum beneficiū contentiosum debere huic domino cō-
sulēti concedi, si ab eodem repellatur d. dom. Sollers. & in
hoc præfati domini doctores cōsentiunt. Fūdamentū aūt
d. dominorum doctorum, quod d. dom. Fontarnau nullum
ius erat quæsitum ante præsentationem Capituli, quo tē-
pore iam erat dictus dominus Sollers habilis, quod præ-
suppositum, quod est magnifici domini Io. Gomis, vt pa
tris mihi venerandi: (pace illius dixerim) veritate non fulci
tur. Contrarium etenim in d. consilio ostendi, versi. 3. Ha-
buit etenim dictus dominus Fontarnau vigore statuti, cui
innititur, quandā gratiā, quæ dicitur nominatio, instar gra
tiarum, expectatiuarum, quæ concedi solent ad beneficia,
vt est tex. in pragmat. sanct. tit. de colla. c. 1. §. volens & ibi
gl. in ver. exceptis. ex qua dicto domino Fontarnau fuit ac
quisitū ius statim mortuo vltimo dicti beneficij possesso
re, saltē ad ipsum beneficium, ad petendū illud cum vacat
c. cōstitutus. extrà, de rescript. & c. accepimus: extrà, de ęta
te & quali. & not. Ioan. And. c. si soli. de conces. præbēd. li.
6. Saltē non negauit ius habuisse implorandi officium Ca
pituli, vt sibi de dicto beneficio faceret prouideri, quādo
vocauit: vt est glos. not. in c. veniens. extrà, de renuntia. &
not. Inno. in c. ex literis. de rescript. idem in c. constitutus.
eo. tit. & not. Spec. in tit. de præbend. ad princ. licet etiam
dici posset, quòd d. do. Fontarnau competebat actio ex cō
dictione statuti, per ea quæ suprà consilio præcedenti di-
9 cebam in finalibus verbis. † Accedant, quæ not. in simili
dom. de Rota. deci. 23. & 26. sub. ti. de præben. in antiq. &
deci. 18. de conces. præben. etiam in antiq. & Oldr. consil.
36. incip. quanuis pater, &c. & consi. 304. incip. infrà scri-
ptis, &c. & Egid. Bellamera, deci. 468. dicentes, quòd si ali
cui data sit gratia alicuius beneficij, quod infrà mensem
duxerit acceptandum, non valet prouisio facta per ordina
rium infra mensem, etiam si expectans tunc non acceptas
set. Et sic patet, quòd ex vi dictæ gratiæ ius habebat ad di
ctum beneficium, cum liget manus ordinarij. Ita resolue
10 bam suprà consi. 16. versi. 8. † Præterea ponderando verba
statuti, & approbationis illius: quòd cedentibus, vel dece-
dētibus beneficiatis dictorum beneficiorum, & quolibet
illorum, liceat eidē Capitulo per se, vel per eorum procu-
ratorem possessionem eorundem auctoritate propria ap
prehendere, & perpetuò retinere. Quæ quidem verba nō
dum loquuntur in primis vacationibus: sed etiam in om-
nibus, cum nulla sit inter illas differentiæ causa, vel ratio.
Adduco quod not. abb. in c. auctoritate. extrà, de insti. vbi
dicit, quod illa verba, mitto te in possessionem, prolata ante
collationem, plenā important collationem. Quod etiā vo
luit gl. pragmat. sanct. in præalleg. §. volens. in ver. toleran
das. Saltem non negabitur, quod illa verba operabuntur tole
rantiam approbationis tacitam, habentem in se tacitū cō-
sensum. vt not. gl. in c. si aliquando. de senten. excō. & not.
Io. And. in clem. si summus. eōd. titu. Quinimò dissimulatio
vim habet dispensationis, vt not. Inn. c. quia circa. per illū
tex. ext. de consang. & affi. Ita resoluebam in dicto consil.
quod illa verba operabantur effectum confirmationis apo-
stolicæ, saltem in casu quo Episcopus qualificatum nollet
admittere, vel eum repelleret maliciosè, vbi pręsentaretur
à Capitulo. Vbi enim in eodem actu concurrunt superio
ris & inferioris auctoritas, cessat minoris potestas. c. super
quęstionum. §. si verò. de offi. deleg. & not. Docto. in cap.
per tuas. extrà, de maior. & obedi.

Nec etiā est verū fundamentum dicti magnifici do. Go
mis (cum quo tñ cæteri omnes conueniunt) scilicet quod sta
tutum non excludat beneficiū aliquod habentē de cōpre-
hensis in dicto statuto: nisi habuerit illud vigore dicti sta
tuti. Sunt. n. tex. in contrarium in c. si pauper. de præben. li.
6. & c. si Episcopus. 1. respon. & §. si verò certus. cum glo.
eo. tit. & li. quos ad hoc allegabam in d. consi. versi. 1. in fi.
Quod etiā colligitur ex dicti statuti verbis: ibi, ēt ratione
11 cuiuscūq; beneficij. † Et minus facit quod aiunt verba illa
enarratiua esse, & quod non sunt in dicto statuto inserta. Cla-
rum etenim est, quod ex quo cōfirmans pōt ad supplicata ad-
dere, vel detrahere, nō attenditur id, quod fuit supplicatū: sed
illud quod cōfirmatio disponit. vt per Rotam decis. 72. &
decis. 357. in no. & ad hoc allegat tex. in l. 1. & ibi Doct. C.
de diuer. rescript. not. Moder. in c. inter dilectos. in ver. cæ
terum. extrà, de fide instrum. & Alex. consi. 84. inc. in causa
vertente inter cameram, &c. ad fi. vol. 3.

Et si prædicta attendantur, certè nimis audacter dicere
tur, quod sufficit habilitas d. dom. Sollers tēpore institutionis

fiendæ (licet tempore vacationis fuisset inhabilis) infra quod potuit dictus dominus Fōtarnau ad huiusmodi beneficiũ præsentari: quanuis sit datus mensis ad præsentandũ. Quoniam suprà in consi. meo versi. 1. & 3. contrariũ huius esse verum demonstraui. & illis addãtur not. per Alex. in l. qui Romæ. in princip. ff. de verbo. oblig. & Franc. de Aretio, consi. 7. incip. procedendum est, &c. col. 2. versi. sed dicendum est, &c. Quinimò dicerem, quòd etiam si d. d. Sollers renũtiasset beneficio, quòd habebat cum hoc cōtentioso incōpatibile, ante decessum vltimi possessoris illius, (ipso tamen domino Sollers instante) huiusmodi renũtiatio tanquam fraudulenta non obesset d. do. Fontarnau, per tex. ad literam. in c. si te. de renun. li. 6. cui tex. non inuenio satisfactum fuisse per dictos magnificos dominos consultores, pro vt nec alijs, quæ in dicto consil. meo in dicti domini fontarnau fauorem adduxi.

Ex quibus resolutiuè digestis perseuero in conclusionibus suprà in dicto meo cōsilio factis, & his quæ dicta sunt hic, concludens pro d. d. Fontarnau iustitia. Ita vt præmissum est, & conclusum, decidebã & resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriã Dei. Ego Celsus.

CONTRA suprascriptas meas determinationes consuluerunt magnifici Iurisperiti & dominus Iacobus Sollers, cuius agebatur causa, Petrus Ioannes Costa, & Petrus Costa, Romæus de Ollers, Hier. Maller, & I. Gomis, & Iacobus Saragossa, postea officialis Barchin. contra quorum opinionem & secũdum resolutiones suprà factas sententiatum fuit per clarissimos iurium Doct. & regios consiliarios Io. Suñier, postea vicecancellarium regnorũ Aragonum, Cataloniæ & Valentiæ, & Michaelem Ioannem Pasto. qui postea ad maius consilium regni Aragonũ fuit assumptus, arbitros à partibus electos, factoq; verbo in audientia regia Cataloniæ, cuius erant tunc consiliarij.

SVMMARIVM.

1 *EMphyteutam an possit cogere dominus, quòd sibi exhibeat instrumenta realia, ita quòd si nõ exhibeat, possit à domino expelli, & quid ad hoc requiratur. Et quid in emphyteuta ecclesiæ. & ratio differentiæ assignatur. num. 3.*

2 *Instrumenta realia concessionis in emphyteusim si non apparent, qualiter probabit emphyteuta, vel dominus rem esse emphyteuticariam.*

3 *Emphyteusis quæ mouetur ab alio, quàm ab ecclesia, an præsumatur in dubio esse perpetua.*

4 *Dominus directus feudi, vel emphyteusis an, & de quibus causis, cognoscere possit contra vassallum, vel emphyteutam, in causa, in qua ipse contra illos, vel ipsi contra eum litigant. & num. 53.*

6 *Instrumentum referens aliud, non probat, nisi etiam relatũ appareat.*

Iurisdictio vtrum acquiratur vniuersaliter per aliquos actus possessorios illius. & omnis iurisdictio pertinet ad supremam principis potestatem à quo defluunt tanquam riuuli à fonte, & eam potest solus princeps alijs conferre. 7.

7 *Vniuersitati minimæ, qualis sunt villa, pagus, & castrum de iure communi nulla cohæret iurisdictio.*

8 *Rex in principatu Cataloniæ tanquam Comes Barchinon. suam habet intentionem fundatam quoad iurisdictionẽ in terris comitum, baronum, & etiam ecclesiarum.*

Iurisdictio non potest exerceri in alieno territorio, nisi de partium consensu & iudicis alieni territorij, & quando debeat ille consensus interuenire.

9 *Vassallus à quo dominus seruitia indebita, & iniusta seruitia vult extorquere, potest ad regem impunè recurrere.*

10 *Commissum habet locum in veteri Catalonia duntaxat, quãdo dominium directum scienter denegatur, vel quando res emphyteutica scienter pro allodiali alienatur.*

11 *Donatio causa mortis in quo discernatur, & cognoscatur à donatione pura, quam dicunt inter viuos.*

Hæredito, verbum, quid importet: & quòd in donatione appositum faciat illam censeri esse causa mortis.

12 *Donator in clausulis accessorijs si promiserit non reuocare donationem, non facit quòd transeat in donationem inter viuos, & in qua parte donationis, vel instrumenti poni debeat huiusmodi promissio.*

13 *Donatio causa mortis reuocari potest quandocunque pœnitentia donatoris. Si verò fuerit donatio inter viuos, potest donator rem donatam alteri obligare, vel hypothecare (dũ tamen id fiat ante traditionẽ) & si res illa tradatur, trãsibit ad ipsum donatariũ cũ illo onere, vel, hypotheca.*

14 *Clausula, in vestrum & vestrorum ius, & posse ac dominiũ mittimus, an, et quando operetur saltẽ fictam traditionẽ. Conditio suspendit effectum contractus conditionalis, & clausularum accessoriarum, ac etiam constituti.*

15 *Constitutum collatum post obitum constituentis, secundum communem opinionem, ante mortem constituentis nihil operatur, licet aliqui voluerint quòd nec ante, nec post mortem ipsius aliquid operetur.*

16 *Laudimium soluere non tenetur emphyteuta pro contractu vel donatione, quando secuta non fuit traditio. & 23. de quo resolue num. 24. & non debetur ex alienatione facta cum consensu directi domini, sed nec in dicto casu est necessaria renouatio alia domini. nu. 17. & 24.*

18 *Vassallus cui mouetur per aliquem quæstio super re emphyteuticaria, quamuis det rem aliquam, aut pecuniam illi qui mouit sibi litem (si tamen ipse vassallus possidet,) nõ dicitur alienatio, nec ex eo debentur laudimia. nec etiam locum habet retentio.*

19 *Ius retinendi locum non habet in casu versic. præcedentis: Nec etiam in datione in solutum necessaria. nec etiam in contractu transactionis. nu. 20. & quid ex refutatione, num. 21. & qui vult vti iure illo, debet actualiter offerre pretium, et quid veniat in illo pretio & quòd ius retinẽdi & laudimiorum quoad dominum parificentur. nu. 23.*

22 *Laudum approbatum etiam tacitè per minorum factum, maiorem parit actionem.*

23 *Laudimia secundum iura Cataloniæ non debentur in dicto Principatu, quando res emphyteutica peruenit ad descẽdentem aliquem titulo lucratiuo, etiam aliquo dato vel retento. Nec etiam debentur ex contractu à quo partiũ consensu recessum est ante traditionem, vel quando alienans rẽ illam recuperasset, vel quãdo fuit alienatio facta cum auctoritate domini. num. 24.*

26 *Grauatus restituere, potest testari nedum quoad suam legitimam, vel Trebellianicam, verumetiam quoad totam hæreditatem in qua fuit appositum grauamen, priusquam tamen purificatum sit fideicommissum conditionale, licet postea eueniente conditione resoluitur alienatio vel dispositio huiusmodi.*

Fideicommissarius vel substitutus renuntiare potest fideicõmisso, vel substitutioni etiam ante purificatam conditionem substitutionis, vel fideicommissi.

27 *Laudimium non debetur pro bonis mobilibus existentibus in re emphyteuticaria vendita; quia emphyteusis cõsistit solum in bonis immobilibus.*

28 *Emphyteusis concessa pro Titio & quibus voluerit, alienarĩ potest etiam domino non requisito.*

Consensus domini qualis requiratur ad hoc quòd emphyteuta nouus possit adipisci possessionem. Et quis dicatur expressus consensus, & quis tacitus.

29 *Vassallus ligius, vel homo ligius, & homo solidus secundum vulgare Cataloniæ non sunt idem, quamuis ita dicatur. & num. 42. et homo ligius in sua persona, & bonis etiam extra iurisdictionem domini sui sitis, est subiectus domino suo*

no suo & non potest homo ligius, vel solidus se facere hominem regium, saltem nisi bona huiusmodi prius renuntiauerit in hominem sibi consimilem. nu. 30. de quo resol no, num. 42. & infra.

31 *Res non priuilegiata si transeat ad priuilegiatum, assumit illius ad quem transit priuilegium, præsertim quoad instantiam de nouo inchoandam.*

32 *Vassallus non potest subinfeudare rem vel partem illius quã tenet in feudum, absque domini consensu, (licet in emphyteusi sit secus) & quid ex consuetudine.*

33 *Concessio alicuius rei facta ad annuum censum, arguitur esse censualis & non emphyteutica. in cuiusmodi re cessat cõmissum, ius retinendi, & laudimia.*

34 *Iudex alicuius ratione iurisdictionis quam habet in persona statuere potest, & onera personalia inducere, etiam pro, vel super rebus situatis extra suam iurisdictionem, quia bona tãquã accessoria sequũtur personæ cõditionẽ. & 36.*

35 *Iurisdictio quam Rex, vel Princeps alicui concedit, accumulatiuè & non priuatiuè datur ad ipsum principem cõcedentem. Ideò Comes vel Baro prohibere non potest vassallos ne ad regem, & eius curiam possint reclamare, præsertim vbi grauantur indebitè, vel vbi dominus negligeret dare iudicem, aut daret, & ille esset suspectus. & numero. 49.*

36 *Exemptio afficit bona exempti vbicũque sint, quia accedunt personæ & nõ persona rebus ideò æquiparantur exemptus & extraneus. & hoc præsertim de bonis mobilibus est verum. & num. 51.*

37 *Hæres de mansata vel manus mortua quis dicatur. Et sic pater istorum decedat solo filio selicto, qui sit sacerdos, ille succedit, & non dominus. & idẽ est in quocunq; alio proximiare priuilegiato hominis huiusmodi, qui successurus esset eidem ab intestata*

Priuilegiatus non prohibetur succedere ab intestato alicui bona qualificata habenti, quæ alias non possent in talem priuilegiatum cadere.

38 *Priuilegia debent intelligi sine præiudicio tertij nisi de contraria principis appareat voluntate.*

Imperator aut alius superiorẽ non recognoscens, possunt exẽpto concedere priuilegia, etiam in præiudicium tertij.

39 *Pactum de retrouendendo in contractu venditionis appositum. facit quod huiusmodi res vendita non exeat irreuocabiliter manus venditoris. Ideò datur sibi vtilis rei vendicatio soluto pretio etiã contra tertium possessorem, aut emptorem, quæ tamen actio non datur contra verum dominum.*

40 *Iurisdictionem quam princeps alicui concessit, potest eius successor reuocare, quia visus est illam concessisse accumulatiuè & non priuatiuè.*

41 *Exemptionis priuilegium si concedatur alicui ratione certi loci, si huiusmodi exempti delinquant, aut contrahant alibi, præueniri possunt coram ordinario dicti loci, secus autem esset quando conceditur huiusmodi priuilegium ratione personæ, & non ratione certi loci.*

42 *Ius seruitutis hominis solidi est reale, & non personale, ideò fieri non prohibetur homo solidus homo regius, quicquid dictum sit nume. 29. & differunt inuicem homo ligius, & homo solidus, quicquid suprà dictum sit. & in quo differunt, ibi. & homo ligius feudo suo renuntiare non potest domino inuito. quod tamen permissum est homini solido. & suprà num. 29.*

44 *Recognitio per quam quis erroneè confitetur se esse vassallũ, vel hominem talliabilem, nõ præiudicet illi qui eam facit, nec eius hæredibus, nec ex tali confessione simplici potest prætendi quòd sit talis.*

45 *Alienatio fieri nõ prohibetur etiam in priuilegiatum, etiam contra concedentis prohibitionem, quando concedens in dicta concessione nullum ius sibi reseruauit in casum contrauentionis, & transfertur in talem (etiam alterius conditionis) hominem res illa, si sibi tradatur.*

46 *Dominus potest ab inuitis suis subditis ex iusta causa personalia seruitia etiam indebitè extorquere. attamen non possunt propter id ad similia vel eadem seruitia posteà cogi. numero. 47.*

48 *Qualitas personæ conuenti superueniens facit eius personã & actionem variare, & tollit munus publicum iam iniunctum, & soluit obligationis præcedentis etiam voluntariè contractæ vinculum.*

49 *Pœnæ & mulctæ sunt fructus iurisdictionis.*

Dominus malè tractans vassallum tum de iure cum ex legibus Cataloniæ, perdit eius quod in tali vassallo habebat.

50 *Pœna qualitatem delicti non debet excedere, nec magistratus possunt pro eorum arbitrio delinquentes mulctare, sed secundum modum à iure limitatum.*

Præcepto facta sub inconsueta pœna excusatur qui nõ paret.

51 *Bona exempti (præsertim mobilia) sequuntur illius personã, & non territorium. Rex mobiles & fructus rei feudalis à solo separati non dicuntur esse feudales, & suprà nu. 27.*

52 *Feriato die (præsertim in honorem Dei) quemadmodum fori strepitus cessare debent, ita etiam non possunt illo die incantus fieri, vel subhastationes.*

53 *Pares curiæ, vel curtis, cognoscere debent de causa feudali quam dominus habet contra suum vassallum.*

54 *Iudex extra suum territorium existens non potest aliquem ibi citare, nec tenetur ita citatus comparere. & quare.*

55 *Priuilegiatus alia ratione, quã nudæ iurisdictionis, non põt in alium iudicem, etiã expresse) consentire, maximè quãdo papa vel princeps sibi, vel alteri eorum nomine iurisdictionem reseruauit. & idem est quando per priuilegiatos suorum iudicum est perpetuata iurisdictio, vel quando in priuilegio exemptionis est apposita clausula decreti irritantis.*

Renuntiari non potest legi, vel priuilegio clausulam decreti annullatiuam habenti, & quare.

CONSILIVM LX.

QVamuis ex meritis causæ & processus in audientia Regia Cataloniæ ducti inter nobilẽ dominam Frãcinam Angelam del Papiol, dominã dicti loci del Papiol, & Petrũ Botella, ciuẽ Barchinonensem, & de numero vigintiquatuor monetariorum, & sic de collegio Alcaldorum, sub examine magnifici Francisci de Vallesicca Doctoris regij consilij prædicti, plures suboriantur difficultates, quarum à me decisio postulatur. Attamẽ totalis dictæ causæ in subscriptis principaliter dubijs depẽdet, & ex quorum decisione aliorum resolutio facile colligi potest. Cũ autem ius oriatur ex facto, & iura debeãt ad factum trahi: & non è contra. factum, à quo præsens controuersia sumpsit originem, fideliter referã. Proponitur ergo, quòd quidam Petrus Canals duxit in vxorẽ Antoniam filiam Bẽgarij Corbello, successorẽ mansi vulgò dicti Corbello: ex quorum matrimonio cum essent natæ Serena, Eleonora, Ysabella, & Francina, filiæ eorum, in capitulis nuptialibus Serenæ prædictæ, & Bernardi Py. dicti Petrus & Antonia coniuges fecisse dicuntur donationem omnium bonorum suorum præsentium & futurorum, reseruato tamen sibi, & superuiuenti eorũ vsufructu, & sexcentis florenis auri: & facultate dotandi de bonis donatis duas præfatæ Serenæ sorores. Inde præmortua Serena, relicta tamẽ filia Ioanna ex dicto Bernardo, Petrus Canals præfatus, nulla donationis prædictæ mentione facta, Antoniã vxorem suam hæredem sibi scripsit vniuersalem, vt illius vltimo testamento de data anni 1467. constare dicitur. contra quam Antoniam cum dictus Bernardus Py. gener, paterque

terq́ue & legitimus administrator personæ & bonorum dictæ Ioannæ filiæ suę, quæstionem mouisset super donatione prædicta, magnificus dominus Ioannes Galcerandus del Papiol, dominus dicti loci, arbiter à partibus (qui eorũ vassalli erant) electus, die quarto Nouembris, anno prædicto 1467. considerans, quod reseruationes quas donatores in donatione huiuſmodi fecerunt, totũ fermè patrimoniũ eorum absorbebãt: & aliàs per sententiã suam arbitralem voluit & declarauit, quòd dicta donatione non obstãte posset Antonia præfata illa bona, ita vt est dictum, donata, prænominatæ Ysabellæ filiæ suæ donare, apposito tamen fideicommisso, si ipsa Ysabella absque liberis decederet, in fauorem dictę Ioannę homologata per partes dicta sententia. Moritur postea Antonia prædicta instituta Ysabella præfata, cum fideicommisso apposito eidẽ, si decederet absque liberis, per quod Francinam filiam suam appllabat. & illi sine liberis decedenti substituebat dictam Ioannam eius ex prænominata Serena neptem. Qui casus vltimi fideicommissi non euenit, cum decesserit Frãcina superstite dicto Petro Botella eius filio & donatario.

Presupponitur etiam, quod mortua d. Antonia, pręfata Ioanna contra d. Ysabellam eius materteram rursus contẽtionem mouit, quę sopita fuit arbitrali sententia Petri Caldes, & Iacobi Montpaho arbitrorũ, & arbitratorũ à partibus electorum, lata 3. Februarij. Qui adhęrẽdo arbitrali sententiæ dicti domini del Papiol, motique rationibus quibus fuerat dictus dominus motus arbiter primus, dictã Ioannã & Franciscum Montpaho eius filium, condẽnauerunt, quòd firmarent instrumentum diffinitionis & cessionis, in ampla forma, de omni iure eisdem cõpetenti in hæreditate dictorum Petri & Antõniæ, tam ratione donationis antedictæ, quam etiam ratione præmentionatæ sententiæ arbitralis domini del Papiol, & fideicommissi, & vinculorum, (quas substitutiones dicimus) competentium illis (in specie tamẽ) ita tñ q̃ d. Ysabella daret d. Ioannæ 170. libras Barchinonenses. Quam quidem sententiã partes homologauerunt die & anno prædictus, feceruntq́ue dicti Ioanna & Franciscus eius filius mandatum ad diffinitionis in ampla forma.

Attendatur quòd dicta hæreditas consistit in quadam domo sita Barchinonæ, valoris ducentum librarum, & in pensionibus censualium (qui in Francia & Burgundia reditus annui vocantur) valoris aliarũ ducentum librarum: & in quinque mansis extra territorium & dominium del Papiol sitis, similis valoris. 200. lib. & in bonis mobilibus valoris quadringentarum librarum, ita quod immobilia bona (quæ sedentia vocant) quæ in dicto territorio del Papiol situata sunt, valorem quadringentarũ librarum dictæ monetæ non excedunt.

Cum ergo in bonis prędictis successisset d. Frãcina mater d. Petri Botella ex Gabriele Botella ei' marito, virtute fideicõmissi appositi in testamento præmẽtionatæ Antoniæ, facto Barchinonæ 28. Augusti, 1469. confirmato per Isabellæ prædictæ testãm, quod Barchinonę fecit. 18. Apri. 1515. d. nobilis Francina. Angela, dictiq́; loci del Papiol (vt dictum est) do. prenominatam Francinam vocauit in ius coram magnifico do. Hieronymo Mallet, eius aduocato, quem vt d. Francina Botella do. directa in iudicem assignauit, petens, vt in schedula, quam 16. Aprilis anno 1518. de qua infrà versi. 10. mentionem faciemus.

Ex cuius quidem positione casus quamuis multa ex tenore processus emergant dubia, nihilominus ea cum subscriptorum decisione resoluemus.

Imprimis examinabimus vtrum, & quando do. directus emphyteutæ posset illum cogere ad exhibẽdum instrumenta realia, siue originalia concessionis in emphyteusim, etiam coram quo iudice peti debeant.

Secũdo cum in Catalonia veteri, secundum iura patriæ locum nõ habeat commissum, nisi vbi negatur dominiũ directum scienter, vel vbi res emphyteutica venditur, aut alienatur, non saluato iure directi domini, vtrum d. domina bene agat cõmissum intentãs, pro eo, q̃ d. Botella habet duos mansos in suo territorio & iurisdictione, cum suis honoribus: aut saltem in quantum ipsa do. petit faticam, vel foriscapium, aut laudimium, ex causis quas in dicto processu deducit, & infrà versi. 28. explicantur. Et in hoc secũdo dubio pro illius clariori decisione discutiemus an, & ex quibus contractibus laudimium debeatur.

Tertiò, cũ ciues Barchinonenses ex Regijs priuilegijs conueniri non possint nisi in Barchinona, & coram officialibus regis. Similiter cum Alcaldi & monetarij ex cõcessionibus & priuilegijs regijs pro quacunq; causa, siue ciuili, siue criminali, conueniri non possint, nisi coram collegio dictorum Alcaldorum, subsintq; immediatè in persona & bonis dominio Regis, vtrũ præfatus Botella, qui ciuis est Barchinonæ, & de collegio dictorum Alcaldorũ, exẽptus sit ab omni iurisdictione dñę pręfatę del Papiol, et quoad bona, quæ in territorio ipsius domini possidet.

Et per consequens discutietur (licet incidenter) vtrum prædicta domina potuerit cum præcepto pœnali mandare dicto Botella, vt excubias faceret, & alias operas personales, ad quas, vt prætẽdit dicta domina, vassalli dicti loci sibi tenentur. ita q̃ exigere possit à d. Botella pœnam, pro eo q̃ non paruerit dicto mandato, saltem ex bonis, quæ dictus botella in suo territorio & iurisdictione habet.

Vltimò cum etiam contra dictam dominam, licet in alia causa, agant procurator fiscalis curiæ Alcaldorum prædictorum, & sæpe d. Botella super annullatione præceptorum & omnium actuum parte d. do. contra præfatum Botella factorum, & pro penis, quas d. domina ex regijs priuilegijs incurrit, per pręmissa, ac etiã pro interesse dicti Botella, vtrum possit aliquo modo prælata domina excusari ex his, quæ per eam deducuntur in processu, & infra vers.
1 53. allegantur † Excelsus igitur dominus humiliter imploratus adsistat. Aggrediendo dubium primum, quòd fuit origo totius processus, & processuũ, dum quæritur in primo membro dicti quæsiti, vtrum dominus directus possit cogere emphyteutam ad exhibendum instrumẽta realia, siue originalia concessionis in emphyteusim. Omissis phylacterijs, quæ secundum diuersitatem casuũ & factorum, in vtráque partem adduci possunt. dico, q̃ licet Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. 141. simpliciter teneat, q̃ sic, per text. in l. prætor ait, §. 1. ff. de edendo. & per alia multa, quæ in facti contingentia insequutus opinionem Spec. adducebam suprà consi. 56. ver. 4. vbi et resoluebam in d. casu, q̃ dominus directus possit expellere emphyteutãm, qui denegat exhibere dominio instrumenta prædicta: nihilominus in terminis nostris puto contrarium verius esse, & d. Specu. non puto indistinctè procedere, nisi vbi do. qui d. instrumenta petit, iuramentum præstiterit de calumnia, pro vt referẽdo Spec. illum limitat & restringit Ang. in d. l. prætor. ait. §. 1. & do. meus Iason in l. 2. col. mihi. 61. versi. quintodecimo quæro, nunquid emphyteuta, &c. C. de iure emphy. & non tenetur etiam ad talẽ editionem. quoniam negat cum iuramẽto se non tenere instrumẽta originalia, nec fecisse quo minus haberet: & ostẽdit aliunde qualiter illa res est emphyteuticaria. & petit, quòd illa instrumenta quæ exhibet, vim habeãt originalium & realium instrumẽtorum: pro vt voluit. Bal. in l. cũ super. C. de rei vendi. & cum hac opi. transit Marti. de Laude in c. vassallus. 1. in tit. si de feudo defuncti fuer. contro. & sequitur dominus meus Iacobi. de. S. Georgio in suo tract. feud. in glo. in ver. dictiq́ue vassalli. promiserunt recognoscere dictum feudum. col. 7. versi. plus dico. & Cardi. c. 1. §. illud. in tit. de prohib. feudi alie. per Fede. & hanc theoricam fuit secuta dicta Frãcina Botella, vt constat per
2 schedulam, 25. Aprilis, anno prędicto 1518. oblatã. † Quinimò ex quo per quadraginta vel circiter annos, teste processu, dictũ mansum possederat Ysabella prædicta, & domino loci debita seruitia præstiterat, & ante dictam Ysabellam possederat illum mansum per tempus longũ Antonia mater Ysabellæ & Francinæ prædictarum, cum firma do-

ma domini, vt est dictum in themate, etiam si testes, nec
instrumenta apparerent, probatur dictum mansum nedũ
esse emphyteuticariũ & dictum de Corbello, verumetiã
illum esse, qui dudum cognominabatur mansus del Rai-
golls.per famam, quod satis est, cum sit, factum antiquum:
vt not.Bal.Aluar.Card.& alij in c.t.si de feudo fue. cõtro.
& in c.j.vbi plenè And.de Iser.in tit.de cõtro.inter masc.
& fœminam.in vsibus feud.quantò magis quia in proces-
su fuit exhibitum instrumentum diffinitionis factæ per
Raymondũ Raigolls. Bernardo Corbello de dicto man-
so: quod sufficit.pro vt not. Bald.in c. vassallus feudum ꝙ
sciens abnegauit.in tit.si de feu.fuerit contro.arg.l. si arbi-
ter.ff.de iudi.& in l.atqui natura. §. at cum me absente.ff.
de nego.gest. & notat dominus meus Iason in l. si prius-
quã.col.13.in sua prima lectura.ff.de no.ope.nuntia. Nec
enim puto dubitari, quòd ius emphyteuticum tam actiuè
quam passiuè, spatio saltem quadraginta annorum præscri
batur, tanquam præambulus contractus præsumatur præ-
cessisse.ita not.Bal. & Angel. in l.qui in aliena. in princip.
ff.de acquir.hæred.quod dictum reputauit Ang.ibi menti
esse tenendum. & refert se de facto habuisse. & sequitur
Alex.cons.79.circa primum de quo quæritur, &c.vbi mult
ta cumulat.vol.1. & refert & sequitur dominus meus Ias.
in l.a.prælleg.colum.91.versiculo, sum modò in nona &
vlt.&c.C.de iure emphy.Et hoc in Catalonia videtur ex-
pressius, vt in commemoratione Per. Albe.52.quæ incip.
homagium potest præscribi, &c. Ad propositum ergo si
domina del Papiol, instrumenta realia prędicta volebat ad
sciendum qualis erat mansus, quem dicta Francina Botel
la possidebat, satis erat dictæ Franciæ exhibere illa ex qui
bus constabat eam ius habere in dicto manso.& sic calum.
niosè illa petere monstratur ex hoc capite, contra limita-
tionem primam ad dictum Specu. supra assignatum.Si ve
rò petebat illa, quatenus ipsa Francina recognosceret, hoc
iure adhuc calumniosius petit, ex quo per instrumẽta, quę
exhibuit, apparet de firma domini: & in consequentiã ap-
paret, quòd calumniosè & illegitimè grauabat dominam
3 sæpedictam Francinam.† Nec sumus in casu contrarij su-
prà facti d.Angeli referentis Baldum: quoniam Bal.relatus
loquitur in emphyteusi ecclesiæ, vel quando consuetudo
loci, vel illius, qui dat emphyteusim, est cõcedere illam in
tertiam generationem, pro vt solet ecclesia concedere.vt
in aucten.de non alien.eccles.rebus. §. emphyteusim.vel
quãdo in aliud certum tempus. Nec enim mirum est si ali
quo dictorum casuum dominus cogat emphyteutam vt
instrumentum reale edat, ad hoc vt cognoscat an sit dicta
emphyteusis finita.quæ fuit ratio talis decisionis Bald. &
Ang.& sequacium.Quæ ratio cessat in casu nostro: cum &
de regionis & loci consuetudine emphyteusis concedi so
lita sit in perpetuum.Quinimò omnes cõcessiones factæ
per prædecessores dictæ dominæ del Padiol, nedum sunt
in perpetuũ concessę: sed etiã sint omnes factæ pro Titio,
& quibus voluerit. & sic facit huiusmodi emphyteusim
alienabilem, vt infrà versi. 28. dicitur quinimò etiam cir-
cunscripta consuetudine, vel consuetudinibus prædictis,
adhuc in casu nostro præsumeretur emphyteusis esse per
petua.pro vt not. Angel.in d. §. emphyteusim (loquor in
alia emphyteusi, quam ecclesiastica) & dominus meus Ia-
son in d.l.2.col.93.versi.in hoc puncto.post.Bal.ibi, in 2.
col. Cuius est ratio: quia natura emphyteusis est, quòd sit
perpetua, & illa quæ perpetua est, dicitur propriè emphy-
teusis.l.1.in prin.quam ad hoc ibi no.Bal.& Ang.ff.si ager
vectig.vel emphy.petatur.idem Bal.in rub.C.de iure em-
phy.& fa.§.adeo.in versicu.perpetuo.quem ad hoc Aret.
ibi nota. Instit. locati.cum alijs per dominum meum Ia-
so.allegãtis in l.1.columna.2.versicul.aduertendum etiam.
C.de iure emphyteu.

Nec etiam sumus in casu in quo suprà consil. 56. & 57.
consului.Ibi enim emphyteuta negabat malicosè & scien
ter rem esse directi dominij: cum tamen per ipsius agentis
prædecessores fuerat concessa patri dicti emphyteutæ, &c.

non constabat de alterius directo dominio, & ibi alia mul
ta concurrebant, quæ cessant in casu nostro.

Similiter (ait Ang.in dict.§.emphyteusim) cum natura
translationis dominij sit vt perpetuo duret, l.fi. C.de leg.
& concessio magis ad vnum tempus referri non posset,
quàm ad aliud: præsumemus in dubio concessionem esse
perpetuam, l.obligationum ferè.§.placet.ff.de act.& obli.
quod etiã tenuit idem Ange.post Guli.de Cugno, in l.qui
luminibus.ff.de seruit.vrba.prædio.Idem Ang.in l.1.in fi.
ff.si ager vectig.vel emphyt.pet.vbi dicit se istam quæstio
nem habuisse de facto Perusij.Idem Ang.in l.malè agitur.
post Guli.prælleg.in l.cum notissimi.§.fi.C.de prępscript.
3.vol.40.annorum.

Sic ergo casum à diuerticulo repetendo, ex quo cõstat
mansum super quo contentio est in emphyteusim per-
petuã concessum fuisse, pro vt sunt omnes aliæ dicti loci
emphyteuses: imò etiam totius Catalonię prophanę, ces-
sat ratio, quæ doctores in contrariam opinio. mouerat
ad dicendum quòd emphyteuta cogatur edere instru-
menta realia: aut aliàs præsumeretur emphyteusis esse fi-
nita.& per consequens malè mouetur dicta domina del
Papiol: maximè cum nõ esset negata emphyteusis: & de
legitimata possessionis dictæ Francinę constabat abundè
in casu autem prædictorum meorum consiliorum 56. &
4 57.cessabat vtrunque.† Ex quibus infertur, quòd iuridicè
respondit dicta Francina Botella pręfatæ dominæ per suã
schedulam, 25.Aprilis, anno 1518. oblatam.per quam do
minæ petenti, ꝙ capita breuiaret, respondit, ꝙ ostende-
rentur ei confessiones suorum prædecessorum, & secun-
dũ illas capita breuiaret.cuius responsio fundatur in theo-
rica domini mei Iacobini de San.Georgio, in præal.gl.di-
ctiq; vassalli promiserunt recognoscere dictum feudũ. &
ita etiam voluit dominus meus Iason, vbi suprà.

Inde apparet de iniquitate præcepti facti per dictum
magnificum dom. Hieronymum Mallet, 30. Octobris,
anno præd.quo mandauit d. Francinã pignorari, eò quòd
non ediderat instrumentum reale d.mansi, capitula nuptia
lia Serenæ, & sententiã arbitrariam do.del Papiol, suprà in
themate mentionatam.cum dicta domina per suam sche
dulam, 27.Aprilis, fuisset contenta, quòd dicta Francina
iuraret se non habere instrumenta realia petita: & ederet
instrumentum concordię factum inter dictam Ysabellã,
& Ioannam de Montpaho, eius consobrinam filiam Sere
næ.Quod instrumentum cum non esset penes dictam.
Francinam, fuit per magnificam actricem productum.
Quam etiam pignorationem per amplius infrà confuta
bimus. quoniam ratione illius & ex sequela, partes indi-
gnatæ ad vlteriora processerunt.Et sic quoad huius primi
quæsiti membrum primum resoluo, in terminis nostris
cogi non potuisse dictam Francinam ad exhibendum in-
strumentum reale petitum. Quandoquidem non oportuit
esse quęstio, nisi de confirmatione dictæ Francinæ ad em
phyteusim illius mansi, de quo erat quæstio. Quo casu, se
cundũ Oldr.cõs.121.non tenebatur etiã realia instrumen
ta exhibere.Quod etiam voluit Spec.titu.de feud.§.pri
5 mo.versi.porrò.ad principium.† Similiter (deueniendo ad
secundam primi quæsiti partem) dico præfatum magnifi
cum dominum Hieronymũ Mallet, ex potestate sibi per
dictam dominam concessa, cognoscere nõ potuisse de hac
causa, per ea quæ decidit in terminis nostris Bal.in l.a.quo
modo & quando iudex.volens, quòd dominus (ne iudex
sit in causa propria) monere non potest vassallum, quod si
bi ostendat feudi inuestituram per cartam publicam, vel
per breue statutum: sed hoc facere debet per pares curiæ,
qui in hoc loco iurisdictionem habent.c.j.in titu.de mili
te vassallo qui contu.est in vsib.feud.aliàs esset ad iudicẽ
competentem recurrẽdum.ita nobiliter Bal.in c.j de in-
uesti.in marium facta, allegat Inno.in c.ceterum.vbi &
Fely.colum.4. versi.fallit quãdo est quæstio, &c.de iudi.
Idem etiam tenet Bal.in c.Imperialem.§. pen.de prohib.
feudi.alien.per Fede.in vsibus feud.& in §. si qua contro-
uersia

uersis.de pace Constantiæ. ita etiam notat do.meus Fran
cischinus de Curte, in suo tract. feudorum.in fine. & do.
meus Iacobi.in tract.feud.in glos. in versi.dictiq; vassalli
pro dictis rebus feudalibus conuenti,&c.

Et arguento à sufficienti partiũ enumeratione, aut cau
sa huiusmodi feudalis erat, & illa(vt prædixi)per pares cu
riæ, qm eiusdem qualitatis sit vassallus litigans, terminari
debebat, vt per Inn.Io.And.& Pan.in pręal.c.cæterum.&
not.Odof.in summa, qui posint de feudo cog.vbi dicunt,
q̃ si litigans cum dño est Comes, vel Baro, certæ pares cu
riæ, qui de illa causa debent cogcoscere, debent esse Comi
tes, vel Barones.& ita etiam voluit præallegatus do.meus
Iacobinus in d.glos. in versi. dictique vassalli pro dictis re
bus feudalibus conuenti,&c.colũ.6.versi. & est aduerten-
dum, Aut dicta causa feudalis non est(pro vt etiam nõ est,
quoniam agitur de simplici dominę del Papiol præce-
pto) & tunc indubiè non potest domina de huiusmodi
causa cognoscere, licet in quadam sua schedula. 26. Se-
ptembris, anni 1519.oblata, deducat potuisse cognosce-
re ordinatiè. Quæ quidẽ schedula, quamuis fundari videa
tur super vsatico, omnes homines, etc.1. & quæ ibi not.
Iaco.de monte Iudaico,& alij, volentes q̃ emphyteutæ
pro censibus, & actionibus realibus, coram domino, vel
eius iudice conueniri debent, pro personalibus autem
coram suo ordinario. & hoc si do. merum imperium, vel
iurisdictionem titulo infeudationis, aut alio titulo acqui
situm habeat quoniam tunc(ait Iaco. Callisius in vsatico,
plantare.q.1.ver.aut quæris de emphyteuta) do. ordina-
rio iure etiam in causis prædictis cognoscet, vbi alias co-
gnoscere non posset. iuxta not. per Inno.& Ioan.And.in
allegato c.cæterum.de iudi.

Et licet ista videantur iustitiam dictæ dominæ del Pa-
piol colorare, nõ tamen recedo à conclusione suprà facta.
Et refrieando dictum arg. à sufficienti partium enumera-
tione, quod in iure validum est, l.obligationum ferè.ff.de
actio.& obliga. cum similibus. si domina prætendit hanc
causam feudalem esse, de illa pars curiæ cognoscet, si em-
phyteucariam, quia actio nõ est realis, nec de censu agitur,
& debuit ordinarius dicti Botella cognoscere, pro vt dice
bam,& resoluunt practici. Et maximè, quia dicta domina
merum imperium, nec iurisdictionem habet, vt infra do-
cebitur, licet dicta domina contrarium asserat in præmen
tionata schedula, & alibi sæpe. Quinimo si illam haberet
(de quo non constat in processu)adhuc non esset, prædi-
cti Botella iudex competens, sed Alcaldi, ad quos ex pri-
uilegijs regijs causæ huius, tanquam contra monetarium,
6 cognitio deuoluitur, de quo latius infrà. † Quòd autem nõ
habeat dicta domina iurisdictionem, nec merum aut mi-
stum imperium, constat instrumento publico recognitio
nis factæ per quondam magnificum Io. Galcerandũ del
Papiol locũtenenti Baiuli generalis Cataloniæ, anno 1488.
per dictam magnificam partem producto in causa, quam
contra procuratorem fiscalem curiæ Alcaldorum,& di-
ctum Petrum Botella habet in audientia regia,& sub exa
mine dicti magnifici Regij consiliarij Francisci de Val-
lesicca. In quo recognitionis instrumento, confitetur di-
ctus dominus sępedictum castrum del Papiol, cum suis
iuribus, &c. & iurisdictione criminali, & mero & misto
imperio, altaq; & superiori iurisdictione, & alia qualibet
cuiuscunque speciei fuerit, tenere in feudũ pro domino
Rege,& sub directo & alodiali domino dicti domini Re
gis. Quod quidem directum & allodiale dominium, cum
mero & misto imperio,& iurisdictionibus prædictis, fuit
venditum cum pacto de retrouendendo per bonæ me-
moriæ Regem Ioannem Berengario de Cortillis, Regio
consiliario,& thesaurario serenissimæ Violantis contho-
ralis dicti Regis, certo pretio, vt constat instrumento pu-
blico relato in dictæ recognitionis instruměto, dicto die
per magnificam dominam sæpe dictam producto, de da-
ta vigesimosexto Ianuarij, anni.1395. & licet dicta domi
na in dicto recognitionis instrumento se dicat, mediante
persona Raymondi del Papiol, eius abatis, prænominato
Berengario de Cortillis successisse ex cessione eidem fa-
cta, vt constare dicitur instrumento publico in præfato
recognitionis instruměto relato,& calendato, Quod qui-
dem cessionis instrumentum, cum non fuerit in hac cau-
sa productum, licet in alio relatum sit, non probat, secun-
dum communem doctorũ theoricam. in auctent.si quis
in aliquo.C. de edendo.not. Lanfran.de Oria. in repet.c.
contra falsam.in ver. instrumentorum productiones. nu.
40.versi.modò quæro, pone, &c.& ibi dixi in apostil.ad
ipsum.in versic.in alio instrumento.extra, de proba.& ita
voluit Soci.consi.221.incip.cum in præsenti,&c.& consil.
266.incip. in causa, &c. versiculo.deciditur. volumine 2.
Quod verũ est, etiam si notarius attestaretur instrumen
tum illud relatum vidisse,& legisse. vt omnino per Alex.
cons.6.per totũ.vo.4. & ita tenui cõsi.51.versi.1.& consi.
58.vęr.21. Ex quibus inferri potest dictam dominam de
hac cognoscere non potuisse eo prætextu, q̃ dicat se me
rum imperium habere, vel altam iurisdictionem, nec etiã
tanquam domina directa,& allodialis, qualem se falso(ci-
tra iniuriam loquendo)in suis articulis asserit.

Quinimo si de dicta cessione Berẽgarij Cortillis finga-
mus constare quoad venditionem iustitiæ altæ, mediæ,
& bassæ, siue infimæ. ipsa tamen domina per vsum vnius,
non acquisiuit possessionem alterius. ad quod facit in arg.
l.si stillicidij.§.fin.ff. quemadmodum ser. amitta.& l.1.§.
si quis interdicto.ff. de iti.actuque priua.& ca.dilectus.ex-
tra, de capel.mo. & notat Bart.in l.3. in prio.ff. de acqui-
ren.pos.& Bertachinus de Firmo, in suo tract.gabellarũ.
par.1.q.11.Inno.in c.dilecto.extrà.de offi.ordi.& Panor.
in c.1.ad prin.versi.tene menti,&c.de relig.domib.

Nec etiã iuuantur dicta domina ex his, quæ in sua sche-
dula oblata die septimo,& alia decimo Decembris, anno
1519. deducit in causa quam habet contra procuratorem
fiscalem dictæ curiæ Alcaldorum, & præfatum Botella,
dum colorando suam iurisdictionem dicit, se dedisse dicto
Botella iudicem, videlicet dictum dominum Hierony-
mum Mallet, ad supplicationem(vt dicit) dicti Botella,&
quorundam aliorum. quoniam dictam supplicationẽ cõ-
star factam fuisse tertio Augusti. Commissionem autem
dicti domini Mallet contra præfatũ Botella,& alios, pro-
cessus testatur factam fuisse sexto mensis Maij pręcedẽ-
tis. Vnde non potest dici, quòd emanauerit dicta commis-
sio. ad supplicationem dicti Botella, cum post dictam cõ-
missionem facta fuerit dicta supplicatio. Quod etiam ex
rè demonstratur. quoniam dicta domina territorium non
obtinuit à vicario Barchinonensi, nisi contra dictum Bo-
tella,& eius matrem. Attamen dictam supplicationẽ con
stat porrectam fuisse ex parte dicti Botella. & aliorũ plu-
rium.& sic delegatio iudicis non emanauit à dicta suppli-
catione, quã præcessit, cum fuerit etiam facta contra vnũ
ex pluribus supplicantibus. & sic non est bonus ille color,
quẽ dicta domina suæ iurisdictioni voluit attribuere, per
dictam schedulam, quam in mille locis in vtroq; proces-
7 su refricauit. † Insuper cũ iurisdictiones omnes pertineant
ad supremã potestatem principis supremi à quo defluunt
tanquam riuuli à fonte, l.& quia.& l.more, & vtrobique
doct.ff. de iurisdict. omn. iudic. & ad illum solum iurisdi-
ctionem ordinariam conferre spectat: vt not. Panor.& Fe
ly.post alios, in c.cum cõtingat.extrà, de foro compet. Ita
quòd nemo iurisdictionem habere potest de iure Roma
no, nisi ex principis concessione, vel permissione. Nec.n.
possunt exerceri iurisdictiones, nisi per magistratus, qui di
uersis nominibus nuncupantur: quorum creatio ad ipsius
auctoritatem principis pertinet. l.1.§. cum vrbem. ff. de
offi.præfect.vrbis.& in authen.de defen.ciuita.§.interim.
Nos autem videmur esse extra terminos, in quibus Calli-
sius, & alij suprà relati practici Cataloniæ loquuntur. ex
quorum doctrina apparebat prima fronte dictam domi-
nam ratione meri imperij & iurisdictionis, quam se dicit
in dicto territorio del Papiol habere, iure ordinario, de

hac

hac causa cognoscere potuisse. Nec enim dominus Rex haber in dicto castro & territorio del Papiol solum merú & mistum imperium, verumetiam iurisdictionem altam, & superiorem, & aliam quamlibet cuiuscunq; speciei fuerit, vt in præmentionato recognitionis instrumento dicitur. & sic habet iurisdictionem infimam siue bassam, quæ est certa iurisdictionis species, diuersam habés & propriá ab alijs naturam, & legem. l. imperium. ff. de iurisd. omniú iudic. Quod etiam iuris communis dispositioni cóforme est. quo iure vniuersitati minimæ (cuiusmodi sunt castra, villa, & pagus) nulla iurisdictio cohæret: sed alterius ciuitatis iurisdictioni subesse dicitur. l. 4. C. de natu. lib. & C. qui ex vico. ff. ad municip. & in auctcn. quibus mod. natu. effi. legitim. §. si quis igitur ex qualibat. cum similibus. & ita tenui suprà consilio 34. in addit. 2. versiculo 37. vbi ostendo cui vniuersitati iurisdictio competat. Non tamen inficior tales vniuersitates, licet minimas iurisdictionem ex priuilegio habere posse. Quod & voluit Bar. cós. 189. inc. primum quæritur, vtrum iurisdictio, &c. pro vt etiam domini locorum, & castrorum plures habent in hoc principatu Cataloniæ: attamen de huiusmodi priuilegio non có-
8 stat in processu. † Nec obstat quod contra dictum Botella, obijcit sæpe dicta domina quòd tum dictus Botalla, cú etiam alij habitátes in dicto territorio del Papiol, sint homines ipsius solidi. quoniam etiam si probasset se do. directam esse & allodialé (quod non fecit) non est de iure Cataloniæ bona consequentia, habeo meos homines solidos: ergo iurisdictionem habeo in eis. Quinimò etiam si iurisdictionem haberet in eis: non tamen ex hoc arguitur, quòd merum & mistum imperium habet. cum iurisdictio possit esse domini: merum verò & mistum imperium principis, vel alterius: vt in commemora. Per. Alberti. c. 58. inc. si quis habet, & c. I mo domin' Rex. vt Comes Barchinó. fundatam habet suam intantionem, quoad iurisdictioné in tota Catalonia, etiam in terris comitum, nobilium, baronum, ciuium, & clericorú, siue ecclesiarum. vt in vsati. ex magnatibus. & ibi practici dictæ patriæ. quod etiá conforme est iuri communi, vt per Bal. in c. bonę. extrà. de postul. pręla. & in c. dilecto. extrà, de offic. Archid. & in l. imperium. præalleg. & dixi versic. præcedenti. & infrà latius prosequemur.

Sed fingamus habere dictam dominá merum & mistú imperium, vt prætendit. Clarum est, quòd in Barchinona vbi territorium nó habet dictus dominus Mallet, cognoscere non potuit. l. fi. ff. de iurisdict. om. iudi. nisi litigantiú, & iudicis dicti territorij consensu interueniente, vt est gl. ordi. in c. litigantes. de offi. ordi. li. 6. & not. doct. in cle. j. de foro compe. & in c. nouit. extrà, de iud. & Ang. post gl. in auth. quibus mo. natu. effi. sui. §. generaliter.

Non obstat instrumentum concesionis dicti territorij à vicario Barchinonensi concessum, & per dictá dominam in hoc processu productum. Quoniam (si memini) dictum territorium concessum fuit post citationem dicti Botella. & notum est, quòd citatio nedum est de processu, vt est casus ad literam in §. omnium. Instit. de pœna temerè litig. imò ipsa citatio est primus actus & fundaméntalis totius processus, vt per Bart. & Ang. in l. 1. ff. de in ius
9 voc. † Postremò, etiam si suprà dicta omnia cessarent, cóstat quòd domina prætédit, quòd tum ille Botella, cum ét alij homines in suo territorio habitantes, sunt hoíes illius proprij solidi, & affocati, & de redimétia (cuiusmodi sunt homines quos nos manus mortuæ vocamus.) & ita deduxit in suis articulis ad effectum probandi: vbi etiam deduxit, quód sui homines tenétur ad omnia onera & seruitia realia & personalia ad quę tenentur homines de redimentia. Quinimò voluit dicta domina onera & seruitia illa extorquere à dicto Botella, & eius vassallis. Vnde infero, quòd nos sumus in casu in quo liberè dictus Botella potuit (etiá si priuilegiatus non esset) ad dominum Regem recurrere. vt per Bal. in cap. Imperialem. §. pen. de prohib. feudi alie. per Feder. per litteras. in princ. ff. de offi. præti. & not. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendica. notat idem Bal. in c. 1. in fi. de capi. qui curiam vend. in vsibus feud. & Aluar. c. 1. col. 5. apud quem, vel quos, &c. & Spec. tit. de feud. §. nunc. dicamus. versiculo, cæterum.

Postremò, etiam si prædictorum nihil locum haberet, clarum est quòd dictus Botella ciuis est Barchinon. & ex Regio priuilegio vulgò dicto, recognouerunt proceres. c. 508. incipien. Item concedimus capitulum, per quod nó tenetur ciuis Barchinonen. extra Barchinonam, vel corá alijs officiarijs, quàm Regijs litigare. & hoc multò magis quòd ipse Botella est monetarius, & sic debuit, coram Alcaldis conueniri per dictam dominam. Maximè postquá eius declinauit iurisdictionem, & sua priuilegia allegauit. Vnde, primium hoc dubium resoluendo concludo nó potuisse dictum Botella in ius vocari per dictam dominam coram iudice per eam asignato, quem notoriè sciebat esse priuilegiatum, & per consequens non esse de suo foro.
10 † Secúdum dubium examinando, discutienda occurrit legitimitas petitionis dictæ magnificæ dominæ, quam 16. Aprilis, anno 1518. coram dicto domino Mallet iudice, quam asignauerat, obtulit contra pręnominatam Francinam matrem sępedicti Botella, per quam petebat, quòd cum dicta Francina teneret in territorio del Papiol. vnum mansum, vulgò dictum de la Massaguera, vel Corbello, nulla domini firma præhabita, & sint alij defectus in titulis in quibus prætendit ipsa francina causam habere, petebat quòd capitula breuiaret, siue recognosceret dictum másum, & poneret instrumenta facientia pro dicto manso in posse Francisci notarij. Quæ quidem causa, cum partis aduersæ malitia, iam facta esset criminalis, vel prætextu leuissimo, fuit instante dicta Francina & Petro Botella eius filio sæpedicto ad audientiá Regiam euocata 12. Maij 1519. firma iuris secundum patriæ morem præcedente. In cuius quidem euocationis cótemptum fuerunt multa attentata, vt processus demóstrat: & dictum dominum Mallet, (qui posteà ex iudice factus est dictæ dominæ patronus, cum ante esset illius aduocatus salariatus, præcepisse dicto Botella, quòd instrumenta realia mansi de Massaguera ederet, aliàs ad auferendum mansum prædictum eum condénabat. Quę cum dictus botella peteret in audientia Regia tanquam attendata reuocari, dicta domina, & iudex illius prædictus fuerunt per audientiæ prædictæ inhibiti prouisioné. In qua causa dicta domina post productos primo loco suos articulos 26. Septem. suam petitionem & libellum variauit, commissum intentans duorum mansorum, quos dictus Botella in suo territorio del Papiol habebat, quia (vt dicebat) dictus Botella exiuit à dictis mansis quibus erat adstrictus, & quòd teneret duos mansos simul, cú tamé habitantes in dictis mansis homines sint proprij (vt ait) & de redimentia, à qua etiam petitione, nesciens quò se verteret, aduocatus rursus variauit 3. Februarij 1524. intentando commissum alternatiuè super manso de Corbello, vel quòd declararetur ipsam ius habere vtendi fatica ex alienationa, per transactionem (vt dicit) facta per Ioánnam da Montpabo, Ysabella Massaguera, & per eandem Fráncinæ Botella, quæ fatica fundatur ex quo facta fuit inter collaterales (vt ait) titulo oneroso. quia aliquo dato, vel retento, & maximè propter inductionem in possesioné dictæ Francinæ, sine consensu domini. Ad quam suam petitionem fundandam produxit dicta magnifica domina instrumentum donationis factum per Petrum Canals & Antoniam coniuges Serenæ filiæ eorum, nec non & processum in audientia Regia ductum, inter dictam Ioanná Mantpaho, & Ysabeliam eius matertera, occasione dicti mansi, vel super eodem.

Aggrediendo itaque membratim dictam petitionem, ostendimus suprà dubio præcedenti illam non fuisse legitimam. in quantum petebatur instrumentorum realium editio: maxima attenta partis huius responsione, cuius suprà meminimus, vers. 4. Et minus est legitima variatio facta, dum intentat vtrumque mansi commissum. Quoniam etiam

etiam si dictus Botella esset homo solidus (q̄ non, vt infrà quarto dubio monstrabimus) attamē non esset repugnās, quòd duos mansos haberet in dicto territorio del Papiol, cum possit esse homo solidus duorum dominorum etiā diuersorum, vt notant practici Cataloniæ in vsatic. qui solidus. qui est vsa. 36. ergo multò magis esse potest quis bis, vel ex duabus causis homo solidus eiusdem domini. Nec etiam verum est, salua allegantis pace, quod dictus Botella sit adstrictus mā sis prædictis, ita vt inde nequeat exire, & minus quòd sit homo de redimētia, vt infrà in decisione 3. dubij monstrabimus. Vnde magis est apparēns & coloratum, quòd sua schedula præmēntionata, quam tertio Februarij obtulit, deducit, super qua præsentis dubij vertemus stylum.

Intentat ergo dicta domina commissum in dicta scedula tertio Februarij super manso Corbello, vel ius fatice, ex causis in dicta schedula contentis, suprà designatis, quorum neutrum potest obtinere. Non commissum.. quoniā quicquid sit de iure, per iura & constitutiones Cataloniæ cōmissum in Catalonia veteri, in qua sunt situati dicti mā si, potest habere locum duntaxat in duobus casibus: videlicet, vbi scienter dominium denegatur, & quando res emphyteutica scienter alienatur, pro alludiali. pro vt not. Iac. de Monte Iudaico. Iaco. de Vallesicca, & alij, quos refert & sequitur Iac. Marquilles in vsatico, si quis suum feudū. in materia emphyteusis. q. 48. & in vsatico si quis baiuliā. q. fi. & in duobus vsaticis seq. & in vsat. magnates. in glo. in ver. non ergò, & sic intentio dominæ quoad commissum
11 non fundatur, cùm iura patriæ resistant. † Quoad verò faticam, quòd non possit illa vti, satis est apertum: quamuis ad illam colorādum ipsa deducat. quòd Ioanna de Montpaho dictum mansum alienauit Ysabellæ Massaguera. titulo quidem onerosoꝛ quia aliquo dato, vel retento, Et ne contingat nos ambiguitate facti ductos errare: præsertim, quia ius oritur ex facto, magnificus relator attendat, quòd Petrus Canals & Antonia coniuges, in capitulis nuptialibus Serenæ eorum filiæ, per donationem causa mortis, & post vtriusque obitū valituram, donauerunt bona sua omnia pręsentia & futura, siue eam de dictis bonis hæreditauerunt, (vt verbis donationis vtar) adiectis tamen certis pactis, & conuentionibus, quæ suprà veridicè in casus figuratione deduxi, ad quem in occurrenti dubio in facto recurratur: ex cuius quidem donationis verbis apparet, q̄ dicta donatio, licet facta videatur contemplatione matrimonij dictæ quondam Serenæ: est tamen causa mortis donatio. Siue quia post donatorum mortem est collata. l. 2. ff. de do. cau. mor. cū simil. not. Ioā. Fab. Inst. de don. §. 1. per l. Seia. ff. de dote præleg. Siue etiam, quia in verbis dispositiuis est facta mentio mortis: vt contrarium de dicto Bal. in addit. Spec. tit. de instru. edit, ad fi. versi. si quis donat. cui ten. Siue quia donatores prædicti, nedum sibi reseruauerunt vsumfructum bonorum donatorum: sed etiam dominium illorum quandiu viuerent: & maximè pōderādo verba donationis prædictæ hæreditant dictā Serenā, &c. per quæ verba etiam si non apposuissent illam clausulam, post eorum mortem: attamē illa subintellecta fuisset. quoniam hæreditas nihil aliud est, quam successio in vniuersum ius defuncti, vt dicit tex. formalis in l. hæreditas. ff. de verb. signif. & in l. postulante. ff. ad Trebel. sic etiam verbum hæreditare, idem importat propriè, quòd succedere vniuersaliter defuncto. vt abundè in facti cōtingētia Soci. scripsit consi. 102. incipiente, visis scriptis compositionis, col. 2. versi. secundum probatur, &c. vol. 3. per l. quædam. §. is autem. & ibi doctor. ff. de edendo. & notat Iason in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & latius hoc prosecutus sum suprà consi. 58. ver. j. † Nec sumus in casu l. vbi ita donatur. ff.
12 de donat. causa mortis. quoniam in dicto instrumento nulla est facta mentio, vel promissio de non reuocando, saltē in verbis substantialibus contractus: quod pręsupponit d. l. vbi ita donatur. Quia in dicto casu (fateor) talis donatio resolueretur in donationē inter viuos, pro vt decidit Philippus Decius contrarias opiniones reducendo ad concordiam, consi. 205. incip. iuridicam esse arbitror, &c. per totum. volumi. 2. Quinimò etiam si in clausula accessoria, quę respicit contractus executionem, additum esset quòd donatores prædicti promiserunt, & iurauerunt omnia & singula in d. contractu vel instrumento posita, tenere & obseruare: per illa tamen verba non transiuisset d. donatio in donationem inter viuos, vt not. Bal. in l. cum quis. versi. quid si dixi, dono post mortem meam, & promitto non contrauenire. ff. de condi. ob causam. quem refert & sequitur Alex. in l. quæ dotis. col. 4. versic. septimò fallit. ff. solu. mat. & Philip. Decius, vbi suprà, qui ad hoc accumulant multa, volentes quòd ad cognoscēdum vel iudicandū, an sit donatio causa mortis, nō attenditur quòd in verbis executiuis fiat mentio mortis, vt suprà dixi. Et idem è cōtra per textum in cle. 1. in fi. de præb. vbi clausula quæ accessoria est, ad executionē dispositionis factæ, non alterat principalem dispositionē. vt per Felyn. omnino. c. licet. ext. de offi. ord. Panor. in c. cum nostris: col. pen. de concess. preb. Alex. in l. more. col. 6. ad fi. ff. de iurisd. om. iud. & Ioan. de Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. ob. & ita resolui in contingentia facti, suprà consi. 53. versi. 4. & consi. 58. ver. 1. & in consi. 1. illustr. fratrum Cardonæ contra illustr. ducem eorum fratrem. 3. dub. versic. 8. vbi diffusius hoc prosequor.

Nec obstat quòd facta videatř huiusmodi donatio propter nuptias. quoniam illa verba causam impulsiuam respiciunt, & non finalem, vt no. Oldr. consi. 6. incip. Titius dedit. & sequitur Alex. consil. 44. incip. circa primum, & c.
13 col. j. vol. 1. † Ex quibus sequitur vnum corrolarium, quòd huiusmodi donatio, quæ (vt dictum est) fuit causa mortis potuit per donatorum pœnitentiam reuocari quandocunque. l. cum omnis. ff. si cert. peta. lege. qui mortis causa. & l. senatus. §. mortis causa. ff. de donat. causa mot. Præsertim, quia non fuit vallata traditione. Quia etiam in dicto casu donatorum pœnitentia reuocaretur. vt per Ancha. consilio. 75. incip. per modū consilij. Bart. Bald. Saly. & Iason. in lege. fin. C. de pactis. In consequentiam cuius sequitur, quòd validum fuit testamentum Petri Canals, quo Antoniam suam vxorem hæredem sibi vniuersalem reliquit: & similiter testamentū Antoniæ prædictæ. Quoniam res donata etiā per donationem inter viuos, potest ante traditionem alteri donari, vel obligari. Quoniam donans, ante traditionem remanet dominus. l. si prius. C. de iure fisci, li. 10. cum gl. in verb. perfectum. quæ allegat. l. fi. §. Lucius. vbi est casus expressus. ff. de dona. & est casus in l. quarta. vbi Bart. hoc not. per illum textū. ff. de seruis exportant. & in l. qui Romæ. §. Flauius Herms. vbi etiā moder.. ff. de ver. obli. & ita tenui suprà consi. 58. versi. 6. & 8.
14 vbi latius hoc prosequor. † Nec obstat etiam, quòd in donationis prædictæ instrumento fuerint apposita verba, quæ traditionem videntur importare: scilicet clausula illa, & in vestrum vestrorumq; ius & dominium & posse mittimus & transferimus. per quæ verba licet actualis traditio non probetur: neque per consequens acquisitio rei vera vel ficta possessionis, neque dominij rerum omniū generaliter: sed solum in rebus, quæ nō sunt in conspectu tempore confecti instrumenti: videlicet illas auctoritate propria apprehendendi, quod in casu nostro satis esse videtur per ea, quæ no Iac. de are. & Bar. per illum text. in l. prędia. ff. de acq. poss. & tenet Cynus in l. 2. C. eod. & Bald. in rubr. C. de cōtrah. emp. q. 19. Dico enim, q̄ in casu nostro dicta licentia limitata fuit ad casum & euentum conditionis appositæ: sicut limitari debet principalis dispositio, videlicet ad tempus mortis vtriusque donatorum, vt constat expresse conuentum fuisse inter partes, ex dicto instrumento ibi, sub pactis tamen, conditionibus, & retentionibus infrà scriptis, & post etiam obitum nostrum, & non ante. Ex quibus apparet, quòd huiusmodi donatio (si etiā fingimus illam fuisse inter viuos) non incœpit à traditione: sed simpliciter à cōuentione, & mera promissione.

Quan-

Quandoquidem donatores prędicti promiserunt huiusmodi donationem per solennem stipulationem attendere & obseruare, vt plenius in eadem continetur: attamen interim non tradiderunt bona donata (vt est sæpe dictum) verè nec fictè. quoniam facta est dicta traditio sub pactis, & conditionibus prædictis. Cum ergo facta fuerit illa donatio cum temporis præfinitione, illa effectum nõ habuit ante conditionis vel temporis euentum. l. cum in secundo. C. de iniusto rest. no. Bald. in rubr. C. de instit. & substit. in princip. & do. meus Iason in l. interdum. ff. de verb. oblig.
15 † Nec clausula constituti in dicta donatione apposita, traditionem possessionis veram aut fictam operata fuit, ad opus ipsius Serenę, donatario, vel eius filię. Quando enim cõstitutum est collatum post mortem donatoris (vt in casu propter illa verba, post tamen obitum nostrum, & nõ ante, sæpius in d. instrumento repetita propter conditiones & reseruationem supradictas) certè cõstitutum huiusmodi post mortem donatoris non valere notabiliter voluit Ang. in l. quamuis. quem ibi sequitur Alexã. ff. de acq. poss. Idem Alex. consi. 82. incip. perspectis his, &c. colũ. 4. vol. 2. & consi. 83. incip. visa facti narratione. eo. vol. Quæ quidem Ang. opinio, si vera sit, ex quo non valeret constitutum, non posset veram vel fictam traditionem operari. Si verò insequamur opi. Old. consi. 139. incip. ad habendam, &c. quem refert & sequitur Philipp. Decius consil. 247. incip. in causa magnifici Barunis Dales, &c. in 1. dub. vol. 2. quam etiam opi. secutus fui suprà in d. consi. 53. ver. 6. videlicet, ꝙ licet constitutum valeat: non tamen operatur effectũ, vel verã aut fictam possessionem inducit, aut transfert ante constituentis obitum. Certè cum decesserit Serena ante donatores, cõsequens est, quòd virtute dictæ clausulę non habuit bonorum donatorum veram, sed nec fictam possessionem, per decisionem Oldr. prædictã, quę fundatur super textu, quem ad hoc allegat d. meus, vbi suprà in l. qui absenti. §. 1. ibi, neq; aliter accipiẽtis fiunt &c. ff. de acq. pos. & in l. cedere diem. ff. de ver. sig. & in c. super eo. & vtrobiq; no. doct. extrà, de cond. appos. Sicut enim per conditionem, aut appositionem diei fuit suspensa dispositio contractus principalis, vt proximè dicebamus: ita etiam constitutum in ipso contractu appositum fuisse suspensum not. Io. mo. in c. fi. & ibi gloss. & Gemi. de appel li. 6. & terminis nostris de constituto & precario, not. Bal. in l. ex testamento. C. de fideic. vbi dicit, quòd clausula cõstituti & precarij debet secundum principalem dispositionem regulari. & not. idem Bal. in l. si absentis. ad fi. versiculo, vltimo scias. C. si certũ petatur. cum similib. quæ tradit Alex. in l. 1. §. si vir. col. 4. ff. de acquirenda pos. & cõsi. 82. inc. lecto et discussu, &c. col. 3. vol. 3. & ita etiam resolui in d. consi. 53. versi. 6. suprà allegato.

Nec etiam operata fuit effectum illa clausula quoad dictam Ioannam filiam Serenæ. Quoniam per illam, seu patrem & administratorem illius legitimum, renũtiatum est dictę donationi. & illam remisit per arbitralem sententiã domini del Papiol, vt in themate deductum est.

Ex quibus infero, quòd etiam si facta fuisset ista donatio extraneo, ex quo perfecta non fuit, vt suprà dicebam, laudimium non debetur. & not. dom. meus Iason in l. fin. col. 171. versiculo, per prædicta, &c. C. de iure ampby. Similiter nec de ista renuntiatione siue refutatione per di. Ioannam Montpaho facta, etiam si diceremus facta fuisse dictæ Serenæ eius matri, puram & perfectam fuisse ac inter viuos, ex quo dicta donatio non fuit per traditionẽ perfecta. Imò etiam si antedicta bona tradidisset Antonia prædicta, & ante complementum donationis illa recuperasset: per ea, quæ decidit in fortioribus terminis Aluar. c. 1. col. 2. quid iuris sit si vassal. post alie. feud. recuperauerit. Vbi limitando textum illum decidit, ꝙ vasallus rem feudalem alienans absque domini consensu, licet perdat illã, c. 1. de prohib. feudi alie. per Lotha. & cap. Imperialem. de prohib. feud. alie. per Federicum. attamen si ipse venditor ante possessionis traditionem rem illam recuperauerit, pœnam caducitatis euitat: cuius dictũ refert & sequitur, ac corroborat dominus meus Francischinus de Curte in suo tract. feud. par. 4. q. 13.

Sequitur etiam ex his aliud correlarium, quòd dicta Antonia potuit de bonis ita donatis testari & suas facere voluntates, pro vt fecit: disponendo de illis in Ysabellã Masguera, filiam eius, cum substitutionibus & fideicommissa, de quibus suprà in themate. Ex quorum dispositione successit iste Petrus Botella, vt infrà latè monstrabimus.
17 † Redeundo igitur ad monstrandum inciuilitatem petitionis dictæ dominæ, dum intentat ius vtendi fatica, pro vt suprà dicimus, clarum est, quòd quoad refutationem quam fecit Bernardus Py. nomine Ioannę eius filiæ dictæ Antoniæ Cauals, non potest illa vti. quia illa refutatio facta est nedum cum cõsensu domini del papiol, imò ipsius mandato & sententia arbitrali: de qua constat in processu. imò cum expressa firma domini. Et sic nec alia renouatio esset necessaria, nec laudimiũ solui debet. pro vt not. Guido pap. in decis. Delphin. q. 48. & 411. & ponit Bart. quem ibi allegat in l. quod sæpe. §. si quis amico. ff. de contrahẽ. empt. Et quoad illam credo dominã se non fundare: quã-
28 uis dicat sibi competere ius vtendi fatica, &c. † Sed maior videtur inesse difficultas: quoniam dicta arbitrali sententia domini del papiol non obstante, sæpedicta Ioanna litẽ mouit Ysabellæ materteræ suæ, super illa donatione, quæ per arbitrorum sententiam fuit decisa: ex cuius dispositione dicta Ioanna firmauit instrumentum diffinitionis, absolutionis, & renuntiationis in ampla forma, de omni iure sibi competenti, tam ratione donationis prædictæ, quã etiam ratione dictę sententię arbitralis domini del Papiol sæped. & fideicommissi & substitutionum in eius fauorẽ appositorum: quæ tñ duntaxat in spe consistebant, Quoniam dicta Ysabell. in cuius fauorem do. del Papiol prædictus declarauit per Antoniam eius matrem bona donata concedi posse (pro vt & fuit in illis hæres instituta cũ certis fideicommissis, licet non secundum formam dictæ sententiæ, quia Francina fuit interposita media inter dictam Ysabellam & Ioannam de Montpaho) superstes erat, quæ liberos habere poterat pro vt hæc omnia deducunt latius in themate. Quam quidem remissionem & refutationem d. domina del Papiol ad suam intentionem fundandã vocat alienationem per transactionem: ex quo dicit quòd d. Ioanna summam habuit 270. lib. Barchinonen. (quę 150. ducatos paulò minus constituunt:) pro qua summa dicta domina vult vti fatica, siue iure retẽndi. sed multum decipitur. Quoniam etiam si diffinitio prædicta facta fuerit aliquo dato, vel post matris eius Antonię obitum, continuè possedit dictum mansum & hæreditatẽ de Corbello, vt fatetur ipsamet Ioanna in articulis, quos contra dictam Ysabellam in audientia Regia produxit, qui cum d. processu fuerũt per dictam dominam del Papiol. in hac causa, vt est dictum, producti: huiusmodi refutatio non potest dici alienatio, nec etiam illius prætextu (etiam si dicamus eã esse cum dicta domina Ioanna transactionem) poterit vti domina, fatica, siue, vt dicunt iurisperiti, iure retinendi. Quoniam ex quo res emphyteutica penes dictam Ysabellam, quę possidebat illam, remansit, non fuit inducta per huiusmodi remissionẽ, siue trãsactionem, dominij trãslatio, propter quã domino competeret ius retinendi, & laudimia. textus est vnicus & singularis in l. si pro fundo. & ibi Baldus & doctores. C. de transactionibus, iuncta glossa, in l. penultima. C. pro emptore. Refert & sequitur dominus meus Iacobinus de Sancto Georgio in suo tract. feudorum, in glos. in versiculo, & cum pacto de non alienando, col. 2. versiculo, subsequẽter circa materiam istam alienationis, &c. ita etiã dominus meus Francischinus de curte in suo tractatu feud. in quarta parte, in vltima causa priuationis feudi. in septima principali quæst. & Aluar. in
19 c. 1. §. si inter. in tit. de lege Coradi. in vsibus feud. † Similiter considero, quòd mansus de Corbello, & bona donata Serenæ, obligata erant dictæ Ysabellæ tãquam hæredi, pro

summa

summa sexcentorũ florenorum auri, & pro dotibus ipsius
Ysabellæ & Francinæ. Et pro centũ & decem libris adiu-
dicatis dictæ Ioannæ pro sua dote, per dictum dominum
del Papiol arbitrum sępedictum. Et pro septuaginta libris
dicto Py. restitutis per antoniam prædictam de fructibus
sibi reseruatis. Et similiter pro augmento dictæ hæredita-
tis facto ex vsufructu, quem Petrus & antonia donatores
sibi, vt est sępe dictum, reseruauerant: siue pro rebus ex di
cto vsufructu emptis, quæ res vel pretium ex dicto vsu-
fructu redactum Ysabellæ prædictæ, tanquam hæredi do
natorum cedit: vt concludit Alex. post Bar. in l. stipulatio
hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig. quod tamen non
pono pro constanti. quia contrarium in facti contingentia
suprà tenui, consi. 37. vers. 6. vbi latius hanc materiam pro
sequor. quæ omnia simul iuncta ascendebant ad summam
nongentarum librarum: qui erat valor verus hæreditatis,
in quibus erat Ysabel. prędicta creditrix, posito pro ficto,
quòd dicta bona fuissent effectualiter tradita dictæ Se-
renæ vel Ioannæ, cuius tamen contrarium est verum, vt
suprà docuimus: attamen illa arguerent huiusmodi cessio
nem, siue diffinitionem, fuisse dationem in solutum etiam
necessarium: quia pro soluendis debitis donatorum, vt in
vltima sententia arbitrali præmẽtionata deducitur: ex quá
in solutum datione, siue etiam quia bona illa cessa fuerunt
inæstimata: & præsertim, quia datio in solutum prædicta
necessaria fuit, ideò non habet locum fatica, siue ius reti-
nendi, vt not. Bar. in d. l. s. in fi. de alien. feud. Alber. de Ro-
sat. in 2. parte statutorum. q. 206. Bal. cons. 300. vol. 1. Alex.
consi. 52. vbi plenè hanc materiam discutit. vol. j. Raphael
Cuman. consil. 29. incip. quidam Florentinus, &c. Fulgo.
consil. 123. colũ. 2. Roma. consil. 107. incip. circa id de quo
quæritur, &c. Francisc. de Aret. consi. 23. col. 2. versi. con-
cedo æquiparationem, &c. & Ludo. Bolog. consil. 21. &
20 consi. 25. † Similiter quanuis domina ius deducat vtẽdi fa-
tica, ex contractu transactionis: attamen do. Matthæus de
afflictis in suo tract. de iure protomiseos, col. 8. dicit ius re
tentionis, aut retractus, non competere ex transactione:
quia (vt ait) nõ comprehenditur sub nomine alienationis.
Sicut in simili dicimus quòd licet feudum alienari non
possit, sine consensu domini: potest tamen super illo tran-
sigi, etiã absque domini cõsensu. c. si vassallus de suo feudo.
in tit. si de feudo fue. contro. maximè quãdo vassallus tran
sigens feudum retineat, vel remaneat apud possessorem.
de quo latè per dominum meum Iacobinum de sancto
Georgio. vbi suprà, in gloss. in ver. & cum pacto de non
alienando. & per dominum meum Iason. in l. fi. col. 157. in
21 10. q. principali. C. de iure emphyteutico, † Aliunde malè
intentauit domina ius vtendi fatica: quoniam si fingamus
ius illud sibi competere, debuit pretium actualiter consi-
gnare. l. si à te. C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. 2. §.
fi. vbi dominus meus Ias. col. 85. & sequent. C. de iure em
phyt. Bar. & Alex. in apostill. ad ipsum. & omnes in l. acce
ptam. C. de vsur. Quinimò non sufficeret hoc casu oblatio
generalis, vt notat dñs meus Iacobinus de sancto Geor-
gio, in l. quidam æstimauerunt. in fi. ff. si cer. pet. not. Rom.
consi. 502. & 210. Alex. consi. 530. incip. in causa Strazalo
rum. & consi. sequente. vol. 4. & consil. 21. incip. viso pro-
cessu satis longo. col. pen. vol. 1. & Barba. consi. 36. col. 18.
& seq. vol. 2. Ancha. consi. 331. Roma. consi. 163. in fi. &
Franc. de Aret. consi. 563.

Pretium autem in casu nostro, nedum esset illud quod
solutum est (vbi domina iure retinẽdi vellet vti) verùetiá
ius crediti: & actiones quas habebat Ysabel. sæpedicta, es-
sent pars pretij, ac etiam sumptus postea facti, & quodcun-
que aliud quod pretij loco datum est, quanuis non fuerit
scriptum. vt per Alber. & doctor. in l. fundi partem dimi-
diam. ff. de contrahẽ. emptio. Bal. qui ad hoc allegat plura
in l. tenetur. §. 1. ff. de act. empt. & quoad sumptus no. Alb.
de Rosa. in l. antia vtile. §. fi. ff. de min. & in suo tract. statu-
torum. parte 1. q. 96. & dominus meus Ias. post Salic. in d.
l. fi. C. de iure emphyteutico.

Ex quibus apparet dominam ius retinendi, quam fati-
cam dicunt in Catalonia, intentare nõ posse ex remissio-
ne, vel cessione præmentionatæ Ioannæ. siue quodcunq;
illi aliud nomen fingamus: cum tamen simpliciter illa refu
tauerit, vel repudiauerit dicta bona donata: quæ tamen re
pudiatio, etiam si per transactionem fiat, latè differt à do-
natione: siue transactione pura, vt per doct. In l. fuit quæsi
tum. ff. de acquir. hæred. & probatur ex dictis Doctorum,
maximè Pau. de Cast. in l. si actionem. C. de pact. & Bal. in
l. pactum quod dotali. C. de colla. Ad quod videantur quę
scripsi infrà consi. 76. versi. 2. & per totum consi. & addi-
tionem illius, vbi latè prosequor quid differant repudiare
hæreditatem, & donare hæreditatem. † Postremo conside
22 ro, quòd per arbitralem sententiam dicti domini del Pa-
piol fuit reuocata dicta donatio Serenæ facta, & bona ei-
dem donata fuerunt per dictam sententiã adiudicata An-
toniæ donatrici, cum potestate, quòd ipsa Antonia posset
post eius obitum instituere siue hæredita. Ysabellam filiã
suam prædictam: cum pacto tamen quòd ipsi Ysabellæ, si
decederet absque filijs, substituere deberet d. Ioãnam: pro
vt hæc latius in themate sunt deducta. Vnde infero, quòd
d. Ysabella, etiam cessantibus illis, quæ suprà. contra d. do-
nationem deduximus, hæreditari potuit, aut institui per
d. Antoniam eius matrem, pro vt & fuit instituta, & ipsi
Ysabellæ bona prædicta competebant in vim d. arbitra-
lis sententiæ. Quæ quidem sententia arbitratis ex quo tũc
per patrem & administratorem corporis & bonorũ Ioan
næ, fuit approbata expressè, & postea per d. Ioannam fa-
ctam maiorem, saltem tacitè, peperit d. Ysabellæ actionẽ,
per tex. in l. pe. C. de arbit. quem text. ad hoc allegat Soci.
consi. 27. incip. omnip. Deus. adsit. col. 5. versi. Secũdo mo
do. vol. 1. & per tex. in l. Paulus respondit. ff. rem ratã hab.
per quem tex. Bal. consi. 184. incip. ad intelligentiam quæ
sitorum. versiculo, nunc, venio, &c. vol. 2. & Alexan. consi.
517. incip. viso processu. vol. 5. resoluunt, quòd alienatio
bonorum etiam minoris, etiam nulla, ratificari videtur, si
post maiorem ętatem (etiam tacitè) huiusmodi contractũ
approbauerit. & huiusmodi ratificatio retrotrahitur vsq;
ad tempus contractus. l. si. C. ad Macedon. & not. Dyn. &
doctor. in regula. ratihabitionem. lib. 6. Quòd autem facta
maior dicta Ioanna laudum prædictum approbauerit, sal
tem tacitè, vel ex eo constat, quòd ex dicta sententia do-
mini del Papiol, c. 1. constat eam fuisse annorum septem:
& anno 1495. processum intẽtauit præmentionatum con
tra dictam Ysabellã & sic indubiè maior erat, nedum 25.
annorũ sed etiam 35. quando dictum processum inchoa-
uit. Quoniam lata fuit dicta arbitralis sentẽtia domini del
papiol (vt in themate dictum est) anno 1467.

Quinimo dicta remissio siue renuntiatio facta. per Ioã
nam prædictam Ysabellæ, corroboratius sententiæ præ-
dictæ domini del Papiol & iuxta illius tenorem facta, vi-
gore dictæ secundæ arbitralis sententiæ in nullo adauxit
dictam primam sententiam, nisi in eo. quod dicta Ioanna
renuntiauit expressè fideicommisso, quòd sibi fuerat mã-
datum fieri per d. primam arbitralem si decederet Ysabel.
absque liberis, & sic non hæreditas per d. Ioannam vigore
huius sententiæ secundæ renuntiata fuit aut cessa, vel re-
missa, sed vigore sententiæ d. domini del Papiol, & vigo-
re d. secundæ sententiæ solum renuntiauit Ioanna fideicõ
misso, quod in spe habebat vigore sæpedictę primæ sentẽ
tiæ, super quo ius faticæ, siue retinendi, locum non habet
& sic d. Ysabella quæ bona tenebat vigore sententiæ do-
mini del Papiol, licet debuerint subiecta esse fideicommis
so, quoad d. Ioannam, illa bona habuit libera, quoad ipsam
Ioãnam, licet fideicommisso subiecta ex testamento An-
toniæ per d. secundam sententiam. & remissionem, & re-
nunciationem inde secutam. & per consequens apparet
intentionem sæpedictæ dominæ fundatã non esse quoad
23 faticam, vel ius retinendi, quod idem sonat. † Superest ita-
que pro huius dubij complemento videre vtrum d. do-
mina suam intentionem fundet quoad forisçapium, quod
idem

idē est ꝙ duplex laudimiū, secundū vulgarē Cataloniæ loquutionē, aut saltē si fundauerit illam, quoad laudimiū simplex. Et licet satis esse videatur hoc quæsitum decisum per ea, quę supra dixi, attamē ne nodū in scirpo requirendi demus occasionem, teneo pro constanti, ꝙ iste Petrus Borella non teneatur etiā ad simplex aliquod laudimium. Et posito pro fundamento, vel præsupposito, quod donatio facta Serenæ per Antoniam, locum nō habuit, vt am plè monstraui. Ideo si consideramus, quòd non obstante huiusmodi donatione etiam circunscripta renuntiatione Ioānæ, potuit Antonia de bonis donatis disponere, vt suprà probauimus, siue fuit per dictam Ioannam renuntiatum illi priusquam facta fuisset eidem traditio. Et in feudalibus & emphyteuticis rebus est vna maxima, ꝙ nunquā est in consideratione alienatio, nisi fuerit traditio secura, vt suprà dicebā versic. 16. & est text. capit. Imperialem. §. callidis. de prohibit. feud. alie. per Fede. & facit tex. in l. alienatum. ff. de verbor. signific. ꝙ etiam notat Iacobus Marquilles, in vsatic. si quis suū feudū. quæst. 10, in materia emphyteusis. sequitur, ꝙ ex translatione in Ysabellam facta nullum debetur laudimium. Quoniam habuit illa bona cum tñ fideicomisso in fauorē Francinæ. Botella, ab Antonia matre sua. & ex constitutionibus Cataloniæ laudimiū nō debetur quando peruenit emphyteusis ad aliquem descendentem titulo lucratiuo, etiam aliquo dato, vel retento, vt est constitutio Regis Petri tertij in curia Ceruariæ, incip. item ne super laudimio.

Et si fingamus illa bona translata fuisse in Serenā, cuius contrarium multipliciter suprà demonstratum est, adhuc nō deberetur dominæ laudimiū ex dicta remissione, siue renuntiatione, facta Ysabellæ in quam mater disposuerat, per ea, quæ supra dicta sunt de iure retinendi. Quoniā ius retentionis, siue fatigæ & ius laudimiorū, à pari procedunt, quoad voluntatē domini. & ita notat Albe. de Rosate. in t. part. statutorū. q. 55. Petrus Iacob. de Aurelia in suo tract. libellorū. in titu. de act. in rē, quæ pro re emphyteutica, quæ cecidit in commissum, datur. in prima addit. & no. Matth. de afflictis in suo præal. tract. & de iure protomiseos. chart. 3. Similiter cōlidero in proprijs terminis, ꝙ
24 sicut debetur laudimium ex contractu, ita etiam quando ab eo receditur partium consensu, prout vius est voluisse Io. And. in addit. ad Spec. tit. de locato. §. nūc aliqua. versi. 96. Qđ verū est quando processum fuit ad traditionē vel nisi ante ipsam traditionē alienās rē recuperasset, vt suprà dicebā, ver. 16. & 23. vel etiā nisi resolutio contractus esset facta cum consensu domini. Cum enim debeatur domino laudimium propter calamum (vt tradunt practici Cataloniæ in vsarico præalleg. si quis suum feudum) ex quo resolutio cōtractus fuit à domino firmata, non debetur ex illo laudimium. Prout etiam notat Guidopap. in decisio. Delphinalibus, quæst. 48. incip. est aduertendum. & decisi. 41 1. incip. an ius prælationis, &c. & nota. Anchar. consilio. 55. incip. motiua iudicis, &c. 2. dub. quem refert & sequitur Ioan. de Ana. consilio. 90. incip. quòd dubium istud. occurrens. in 1. dubio. vbi tenet expressè, quòd si veti dat. aliquis rem emphyteuticam, cum expresso domini cōsensu, ex quo per illū cōsensum satis dicitur approbare dominus, & laudare nouū emphytentā, si tunc nihil petijt, nō pōt laudimiū postea petere, ꝙ datur pro laudatione & approbatione dñi. allegat dñm suū Ioannē de Imo. in c. potuit. extrà, de locato. Imò in terminis in quib. Ioānes de Ana. prædict. consuluit, statum addebat ad ius commune, disponens, quod emphytenta. nou* teneretur petere à domino renouationē emphyteusis. & sequitur Bulog. Ioan. de Ana in addit. ad ipsum in dicto consil. 90. Refert & sequitur dominus meus Iason. in l. 3. col. mihi 128. versic. sed antequā veniam, &c. C. de iure emphyt. Et vbi prædicta cessarent contra dominam, præscriptum esset ius illud, cū sint elapsi plus. quàm 30. anni, tum de iure cōmuni, cū de iure patriæ. vt in cōstitutionibus Cataloniæ, cap. 8. Quoniā mò voluit Alexand. consilio 1 13. incip. viso & diligenter consideratio themate. columna 2. versiculo, quarto comprobat, &c. volumine 4. quod licet vassallus, qui sine domini cōsensu alienat feudū, vel emphyteusim, sit priuat* illis, attamē ex longa patientia decē annorū, præsumatur dominus cōsensisse ꝙ vassallus ius suū alienet. & ita refert et sequit egregius doctor Hispanus, qui ad hoc multa allegat in repet. l. Imperator. ff. ad Trebell. colum. 21. versi. ex quo infertur. fol. 66. colum. 1.

Et vbi nō sufficerent prædicta, addatur ꝙ ex quo dicta refutatio facta fuit per sæpedictā Ioannā pro debitorū, in quibus erant obligata bona prædicta, solutione, etiā si dictā refutationē alienationē appellem*, illa esset necessaria: vt suprà monstrauimus, versicu. 17. vbi etiā probauimus. ꝙ ex huiusmodi alienatione necessaria laudimia non debentur. & ita not. Bar. in l. & ideò. in princip. vbi etiā Alber. de Rusate. ff. de cōdict. furti. & not. dominus meus Iacobinus in suo tract. de operis, & roy dis. charta 7. colū. r. versi. itē dubitatur, an præsupposita cōsuetudine, &c. Et per cōsequens apparet ex præmisis, ꝙ sæpedicta Ysabel la Massaguera legitime tenuit dictū mansum, absque hoc ꝙ deberet laudimiū aliquod. Quoniam Antonia mater eius ex arbitrali sententia domini del Papiol potestatem habuit dictū mansum transferendi Ysabellæ prædictæ, prout & fecit. Ex qua translatione Antoniæ in Ysabellā filiā, laudimiū nō debetur, quia facta in descendentē, vt suprà proximè mōstraui. Nec etiā debet aliquod laudimiū sæpedictus Botella, qui tanquam Francinæ filius ex testamento Antoniæ præfatæ suæ auię maternæ successit Ysa
25 bellæ sine liberis defunctæ, vt latius prosequemur. † Et licet proxime cōclusioni, quā de Petro Botella feci, refragari videat, ꝙ Ysabella sibi hæredē instituit dictā Francinā matrē ipsius Botella sororē suā, & dictæ Francinę filios. qui titulus licet sit lucratiuus, attamen ex cōstitutionibus prędictis pro renouatione, seu acquisitione noua debetur domino directo decima pars veri valoris dictæ rei emphyteutiæ, quia facta fuit d. translatio per collateralem, Hoc tamen nō obstante dico nullū laudimiū per sæped. Botella deberi. Quanuis enim Francina mater dicti Botel la fuerit à Francina sorore sua hæres in suo testamēto relicta, attamen d. Ysabella quoad Franc. prędictā bona libera nō habebat. Quoniam ab Antonia matre sua eidē si decederet absque liberis, prout & fecit, & per cōsequens in casu qui locū habuit, substituta fuerat præfata Francina soror d. Ysabellæ vtrinque cōiuncta. Et sic d. Francina & eius filius pręfatus Botella mansum prædictū habuerunt ex iudicio siue testamento Antoniæ ſęped. matris & auiæ eorundem respectiue. Quoniam electus vel nominatus vigore alicuius testamēti, videt esse nominatus & electus in eodē, vt suprà cōcludebam* cōs. 37. versi. 26. & Ysabella pręd. vt est suprà dictū, fuerat à matre grauata restituere mansum cōtentiosum, & alia bona Francinę sorori suę, si decederet absq; liberis, cū moriēs liberos nō reliquerit, & sic cū purificata esset cōditio fideicōmissi eidē facti, non poterat in Francinæ sibi substitutę præiudicium de dictis bonis disponere, vt suprà consi. 42. vers. 9. cōcludebamus.
26 Ideò disposuit in Francinā sororem suā sibi à matre, vt est dictū, substitutā. † Nec obstat, ꝙ d. Antonia virtute dictæ arbitralis sententiæ do. del Papiol bona habuit non libera. Quoniā tenebat per fideicōmissum substituere Ysabellę, sine filijs decedēti, Ioānā sæped. & nō Francinā Respondeo. n. ꝙ grauatus restituere, pōt nihilomin* testari de bonis restituendis. vt est gl. singularis secundū Azo. in auct. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. Cyn. in l. generaliter. C. de secun. nupt. Bal. in l. filiū, quē habentē. C. fam. ercisc. & Alex. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. col. 10. ff. de verb. oblig. Et hoc nedū quoad suā legitimā & Trebellianicā, verùt etiā quoad totā hæreditatem grauatā fideicōmisso, tamen huiusmodi condicionali nondum purificata, sed pendēte. Sicut in dicto casu potest res grauata alienari, & traditione facta dominiū transfertur, vt est casus in l. fi. §. sin. autē sub cōditione. C. cōmunia de lega. Bene tamen ve

rom est,

rũ est, quòd eueniente postea conditione, resoluitur ipso
iure alienatio, & fideicommissario datur rei vendicatio.vt
in d.§.sin autem.dicitur in fin. Ex quo ergo valida fuit di
spositio Antoniæ in personã Ysabellę,etiã ex sententia d.
do.del Papiol:imò ẽt fideic.factũ Francinæ in vita d.Ysa-
bellæ,quoniã Ioannæ, nec alius quicunq; fideic.potuit ab
Ysabella petere nisi post ipsius Ysabelæ obitũ,& nõ ante.
l.cum archimendorã.C.vt in possess.leg.ẽt si daremus Ioã
nã præd.fuisse substitutam immediate Ysabellæ sine libe.
decedẽti.& Frãcinã Ioannæ,si moreretur absq; liberis, ex
quo pendẽte cõditione fideicõmissi superstite d.Ysabella,
Ioanna præfata renuntiauit substitutioni in ampla forma,
vt est dictum, quantũ ad ipsam Ioannã fideicommissum
sopitũ est.Potest.n.fideicommissarius renuntiare fideicõ-
misso,quod sperat.vt est text.in l.quoties: C.de fideicom.
& not.Frãcis.de Aretio.consi.2.versi.3.addunt,&c.& Ro-
ma.consi.452.versi.2.& 3. Nec enim prohibetur quis fa-
uori pro se introducto renũtiare.vt per Bar.in l.1.ad fi.C.
de pact.& in l.cũ pater.§.libertis.ff.de le.2.& in l.de fidei-
commisso.C.de transact.Quinimò tenuerũt multi,q̃ per
simplicẽ diuisionẽ, sit renuntiatum fideicommisso.si diui
dentes notitiam habuerunt testamenti, in quo fuit apposi
tum fideicõmissum,quos allegat dominus meus Phil. De
cius consil.267.inc.non excidit à memoria.& suprà retuli
eos consi.22.versi.1.& 2.

Nec obstat quòd dicta renuntiatio Ioannæ siue diffini
tio,facta fuerit post Antoniæ auiæ suæ mortem.Quoniã
ẽt si dicamus mãsum de Corbello & hæreditatẽ prędictã
superuenisse Ysabellæ post refutationẽ & renũtiationẽ,cu
ius contrarium apparet ex supradictis, illam debuit dicta
Ysabella sæpedicta Frãcinæ restituere.l.Lucius.§.fi.& ibi
Doctor.ff.ad Trebel.& ita not.Pau.de Cas.consi.162.inc.
visis narratione facti.& Alex.cõs.20.inc.põderaris his,&c.
vol.3.Et sic cũ mediante renũtiatione huiusmodi,q̃ fecit
Ioãna expreßè de fideicõmisso, q̃ sibi debebatur,& quã
Franciscus de Monpaho eius filius approbauit expreßè,
seu verius ẽt renũtiauit dicto fideicõmisso expreßè, nõ est
dubiũ,q̃ d.Frãcina,si fortè aliàs ex dispositione arbitralis
sentẽtiæ do.del Papiol sæpedicti succedere prohibita fuis-
set,ex testamẽto Antonię matris suæ venire potuit ex eo
dẽ testamẽto,ad dictũ mãsum de corbello,iãquã remoto
obstaculo.quod illam succedere prohibebat.pro qua qui-
dem renuntiatione fideicommissi nullus dixerit laudimia
deberi,pro vt decidit de iure retentionis, Matthęus de af
flictis in dicto tract. de iure protomiseos. charta 3.quod,
vt suprà versi.23. dicebam,parificatur cum iure laudimio
27 rum.† Et si diceremus sæpedictum Botella succedere non
potuisse ex.d.Antoniæ testamento,cuius contrarium ve-
rum esse suprà monstrauimus,& alias ex fideicõmisso suc
ceditur primo testatori,vt latè monstraui suprà consil.49.
versic.15.Non tamen negabitur ex testamento d.Ysabel-
læ successisse & per consequens ex titulo lucratiuo.& sic
teneretur solum d.Ysabella ex d.constitutione Regis Pe
tri tertij in curijs Ceruatiæ c.3. itẽ ne super laudimio,&c.
ad decimam partem valoris dicti mansi, & bonorum in
dicto territorio situatorum.vt expreßè dicunt verba con
stitutionis sæpedictæ.licet domina prætendat istud laudi-
mium esse tertiam partem æstimationis totius hæredita-
tis.in quo fallitur domina prædicta.Et in solutione huius
laudimij,posito pro ficto, quòd deberetur,attendi debe-
ret, quòd licet hæreditas antoniæ præalleg.appretiaretur
ad mille libras, attamen tota dicta hæreditas non est de
territorio del Papiol,vt suprà dicebatur in themate,& est
etiam probatum. Primo in dicta hæreditate erat domus
vna situata in ciuitate Barchinonensi, valoris ducẽtarum
librarum,tres mãsi extrà dictum territorium, valoris alia
rum ducentarũ, pensiones censualium ducentarum alia-
rum librarum in proprietate.& bona mobilia ascendentia
ad libras quadringentas in valore.de quibus quia non sunt
emphyteutica, laudimium non debetur nec etiam de mo
bilibus,etiã si essent in territorio del Papiol. quia emphy-
teusis non consistit in bonis mobilibus, sed in immobili-
bus solis.l.2.C.de iure emphyt.& l.1.ff. si ager vectig.vel
emphyt.&c.& Institu.locati.§.adeo.& ita not. Doct.ibi,
& Albe.de Rosate,in l.2.§.mutuum.col.3.ff. si cer.pet.&
in suo tract.statu.q.178.& Io.Fab.§.1.ad princip.Instit.de
actio.& prosequor infrà en.consi.versi.51.Et sic apparet,
quòd bona de quibus laudimium solui deberet, in casu
quo debitum esset, non excedunt valorem trecentarum
librarum. Et cum non dicatur aliquid in hæreditate esse,
nisi deducto ære alieno, vt sunt iura vulgaria,considerari
debebunt in æstimatione hæreditatis prædictæ credita,
quæ sæpedic. Ysabella, tanquam hæres matris habebat in
dicta hæreditate.In quibus ẽt creditis potuit per matrem
fideicommisso grauari dicta Ysabella in dictæ Francinæ
fauorem, etiam circunscriptis sentẽtia domini del Papiol,
& renuntiatione Ioannæ prædictæ. In quibus iuribus &
creditis succedit ex matris fideicommisso Frãcina,& post
28 eam dictus Botella.† Omitto quòd d.domina nulliter in-
tentauit faticam ex isto capite. Quia (vt dicit) Francina
Botella possessionem intrauit dicti mansi sine ipsius do-
minæ consensu. Præsupposito etenim pro ficto,quòd d.
dominæ consensus necessarius fuisset ad possessionem as-
sequendam d.mansi,quod non credo,cum fuerit datus il-
le mansus prædecessoribus Francinæ pro eius, & quibus
valuissent. per quę verba secundum Alber.de Rosate in l.
1.column.2.versicu.sed nunquid hæc lex. C.de iure em-
phyt. datur emphyteutæ facultas rem emphyteuticam
alienandi etiam iure quæsito domino.quod & voluit Bal.
cap.1.de feudo non hab. propriam natu.feu.& dominus
meus Ias.qui ad hoc accumulat multa in l.fi.col.3.C.de iu
re emphyt. & multò magis videtur data facultas per illa
verba emphyteutę possessionẽ accipiẽdi sua auctoritate.
At tñ sufficeret in casu prędicto consensus tacitus, vt per
Felyn.in cap.nonne bene dicimus.in materia,an tacens ha
beatur pro consentiente.extrà,de præsumpt.Constat au-
tem de consensu dominæ per apocas solutionum census,
ad quem obligatur d.mansus,quę sunt in processus,& qui
consensus ex illis resultans, satis dici potest expressus,per
ea,quæ not.abunde Socy.consi.centesimo uigesimo secũ
do.incip. multum abundè & eleganter. repetito consilio.
centesimo septuagesimosecundo, vbi deducens tres mo-
dos per quos dici potest consensus expreßè præstitus,di-
cit quòd aliquando verbis exprimitur, dicendo,ego con-
sentio,vel aliud, simile aliquando signis exterioribus de-
monstratur, & tertio ex generalitate verborum loquẽtis
comprehenditur tacita eius mens, quòd consentit. & ad
hoc exemplificat multa. Ex quibus secundum hoc dubiũ
resoluendo, concludo quòd nec quoad commissum, nec
quoad ius faticæ, seu retinendi, sed nec quoad laudimia
fundatur dominæ del Papiol intentio.quoniam in termi-
29 nis nostris nullum horum locum habet.† Ad tertium au-
tem dubium,in quo,attento quòd per attestationem ho-
norabilium consulum ciuitatis Barchinon. constat d.Bo-
tella ciuem esse Barchinon. & ciues Barchinonæ ex præ-
mentionatis Regijs priuilegijs coram officiarijs Regijs
d.ciuitatis. & non coram alijs vocari debent in ius, vt di-
ctum est in themate. Similiter cum d.Botella sit vnus ex
vigintiquatuor monetarijs Barchinon. pro vt etiam con-
stat ex processu,& cum tales monetarij ex Regijs priuile-
gijs Alcald. in omni eorum causa ciuili & criminali, ha-
beant iudices,quærebatur vtrum d.Botella à sęped.domi-
næ del Papiol iurisdictione, ex qualitatibus præd. exem-
ptus esset,etiã quoad bona, quæ in d.territorio del papiol
habet,cõdescendendo dico, quòd licet etiam quoad bona
extra territorium del Papiol sita,videretur prima facie du
bium facere,q̃ domina prætendit illũ Botella solidum ho
minem eius esse,quem Docto.practici in viatico,qui soli
dus.in 8.notab.dicunt hominẽ esse,quem feudistę vocant
vassallũ ligiũ.Homo aũt ligius,vt not. Spec.tit.de feud.§.
quoniã.vers.17.& do.meus Ias.in tract.feud.charta.8.col.
31.est subiectus domino quoad personã & bona, imò ẽt
quoad

quoad bona, quæ non sunt de dominio domini, vt ibi di-
cunt. & Io. And. not. in addi. ad Spec. vbi suprà, sequendo
opi. Spec. dicit, quod eo ipso, quod vassallus per iuramentū & sti
pulationē domino suo personā suā subiecit, videtur ēt ta-
cito iure omnia bona sua subiecisse. allegat in arg. quod habe-
tur in l. si pater. in princi. ff. de stipula. & in c. quod à te ex-
tra, de cleri. coniug. Ex tenore autē instrumenti realis per
d. botella, 2. Maij, anno 1520. producti, videtur esse homo
solidus vel ligius: & per aliud instrumentū, 16. Iulij, d. an-
no per eundē productū: in quibus inter cætera, dicitur, quod
nullum proclamat alium dominū, seu seniorē (quæ in Ca
talonia idē sunt, vt per Doct. practicos in vsat. 44. inc. simili
ter & si senior. & in vsa. si quis seniorē suū. & in vsat. si se-
nior.) per quæ verba sm Spe. vbi suprà, videtur prædeces
sores d. Botella se, & suos in dicto māso successores, homi
nes solidos constituisse, siue ligios. et ita deponere vr̄ Ant.
Cotta d. loc. bauilus super articul. 2. loco in 2. cōpromis-
so productis. & Frācisc⁹ Cucurela dicti loci super 11. di-
ctorū articulorū. Et sic videretur prima facie dicendū, quod
si d. Botella sit dominę del Papiol ratione prędicta su-
biectus, etiā quoad bona extra suū territoriū: quod multo
magis subijciatur eidē quoad bona in suo territorio situa
30 ta. de quibus non videtur aliquatenus dubitandū. † Nec illi
videtur prodesse quod ciuis sit Barchinonæ. quoniā ex quo
erat homo ligius ſæped. dominæ, videtur quod facere nō po-
tuit se hominē regiū: saltē existens in terra dominæ pręd.
pro vt videtur se resoluere Doct. practici Cataloniæ, præ
sertim Iac. Marquilles in vsat. similiter & si senior. ver. sed
quero hic de vna bona quęstione. Quod ēt aliunde sibi vi
detur interdictū esse ex illa cōuentione expressa & pacto
appusito in concessione in emphyteusim, pro vt dña ſæ-
ped. in diuersis eius schedulis repetit. Et hoc multo magis
ex quo d. Botella (pro vt deponūt testes suprà proximè no
minati) sit homo proprius & affocatus d. dñę. Et eadē ra-
tione non videt obstare, quod d. Botella sit monetarius, & sic
foro & iurisdictioni Alcaldorū nullo medio subiectus, per
Regia priuilegia. Quoniā est vulgatissimū in iure, quod priui
legia cōcessa videantur esse sine preiudicio iuris tertij. per
id quod legitur & not. in l. 2. §. si quis. ff. ne quid in loco publ.
& in l. nec auus. C. de emā. li. & in c. super eo. ext. de off. de
leg. & in c. ex tuarū. extra, de auct. & vsu pallij. & cōtra ip
sum Botella videtur esse textus in c. cum capella. extra, de
priuileg. & in c. quoniam. eo. tit. & in c. 1. eo. ti. li. 6. in quib.
habetur, quod exēptus puniri possit ab ordinario ratione bo-
norum, quæ habet, quæ non sunt exempta.

Quinimo videtur, quod si d. Botella se voluit hominē re-
gni facere, vel monetarium, & eximere se à iurisdictione
d. dominæ, quod saltē debuit alienare bona illa emphyteu
tica, quæ in d. territorio habebat, in sibi consimilē: pro vt
declaratū fuit per sententiā Regis Ioānis, in sentētia inter
dominos & pagēses lata. & hoc ēt est iuri cōforme. vt est
tex. quem ad hoc not. Io. de Platea in l. quoties. ibi, alij au-
tem, &c. C. de agrico. & mancip. dominicis. li. 11. & facit
tex. in l. 1. C. nō licere habitatorib. metrocomiæ. eo. li. vbi
dicitur, quod illi metrocomici, id est, qui ponuntur in aliqua
villa mensurata, prohibentur eorum possessiones in alios
31 transferre, quam in loci illius homines. † Quibus tamē nō
obstantibus dico præfatum Botella vigore dictorum pri-
uilegiorum Regiorum exemptum esse in persona, & etiā
quoad bona, q̄ habet in d. territorio del Papiol. Quoniam
quoad bona quæ sunt alibi sita, non dubito, quicquid fue-
rit supradictū. Et in primis attendo, non dubitari à iuri-
sperito, quod si res aliqua non priuilegiata trāseat ad priuile-
giatū, assumit ipsius ad quem transit priuilegium. c. vnicō.
de iure patro. lib. 6. & ibi Io. And. in nouella, & alij Doct.
not Panor. c. dilectus. extra, de præben. & consil. 9. inc. huc
cadūt quatuor dubia. vol. 1. Felyn. c. de quarta. col. 14. ver.
dum ponit Abb. de priuilegiato. extrà, de præscript. Cyn.
Bal. Fulgo. in auctentica, quas actiones. vbi dñs meus Ias.
col. 11. versi, quid autē sit in alia materia. C. de sacrosanct.
eccles. Vbi volunt, quod quoad instantiam de nouo in-
choandam, si priuilegiatus (vt clericus) accedat laico, non
per hoc conueniri, poterit coram laico iudice, nec perdit
fori priuilegium. etiam si ex persona laici cōueniatur, cui
succedit. quia concessum est priuilegium fauore publico
& totius ordinis clericalis. sicut in casu nostro ratione to-
tius collegij Alcaldorum. quod Cyn. & Bal. quanuis repu
tent notatu dignum, attamen nihil allegant. Sed dominus
meus Ias. ad hoc gloss. allegat in terminis. in c. clericū nul-
lus. in versi. secularem. 11. q. 1. & gloss. in c. si quis in ius. de
reg. iur. li. 6. & do. Anto. & Canonistæ in c. quia V. extrà,
de iudic. not. Bal. & Saly. in l. 1. C. si pend. appella. mors in
terue. Io. de Imol. in l. si cum hominem. ff. de fideiusso. &
32 Alex. in l. si constante. §. si. ff. solut. matrimo. † Et ad id spe-
cificè monstrandum præmitto, quod de iure communi licet
vassallus nō possit subinfeudare de feudo quod ab aliquo
domino habet, pro vt gl. cōmuniter à doct. approbata vo
luit in c. 1. in §. præterea. de capit. Coradi & est tex. expres
sus in c. 1. §. similiter. de lege Corradi, in vsib. feud. & tex.
cum gl. vbi omnes concludunt in c. Imperialē. §. illud. de
prohib. feudi. alie. per Fede. Attamen communis opinio
est, quod nō possit dare in emphiteusim illa, quæ tenet in feu
dum ab alio. vt deducit abundè ac remissiuè do. meus Frā
ciscus de Curte in suo tract. feud. par. 4. in vltime causa
priuationis feudi. q. 2. pro qua opi. allegat tex. in d. c. Impe-
rialē. ibi, sub quadā conclusione nomine liberi. & sic cum
appareat dominos del Papiol tenere in feudū à Regibus
catholicis castrum, & locum & territoriū del Papiol (sal-
tem tempore primæ concessionis, cum tunc non esset do
minium directum dicti loci vēditum, vt patet ex collatio
ne calendariorum vtriusq; instrumenti) possumus dicere,
quòd fuerit prohibitus do. del Papiol concedere dictum
mansum in emphiteusim: loquor sine domini Regis con
sensu, de quo non constat.

Fateor, quòd Io. Raynaldus in d. c. Imperialem. §. 1. vo
luit, quod licet prædicta de iuris stricto rigore procedant: at-
tamen dicit vassallum de generali consuetudine concede
re posse in emphyteusim terras incultas & desertas, absq;
domini licentia. & quod cōsuetudo id tolerat sine pœna pri-
uationis & annullationis contractuū. vbi ēt refert ita vo-
luisse Pet. Iac. de quo ēt attestatur Io. Fab. in §. adeo. Insti.
de locato. Sed ista decisio nō opitulatur dñę, cū talis nō sit
probata cōsuetudo in casu nostro, nec quod māsus super quo
disceptatur, tpe concessionis fuerit desertus, aut incultus.
33 † Et si verba instrumentorū stabilimentorū vel cōcessio-
nis in emphyteutim, quæ supra retulimus, attendamus, iu
dicabimus dictos mansos potius in cēsum, quam emphy-
sim fuisse concessos. Fuerunt etenim illi concessi, vt pro il
lis certus annuus cēsus præstaret, quæ tñ cēsus impositio
contractu arguit censualē, vt per Inn. plenè in c. ad audien
tiā. col. 2. ext. de rebus eccle. nō alie. quē refert & sequitur
do. meus Ias. in l. 2. post. Alb. de Rosa. ibi. C. de iure. emph.
& maximè, quia facta est in d. instrumentis trāslatio omniū
iuriū & actionū vtiliū & directarū in plena forma, quę ēt
translatio iurium similiter arguit contractū esse cēsualē, &
non emphyteuticū, vt per Soci. cōsi. 166. inc. in causa quę
vertitur inter capitulum, & c. col. 3. versi. in contrarium fa
cit, & c. vol. 2. qui ad hāc materiā adducit multa singularia.
34 † Et si fingamus contractū huiusmodi emphyteuticū esse
(quoniam feudalem nō possumus dicere, cum subinfeuda
tio fieri nequeat, nisi in parem, & sub eisdem pactis & cō
ditionibus cū quibus huius magnificæ dominæ prædeces
sores tenebāt in feudum dictum castrum, & territoriū, vt
est gl. magistra. in c. 1. §. profecto. de l. Corradi.) Nihilomi
nus dico sæped. Botella exemptū esse iurisdictione d. do-
minæ, cum sit ipse in persona & bonis immediatè de foro
& iurisdictione Alcaldorū, & sint eius bona in saluaguardia,
tāquā bona regalia, de quibus dñs Rex solus, vel alcaldi ex
priuilegio ipsius, cognoscere possūt. Ideò quoad ipsius Bo
tella bona, domina prædicta nullā iurisdictionē habet, nec
etiā quoad bona quæ extra ipsius territoriū sunt situata. l.
cū quędā puella. & l. fi. ff. de iurisd. omniu iudi. & vtrobiq;

Doct.ideò etiam quoad bona,quę sunt in d.territorio del
Papiol.licet quoad illa bona, q̃ sunt in d.territorio del Pa-
piol,sit maius dubiũ.Quãdoquidẽ iudex personę,ratione
iurisdictionis, quã habet in personam, statuere põt super
bonis eiusdem personę,licet sint extra suã iurisdictionẽ.l.
magis puto.§.illud quæri potest.ff. de rebus eorũ, qui sub
tut.vel cura sunt. Quia bona tanquam accessoria condi-
tionẽ personę sequuntur.l. Paulus respondit per procurato
rem.in fi.ff.de acqui.hære.l.1. C. de impo.lucr.descrip.&
c.si laicus.de iure patron.li.6. Vnde qui iurisdictionem ha
bẽt in personã,possunt indirectè onera personalia, ẽt pro
rebus extra suã iurisdictionẽ positis,indicere.quia respici-
tur persona tanquã principalis.l.rescripto.§.fi.ff. de mu.&
hono.& per Io.And.c.s.de immu.eccl.Et hoc multo for
tius in terminis nostris. Quoniã dñi Rex, à quo iurisdi-
ctio d.dominæ del Papiol emanauit, est dñs personæ bo-
norũ sæped. Botella. in cuius saluaguardia sunt persona &
bona ipsius Botella, vt modo dicebã,etiã vbicunq; situata
sint:cum etiam alias sit dñs directus ipsius dominæ del Pa
35 piol.† Accedat,quia etiam si d.domina iurisdictionem al-
tam haberet & bassam, & merum & mistum imperiũ(vt
prædixi)hoc esset à domino Rege,vt ipsamet confitetur,
producendo instrumẽta venditionis pręmentionatę. Ta-
lis aũt iurisdictio,quã haberet à Principe, esset accumula-
tiuè,& non priuatiuè ad ipsum Principem superiorem:vt
per Alexan.in l.Gallus.ff.de lib.& posthu.not. Francis.de
are.in l. quod in rerum.§.si quis post.vbi etiam do.meus
Ias.ad finem.versi.pro ista parte,& c.ff. de leg.s.Idem do-
minus meus Ias.& plenius in l. Titiæ textores.in 8.notab.
eo.tit.not.dominus meus Lancelotus Decius,in l.cũ præ
tor.ff.de iudic.Fely.c.pastoralis.extrà,de offi.ordi.Roma.
consi.39;.inc.præsens consultatio in hoc reincidit.& Frã
ciscus de Aretio consi.102.incip.spectabilis domina col-
lateralis,&c.

Hinc est,quòd Comes,vel Baro,suos subditos prohibe
re nõ potest ne possint ad curiam Regis reclamare:vt no.
Lucas de Pena.in l.vnica.col.16.vers plectentur,&c.C.vt
nemo ad suũ patroci.suscip.li.11. & not.remisiuè dñs Ni
col.Boerij in suo consuetudinario Biturigum.in tit. de iu-
risd.omnium iudicum.§. 3. in gl.si.(& dixi supra hoc eo-
dem consilio,versi.9.) & hoc præsertim vbi vassallus,vel
emphiteuta grauaretur indebitè à domino, vt probat in l.
in cuius odium apponebatur huiusmodi pactum, consentiẽdo
expressè,renuntiare potuerit iuri specialiter & principaliter
in priuatũ,& secundario in publicum fauorem introducto.
Quod etiam in præscriptione inducta mero
alterius odio procedit.vt ostendit Fely.vbi suprà,versi.fallit
quartò. per tex. in c.significante.secũdum intellectum
Inno.ext.de pigno.& ita not. Alex.in l.nemo potest.ff.de
lega.1.quam etiam Angeli opinionem cum dicta limitatione
Felini,& alijs,quas pono suprà,& infrà vers.6.secutus
sum in consi.58.versi.16. & consi.64.vers.5. vbi latius
prosequor in cõtingentia facti,vt in dictis consilijs & alijs
pluribus infrà scriptis apparet.

Et cõtra ius offerendi (quale possumus dicere ius istud)
quando ius non competebat illi in rem, cui cõpetit ius redimendi,
non dubium locum habet præscriptio, vt not.
Ange.in l.pignori.vers.ego semper,&c.ff.de pigno.Bar.&
Alber.in l.si finita.§.postea.ff. de dãno infecto, & no.Bal.
in l.licet:C.de iure delib.vbi Io. de Imol.& Cuma.dicunt
hanc esse communem opinionem, & ab eadem vt com-
5 muni recedendum non esse.†Nec ius hoc redimendi,vel
offerẽdi,potest dici facultas;sed est ius,vt ostẽdit do.meus
Iason.in d.l.si mater.& late prosequitur do.consultor.prędictus.
Quod quidem ius hæredi cõpetebat pro actione
iam nata ex testamento præmentionato, iuxta l.si hæres.
ff.de act.empti.tunc dicitur ius illud,quod hæredi competebat
per modum actionis. Quod si per modum exceptionis
competebat,dicitur facultas: quia ius illud luendi,
vel offerendi non esset formatum. Cui quidem facultati
siue iuri offerendi nondum formato(fateor) non præscriberetur:
licet vbi per modum actionis competeret,secus
esset:vt suprà. dicebam.& not.glo. in l. cum notissimi.§.
sed cum illud.C.de præscr.30.vel 40.anno. Et hanc distinctionem
facit do.meus Philip. Decius consi. clxiiij.incip.
non fuisset propositi mei,&c.in 2.dubio. volum.1.& Philip.
de Perusio in præall.l.licet. & Practicus papien.vbi à
domino consultore allegatur.

Præterea considero,q̃ si dicamus ius illud,quod prętẽdit
dominus Ludouicus,esse facultatem, certè illi iuri offerendi
spatio 30. annorum pręscribitur, ex quo facultas
quæ dicto hæredi competebat in actum deducta,producit
immediatè & parit ius in iudicium deducibile.Ita not.
Angel.in d.l. licet. & sequitur Ioan.de Imo.in l. si finita.
§.postea autem.ff. de damno infecto. & in præall. l. si pignori,
vbi etiam idem tenet Roma. quanuis aliqualiter
obscurè.& (vt dicitur) inter dentes loqui videatur.& dominus
meus Philip.Decius in præalleg. consi.164.

Redeũdo igitur ad propositum, si dicamus ius istud,
cui do.Ludo.innititur esse ius offerendi, hoc ius præscriptum
est:siue quia ius non habebat hæres in dicto castro
tempore appositi pacti,siue etiam,quia facultas in actum
deducta produxisset immediatè ac peperisset ius in iudicium
deducibile.& in vtroq; casu.scilicet tã iuris luendi,
vel redimendi, quam etiã iuris offerendi, ex quo non fuit
appositum iuramentum ex parte ipsius Iac. qui d.pacto
grauabatur.nec etiã fuit apposita dictio, perpetuo.Et maxime,
quia tempus integrum præscriptionis completum
est contra hæredem hæredis, qui beneficio d. pacti vult
gaudere. In quibus quidem casibus,& quolibet illorum,
fateor non habere locum præscriptionem,sed in dictis casibus
limitari opi.Angeli & aliorum tenentium partẽ negatiuam.
vt abunde monstrat egregius do.Nicol.Boerij,
tunc consiliarius in supremo consi.Francorũ Regis,nunc
autem præses meritissimus Aquitaniæ,in suo consuetudinario
Biturigum,titu.de præscr.§.1.&.do.Io.de Montelon
cõpatriota meus in suo promptuario iuris,dicens pro
negatiua parte ita fuisse sentẽtiatum in supremo Parisiensi
senatu.& subdit per d. limitationis (quæ etiam ex doctorum
præallegatorum dictis colligi possunt)contrarias
opiniones concordari posse.

Nec clausula, quandocunq; placebit,importat liberam
& absolutam voluntatem.Verba etenim placebit,libuerit
& alia

& alia id genus, important potestatem boni viri arbitrio regulatā, vt not. Bar. & Alex. in l. si sic. ad prin. ver. quid de verbo, si luerit. ff. de leg. 1. Ro. in rub. ff. de arbi. col. 4. & in l. fidei. §. quanquam. ff. de leg. 2.

Facit quod not. Bal. in l. 1. ver. quæro, quid si promitto. ff. solut. matri. vbi dicit quòd si aliquis promittat soluere semper Titio centū, quòd illud semper non impedit præscriptionem, quia intelligitur de tempore habili, per illum tex. & idem Bal. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto, dicens ita fuisse iudicatum Perusij. & not. Roma. consi. 27. ad fi. quos refert & sequitur Fely. in rubr. de præscript. col. pen. versi. aduerte duobus modis, &c. sicut in simili dicimus, quòd feudū concessum alicui pro eo. & eius hæredibus quibuscunque, vel quibus voluerit, non transit ad extraneos: sed illa dictio, quibuscunque, vel quibus voluerit, ad habiles restringitur dūtaxat. vt abundè mōstrat do. meus Philip. Decius consi. 185. incip. in causa illorum nobilium. col. 3. vers. 2. respondetur quod illa verba, &c. vol. j. idem consi. 208. incip. ad clariorem demonstrationem. in 2. dub. versic. sed prædictis non obstantibus. volu. 2. Et do. meus præallegatus idem dicit de clausula, quibus dederitis, quod non admittatur: quæ tamen clausula latiorem habet intelligentiam, quam clausula, quibus volueritis: per ea, quæ in principio huius versi. dicebantur, in consi. 171. incip. in causa venerabilium, &c. ad h. Præterea dictum Bal. &c. & consi. 193. incip. & pro tenui facultate, &c. ad fi. versi. comprobatur hoc. &c. vol. 1. Cuius etiam opinionem sequutus fui in ardua facti contingentia, suprà consi. 26. versi. 45. & dom. meus Iason in l. fideiussor. §. prætor ait. versi. 8. ff. qui satisda. cog. vbi fœdere distinctionis concordat opiniones contrarias.

Ex quibus in vnam massam congestis, resoluendo concludo, d. do. Ludouico hæredi hæredis vniuersalis dicti testatoris non competere ius luendi, vel redimendi, siue & illud ius offerendi nominemus, de quo in themate. & si, et vbi aliquādo competijsset, eidem nihilominus hæres, aut successor Iacobi tutus esset contra ius illud præscriptionis exceptione. Et ita vt est, suprà, dictum & conclusum decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Attestationes per iudicem laicum sumptę, & receptę, vel per eius curiam contra clericum (etiam si eū captum detineret) nedum non probant, sed nec indicium faciunt ad torturam. etiam si dictus clericus crimen fuisset confessus coram dicto iudice laico.*

Clericus regulariter torqueri non potest, etiam si contra eum sint mille indicia, nisi de crimine diffamatus esset. & numer. 40.

2 *Testis depositio dicentis se deponere pro vt in alio iudicio, vel coram alio iudice non valet.*

3 *Testis legitimus non est laicus contra clericum in causa criminali, nec testis impubes, etiam clericus; nec qui de alieno auditu deponit: nec socius criminis, maximè reconciliatus aduersario, vel qui ex sua depositione certat de se exonerando. Nec etiam testis singularis numer. 4. nec etiam mulier præsertim quando delictum est graue. numero. 7. vel quando dicit se nō cognoscere delinquentem, vel offensum num. 4.*

5 *Nullis tempore fallum homicidium, vel delictum, non probatur per testem, licet dicat se præsentem fuisse, nisi dicat quòd tunc luna lucebat clara, & quòd etiam probet ut quòd illa nocte lucebat clara, quinimo aliàs, dictus testis esset falsarius.*

7 *De ictum si fuerit probatum commissum alia die, vel tēpore quam in accusatione deductum sit, nō videtur huiusmodi probatione quòd possit accusatus ex illo puniri.*

8 *Iudex post publicatas attestationes prohibetur (etiam petēte accusatore vel denuntiatore) nouos recipere, aut primo receptos repeti facere, aliàs se gerit pro suspecto.*

Fama super qua testis deponit, qualiter probetur. & quòd testis deponens de fama, debet cognoscere famæ proprietatem, & alios effectus, et tenetur etiam non interrogatus, reddere sui dicti rationem. & qualis debet esse fama quæ operatur indicium ad torturam. & nu. 9.

9 *Socius criminis nedum non probat, (ut suprà dicebatur) sed nec indicium facit ad torturam.*

10 *Torqueri quamuis possit laicus contra quem præcedunt indicia debita, seruatis seruandis, non tamen clericus (etiam simplicis tonsura) nisi aliàs esset diffamatus, & suprà numero 2.*

11 *Pœna debet mitigari & infligi minor quando delinquēs iusto dolore motus, aliquòd delictum perpetrauit.*

CONSILIVM. LXII.

Tanta est copia defensionum, quæ illi pauperi, iā prolixo carcere afflicto, Bernardo Iuliano competūt: quòd præ multitudine dubitaui, vel infestissimas deducere, nisi fuisset ei dem assignatus per R. officialē Barchinonē. ad se defendēdum terminus. Deduxit autem defensionē loco dictus Iulianus quòd ipse est bonæ & honestæ conuersationis iuuenis nullis irretitus criminibus, & minus de prætenso homicidio, de quo impetitur. & quod se fecisse, vel eius auxilio, fauore, vel mandato negat, cōstantissimè perseuerans in sua confessione, quam coram vestra R. fecit. Nec est dictum crimen homicidij, aut mors Sebastiani Villar (vt prætēditur ex aduerso) probata, vel quòd ipse Iulia. dictum homicidium perpetrauit. Nec enim attestationes per curiam secularem receptæ fidem faciunt in hoc iudicio (etiam si consentiret d. Iulianus, & multo magis ex quo dissentit expressè) ex defectu iudicis illas informationes recipientis, qui erat laicus: cum d. Iulianus clericus esset primę tonsurę. Ita not. expressè Moder. post Inn. in c. cum causam. & ibi Fely. col. 2. vers. fallit secundo. ext. de testi. & in c. significauit. eo. tit. not. Bal. in authen. si quis in aliquo. C. de edendo. & alex. in l. 1. ff. de ferijs. & est tex. in c. at si clerici. vbi latè doct. extrà, de iudic. Quod vsque adeò indubiū est, & verum: quòd etiam tales attestationes indicium ad torturam non faciunt. etiam si d. Iulianus crimen illud confessus fuisset coram iudice laico prædicto. pro vt Docto. communiter resoluunt in præalleg. c. at si clerici. vbi Fel. dicit hanc esse communem opinionem. & ita etiā not. Alb. de Rosa. Ang. & alij in l. 1. C. de confes. Mod. in l. magistratib. ff. de iurisd. om. iudi. Bal. in c. super eo. ext. de confes. & do. Anto. in c. dilecti. ext. de arbit. & Ioan. de Ana. in c. 1. ad fi. extrà, de cleri. percussore. Ex quibus apparet non esse fundatam intentionem promotoris fiscalis curiæ vestræ, dum petit prouideri de tormentis, quoniam est regulare, quòd clericus simplicis tonsurę torqueri non debeat, quamuis essent contra ipsum mille indicia: nisi tamen esset de crimine diffamatus. Ita notant Pau. de Leaza. & Abb. antiq. in c. 1. de deposito. & referunt & sequuntur Moder. in dicto c. at si clerici. Et condescendendo ad particularia fundamenta, dico non obstare dicto pauperi testimonium Io. Matthęi, loci de Villa longa, contra quem præter generalia, quæ fuerūt in illū obiecta, & probata, & per quæ de iure testimonium eius repelli debet, præfatus Iulia. dicit aliunde testimonium eius repelli debere. intelligo de eo, quod in iudicio vestro fecit: (quoniam suprà monstratum est depositionem coram laico factam esse nullam.) Quoniam coram vestra R. constat eum dixisse, quòd deponebat & dicebat, prout in alio iudicio testificatus fuerat: cuiusmodi depositio nulla est, secūdum Bal. in l. iurisiurandi. in princi. & ibi omnino Saly. in l. si. C. de testi. & in l. si. colum. 2. vers. modò pone, &c. C. de re iudi. not. Pau.

not.Pau.de Cast. consi.206. & Alex.consi.67. volu.2. Et
hoc multò magis,ex quo dicti Ioan. Matthæi depositio
nulla est.vt suprà. versi.præcedenti monstraui.ad quod vi
deatur omnino Soci.qui loquitur in terminis nostris, con
si.98.incip. aliàs consului. col.9.ver. postremò etiã testir,
3 &c.vol.3. †Similiter contra dictum testẽ ac etiam contra
Franciscum Sped, per R. vestram recensitos, opponi-
tur quòd sunt laici,provt & alij omnes, qui testificati sunt
contra ipsum.ideò cum sit hæc causa criminalis,crimina-
liter intentata, testificari non potuerunt in illa cõtra istũ
pauperem,qui clericus est. vt not.omnino Fel.in c.de ce-
tero.vbi remissiones multas allegat, ad princip. versi.sed
credo ꝙ difficile.ext.de testib.Cuius etiã Io.Matthæi te-
stimoniũ corruit,ꝙ testificeẽ de auditu auditus in vtroq;
capite in quo deponit.Cum tñ sit regulare quod testis de
auditu alieno non probat.vt no.Abb. Siculus in c.tam lite
ris. col.3.versi. venio ad gl.vbi ẽt Fel.col.2.ver.iuxta istos
casus,&c.extrà,de testi. Quinimò ipsi testes à quibus di-
cit se audiuisse nõ probarent. præsertim, quia ille de cuius
auditu deponit est impubes,vt ipsemet testis in sua deposi
tione dicit. Est autem regulare,ꝙ impubes,etiam si cleri-
cus esset, testificari non posset in huiusmodi causa crimi-
nali:per tex.in l.inuiti testimonium.ff.de testi. & not.Bal.
in addi.ad Spec.eo. titu. in ver. impubes. & Laufran.de
Oria.in repeti.c.quoniam contra falsam. in ver.testium
depositiones.versi.quæro secundò an minor.ext.de pro-
bat.allegat l.3.§.Iulianus.ff.de testi.Quinimò dictum ip-
sius paruuli.de directo contrariatur dicto Francisci Sped.
Dictus enim iuuenis provt à dicto Io. Matthæo refertur
(nec enim fuit productus in testem in hac causa)dicit, ꝙ
illi qui dictum Villar interfecerunt nihil dixerunt nec lo
quuti fuerunt,ideo(vt ait) non cognouit eos.Prædictus
autem Sped.in suo dicto deponit, quod d. Iulianus inter-
rogabat ipsum Villar quod diceret ei, quis fecerat ipsum
Iulianum vulnerare:& deponit præfatus Sped de multis,
verbis, quæ dicit istum Iulianum cum dicto defuncto ha
buisse. Vnde nihil probat vterque: provt not.remissiuè
Fely.in c.cũ tn,ext.de testi. Et præter id, quod dictus Io.
Matth.in vltimo suo dicto deponit de auditu auditus fa-
cti recentis,& non antiqui,non probat:vt suprà dicebam
& notat Abb.in c.cum causam.in 2.notab.extra,de prob.
& in c.licet ex quadã.in 4.notabili.extrà, de testi.& Fely.
remissiue in præall.c.in literis.colũ.2.versi.glo.1.eod.titu.
Francisci autem Seperæ testimonium ex eo monstratue
esse.nullum, quòd in hoc iudicio probauerit d.Iulianus
præfatum Seperam lenonem esse, & infamem, concubi-
narium publicum,traductorem mulierum,periurum,ho
micidam,mente captum,ebriosum, & qui fermè semper
solet esse captus vino.& finaliter, quod est homo malæ
vitæ,nominis,& famæ,& pro tali habitus,& reputatus ab
illis, qui notitiam eius habent. Præter quę constat ex sua
depositione(quamuis in eadem seipsum ratificare conten-
dat)quod dicto homicidio dedit ipse auxilium:vnde tene
tur de dicto homicidio ipsemet.vt per Aret.in suo tracta.
malefi.in glo. in ver. opem, auxilium, &c.& in ver.& ei
armatus astitit. Vnde etiam ex hoc solo capite tanquam
socius criminis repelli debet, vt omnino per Fely.post
Abb.in c.testimonium.ad princip. versicul.prima conclu
sio.extrà,de testi.not. dominus meus Phil. Decius consi.
134.& per totum.vol.2.

Repellitur etiã aliunde istius Sepere depositio. Qm̃, vt di
xi,si verũ esset ꝙ dicit in sua depositione, apparet ꝙ ipse
socius est criminis,ex quo capite non probat.Quoniã te-
stificareter in causa propria:contra casum c.personas ext.
de testi.& ita resoluit Fely.in c.cum I.& A. versi.demum
inquantum, &c.ext.de re.iudi. & in c. R. canonicus.ext.
de testib.Et ita etiam no.Bar.in l.quoniam liberi.in princ.
& ibi Bal.post quem ita tenui in apostill.ad ipsum. in ver.
socios participes criminis.C.de testi. Idem Bal.consi.363.
vol.3.Alex. consi.142.vol.1.Fulgo.consi.136.& do.meus
Dec.in præal.consi.234.vol.2.

Prę ter quę fuit obiectum & probatum contra d. Sepe-
ram, per instrumentũ publicum, quòd ipse reconciliatus
fuit cum accusatore, qui vnà cum dicto promotore fiscali
curiæ vestræ instat contra d.Iulia. Per quod instrumentũ
constat,quòd Ioan.Villar accusator præd.remisit dictum
homicidium præfato Seperæ. perpetratum in persona Se
bastiani Villar fratris sui: ex quo capite non probat eius
dictum.Et maximè, quia in sua depositione dicit, quòd
ipse non cognoscebat istum accusatum, nec etiam alium
qui cum eo veniebat,quem Nauarrum vocat. Vnde dictũ
eius non concludit contra d.Iulia. provt.not.Ang.in auct.
de testi.§.si verò ignoti. per illum tex. ad fi. & not. Spec.
eo.titu.§.5.versi.Item quod non nouit. & seq. & doct.in
c.cum causam.vbi etiam Moder.ext.eo.tit.Potuit etenim
esse, quòd aliquis fingens se vocari Bernardum Iulia.d.
homicidium commiserit. & accedant quæ dicuntur in-
fra.versi.6.ad medium. Similiter præfatus Sepera dicit, ꝙ
non cognoscebat illum hominem, quẽ dicit in suo dicto
vulneratum fuisse à d.Iuliano.Et sic per dictum ipsius nõ
probatur homicidium,saltem hoc de quo ille pauper ac-
cusatur.vt not.Anto.de Butr.& post eũ Ioan.de Ana.no-
uissimè Socy. in c.cum oporteat. extrà, de accusat. &
Alex.consi.3.vol.4.

Similiter impingitur dicto Seperæ singularitas.vnde ni
hil probat,vt per doctor. in l.testium.C. de testibus.notat
dominus meus Iason in repetitio.l. admonendi columna
18 t.versiculo, Item adde ioquantum Bart. concludit. ff.
de iureiur.& Fely.c.licet.colum.2.extrà, de testi.Quini-
mò etiam si contestes haberet, adhuc non probaret dictũ
homicidium.cum non deponat de illata morte per dictũ
Iulianum:sed solum de vulneribus inflictis.Vnde non te
neretur d.Iulianus de occiso:sed solum de vulnerato,præ
sertim ex quo dictus Sepera testificatur fuisse solum con
uentum inter eos,quòd cum baculo percuterent d.defun
ctũ.ita not.Saly. & post eum d. meus Hippoly.in l.is,qui
5 cum telo.C.ad l.Cor. de sica. †Postremo dictum testimo
nium Francisci Sepera vel ex eo monstratur esse falsissi-
mum,quia in sua depositione attestatur, ꝙ quando vulne
ratus fuit dictus quondam Sabast. Villar, erat nox:& non
modò non deponit (provt facere debuit ad hoc vt pro-
baret, vt infra subdemus) quod tunc luna luceret:quin-
imo dicit,quòd tũc faciebat tempus multum obscurum.
Vnde succedit notabilis theorica Aret.in dicto tract.ma-
lefi.præalle.vbi dicit, quòd fecit decapitari quendam te-
stem tanquam falsarium,qui deposuerat quod viderat cir
ca horã noctis 18. quòd Titius interfecerat Mæuiũ,cum
esset probatum quòd tunc luna non lucebat. De quo etiã
per Bal.post.Spec.in titu.de test.§.iam de interrogatorijs.
versi.item de tempore. in ver.testis. Quinimò ad hoc vt
probetur maleficium de nocte commissum, oportet ꝙ
deducatur,& probetur(vt suprà dicebamus)quòd illa no
cte fuit lumen lunæ, vt per Bal.in c.1.§.porrò.quæ fuit
prima causa benefi.amitt.not. glo.Bal.& doct.in l.si cum
exceptione.§.in hac.ff. quod metus causa.de quo est tex.
& ibi Bal.C.de emend.iusti.Cod. ad medium.& probatur
in c.si perfodiens.extrà,de homicid.& Ang.in d.§.in hac.
Refert Oldr. defendisse in vrbe Roma quendam capi-
taliter detẽtum.pro quo consuluit idem Oldr.consi.207.
& not.Bald.in l.Aretusa.ff.de sta.ho.Quod limitat Bar.in
l.non minorem.ad fi.C. de transact.quod etiã debeat pro
bari,quòd tempore commissi delicti luna lucebat:& non
sit satis probare, quod illa nocte lucerat.de quo per Alex.
in l.aut factã.ff.de pœ.Francis.de Aretio in dicta l.nõ mi-
norum.& Fely.c.cum sint.colu.4.extrà, de re iudi.Quan
to ergo minus probabit dictũ præfati Seperæ,cum in sua
depositione dicat, quod tunc temporis quando commis-
sum est delictum,faciebat multũ obscurum:& quod erãt
remoti à dicto occiso: & quod tunc in illa obscuritate di-
ctus Bernardus Iulianus accessit ad defunctum prædictũ,
cui cum vno pugione seu pugnali magno & lato dedit
eidem in tibijs, & alijs partibus corporis diuersa vulnera.

Si enim

Si enim est verum, quòd tempore commissi delicti erant tenebrę, prout ipse dicit (cum deponat, *che a las horas hazia molt fosch*) & quod iam se elongauerant à dicto vulneraio. qualiter ergo videre potuit dictus Sepera quòd præfatus Iulianus cum dicto pugione percutiebat dictum hominem in tibijs, & in alijs partibus corporis, quas designat adeo singulariter & specificè: quod magis particulariter desisignare nó potuerit, ét si lucente sole clarissimo fuisset dictũ homicidium perpetratũ. Vnde non modo nó probat dictus testis: verumetiam tanquam falsarius debet puniri pœna mortis, prout suprà dicebam. & not. Bald. in titul. de pace iurã fir. §. iniura. ad fi. per tex. in l. t. post. princip. ff. ad legem Cor. de sica. & not. Barba. in rubr. ext. de fide-
6 iusso. & dixi infrà consi. 120. versi. 68. Nec debet fides aliqua dari dicto & depositioni Raymondi Desyat. cum sit probatum contra eum, quòd fur sit, & latro, periurus, venditor mulierum, infamis, deprædatur tuguriorum pastoralium: qui pro suis delictis & criminibus fuit sæpius à iustitia correctus & punitus: & tempore sui primi dicti erat captus in regijs carceribus pro diuersis delictis. & sic non probat tanquam criminosus, vt not. communiter doct. in l. 3. §. lex Iulia. per illũ tex. ff. de testib. & d. Raymondus, nec vera, nec verisimilia deponit, imo de directo contrariatur aliorum testium dicto, & depositioni, ea contrarietate quæ omnem concordiã refugit. Et præter id retractauit illud, quod in hac causa dixerat in vltimo suo dicto, contra Laurentium Forues, qui etiam de mandato dicti homicidij erat accusatus.

Franciscus autem Breto deponit de auditu alieno, scilicet Hugueti Carles, nepotis Nicolai Matthæi. & sic nihil probat, vt suprà monstratũ est. & in quantum dicit, quòd audiuit dici à præfato Hugueto, quod duo pedites ex illis qui interfecerunt Sebastianum Villar erant duo fratres vocati Iulian. cuius tamen contrarium deponit dictus Huguetus super 4. articulo.

Depositio autem dicti Hugueti non præiudicat dicto Iuliano. Cum enim debeant in criminalibus esse probationes luce meridiana clariores, debet de persona delinquentis constare plenissimè & clarissimè. & non satis esset quod dicat, quòd vnus quem cognouit vocabatur Iulianus, quem alias viderat in Villalonga. Constat enim expressè, quòd iste Bernardus Iulianus fratrem habet vocatũ Ioannem Iulianum, qui locum beatæ Mariæ de mari habitabat. est vicinus ille locus villæ seu pago de Villalonga ad mediam leucam, ad quem locum sæpissime veniebat dictus Ioannes Iulianus: & fuit à laico iudice receptus d. Huguetus, & non fuit repertus per R. vestram. Vnde non probat, vt supra dicebatur.

Attendat insuper R. vestra & magnifici eius consiliarij, quòd si & vbi validum esset testimonium Io. Perarnan, Raimũdi Danguer, Bernardi Degostani, & Io. Mitre, qui plures cæteris contra hunc pauperem deponere visi sunt, hoc esset, quod coram ecclesiastico iudice deposuerunt, vt suprà monstraui. Cum autem illi coram ecclesiastico iudice retractauerint id quod coram iudice laico deposuerant, saltem in his quæ d. Iuliano pręiudicant, sequitur quod eorum dictum illi pauperi non præiudicat: vt suprà dicebam. Nec iuuatur, quòd d. Perarnan in dicta recensione dixerit, quod vnus illorum, qui fuerunt in domo Ioan. Portes domini sui, vocabatur Bernardus: non enim arguitur ex hoc concludenter fuisse istum Bernardum Iulianum, cum multi illo nomine vocentur, & debeat apertissimè de persona delinquentis constare, & ad hoc quòd puniri
7 possit, vt supra. dicebatur. Præterea clarum est, quòd in accusatione, vel denuntiatione debet etiam specificè tempus cómissi delicti apponi. ita quod si in inquisitione, vel accusatione apponatur dies vna, & probetur alia. debet reus absolui, vt no. Bar. Raph. Cum. & Alex. in l. 15, qui reus col. 8. ver. sed quęro, cũ in accusatione. ff. de pub. iu. Bal. in l. 2. C. de prob. Frã. de Are. in l. si is ad quẽ. ff. de acq. hęr. Sequitur ergo, quod cũ testes pręd. icti re&cſiti dixerint se nó dixisse, quod fuisset in vigilia de pasch. quod in domo dicti Portes fuerũt vnus equester & duo pedites, etiam si dixissent quòd vnus illorum erat iste captus, non argueretur, quòd fuissent illi, qui dictum homicidium commiserunt a cum non appareat quòd fuerit dies ille, quem deducit fiscus, & accusator. Stephanus Portes, ratione prædicta nihil probat contra dictum Iulianum: cũ non deponat quo die Bernardus iste Iulianus erat in domo eius. cum tamen (vt prædixi) dies commissi delicti necessariò deducenda erat, & probanda. Et si diceremus illũ diem, quo fuit iste Iulianus in eius domo, eum fuisse quo commissum est delictum, nihil contra illum cõcludit. Potuit enim esse, quòd de alio homine loquerentur. dum dicerent, quod erant bene vindicati. Nec potest dictũ illud magis ad Sebastianũ Villar defunctũ, quàm ad alium applicari quãm etiã si dicamus inimicitias inter defunctũ & illũ pauperem captum fuisse: non tñ illæ fuerunt deductę & minus probata, & minus inter ipsum Villar defunctũ, & alios duos, qui cũ dic. Iuliano (vt prętenditur ex aduerso) ibant. Et sic cũ in plurali dixisset, quòd benè vindicati erãt, nulla est coniectura, quòd de Villar loqueretur, cum etiam dicta verba possint ad tempus remotius adaptari. Quinimo etiã si dictus Portes deponeret, quòd illo die iste captus dixisset, quòd benè se vindicauerat de dicto Sebastiano Villar, (quod tamen non facit) dictum eius non præiudicaret huic parti, cum in sua depositione singularis esset, quemadmodum sunt cæteri omnes. Et sic quanto plures sunt testes huiusmodi singulares: tantò minus probant. l. iurisiurandi. C. de testi. c. causam. ext. eod. & Felyn. omnino in capit. licet. 1. in. 7. notab. eodem titu. & cap. licet ex quadam. versicu. vltimo sciendum est. etiam eodem titu. Vxor autem Stephani Portes nihil probat, cum deponat solũ quòd dictus Bernardus Iulianus, & alij duo fuerũt vna nocte in domo eius mariti, & non deponit quo die fuerit. Et vltra id est regulare, quod in grauioribus delictis mulier nó testificatur, quãdo põt aliunde probatio haberi. vt per Alex. omnino, qui ponit quid de iure Ciuili: & quid de iure Canonico. consi. 13. cõs. 64. & cõsi. 99. vol. 1. & cõsi. 24. &. 173. vol. 2.

Nec etiam præiudicat huic pauperi, quod magnificus ille Riera, ex sutore calceorum factus miles contra eum dicit: Repellitur enim ex multis criminibus, quæ contra eum fuerunt obiecta, articulo. 30. huius pauperis: cũ fuerit dictus articulus verificatus. Pręsertim, quòd ipse sollicitauerit seditionem, & homicidia, quę in loco de la Bisbal facta fuerũt, vt est probatum. Et aliàs dictum eius contrariatur dicto Francisci Seperæ, quem refert.

Contra personas & dicta Antunij Vesi, & Antonij Garalsi. & Bernardi Morellas, fuerunt obiecta crimina, quæ sufficerent ad repellendos ipsos. quamuis illa obstante paupertate istius Iuliani, non fuerint probata, cum noluerit R. d. officialis decernere literas requisitorias domino officialis Eluen. cuius diœcesis & iurisdictionis erant dicti testes, quamuis ad obtinendum dictas literas requisitorias allegaretur auctoritas Fely. in cap. 1. post glo. & alios. extrã, de testi. cog. Attamen notoria sunt crimina, quæ cõtra dictos testes sunt allegata. Quæ quidem notorietas excusat ab onere probandi, vt suprà consi. 28. versiculo 10. resoluebamus. & cõsi. 48. versicu. 7. & in addi. versi. 3. Et hodie vnus illorum pro delictis pluribus, quæ tempore suæ depositionis commiserat, & perpetrauerat, detinetur in carceribus Episcopalibus huius ciuitatis Barcinonen.
8 Pręter quæ dicitur, quòd siue fuerit accusator, siue denuntiator Ioannes Villar, qui suam accusationem, vel inquisitionem prosequitur: nec potest ad nutum iudicis à quo datus nó fuit remoueri, nec testes publicatis attestationibus ad ipsius instantiam produci, nec prius recepti repeti potuerunt, vt resoluunt cõmuniter omnes in c. cum clamor vbi Fely. post Inn. & Host. extrà, de testi. Imo voluit. Federic. de Senis, consil. 262. incipien. visis & diligenter recensitis, & c. quòd illo casu iudex se reddit suspectum. & possit ab eo appellari. Et præter hęc testes, & minus mag.

Angelus

Angelus de Villanoua nihil deponunt contra dictum Iu
lianum, nisi solum super fama, quam tamen non probant
cum testis super fama deponens, debeat cognoscere pro-
prietatē famæ, & effectus illius. vt per Felyn. plenissimè.
cap. cum contingat. columna quarta. versic. extrà, de re-
script. nec etiam sufficit, quòd dicant testes, ꝙ publice dici
audiuerunt, quòd dictus Iulianus dictum Villar interfecis
set, vt abunde per Ange. in l. solam. C. de testi. Imò tene-
tur etiam non interrogatus reddere dicti sui rationem, &
etiam personas à quibus habuit ortum fama, vt constet
quòd ortum habuit à personis fide dignis. vt tradit Barto.
in l. de minore. §. si plurium. versic. quæro si testis interro
gatur, &c. Et ibi dominus meus Hippoly. ff. de quæst. An
ge. in l. ea quidem. col. tertia. C. qui accusa. non pos. Roma.
in l. 1. in princ. ff. de no. ope. nuntia. Raph. Cuma. consilio.
57. incipiente, visis libello, &c. Fulgo. cons. 26. incip. in cau
sa, &c. colum. 3. Alexand. consi. 20. vol. 2. & consil. 68. inci
piente, in causa vertente, &c. & consilio. 167. volu. 4. Phi-
lipp. Cor. consilio 68. incipien. Repetito, &c. per totum.
volumine secundo. & consilio. 232. incip. videtur prima
facie. per totum. maximè in litera d. volumine 2. & omni-
no dominus meus Philip. Dec. consi. trigesimosept. incip.
in causa vigorosæ accusationis, &c. sexto versi. secundus
testis. & consi. 57. incip. & pro tenui mea facultate, &c. co
lumna 3. versi. superest respondere. volum. 1. & ita etiam
tenui & latius prosecutus sum in consi. illustr. fratru Car-
donæ contra illustrem ducem Cardonæ fratrem eorum.
9 2. dub. versi. 36. †Ex quibus ad oculum apparet, quod cri-
men prætensi homicidij contra istum pauperē, captum,
nec plenè, nec semiplenè probatum est, ad hoc vt pro illo
puniri possit. Quinimò non redditur ipse captus ex huius
modi. attestationibus & testiū dictis indiciatus, ad hoc vt
torqueri possit, etiam si merè laicus esset, cum socius cri-
minis indicium non faciat, vt prædixi, ad torturam. & no.
Bart. in l. 1. §. si seruus. vbi etiam do. meus Hipp. de Mars.
ff. de quæstio. Cy. & doct. in l. 1. C. de accus. post. glos. Nec
etiam fama, nisi à personis fide dignis, vel etiam à facto
orta, vt per Bar. in d. §. si plurium. Nec testiū aliquis: quia
integri non sunt, nec aliàs faciunt indicium ad torturam,
vt resoluit Paris de Puteo in suo tract. syndic. versi. an ste
tur. d. do. meus Hippolyt. vbi suprà. & in l. 1. versi. vlterius
scias, &c. ad princ. ff. de quæst. Phil. Cor. consi. 260. incip. vt
sa. in litera f. volu. 3. & melius in consi. 233. incip. constat,
&c. & in litera c. eo. volu. 3. & Areti. in suo tract. malefic. in
10 gl. in ver. fama publica. †Postremò considero vnum singu
larem dictum, quod do. meus prælleg. Hippol. singulari
55. incip. aduertas, dicit esse paucis notum: videlicet, quòd
vbi procedunt indicia legitima contra reum, licet possit
ipse seruatis seruandis poni ad torturam, vt habetur in to-
to tit. ff. & C. de quæst. & Aret. not. vbi proximè eum alle
gaui. Attamen dictum illud in solis laicis intelligi debet,
& non in clericis. Quoniam illi etiam si fuerint simplicis
tonsuræ (qualis est ille pauper) torqueri non possunt ex
quibuscunque indicijs, quæ cōtra eos existerent, nisi ipse
clericus sit aliàs infamis. Ita dicit Abb. antiq. in c. grauis.
extrà, de depo. quē ibi sequitur Pau. de Leaza. pro vt eum
refert & sequitur Ioan. de Ana. in c. 1. extrà, de cleri. per-
cusso, dominus Abb. c. cum in contemplatione. extrà, de
reg. iur. Refert etiam & sequitur Fely. c. veniēs. col. 2. ex-
trà, de testib. dicens illud dictum esse singulare. & in c. de
hoc. colum. 1. vers. secundo limita. extrà, de simo. & c. cū
oporteat. col. pe. extrà, de accu. & c. vniuersitatis. extrà, de
sent. exc. Alexan. in apostil. ad Bar. in l. milites. C. de quæst.
& in l. fi. in apostil. ad eundem. vers. veniamus ad indicia.
ff. eo. tit. Idē do. meus Hipp. in l. edictū. ver. itē nec ēt cleri
ci. & in l. penul. numero 66. versiculo, & pro complemen
to, &c. eod. titu. ff. de quæst. ex quibus apparet, quòd pau-
per ille captus, nec condemnari pōt, nec torqueri: sed ab-
solui debet ab impetitione partis, & fisci dicti R. domini
11 Episcopi Barchinonen. Quinimo etiam si probatum es-
set plenè contra eum prætensum delictum, posset nihilo-
minus vestra R. compensare longum & diuturnum car-
cerem, in quo fuit per annum & dimidium, & plus ille
pauper detentus, cū pœna, quam reddit ecclesia mitiorē,
insequendo doctrinam præal. domini mei Hippoly. in
præal. l. 1. colum. 61. ver. & aduerte ad vnum dictum. ff. de
quæstio. Præsertim, quia deduxit accusator & fiscus in pro
cessu, quòd defunctus fecerat istum pauperē captum vul
nerari in capite, ex quo vulnere ipse deuenerat fermè ad
mortem, & ex tali vulnere inspecto docent & attestantur
chirurgi, quòd dies ipsius abbreuiabuntur. Et per conse-
quens etiam cessantibus suprà deductis deberet pœna iu-
ris in illo mitigari, quia iusto dolore motus hoc delictum
perpetrasset. maximè quòd defunctus se palam & publicè
iactabat vulnerari se fecisse d. Iulianum. ita no. doct. in l. si
adulterium cum incestu. ibi, si Imperator. ff. de adul. no.
doct. post glo. in l. Gracchus. C. eo. tit. Abb. in cap. olim.
extrà, de rescript. & in cap. licet. 1. 2. §. vt ille extrà, de sen-
tentia excom. & Spec. de accusa. §. 1. versi. quid si vocaui
te, &c. Et ita vt est dictum supra, & conclusum, censeo de
bere fieri. Et ita facerem semoto quouis fauore, si præsen
tis causę decisio mihi cōmissa esset, suprà dicta, & ea quæ
resultant. ex illis. & ita dicebam & resoluebam, &c. Barchi-
nonæ 1525. ad laudem & gloriā Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *INcorrigibilis quis dicatur, ad hoc quod priuilegio cleri-
cali nudari possit.*
*Iudex laicus cognoscere non potest contra clericum
simplicis tōsuræ prætextu incorrigibilitatis: nisi plenè de
illa constet.*
2 *Incorrigibilitas qualibet non exuit quem clericali priui-
legio & quis dicatur incorrigibilis.*

CONSILIVM LXIII.

QVENDAM clericum cum vnica & virgine
coniugatum de pluribus homicidijs siue
mandatis eorundem præsupponunt incul
pari, quæ tamē plenè non fuerunt probata.
Quęritur an possit incorrigibilis dici, ita ꝙ
clericali priuilegio nudari possit. Vt paucis resoluam, quo
niam hæc quæstio & causa in grauissimo & peritissimo-
rum doctorum consilio pendet, dico huiusmodi cleri-
cum incorrigibilem dici non posse, nec, etiam debere, vel
posse clericali priuilegio nudari. per tex. expressum in c. at
si clerici. ibi, legitima probatione coniuncti, &c. extrà, de
iudic. & in c. cum nō ab homine. ibi, deprehēsus legitimè
conuictus. cod. tit. & vtrobique doct. & signanter Barba.
in d. c. cum nō ab homine colu. 3. versi. nota ibi legitimè,
&c. vbi multas ad hoc cōcordantes adducit. & Alex consi.
72. col. 1. & 2. vol. 1.

Cōfirmo, quia laici iudicis solū fundatur iurisdictio su-
per incorrigibilitate ipsius clerici, intantum ꝙ aliàs de eo
cognoscere non potest. vt in iuribus prædictis, sed vbicū-
que iurisdictio non competit alicui regulariter, sed respe
ctu certæ qualitatis, licet ante omnia de illa constare legi-
timè probatur. hæc conclusio in cap. 1. de for. compet. li-
bro. 6. in cap. cæterum. extrà, de iudi. & in cap. verum. &
cap. cū sit generale. & cap. cōquestus. & vtrobique doct.
extrà, de for. compet. Sed cū minus sufficienter probatur
aliquid, non dicitur esse legitime probatum, vt per Barba.
vbi supra. & per Ioānem And. in reg. actus ligitimi. libro
6. in Mercurial. Ergo. &c. Quod latius prosequor infrà.
2 consi. 71. versi. 9. Præterea incorrigibilitas sola non exuit
quem à clericali priuilegio, nisi eliciatur incorrigibilitas
secundum modum expressum in dicto cap. cum non ab
homine. provt ibi monstrat abunde Barba. columna 24.
versic. sed aduerte. vsque ad fin. d. cap. & in alleg. cap. at si
clerici columna 35. adducit etiam melius in dicto cap. at
si clerici.

si clerici.§.de adulterijs.col.3.versiculo,nota ibi, pro suis excessibus.eodem titulo.

Addo,quòd etiamsi sola consideretur incorrigibilitas attamē illa non est legitimè, imò nec semiplenè probata. Quoniam tunc demum dicitur aliquis esse incorrigibilis, quando semel,vel bis reprehensus se non emendat,pro vt not.Gemi.45.dist.c.neminē.dominus Anto.in d.c.cū nō ab homine.vbi etiam Fely.ad fi.Licet ibi Barb.in finalib. verbis, voluerit etiam trinam monitionem esse necessariam. Et sic constat,q̄ in nullo dictorum modorum incorrigibilitas præmensa in casu nostro probata est. præsertim, quia probatum nō fuit dictum clericum in ius vocatū, & minus correctum occasione prædictorum homicidiorū, vel mandatorum.

Et sic in fauorem dicti inquisiti,& priuilegij clericalis eiusdē per supradicta, & alia quæ possent ex his elici,me resoluo,saluo &c. Barchinonæ 1525.ad laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo an impediat dominij translationem. Et an pactum huiusmodi retrotransferat ipso iure dominium in primum venditorē. Et quę actio competat venditori ex dicto pacto de retrouendendo, & contra quem nu.2.*

4 *pactū legis cōmissoriæ,& de retrouendendo,quid differant.*

5 *Iuri luendi,vel redimendi præscribitur spatio 30. annorum, etiam si dictum esset in pacto,quòd toties quoties,& quādocunque soluto pretio redimere posset: nisi esset dictū pactum appositum in contractu ipso venditionis, & ante traditionem,vel nisi appositum esset iuramentum super ipsomet pacto de retrouendendo.*

6 *Sententia propter sui incertitudinem nulla est,& etiam quā do fundatur super vna ex duabus causis, quarum altera sit falsa.*

8 *Donatio si fiat per nuntium, vel epistolam valet, superueniente donatary consensu vel ratificatione,quando tamē, fit præsente donatario,debet per ipsum acceptari.*

9 *Constitutum,vel precarium regulari debet secundum principalem dispositionem.*

Ratificatio alicuius actus facti per aliquem,nō tollit ius medio tempore quæsitum.

10 *Titulus aliquis lucratiuus,quando incipit à promissione,promittens liberatur tradendo rem talem qualem,nec de euictione tenetur.*

Idem est in eo qui promittit rem aliquam vendere, & numero.11.

12 *Traditio facta priusquam contractus compleatur, vtrum operetur quòd statim dominium sit translatum.*

13 *Promittens factum, verum possit cogi præcisè ad illud,præser tim si sui iuramentum interueniat.*

Iuramentum in aliquo contractu appositum.vtrum liget hæredes qui non iurauerunt.

CONSILIVM. LXIIII.

Licet fuerint quamque dubia per magnificū iurisperitum dominū Petrum Granolles discussa,super causa & causis, quas Petrus Mercer ducit contra dominam Caterinam relictam quondam Ioannis Signerolla ciuis Vicensis, & Margaritā vxorem Ioannis Fontanilles.attamē totum dictarum controuersiarum & causarum pondus in his paucis quæ subdemus consistit.

Præsupponitur enim,quòd 20.Ianuarij 1481.Bernardus Marcer, & Petrus Bernardus eius filius, attendétes se propter eorum paupertatem satisfacere non posse cuidā debito, ad quod tenebanē Ioanni Signerola pro dote vxoris eius:pro quo soluendo ipsi & signanter quidam mansus,vulgo dictus,del Mercer,erant obligati: imò obstante eorum paupertate.fores,& tecta dicti mansi remanebant inculta & desolata : fecerunt donationem puram & præfectam, quæ dicitur inter viuos, de dicto manso præfato Ioanni Signerola,& eius infantibus & descendentibus,& quibus ipse voluisset Postea autem dictis die & anno corā eisdē notario & testibus prænominatus Ioan. Signerola, notario stipulante, concessit dictis Bernardo Mercer, & eius filio prædictis & superuiuenti eorū gratiam luendi, vel redimendi dictum mansum:ita,quòd toties quoties sibi vel suis darent 55.libras Barchinon.vnà cum melioramentis & augmentis, quæ in dicto manso fecisset dictus Signerola,suis, teneretur dictis Bernardo,& Petro Bernardo Mercer,vel superstiti eorū,restituere,vel retrodonare dictū mansum. Deinde d.Signerola anno 1510.10. Decembris fecisse dicitur de dicto manso donationem Caterinæ eius vxori,& post eius obitum Margaritæ filiæ suæ,vxori Ioannis Fontanilles. Petrus autem Bernardus Mercer alter ex donatoribus, vti volens gratia luendi vel redimendi prædicta, vocauit in ius dictam Caterinam & Margaritam donatorias. Contra quas, & earum quā libet suam dirigens actionem petit, quod retrouendant, vel retrodonent sibi dictum mansum,quem dicit venditum vel hypothecatum fuisse pretio dictarum 55.librarum,instrumento gratiæ perpetuæ mediante.Contra quę & eius petitionem licet ex aduerso multa opponātur,cōcludentiora tamen sunt subscripta: Videlicet,quòd etiam si dicamus factum fuisse, vel concessum pactum de retrouendendo,vel retrodonando,quale prætendit actor:attamen huiusmodi pactum dominij translationem in Catarinam donatariam non impediret, aut saltem non operaretur quòd oblato pretio retrotrāsferretur dominium in primum donatorem ipso iure. & quòd etiam si diceretur tale pactum factum fuisse, quòd oblato pretio retrotransferretur dominium ipso iure:attamen tali iuri redimendi præscriptum esse per 30.anno.spatium, imò 40.qui ante petitionem effluxerunt. Et monstrato de iustitia dictarū exceptionum, restabit clara & liquida dictarum dominarum iustitia, nomine quo fuerunt conuentæ.

1 † Aggrediendo itaque primum obiectum discutiamus an iste Petrus Merces alter ex primis donatoribus possit dictum mansum vendicare à dictis Caterina, vel Margarita secundis donatarijs. Et si dicamus dictum mansum donatum fuisse Ioanni Signerolæ prædicto, & eius infantibus, & descendentibus, res videtur esse clara : pro vt dedncie abundè dominus cōsultor prædictus. Sed quia in d.instrumento, vt est productum in processu, apparet donatum fuisse d.mansum per suprà dictos patrem & filiū Io.Signerola & suis,& quib.voluerit,(pro vt in oībus ferme cōtractibus solet apponi)non video,q̄ ex dictis verbis fideicōmissum possit induci, pro vt dictus dñs cōsultor visus est voluisse:& sic in negatiuā partē me resoluerē,pro vt aliàs feci in facti contingentia,vt patet suprà.consi. 55. versi.1.

Veniamus ergo ad pdicti nostri dubij resolutionē, an pactum,cui innititur actor, impediat dominij translationem,aut saltem oblato pretio propter dictum pactum retrotransferatur dominium ipso iure. Pau.de Cast.in l.si cū venderet.ff.de pigno.actio.videtur prima facie casum nostrum resoluere dicens,quòd quotidie contingit de facto vsurarijs,quia apponunt pactum de retrouendendo,ve statim oblato pretio emptori,quamuis rem illam alteri vendiderint,possint nihilominus intentare rei vendicationem, cum oblato pretio ius ementis ad emptore primo resoluatur.vt in l.vectigali fundo.ff.de pigno.& ita se dicit in facti contingētia determinasse,per d.l.si cum venderet.quā uis multi dicerent solum ex tali pacto actionem personalem oriri contra primum venditorē,in cuius potestate nō est modo retrouendere,per l.2.cum ibi notatis per glo.& doct.C.de pact.inter empt.& ven. Hanc opi.Pau.de Castrouit Ange.Alter.nulla tamen mentione de ipso Pau.facta in

cta in §.si.Inst.quib. mo.toll.oblig. Quam etiam opi.s. ꝙ pactũ de retrouen. retrotransferat dominiũ ipso iure in primũ venditorem oblato pretio, tenuit Io.de Ana.c. cõquestus.col.4.extra, de vsur. dicẽs ita probari singulariter in d.l.si cũ venderet. Quorũ rationes potissimæ sunt: quia res transit & accepiatur cum suo onere.l.cũ fundus.§.seruum.ff.si cer.pet. & sic aduenient tpe.resoluitur ius primi emptoris: & per cõsequens secundi, quia resoluto iure datoris resoluitur ius accepioris, vt in præal.l. vect.fund.

Præterea & in terminis nostris hic mansus donatus subiectus est redditioni cũ causa, quę retrofingit, s.cùm oblatum fuerit prætium, quo casu retrotransfertur dominiũ, & sic videtur non potuisse alienari, nisi cum illa causa. l. vbi autem.§.1.ff.de in diem addict.ff.de aqua plu.arcend. & not.Bar.in l.& si dons.C.de iure dot.dicens, ꝙ cum res est subiecta amissioni, tũc nõ põt trãsire nisi cũ sua tẽporalitate et sua causa, et ita debet intelligi d.l. vectigali fundo.

2 ✝Prædictis tamen non obstantibus dico prędictum Petrũ Bernardum, quanuis ex vi d. pacti potuisset agere contra d.Signerola, nihilominus male suam actionem intentasse contra d.Caterinã & Margaritã. Non primò contra d. Caterinam, quæ (vt prædixi) est donataria ad tempus eius vitæ. Aut enim querimus (præsuppolito isto pacto de retro donando, aut transferendo) vtrum impediatur in aliũ dominij translatio, Certè clarũ est, ꝙ non. vt per Bal.in l.ea l. C.de cond.ob causam. per l.si ita quis.§.ea l.ff.de ver.obl. & in l.qui absenti.§.1. & vtrobique doct.ff.de acquirenda poss.& de hoc nõ est dubium.per tex. cum sua materia in l.cum quis.ff.si certum peta vbi dicitur, quòd esse non debet maior potentia taciti, quàm expressi. Sed si pacto cõtrahentium esset expressè prohibita alienatio, ita ꝙ in dicta gratia redemptiua fuisset expressè dictum. ꝙ donatarius alienare non posset, si tamẽ contrarium fecisset, huiusmodi alienatio teneret, & per eã trãsferretur dominiũ. vt est tex.cũ glo.in l.1.C.de rebus alie.nõ alie. Doct.in l.ea l. C.de cond.ob causam.& no.Bar.in l.filiusfa.§.diui col.4. vbi etiam do.meus Iason col.10.de le.1 .dicens, ꝙ quãdo per viam contractus res est subiecta restitutioni, potest nihilominus in alium alienari. & ponit Bart. in l. & si dotis. prę all.C.de iure dot.& de hoc non dubitauit Pau.de Cas. prędictus. Intelligo de simplici prohibitione alienationis, non autem quando fuisset processum ad vlteriora, quia paciscens reseruasset sibi ius in re, casu quo pacto contrauenitetur, vt per do.meum Ias.in d.§.diui.versi.34.& seq.& in terminis huius dubij, ꝙ pactum de retrouendendo nõ impediat dominij translationẽ tenui suprà consi.50.versi. 14.& consi.60.vesi 39.

Aut quęrimus & secũdò, vtrum soluto pretio, & sic rescisso contractu, dominiũ ipso iure retrotransferatur, & cõpetat directa rei vendicatio. Super quo Pau.de Cal.& alij prænominati in contrariũ allegati non dubitauerũt, dicentes ꝙ non.& ꝙ istud est speciale in pacto legis commissoriæ, & in diem addictionis. vt in l. si ager.ff. de rei vendi. & in l.traditione. C. de pact.aliàs resolutione contractus dominiũ non transfertur. vt est gl. quã Bar.ibi reputat notabilẽ in l.1.in gl.fi. C.de iure dot.& ita põt intelligi tex.in l.2.C.de pact.inter empt.& vẽd.dũ vult, ꝙ agatur actione ex vendito, et non directa rei vendicatione. pro vt & videtur velle gl.communiter approbata in l.j.in fi.ff.de donat.

Aut quærimus nunquid soluto pretio, licet ipso iure nõ retransferatur dominium, competat vtilis rei vendicatio, etiam contra eũ qui rem alienatam possidet. Et in hoc dubio quãuis Pau.de Cast.& alij Doct. supra in contrariũ allegati voluerint, ꝙ sic, quos etiã sequi visus est Bar.Socy. cons.8.inc.in quęstione, quæ vertitur, &c.vol.3. contrariã tamen opi.vt communem tenuit Alex.cons.10.inc.videtur fortasse prima cõsideratione, &c. vol.1 .vbi in facti cõtingẽtia arguẽs ad partes, relatis opi.Paul.de Cast. & aliorũ doctorũ, attingẽs passum istũ per quatuor & amplius col. ꝓ illa parte resoluit, Quã opi.vt cõmunẽ amplectitur Frãc. de Curte, consi.12.incip.Lucius Titiua, &c.per totũ.& in addi.illius. vbi corroborando hanc opi.plures alios refert, & adducit vrgentes rationes. Et in primis considero, quòd per huiusmodi gratię redemptiuæ cõcessionem oritur solum vna personalis actio contra primum donatorem, aut emptorẽ primum, qui fuit in casu nostro dictus Signerola vt latè probant Alex. & Curtius, vbi suprà:& monstraui suprà cons.58.versi.12.vbi etiam hanc opi.tenui. Sed obligatio personalis fundi possessorem nõ sequitur.l.1.§.si hæres.ff.ad Trebell.& no.Alex.in d.consi.10.col.3.ibi, 2.probatur, &c.Ioã.de Monteferrato in repeti.d.§.diui.Rapha. Fulgo.consi.113.inc.domina Simona.Areti.consi.25.col. 2.Barb.cons.22.col.5.vol.1.Alex.consi.17.col.2. vol.1.& consil.92.col.4.eo. vol.1. pro quibus facit l.si idem.§.qui igitur.ff.pro socio.

Comprobatur per id quod Alex.vbi suprà, dicit, ꝙ quãdo gratia redemptiua facta est in ipsomet contractu venditionis, tunc resoluto iure datoris resoluitur etiã ius acceptoris: aliàs (ait) est secus. allegat Bal.in l vbi autem.§.sed & Marcellus. vbi hoc dicit in terminis.

Præterea considero, quòd in dicta gratia redemptiua sunt apposita verba conditionem importantia, videlicet soluendo 55.libras, & omnia melioramenta, & augmenta, quę fecisset dictus primus donatarius Signerola. & ꝙ gerũdium, soluendo, &c. conditionem importet monstrat Bal. in auct.ingressi.C.de sacrosanct.eccles.& Fely.omnino in c.quæ in ecclesiarũ.col.13.extra, de constit. Ita ꝙ in huiusmodi gratia per dicta verba est data forma vt not.Bar.in l. fi.ad fi.versi.quęro an ciuitas.C.de vend.rebus ciuita.li.11. & not.dominus meus Iason in l.de pupillo.col.2.ff.de no. ope.nuntia.& in l.nõ solũ.§.morte.eo.tit.& in l.2.§. volũtate.in 2.lect.ff.solu.matri.& not.Fely.in c.cũ dilecta.col. 10.extrà, de rescript. Vnde sequit̃ ꝙ cũ dictus Petrus Mercer realiter non obtulerit melioramenta & augmenta per dictum Signerola & suos facta, nõ satisfecit verbis gratiæ redemptiuæ, pro vt fieri debebat. vt not.dominus meus Ias.in l.diuortio.præalle.& in l.cum quid.in 2.lect.ff.si cer. pet.& in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib. & posthu.

Accedat notabile dictum Bal. in l.1. C.de inoffi.donat. vbi vult, ꝙ quando ex titulo & traditione in alium trãnstuli dominium, licet rescindatur titulus, non tñ retro transfertur dominiũ in primum transferentẽ, adeò ꝙ contra possidentẽ agere valeat rei vendicatione directa.& ita respõdent Alex.& Curtius, vbi suprà, ad d.l.si cum vẽderet. Cui etiam contrario, quod est potissimum fundamentum eorum, qui contrariã opinionẽ tenẽt, quanuis videatur esse sufficienter per supradicta responsum, assignant nihilominus dicti Alex. & curt. alias & vrgentissimas respõsiones & solutiones, volẽtes inter cætera, ꝙ d.l.si cum venderet. loquatur in vẽditore, qui non erat dominus: quia loquitur in creditori, qui vendendo nõ videtur trãsferre dominiũ, sed ius pignoris ꝙ habebat. quę mena creditoris colligitur ex pacto facto per creditorem eo tempore quo vendidit, conueniendo ꝙ debitori offerẽti prętiũ liceret rem suã recipere. Quę solutio vel respõsio colligitur & fundatur ex verbis d.l.si cum vẽderet.ibi, rẽ suã. Vnde colligunt, ꝙ creditor ibi voluit transferre ius pignoris, & nõ plenũ dominium.& istã dicunt fuisse intentionẽ Raphaelis Fulg.& in terminis adducũt Alexander & Curt.sæpedicti, Raphaelẽ Cuma.in l.1. in fi. qui ita dicit.ff.de donat.& est de mente gl.& Doct.non violando tex.in præal.l.2. C.de pact.inter empt.& vendi.quando aliàs inutiliter & superuacuè diceret ibi tex.nõ dari rei vendicationẽ si intelligeremus directum denegari, sed bene dari vtilẽ per dictã l.si cum venderet. Et isto arg.vtit̃ gl.in l.si quis alij.in gl.magist. in ver. nihil agitur: ad fi.ff.in uti.stipul. Et hanc solutionẽ ad l.si cũ venderet, ꝙ loquatur in creditore. qui non erat dominus, vendente cum pacto de retrouendendo, quia ille nõ videtur velle trãsferre dominiũ, sed ius pignoris, approbat dominus meus Iacobin' de sancto Georgio, in præall.l.si cũ venderet. ponderando tex.ibi, licet ei recipere rem suam Quę quidẽ responsio vel solutio fuit & de mẽte d.Pau. de

Cast.in l.2.præall.quã legit cum l.1.C.de pact. inter empt. & vendit.Licet.n.in casu d.l.1. competat actio ex vendito,vel præscriptis verbis.illa datur directo ad rem:scilicet ad deductum in pacto,vt retrouendatur. quia non fuit retrotranslatum dominium oblato pretio. Aliàs enim si cõpeteret rei vendicatio, frustra darentur illæ duæ actiones personales:scilicet actio pręscriptis verbis,vel actio ex vẽdito informata,vt retrouendatur:quia non fuit retrotrãslatum dominium oblato prætio. Alioquin dominus ageret ad impossibile,vt res sua sibi venderetur.lege suæ rei.ff.de contrahen.empt.

Nec obstat si dicatur,quamuis retrotrãslatũ sit dñim ex pacto legis commissoriæ:attamen datur actio ex vendito, l.sed Celsus ait §.1. ff.de contrahen.empt. Dico enim,ꝙ ibi non datur illa actio respectu rei, vnus est effectus dñs venditor:sed ratione interesse,quia minoris vẽdidit feudũ & ratione fructuum perceptorum.in d.auctent.l.2.agitur enim ex venditione informata ad deductum,id est ad retrouenditionẽ, ad qđ non posset agi si esset retrotrãslatũ dominiũ: & aliunde non ageret venditor actione personali,quia nemo rem sua condicit nisi à fure.l.fi.ff.de vsufr. quẽad. vtatur.in fi.& §.Itaq; Inst.de actio.& ita in terminis huius dubij tenui consulendo supra consi.58.præalleg.
3 ver.13.& sequentibus.& cõsi.60. ver.6.† Assignãt & alias multas rationes dicti Alex.& Cur.ad d.l.si cum venderet. dicẽtes,ꝙ istud non est pactũ legis commissoriæ,sed de retrouendendo.l.2.& 3.C.de pact. inter empt. & vend.ꝙ ibi gl. videtur sentire in d.l.2.dicẽs,ꝙ ibi non fuit pactum legis cõmissariæ,apertè sentiens,ꝙ pactũ de retrouendendo non producet effectũ,quẽ producit pactum legis commissoriæ.& huiusmodi pactũ non est resolutiuũ contractus,vt requiritur.sic gl. & Doct. in d.l.1. ff.de dona.& ita & aliàs multipliciter satisfaciunt ad.d.l.si cum venderet.d. Alex.& Curt.ad quos si prædicta nõ videantur facere satis,recurrat curiosus,& maximè ꝙ ad resolutionem cõtractus ipso iure in pactis legis commissorię,vel addictionis in diem,requiritur ꝙ pactũ concipiatur per verba directa resoluentia contractũ,& ꝙ pacta fiant re integra,ante traditionem in ipso contractu.Et sic apparet in terminis nostris,ꝙ nulla rei vendicatio cõperere potest d.Petro Mercer,cõtra prænominatã dominã Caterinam.cũ per donationem, quam fecit ei d. Ioannes Signerola maritus eius, dominium fuerit in eũ translatum,nec retrotransferatur, sed apud eam semper remaneat,licet contractus rescindatur,vt suprà monstrauimus. & cum oriatur ex huiusmodi pacto actio personalis (vt ẽt suprà monstrauimus)illã nõ posset intentare dictus actor contra præfatam dominam Caterinã.quia cum ea nullum fuit factum pactum, vt satis
4 superq; suprà deductũ est.† Cõtra Margaretã aũt male suã actionem intentauit d.Petrus, cõcludens ꝙ redonaret vel reuenderet ei dictum mansum. Quamuis enim ex donatione patris sui debeat sub conditionibus certis in dicto manso succedere, vel post præfatę dominæ Caterinæ obitum,Attamen clarum est ꝙ ante conditionis vel diei(etiã tacitè)euentũ,nõ nascitur Margaretæ prædictæ actio neque passiua,nec; actiua, quoad dictũ mansum,licet aliqui de obligatione dubitauerint,et abundè not.Doct.in l.si ita stipulatus essem abs te.per illũ tex.ibi,non ante exigi posse,& c.ff.de verb.oblig.et in l.interdũ. vbi dñs meus Ias.eo.tit.& ita tenui suprà cõs.53.vbi latius hoc examino,ver.4. fateor quidem ꝙ si d.Margaritam vt patris hæredem cõuenisset ad interesse, si pater erat obligat⁹ redonare vel re
5 stituere,bene suam actionem intentasset.† Secundum dubium licet ex prædictis videatur non esse discutiendum, attamen vt domino consulenti morem geram,& quia soleo ex multiplicib[illegible]undamentis meas decisiones roborare,illud ar[illegible]t cum quærebatur vtrum iure luendi [illegible]æscribatur 30 annorum spatio, vid[illegible]m, cum dici non possit quòd mansi [illegible] Ioanni Signerula,sed donatus, vt ver[illegible]ant,licet aduocatus d.Petri Bernardi deducat coram iudice appellationem, quòd Bernardus Mercer & Petrus Bernardus eius filius,donationẽ fecerunt inter viuos seu impignoramentũ de d.manso præfato Signerolæ. Lata autẽ est inter vtrunq; differentia,quã vel literarum nescius agnosceret,cum inter se nihil cõformitatis habeant.Sed fingamus pactũ cui innititur Bernardus,esse pactum de retrouendẽdo,(quoniã pactum legis commissorię nõ põt esse:nec etiẽ addictionis in diem)cũ pactorum huiusmodi naturæ refugiat. vt per glo. in rubr. ff.de in diẽ addict. & in l.1.ff.de lege commiss.cum similibus.Adhuc dico quòd licet allegetur vterque Saly.in quibusdã eorum consilijs(pro vt refert & sequitur eos Fabianus in suo tract.de empt.& vendi.7.q. principali)voluisse ꝙ illi iuri luendi vel redimẽdi non præscribatur.maximè quando factum est pactum, ꝙ toties quoties,& quandocunque offeretur pretium,liceret redimere.quã opi. visus est Alex.tenuisse consi.46.col.3.vol.3.

Attamen communis opinio est,ꝙ iuri luendi vel redimendi rem aliquã præscribatur annorum 30.spatio.& illã opinionem semper in consulendo tenui.etiam si iuramẽtum esset appositum(intelligo super obseruantiam contractus generaliter:non autẽ specificè super ipso pacto de retrouendendo.)vt patet suprà consi.58.ver.16.& consi.61. versi.4.vbi plenissimè prosequor & limito opi.Ang.& alibi sæpe secutus dominũ est præceptorẽ meum Ias. in l.petens.colum.3.C.de pact.& in l.si mater ad fi.versi.vlt. nota.&c.C.de insti.& substi.sub condi.fact.dicẽs in facti contingentia se ita consuluisse,& Ang.ita tenere consi.54.aliàs 55.incip.Gulielmus & Franciscus.Pro qua etiam opi.Angeli consuluit Signo.de Homod.consi.140.inc.casus talis est.Et sequitur eandẽ opi.Fely.in rubr.extrà,de pręscript. in 4.fallen. secũdæ regulæ principalis. nisi iuramentũ fuisset appositum specificè super dicto pacto (vt suprà dicebamus.)quo casu(fateor)tenet dictum iuramentũ, & potest impedire præscriptionis effectum. aliàs(subdit)esse secus,etiam si appositũ fuisset super obseruantia contractus. & assignat rationes differentię, quas non assigno,cum in casu nostro nullũ interuenerit iuramentum, saltem quale Fely.vbi suprà,exigit,nec etiam alij casus,ex quibus limitatur opi.Ang.præallegata,vbi suprà.cum etiã in casu nostro non militent.

Et respondendo contrarię opinioni,dico post dominũ Ioannem de montelon compatriotam & conterraneum meũ in suo promptuario iuris,qui referendo opiniones cõtrarias dicit,ꝙ opinio Salic.põt esse vera, quando pactum illud apponitur re integra in ipsu contractu,& ante traditionem,secus si ex interuallo (pro vt in casu nostro factũ est)vt est gloss. notabilis in l. ab emptione.ff.de pact. quã Bal.exclamat in l.2.in princ.C.de le.Salyc.& Pau. de Cast. in d.l.traditionib.& idem Pau.de Cast. in l.ab emptione. ff.eo.de pact.,Cum ergo in terminis nostris fuerit primus donationis contractus perfectus, & traditio sequuta,saltẽ ficta per clausulam constituti, pactum in contractu secundo appositum,legalem pręscriptionem non impedit.sicut nec illam impedit(vt dicit præfatus dominus Ioannes de Montelon)pactum ex interuallo appositum.nisi apponatur per verba directa, quæ resolutionem contractus importẽt,vt suprà dicebam. Vel nisi apponeretur iuramentũ super ipsomet pacto de retrouendendo. Quinimò altero prædictorũ cessante, vel vbi præscriptio iam cõpleta esset in persona hęredis,túc pręscribi potest contra ius prædictũ luendi,vel redimendi, pro vt abundè mõstrat d.dñs de Mõtelon & dñs Nicolaus Boerius p̃ses Aquitaniæ in suo cõnsuetudinario Biturigum.tit.præscript.§.1. & ego in dictis cõsilijs,præsertim consi.61.ver.4.& 5. Quinimò Sal.& Alex.vbi suprà,pro cõtrario allegati,loquunt in ter
6 minis dictarũ limita.extra quos casus nos sum⁹. †Omitto sententiã iudicis,qui primo loco cognouit impugnare, qm̃ nullitas & ineptitudo illius ex allegatis per d. dñm cõsultorem coram iudice appellationum satis est manifesta. & vltra dicta per ipsum, dico quòd d. sententia in quantum dicit,

dicit, quod d. Caterina seu illa ad quã spectat facere retrouenditionem aut redonationem petitã, nulla est, propter suam incertitudinam. vt not. Specul. titulo, de expen. §. postremo. versi. & Icias. & sequitur Bartol. & alij in l. 1. 2. 3. & 5. C. de sent. q̃ sine certa quãti. profert. Lanfran. de Oria. in repeti. c. qm̃ cõtra fallam. in versi. interlocutiones appellationes, versi. solet vulgo, &c. extra, de prob. Et alioũ de, quia fundatur sententia prędicta super vna ex duabus causis propositis, quarum altera falsa est: vt per Bart. in lectura Nicol. de Neapoli. in l. qui testamento. §. t. ff. de excusa. tutorum. Et quia continet in se repugnantiam d. sententia: vt per gloss. t. t. q. 3. cap. eum gloss. & not. Ioan. And. in regula, nullus. lib. 6. in Mercurialibus. Bart. in l. duo. 3. ff. de re iudi. & in l. 1. col. 6. C. de furtis. Cũ itaque sit plusquã notoria dictæ sententiæ nullitas, illa non cõualescit per desertionẽ appellationis, imò remanet omnino nulla, vt per Cardin. c. si appellationem. in 3. oppo. extrà, de appell. & Bal. in l. cum antea. in princi. C. de arbi. & omnino Philip. Cor. consi. 323. incip. animaduertẽs. ad fi. vol. 4. & hic addantur, quæ dixi suprà consi. 48. versi. 3.

Ex quibus in vnam massam congestis resoluo d. Petrũ Bernardũ Mercer, nõ potuisse suas actiones intẽtasse contra pręfatas Caterinã & Margaritã respectiuẽ donatarias, circa ius luendi, vel redimendi: pręsertim tutas ope pręscriptionis cõtra dictũ ius, cui et iura patriæ fauent. Ita vt est suprà dictũ & cõclusum decidebã & resoluebã: saluo, &c. Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriã Dei. Ego Cellus.

Additio.

7 †Post redditũ à me præcedens consiliũ cum fuisset processus, super quo redditum est, agitatus inter dictas partes in audiẽtia regia Cataloniæ, in quo multa sunt hinc inde deducta, visum fuit domino consulenti & mihi pauxilla hæc ad maiorẽ conclusionis suprà per me factę corroborationẽ superaddere. Et in primis si rectè series attẽdatur & tenor instrumẽti gratiæ luẽdi vel redimẽdi sæpedictę, potest dici q̃ pactũ vel gratia prædicta sit nulla, q̃ ita mõ strabo ad oculũ. Quãuis n. clarũ sit, q̃ hodie donatio per nuntium, vel epistolam confici possit, et si à conuentione incipiat: quoniã hodie simplici pacto perficitur, l. si quis argentum. §. si quis autem. C. de dona. & sic nudo consensu sufficiat hodie (vt dixi) donare per nuntium, vel epistolam l. j. in fi. C. de contrahen. empt. & vendi. & l. consensu. & vtrobiq; Doc. ff. de actio. & oblig. & not. Bar. in l. etiã. ff. de dona. ita q̃ sufficit ratificatio vel cõsensus donatarij superueniẽs. vt per Spec. tit. de instr. edi. §. porro. §. si hac forma & per do. meũ. Phil. Deciũ, in l. contractus. nu. 16. ver. & amplia, & c. ff. de reg. iur. Attamẽ vbi cõtract' est fact' non per nuntium, vel epistolam, sed cum ipsomet donatario in persona ipsius, consensus vel ratificatio subsequens redderet ipsum pactũ de donando nullũ. per ea, quæ not. Bal. in l. in emẽtis. an fi. C. de cõtrahen. empt. per l. nõ. erit. cũ l. seq. ff. de iureiur. Cuius differẽtię ratio colligit per Io. de Fãtu. in c. licet. ext. eo. tit. Cum igitur nõ appareat de acceptatio. vel ratificatione Bernardi, & Petr. Bernardi Mercer, in quorũ principaliter fauorẽ appositũ fuit d. pactũ, vel gratia luendi vel redimẽdi, consequens est q̃ fuit nulla, per gl. ad hoc notabile, in l. nec ambigi. C. de dona. & in l. illud. C. de sacrosf. eccl. & in l. j. ad fi. vbi et Bar. ff. de cõtrah. empt. & vendi. Ita et not. Guido pap. consi. 23. versi. in cõtrarium, &c. & consi. 32. versi. 3. vo. 1. And. Barba. consil. 80. vo. 3. Phil. Cor. cõs. 129. in litera f. & cons. 135. in litera

8 l. & n. vol. 2. † Nec obstaret si quæ postea diceretur esse facta ratificatio, Quoniam illa fieri non potuit in præiudicium illius cui medio tempore ius erat quæsitum. vt not. Paul. de Cast. consi. 197. vltis his, quæ narrantur, &c. allegat tex. in l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. & not. in l. si indebitum. §. j. ff. rem ratam hab. cum simi. Et procedunt ista, etiam si clausula constituti esset in instrumento cui inniti tur d. Mercer, Quoniam opi. communis est, quòd clausula constituti & præcarij, debet secũdum principalem dispositionem regulari. vt dicit Oldr. consi. 139. incip. ad habendam. & dominus Philippus Decius, consi. 147. in causa magnifici Baronis Dales. vol. 2. post Bal. qui ita resoluit in terminis in l. ex constituto. C. de fideicom. & Alexan. qui multa ad hoc allegat in l. 3. §. si vir. col. 4. ff. de acquir. possess. & consi. 82. incip. lecto. colum. 7. vol. 4. Et ita resoluebamus suprà consi. 53. versic. 6. & consi. 6. versi. 15. ad fin. vbi alia multa ad hoc allego. Cum autem contractus iste fuerit conditionalis: sciliceit, si darentur. 55. libræ, vt in pręcedenti consi. dicebatur. versi. 2. vbi, præterea considero, quòd dicta gratia, &c. non fuisset adhuc per d. clausulam constituti possessio translata. quia constitutum fuit cõditionale: scilicet, si 55. libræ per dictos Mercer soluerẽtur. Vnde ante purificatam conditionem possessio transferri non potuit: vt voluerunt Oldra. & dominus meus Decius, vbi proximẽ allegati. qui allegant tex. in l. qui absenti. §. 1. ibi, neque aliter accipientis fiat, quàm si conditio extiterit. ff. de acquir. possess. & facit l. cedere diem. ff. de verb. signif. & c. super eo. & vtrobique Doct. extra, de consti. appoli. vbi etiam firmãt conclusionẽ suprà factam, quòd clausula constituti regulari debeat secundum principalem dispositionem (vt suprà dicebamus) secundum quam dominiũ transferri non potuit, ante purificatã conditionem in principali dispositione appositam: vt ibi per eos. & aliàs notũ est, quòd conditio suspendit omnem actionem & obligationem. l. cum in secundo. de iniust. rupt. test. & abundè comprobat dominus meus Iason in l. interdum. ff. de ver. oblig. & ita etiam resoluimus in præalleg. consi. 53. versic.

9 6. † Nec facit quòd per oblationem dictarum 55. librarum, quas postea dictus Petrus Bernardus obtulit, conditio illa in dicto pacto apposita retrosuit tracta ad tempus dicti contractus, vt visus est voluisse Bar. in l. quoties. in fi. ff. de noua. per l. qui potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. & in pign. hab. & visus est Oldr. in dicto consil. 139. voluisse in tertio dubio. Hoc enim potuisset esse verum, si tempore purificatæ conditionis repertum fuisset extremum à quo habile: scilicet, si tunc Signerola primus donatarius fuisset dominus & possessor dicti mansi. Cum ergo dictus Signerola tempore quo fuit oblatum prætium, non tenebat aut possidebat dictum mansum, imò mortuus erat, & diu ante desierat possidere per donationem, quam dictæ dominæ Caterinæ vxori suæ fecit, constitutum non potuit tunc transferre possessionem, quæ apud ipsum cõstituentem non erat. Ideò talis conditio retrotrahi non potest: per dictam l. quoties. & ita in simili tradit Alexan. consil. 22. incip. viso testamento, &c. versic. præterea posset, &c. col. 2. volũ. 3. alleg. l. quidam cum filiũ. §. fin. ff. de verb. obliga. Refert & sequitur dominus meus Philippus Decius, vbi supra colũ. 3. versic. nec obstat quòd post talem venditionem, &c. vbi multa singularia pro hoc dicto

10 adducit. † Similiter considero, quòd in terminis nostris nõ sumus in pacto de retrouendendo, vel luendo: sed nec de redimendo. Primus enim contractus fuit donationis purę & perfectæ absolutus per traditionem possessionis, saltem per fictam dominij translationem, quam operata fuit clausulata constituti. Est enim donatio secundum Bald. in l. si vnquam. C. de reuo. donat. actus perfectus irreuocabilis. per l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa. murt. & non potest retrouendi, vel lui, vel redimi, quod venditum non fuit, aut pignoratum. Sed posita pro ficto legitimitate contract', dici posset quod iste Signerola promisit tradere & tornare, vt dicunt præfati instrumenti verba formalia. Vnde sumus in illa notabili theorica Bar. in l. si à subtitutio. §. hęc sus seruum. ff. de legat. 1. vbi singulariter voluit, q̃ quãdo titulus lucratiuus, puta donatio, incipit à promissione, pro nutieni rem aliquam tradere, liberatur tradendo illam talem qualem, nec aliter tenetur. & illam decisionem Bartoli sequitur Paul. de Cast. Alexand. Francisc. de Aretio. dominus meus Iason, & Moder. per illũ tex. in l. sibi. et in l. si rem tradi. ff. de verbor. obligat. Quãdoque de

rem tradi, non est præcisa. quia soluendo interesse liberatur. l. ex empto. in princip. ff. de act. empt. & l. si ita. §. 1. &
11 vtrobiq; Doct. ff. de contrahen. empt. & vendi. † Et si dicamus propter interuentionẽ prætij mansum sæpedictũ non deuenire ad prædictum Petrum Mercer titulo lucratiuo: sed esse promissionẽ de vendẽdo. adhuc dico indubitáter, q̃ ista promissio nõ est vẽditio. Ita not. singulariter Bar. in l. singularia. ff. si cer. pet. dicens, q̃ stipulatio de faciendo contractũ, nõ est cõtractus ille: imo si cõtractus ille fiat, extinguatur stipulatio. quia videtur esse satisfactũ. l. in numerationibus. in fin. ff. de solut. Hinc est, quòd quicquid sit in vltimis voluntatibus: attamen in contractibus obligatus ex promissione ad vendendum, liberatur ex sola venditione, tradẽdo rem talẽ qualis est. ita q̃ de euictione nõ tenetur. Ita not. Petrus de Bella pertica cõpatriota meus. Cy. Alber. & moder. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. fi. vbi do. meus Iacobi. de sancto Georg. C. de pact. Doct. in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de li. 1. & in l. stipulationes non diuidũtur. ff. de verb. obl. Quinimo voluit Alex. consi. 121. inc. viso themate suprà scripto, & his quæ copiosè. &c. vol. 4. repetitur cons. 171. vol. 2. q̃ traditio facta ex causa promissionis de vendẽdo, non operatur dominij trãslationẽ: quia talis promissio nõ inuenitur inter causas habiles ad dominij translationem. Et aliud est venditio & aliud Promissio de vendẽdo, l. in bonę fidei. & ibi no. ff. de eo q̃ certo loco. & no. in l. si fideiussor. præalle. §. fi. ff. de le. 1. Not. Bar. in l. si pupillus. ff. ad legem Fal. Idẽ & alij in l. fi. ff. de cõd. ob turpẽ causã. Not. Bal. in l. fi. §. emptor. C. cõmunia de le. & Ang. in l. 1. C. de pact. pigno. Et ita ẽt not. do. meus Ias. in preallegata l. in bonæ fidei. ff. de eo q̃ certo, loco vbi hãc materiã latè prosequitur. Et probat hãc sententiã: q̃ aliud sit vendere, & aliud promittere de vendendo, per tres textus, & quinq; decisiones. Sicut aliud est assignare, & aliud promittere de assignãdo. Quoniã ex promissione huiusmodi solũ oritur actio personalis cõtra promissorẽ: & nõ est nata actio hypothecaria ad rẽ: vt dicit Ang. cõs. 164. inc. ex forma & serie. & Ludo. Gomez. in §. superest. nu. 9. & in §. in personã. nu. 41. Inst. de actio. Quod ẽt voluit dñs meus Ias. in l. si ante nuptias, col. 2. versi. ego aũt, &c. ff. sol. matri. dicens in facti contingentia se ita cõsuluisse Cremonæ, per l. si Stichum. §. si tibi fundus. ff. de actio. empti. & in l. qui fundum. ff. de contrahen. empt. cum alijs multis quæ allegat. Ita etiam not. Alex. consi. 73. col. 2 versi. nec etiam deberi. &c. vol. 2. & consi. 119. 120. & 121. vol. 4. ibi abundè Barba. consil. 51. versi. 16. vol. 1. Bolog. consi. 25. 4. dub. dominus meus Philippus Decius consi. 226. vol. 2. & Mathesil. singulari 46. inc. nota quòd aliud est, &c. Et sic licet vbi quis teneretur tradere virtute contractus præcedentis venditionis, si habet facultatem rei tradendæ, cogitur præcisè, vt voluit gloss. communiter approbata in l. certi conditio. ff. si cer. pet. At tamẽ secus est vbi teneretur simpliciter virtute promissionis de vendendo, vt suprà dicebamus. quia ex quo tenetur ad factum, nõ potest cogi præcisè, sed liberaretur præstando interesse. Casus est notabilis in l. stipulationes non diuiduntur. in versiculo, fundum tradi. vbi dominus meus Iason & Moder. post Bar. ff. de verborum obligationibus. & facit q̃ not. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Et sic videtur indubitabile, quod etiã si hodie viueret dictus Signerola, qui prędictũ pactũ fecit, vel si esset dict⁹ mansus do. vendendo Margaritæ hæredis eius. q̃ simpliciter, vel donando dictũ mãsum, nõ essent ad alia obligati.
12 † Et si opponatur de eo quod Bulga. voluit in l. cõtractus. C. de fide instru. vbi tangens quæstionem si res tradatur antequam compleatur contractus, vtrũ statim dominiũ rei traditæ transeat. & l. triticum. ff. de verborum obligat. vbi quãuis tenuerit, per tex. illum quòd non quęratur aliquod ius ex huiusmodi contractu imperfecto, nihilominus opinionem mutauit, quod transferatur dominium ex causa immediata, quæ est consensus tradentis l. 5. §. subtilius. ff. de condi. ob causam. l. dotis. & l. stipulatio. ff. de iure dot. l. 1. §. 1. ff. de vsucap. pro dote. l. stipulatione. ff. de solut. & l. eleganter. ff. de doli excepr. Quod etiam visus est voluisse Bal. in l. donationes. C. de donat. inter virum & vxorem. dicens, quòd si traditio pręcessit respectu futuræ causæ, tunc dominiũ transfertur. quia videtur fides habita de causa. licet secus esset, vbi in eodem actu intercessisset non respectu causæ futuræ; sed respectu actus instantis. quia tunc non est habita fides de causa: nec partes hoc senserunt, quod transferretur dominium, vt per eundem Bal. in d. l. contractus.

Et vbi diceremus in casu nosto bona contentiosa per clausulam constituti, vel aliàs, fuisse tradita, antequam cõtractus compleretur, adhuc non transijsset dominium in dictum Mercer. Quoniam duæ fictiones deberent interuenire, videlicet celebrare venditionem, & soluere pretium. Vnde sequitur quod nullo modo translatum fuit dominium. arg. cap. primo. de treuga & pace. & auctent. itaque. C. communia de success. Sed hic non fuit cele-
13 brata venditio, nec solutum pretiũ. ergo, &c. † Præterea illa promissio de retrouendendo sonat expresse in factũ, ad quod non potest quis præcisè cogi. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborũ obligat. & vtrobique Doctor. Nec posset dictus Mercer iuramento, (si quod appositum fuisset per dictum Signerolam) se tueri. iuxta not. in l. secunda. ibi, quia iurasti. ff. de cõdi. ob causam. vbi habet pręcisam causam. & iuxta not. in l. si insulam. ff. de verborũ obligationibus. cũ similis. Nã in hoc secũdo cõtractu seu pacto inito, nõ legitur appositũ fuisse iuramentũ, sed fuit dũtaxat simplex Signerolæ promissio pro se & suis. Et si fuisset appositũ iuramentum, illud ligaret solum ipsos contrahentes, & non heredes eorũ, qui non iurauerunt. vt not. Bart. in l. generaliter. C. de rebus credi. Bald. in auctent. sacramenta puberũm. C. si aduersus vendi. idẽ in l. 3. C. plus valere q̃ agitur Inno. cap. veritatis extrà, de iureiurando. quem allegat & sequit Paul. de Cast. consilio 70. incip. in Christi nomine, amen. visis & ponderatis his, &c. columna 1. & signanter vigore dicti iuramenti, posito pro ficto, q̃ appositũ esset per Signerolã, dicta domina Caterina singularis (vt prædixi) successor illi⁹, cogi nõ posset, quia etiã nõ veniret sub illis verbis pro se, & suis hæredibus, & successoribus. vt per scribentes in l. q̃ dicit. ff. de verborũ obligationibus. & in l. adoptiuũ. §. liberos. & ibi Bald. ff. de in ius vocãdo.

Postremo considero, quod actio ad redonandum, non competeret dicto actori contra dictam Caterinam singularẽ successorẽ, vt proximè dicebamus, & latius ostendi in præcedẽti cõsilio. Nec etiã cõtra dictã Margaritã, licet sit hæres dicti Signerola, qui dictũ mansum nõ possidet. Quoniã cogi non potest ad tradendũ præcisè, qui tradendi facultatẽ non habet. vt Doctor. not. in l. certi cõdictio. & in l. stipulationes non diuiduntur. suprà allegatis.

Ex quibus resoluo (prout in præcedenti cõsilio concludebamus) pro dictarũ dominarũ victoria. Et ita dicebam & concludebam, saluo, &c. Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Piratarum bona capere potest quilibet, etiã si damna nõ receperit ab illis quando non desistunt & nu. 6.*
2 *Initium in delictis attenditur. & nu. 10.*
3 *Negatiua, fundamentum intentionis, etiam non coarctata, probari debet.*
4 *Communitas, quæ superiorem nõ recognoscit, si cum subditis litiget, potest in causa propria iudicare. & nu. 14.*
5 *Frangitur fides cui frãgitur pax. Quid in treuga & nu. 18.*
Represaliæ concedi an possint ob denegatam iustitiam, si iudex superior denegantium non fuerit aditus, qui etiam iustitiam facere denegaret. & nu. 14. & 16.
6 *Qualitas adiecta verbo regulari debet secundũ tẽpus verbi.*
7 *Acta pereunt simul cum ipso iudicio.*
Testes nõ rite recepti, nõ probant, etiã de partium consensu

8 Testis.

8 Testis de facto proprio deponens non probat.
Testes singulares non probant.
Testis quando causam non interrogatus reddere debeat.
Testes ijdem verbis deponentes de falso suspecti sunt, nec probant.
9 Testis deponens per verbum, vel circa, non probat in delictis nec etiam vbi aliàs requiritur certi temporis probatio.
Animum nocēdi habens, licet, venerit ad actum propinquū, non tamen perfecit, quia impeditus, si pœnituit, nec progreditur, non punitur.
11 Mare est de iurisdictione propinquioris ciuitatis.
12 Vniuersitas dicitur illud facere, quod anciani, vel consiliarij faciunt.
13. Citatio partis quæ damnum, rapinam, vel iniuriam intulit alicui, an & quando sit necessaria, quando super his recipitur informatio.
15 Sententia lata post tempus instantiæ nulla est.
Idem si contra indefensum.
16 Iustitia quādo dicitur denegata, vt represaliæ cōcedi possint.

CONSILIVM. LXV.

EX processu in sacro maiore consi. Regni Arazonū Cæsareæ & Catholicæ maiestatis actitato, & ex procedimēdis quæ facta esse dicūtur corā magnifico vicario Regio & officio maris, excelsæ cōmunitatis Ianuen. inter nobilē & magnificū Federicum de sancto Clemēte, Gubernatorē Minoricarū, pro dicta Catholica & Cæsarea maiestate, & dictum excelsum commune Ianuæ, constabit esse iuri & æquè sententiatū & declaratum per dictam maiestatē, & sacrum suum consilium prædictum, ad relationē egregiorum Federici de Gualbis, & Ioannis Iacobi de Bolonia, doctorum dicti consilij, inquātum dictū commune Ianuæ, & seu legitimū eius procuratorē Martinū Centurionem condemnauit ad restituēdum infra sex menses à die sententiæ computandos quandā fustam, siue biremē, cum rebus in eadem existentibus seu earū valorē verum, vnà etiam cum damnis & interesse: aliàs decernebat contra dictum commune Ianuæ represalias in fauorem dicti nobilis Gubernatoris: pro vt hęc latius in dicta Regio sententia contineri dicitur. A qua quidem sententia cum fuerit supplicatū per dictum excelsum commune Ianuę, sitque dicta supplicationis causa in calculo ferendæ sentētię, quæritur de viribus & validitate dictæ Regiæ sententiæ attentis his, quæ per dictum excelsum commune Ianuæ deducuntur, quæ sigillatim infrà designabuntur, & confutabuntur. licet illa per magnificum dicti nobilis Guberna-
1 toris aduocatum fuerint abundè diluta. † Deducere itaq; comperio dictum commune Ianuæ, fundando suam intētionem, ꝙ prædicta biremis quæ restitui mādatur potuit per eos capi, tam ex iuris communis dispositione, quam ex capitulis & fœderibus pacis inter suam maiestatē, eiusque prædecessores Catholicos Reges ex vna parte, & sæpedictum excelsum cōmune Ianuæ ex parte altera initis & factis. attento ꝙ dictum commune prætendit quòd regentes dictam biremem erant piratæ. Vulgata est autem iuris communis dispositio, permittens cuicunque, etiam damnum non passo, bona piratarum capere, qualis est in auctēn. nauigia. C. de. furt. cum simil. Et allegatur c. 8. fœderum pacis antiquorum. ex quibus prætendunt nedum eis impunè licuisse dictam biremem inuadere: verum etiam in portu castri Ianuensis, vbi eam inuenerunt, & vbi dum ab eis persequeretur per fugam se receperat, eam capere. præsertim quòd illam dicant in crimine flagranti reperiā, & prosequentem quasdā Ianuensium nauiculas: non obstante quòd potestas dicti castri Ianuensis diceret eam guidatam. cui ēt regiū guidaticū, vt prætenditur ex aduerso,
2 non potuisset, resistente d. 8. c. pacis. † Et licet portus in quo per dictum commune Ianuæ capta fuit dicta biremis, sit de Regiæ maiestatis dominio, & de regno eius Sardiniæ: attamen prætendunt ex ea non fuisse minus validā capturam illius: quòd in delictis (vt aiunt) attendatur principium loci vnde accipitur fuga: & non locus vbi quis ex fuga se recepit. Et sic quamuis regulare sit & notissimum in iure, quòd in alieno territorio non possit quis capi, nec aliqua executio fieri: per not. in l. ex. territorium. ff. de iurisd. om. iudi. & in l. cum vnus. C. de bo. aucto. iudic. possi. & c. vt animarum. in ratione sui. de consti. li. 6. Nihilominus ex quo præsupponitur d. biremē fuisse per eos in eius territorium inuentā, etiam in flagranti crimine: quia persequebatur quendam lembum de portu fino, & fuit per eorum classem in maritimam persecuta, licitè potuit (vt dicunt) capi. etiam in d. portu castri Ianuensis, licet sit de territorio & iurisdictione do. Regis. Nam initium fuit licitū: quia per eos capi poterat vbi fuga incœpit, & persecutio fuit incœpta. & sic cū initiū ratione loci fuerit licitū, finis sine intermissione continuatus, videtur ēt licitus esse propter licitū principiū, l. ꝙ ait lex. §. ꝙ ait lex. ff. de adult. vbi probat, ꝙ licet sit pmissum adulteriū & filiā in adulterio deprehensos interficere, tūc quādo in domo sua propria, vel in domo sui generi reperit illos, & nō alio tpe, vel loco. vt in d. l. quòd ait lex. §. quæritur. & l. nec ea lege. §. ius occidēdi. eo. tit. Attamē si eus in actu venereo inuenerit, ꝙ volēs eos occidere, ipsi, vel eorū alter fugā arripuerit, licet patre persequēte fuerit intermissio tēporis & loci, permittitur ipsi patri ex interuallo, & alio loco interficere, vt dicit expressè l. in d. §. ꝙ ait lex. Quoniā licitū initium facit etiam finem licitum, qui aliàs fuisset illicitus. pro vt ibi. Bar. declarat, tex. in l. qui cū natu maior. §. 1. ff. de bo. liber.
3 † Crimē aūt in quo reperisse dicuntur homines fustæ prædictæ, siue biremis, dicunt esse probatum per octo & amplius testes, qui deponunt ꝗ dicta biremis persequebatur quendā lembū armatū: & prius ipsa cū quodā mioparone siue brigantino persecuta fuerat quinq; nauigia (lēbos vulgò dicta) super quo videntur esse cōtestes quartus testis & alij: imò, ꝙ est magis, probasse cōtendit ex aduerso nō solū conatus pdictus: sed ēt verus actus & captus piraticus, de quibusdā barilijs vini & coralorū in magna quantitate. super quo vidētur deponere, & legitimā causam certę sciētiæ assignare vndecim' & duodecimus testes, qui vidētur esse contestes. & aliquid super eo deponūt primus, & secūdus qui est Archiepiscopus Salernitanus, dux & capitane'
4 dictæ classis, & tertius testis. † Et repellendo petitionē d. nob. Gubernatoris (licet exitus docuerit eā iuridicā fuisse, cū reddita fuerit d. sententia cōformis petitioni prædictę) obiecit dictū excelsum cōe Ianuæ contra illā exceptionē rei iudicatæ, allegātes p magnificos vicariū & officiū maris dicti cōis Ianuæ declaratū fuisse biremē sæpedictā fuisse legitimè captā. Quę quidē exceptio litis impedit ingressum & progressum. Et ad obiectū falsi procuratoris, per dictū nobilē allegatum, dicūt sibi cōpetere probare Ioannē Coloma, qui nomine ipsius causam intētauerat corā dictis vicario regio, & officio maris cōtra d. cōmune, nō fuisse procuratorē suum: cū sit in iure notū ꝙ negatiua, ꝗ est fundamentū intētionis alicuius ex partibus, debet probari per eū qui se super illa fundat. probat l. ei, ꝗ dicit. et ibi Bar. plenè. ff. de pba. not. Cano. in c. super his. ext. de accusa. Et hoc est verū, ēt si negatiua huiusmodi nō esset coarctata re, loco, vel tpe. vt per Ang. plenè cōs. 82. inc. spurius naturalis, &c. & cōs. 216. inc. an cōsultor assumptus. & omnino do. meus Philip. Decius, qui ad hoc accumulat multa, cōs. 173. Inc. viso processu, &c. col. 2. versic. dato, &c. vol. 1. & ita etiā in facti contingentia tenui suprà, consi. 30. à. versi. 5. vsque ad versum 9. vbi latissimè prosequor hanc materiam. Et ad contrarium quod obijcitur per dictum nobilem Gubernatorem contra sententiam vicarij prædictā: scilicet, ꝙ dictum commune iudicare non potuit in huiusmodi causa, cum sit ipsius causa propria, respondent cognoscere potuisse cū dictū excelsū cōe iura imperij teneat, & superiorē nō recognoscat. vt p Bar. in l. & hoc Tyberius.

per illum textũ.ff.de hæred.inst.& in l.proximè.ff.de his,
quæ in testamẽto delen.& not.in c.per venerabilẽ.ext.qui
filij sint legi.quinimò(aiunt)ꝙ vbi de iure cõmuni nõ po
tuissent dicti vicarius & officium maris cognoscere de ca
ptura biremis prædictæ:attamẽ per ẽm capitulũ pacis no
uæ,fuit eis cõcessa iurisdictio in isto casu,qui teste proces-
su fuerunt per dictum commune Ianuæ vigore dicti c. se
cũdi in iudices assumpti, corã quib.de iniuria per eorũ sub
ditos illata debuit procedi, & intentati causa illa,vt fuit &
5 factũ.† Postremò cõtra repręsalias petitas,& in dicta sen-
tentia suo casu decretas,obijcit dictum excelsum cõmune
Ianuæ tertium capitulũ dictæ nouæ pacis,per ꝙ suspẽdũ-
tur repræsaliæ vsq; ad sex menses post porrectã per eũ,qui
petit illas corã regio cons.petitionẽ.Et ad ostendendũ om
nino dictarũ repręsaliarũ inadmissibilitatẽ & in ciuilẽ peti
tionẽ illarũ,dicũt esse clarissimum in iure,ꝙ propter dene
gatã iustitiã cõcedi nõ possint,nisi etiã superior iudex,qui
in casu isto fuisset Rex Franciæ, qui tũc dominabat dictæ
cõmunitati Ianuę denegãtiũ facere iustitiã,additus fuisset.
& ipse &t denegasset facere iustitiã.vt voluit Bar.in suo tra
cta.repræsaliarum,in a.q.princip.3.q. Quod & voluit Io.
And.in reg.non debet.l.6.in mercurialibus.Bal. in auth.&
omnino.C.ne vxor.pro marito.Et hoc præsertim ex quo
homines dictæ biremis per inuasiones illas piraticas pacẽ
fregerant,fuit licitũ d.excelso cõmuni &t frãgere illis pacẽ:
cum in pace locũ habeat regula,frãgenti fidẽ,&c. vt prætẽ
ditur ex aduerso, quicquid sit in treuga:vt per Archid.in
c.hi,qui.24. q.3. Et fuit originale dictũ Vicẽtij in c.inter
verba 2.q.3.Per quæ videt esse repellendus d.nob. Guber
nator à petitione repręsaliarũ: & ꝙ cõcedi nequeãt, pro-
hibentibus d.capitulis nouæ pacis, & iuris cõmunis dispo
sitione:maximè,ꝙ dictus nob.in responsione ad 24.arti-
culum d. excelsi communis respondẽdo negauerit se vllũ
mandatum dedisse prænominato Coloma,qui Ianuę co-
rã d.magnificis vicario regio,& officio maris,causam pręe
mentionatã ducebat.Inferentes,ꝙ si,& vbi d.do.Guber-
nator ius habeat in hac causa , debeat illud corã d. excelso
cõmuni Ianuæ intentare. & hoc tam ẽm iuris cõmunis di
spositionẽ,quã ratione delicti in eorũ territorio siue distri
ctu cõmissi.cũ delictũ in mari cõmissum cẽseatur esse cõ
missum in terra viciniori.vt per Bal.in c. licet.ext.de pro-
bat.Et ex dispositione primi & tertij testiũ videatur appa
rere,ꝙ dictã biremẽ inuenerunt (vt est dictũ) in eorũ di-
strictu , quã persequentes in fuga ceperunt in dicto portu
castri Ianuensis. Et maximè cum ex d.2.cap. pacis nouæ,
debeant iudices per dictũ excelsum cõmune Ianuæ dati
& nominati,cognoscere,de damnis & captura dictæ bire
mis,quæ facta fuit per dictos capitaneũ & classem Ianuen
6 sem , siue iure , siue iniuria capta fuerit.. † Sed prædictis ,
quæ colorata videntur, non obstantibus , dico iustissimã
esse regiam sententiã prædictã, tam quoad biremis & rerũ
in ea existentium,cum æstimationis damnorũ & interes-
se restitutione, quàm quoad repręsaliarũ concessionẽ,vbi
denegarent dictæ sententiæ Regiæ parere cum effectu.
Cuius quidem Regiæ sententię vltrò se offert iustitia,si di
luantur in contrarium allegata:& monstremus nos esse in
casu in quo repræsaliæ concedi possint.Quãdoquidem su
blatis in contrarium suprà allegatis,clarum est nulliter ca
ptam fuisse biremem,quæ petitur.

Obijciunt ergo primò,ꝙ dicta biremis piraticã exer-
cebat prauitatem . & sic ꝙ regentes eam , potuerunt per
eos impunè derobari.qa fuerunt ipso iure disfidati.vt not.
Bal.Saly.& doct.in c.auth.nauigia. C.de furtis.& in auth.
cassa.C.de sacrosanct.eccles.& Bart.in l.s.ad fi. C.qui bo.
ced.poss.Ad quod obiectũ respondeo nõ esse satis ꝙ pro
batum esset,ꝙ d.biremis piraticã exercuisset prauitatẽ:ni
si &t probaretur,ꝙ tpe quo fuit deprædata &capta,ab hu-
iusmodi exercitio non destitisset.quia locum non habet d.
auth.nauigia. nisi actu esset pirata tẽpore quo capitur.quia
qualitas adiecta verbo debet esse tpe verbi.l.in delictis.§.
si detrac.ff.de noxa.l.si Titius.ff.de testa.milit.& probatur
in l.ex facto.ff.de vulg.& pupill.Ita not.Barb.consi.7.ver.
50.volu.2. Curtius.Senior consi.54.col.7. & 84.& consi.
75.col.5.do.meus Fraociſchinus,consi.7.vol.3.& do.Phi
lip.Decius,consi.218.versi.8.vol.2. Et ita resoluendo cõ
cludit in term.nostris Soc.cõsi.26 a.inc.in causa magnifici
Petri de medicis.col.3. versi. Quinimò,&c.vol.2.vbi lo-
quitur in bonis piratarum.& quoniam dici possint esse bo
na piratarum. Quod etiam consilium videatur omnino :
quia factum videtur pro hac causa . Finita etenim causa
odij,finitur & odium.vt in l. Titia.§.vsuras.ff.de leg.3.per
quem tex.ibi Iac.de Are.quẽ sequitur ibi Bar.dicit,ꝙ stã
te statuto ꝙ vxores rebelliũ non possint stare in ciuitate,
ꝙ illæ mortuis viris stare poterunt:ibi,quia non sunt am
plius vxores rebellium.ad quod etiã facit l.cui eorum. §.
affinitates.ff.de postu.& quod not.Bal.in l.cum acutissimi
C.de fideic.Ex quibus apparet,ꝙ etiã si cõstaret, ꝙ regen
tes dictam biremem prius exercuissent piraticã , prauitatẽ
si tẽpore quo capta fuit illã actualiter non exercuerint,capi
7 non potuissent vt bona piratarum. † Præterea claris oculis
intuenti processum,dico monstrari,quòd non fuerit pro-
bata illa qualitas piratica(loquor de processu in d. Regio
consi.ducto.) quia ille qui Ianuæ factus est nullus fuit pro
pter illegitimitatẽ agentis: & alias causas quas, subdemus.
Est enim in iure compertũ,ꝙ acta pereunt simul cum ip-
so iudicio.l.properãdum.§.siquidem. C.de iudic.not.Bal.
in l.si vt proponis: 1.ad fin.vers.pone cassatur sententia.C.
quomodo & quando iudex.not.Spec.tit.de iudi.deleg.§.
restat videre.ver.sed nũquid.Cano.in c.ad probandũ.ext.
de re iudi.Card.in cl.1.eo.tit. Et sic ex illis testium deposi
tionibus nulliter & per incompetẽtem iudicem receptis,
probari non potuit piraticum flagitium prætensum:maxi
mè parte cuius intererat non vocata.

Quinimò testes isti,qui non ritè fuerunt recepti, certũ
est ꝙ non probant , etiam de partium consensu, vt notat
Inn.c.significauit.in glo.1.ad fi.ext.de testib.glo.in c.cum
olim. 1.vbi ampliatur,etiã si esset Cardinalis in verb.quo-
rundam.eo.tit.Bal.in authentica si quis.columna penulti-
ma.C.eo.per c.accedens extrà,de accusa.Quod etiam ve-
rum est etiam si pars repellens prius consensisset testium
publicationi.vt per Bal.in auctentica , si quis in aliquo.C.
8 de edendo.col.1.versi.iuxta primã rationem.&c.† Et prę-
suppoſita pro ficto validitate dictæ attestationis,adhuc di
co nõ probari quòd d.biremis exercuisset,& minus quòd
actu exerceret piraticam prauitatem, vt d.commune Ia-
nuæ prætendit.Et in toto sunt recepti pro parte dicti ex-
celsi communis testes duodecim : quorũ primus, qui erat
vnus nautarum,qui dictam biremem vi ceperunt: & secũ
dus,qui,vt prædixi,capitaneus erat dictæ classis,seu exer-
citus maritimi,cuius mandato fuit capta, vt constat ex sua
depositione,communiter à testificãdo solent testes repel-
li.Reijcitur & tertius , qui etiam fuit vnus ex rapientibus
eam,per mille obiectus.

Præter quæ cum ipsi testes deponant de facto proprio,
saltem in quo habent interesse,contrà l.deferre.§. idẽ de-
creuerũt.ff.de iure fisci.& notat Inn.in c. nõ sine.in gl.sua
in verb.clerici.ext.de arbi.Io.Andræas,in c.Romana,post
Archid.de testib.li.6.Bal.in suo Margar. in versicu.testis.
col.3.imò testificãtur dicti tres testes in sua causa propria,
quod fieri non posse probatur l.omnibus.C.de testib.& in
l.nullus.& vtrobiq; doct.ff.eo.tit.& Pau.de Cast.cõs.375 a
inc.visis actis & actitatis,in fi.Dicuntur autẽ in causa pro-
pria testificari,quando ex illa cõmodum vel incommodũ
habent nomine eorum proprio.2.q.6.c.biduum.in vers.in
propria glos.in c.dilecti filij. in versic.& tres.extrà,de ele.
& l.a.§.propria.ff.quando appell.sit. Si enim nõ esset verũ
id, ꝙ dicunt , nõ diceretur dicta biremis piraticam exer-
cuisse prauitatẽ,etiã in actu,quo capta est,ꝙ tamen est to-
tale fundamentum eorũ. Imò si contrarium verum esset
(pro vt est)ipsi tanquã piratæ tenerentur . Et si fingamus
illos in causa propria nõ testificari:attamen est.clarum,ꝙ
de facto proprio deponunt. Quoniã testis dicitur de facto
proprio

proprio deponere, quādo pōt illi resultare laus. vel vitupe riū ex eo quod deponit. Ita not. Spec. tit. de testib. §. 1. vers. sed pone q̄ administrator. An. de Bu. in c. ex literis, ex. de transact. & in c. cum à nobis. extrà. de testi. Alex. in l. dif ferre. præal. & omnino cōs. 78. vol. 1. & omnino Fely. in c. insuper. col. fi. versi. vlterius vide Bal. ext. de testib.

Insuper dicti tres testes singulares sunt iam quoad esse ētū rei de qua testificātur, quā quoad sciendi modū. vnde non probant indubiè, vt per Fely. omnino, qui multas ad hoc allegit concord. in c. licet ex quadā. col. 3. vers. vltimò est sciendū. vbi materiā hāc prosequitur p tres & amplius col. extrà. de test. & in c. licet causam. col. 5. ver. nota. 7. ex trà. de prob. & Lanfran. de Oria. in tep. c. quoniā cōtra fal sam. in ver. testium depositiones. ver. vlterius est aduertē dum. eo. tit. de quo scripsi latè suprà cōl. 14. ver. 13. & cōs. 32. ver. 3. vbi pono ad quid cognoscat illa singularitas, quę testem repellit ne probet. & infrà cons. 73. vers. 2.

Similiter d. testes & cæteri omnes, causam scientiæ (sat tē sufficientē) nō reddunt: quam tñ, cum deponant de his, quę corporeo sensu percipi nequeūt, scilicet, q̄ d. biremis animo piratico, & causa deprædādi quosdam lembos, siue nauigia, persequebatur, reddere tenebantur, & non interro gati. Ita not. Fely. omnino in c. cū causam. post Inn. Abb. & omnes. col. 3. ver. fallit 2. ext. de testib. & do. meus Phil. Dec. consi. 275. vers. 11. vo. 2. & consi. 429. ver. 11. eo. vol. 2. cum autem dictorum testium nullus de aliqua captura, vel deprędatione facta per d. biremem attestetur, qualiter sciuerunt d. testes, q̄ illa biremis persequebatur vnū lem bum Ianuensium animo prædandi illū? Etenim animus cum videri nequeat non pōt probari, nisi testes deponant de aliquibus actis extrinsecis. vt per Bart. Bal. & omnes in l. is qui. §. diuus. per illum text. ff. de tutn. & curat. datis ab his, &c. not. Card. in cle. 1. ad fi. de pœn. & Fely. in c. signi ficasti. 1. ext. de homic. Licet. n. d. testes dicāt, q̄ d. biremis persequebatur vnum lembum Ianuensium animo depræ dādi & derrobādi, cū nō probēt dictū animū, licet assignēt pro causa, quia viderunt q̄ persequebatur dictum lembū, id tñ nō est causa sufficiēs ad probandū animū deprędādi.

Quinimo credere in casu nostro nō esse satis, q̄ d. testes dicerēt, q̄ d. biremis ideò destitit à persecutione d. lembi, quia vidit armatā maritimā Ianuensiū: quia ētcum de ani mo regētiū d. biremē testificētur, ratione prædicta, nō cō
9 cluderet d. causa sciētiæ: ideò repelleretur eorū dictū. †Sed ponamus pro ficto probatū esse, q̄ persequebatur illa bire mis lembū illū animo deprædandi: ob id credo q̄ non poſ sit dici piratus: & minus q̄ hac causa potuerit illa depræda ri, vel capi per d. armatā, & si metu illius destitissent regē tes biremē sępedictā à lembi illius persecutione. Cum sit expeditū in iure, q̄ vbi quis animum habuit nocēdi, & ex illo venit ad actum propinquū, non tamen ad cōsirmatio nē, puta, quia ipse agens impeditus facti impedimētonō perfecit q̄ inchoauerat, si pęnituit, & vlterius non progre ditur, nō punitur. l. qui ea mente. & ibi Alb. post gl. & Pet. de Bella pertica. ff. de furtis. & tractant Moder. in c. t. ext. de præsumpt. Bar. & Ange. in l. 1. ff. de in ius voc. Gemi. c. gratia. in princ. quæst. & omnino Fely. in suo tract. quādo puniatur conatus, &c.

Preterea testes illi de porto fino, videlicet quartus, vsq; ad vndecimum, deponunt q̄ armatā d. biremē persequē tem sępedictum lembū die 15. Iulij, anno 1526. & ex in quisitione & actis sumptis in ciuitate castri Ianuensis cō stat, q̄ d. biremis capta fuit per d. armatam, 14. dictorū me sis, & anni. Et sic dicendum est, q̄ non est illa quæ perse quuta fuit d. lembū, cum tunc esset capta. Nec etiā satis ef set, q̄ hodie probaretur, q̄ tēpore punibili fuit hoc factū quoniam illa probatio debuit antè fieri, & nō post, vt not. Io. de Imo. post Bar. in l. non solum. §. sed & probari, aliàs est versi. sub. §. sciendum. ff. de noui oper. nūtia. not. Alex. in apostil. ad Bar. in l. 1. §. idem scribit Nerratius. in apost. in eo. versi. ff. depositi.

Nec iuuatur, q̄ d. testes in depositionibus dicunt perse cutionē d. l̃ebi per biremē illā fuisse factā die 15. Iulij, &c. vel circa. Dico etenim q̄ cum in delictis debeat esse certi tudo temporis, quo fuit commissum delictū: maximè in his quæ reiterabilia sunt, vt per Bar. in l. is qui reus. colū. 7. versi. sed quæro, cum in accusatione. ff de pub. iudic. & in l. 2. §. si quis. ita. ff. de eo, quod certo loco. vbi & Raph. vter que, & do. meus Ias. attestationes prædictæ nō probāt, li cet per verbum vel circa deponant. Quoniam illa dictio cir ca, cum possit importare plus, vel minus arbitriu boni vi ri, vt p gl. in l. Publia. ff. de pos. & not. Gul. de Cng. & doct. in l. 1. ff de pig. act. certè depositionē eorū reddit dubiā & incertā, quæ nō probat in Criminalib. pſertim, vbi debent esse probationes luce meridiana clariores. iurib. vulg. Et in term. nostris dicit Ant. de Bu. in c. fi. ext. de despon. imp. p illū tex. q̄ vbi requiritur certi temporis probatio, nō va let dictū testit deponēis per verbū. vel circa. Ad quod fac. notat. per eundē in c. attestationes. & c. cōtinebat. eo. tit. & Pan. in c. literę. extrà, de dila. nnt. Gul. in l. & si post tres. ff. in fine iurādo. Refert & sequit Phil. Cor. cōs. 179. ex pūcto præmisso, in litera c. vol. 3. Et his addantur Ang. in cōs. 94. & consi. 126. & Franc. de Aretio in d. l. cum furti.

Præterea si dictorū testium de porto fino dicta & depo sitiones intueātur apparebit q̄ per eadē verba formalia de ponunt: ita q̄ in solis testium nominibus apparet differen tia. ideò succedit illa notabilis theorica Bar. in l. 3. §. ideoq; per illū tex. versi. nota, q̄ si testis. ff. de testib. q̄ dicti testes nedū non probant: verumetiā, q̄ de falso sunt suspecti. qđ etiā voluit Bal. in tit. de Pace constā. §. hæc sunt nomina. super verbo, sacramenta. & in addi. ad Spec. tit. de testib. §. 1. versi. itē q̄ testes notat abundè Lanfr. de Oria. in alleg. c. quoniam contra falsam. in ver. testium depositiones. ext. de prob. & Fely. omnino post abb. in c. cum causam. præal. col. 7. versi. venin ad gl. eo. tit. de prob. Et per hoc constat probatū non fuisse, q̄ d. biremis, vel qui regebāt illā volue rūt capere lembū, vel alia nauigiā parua Ianuēsiū, & q̄ illa persequebātur animo deprędādi illa, vel diripiēdi tāquā pi ratæ pro vt dictū est in excelsum cōe Ianuen. deduxit. Nec etiā probatū est contra d. bire. vel rectores, aut ductores illius piraticū flagitiū, & exercitiū illius. Antonius etenim Ferre tus de loco Cellarū, testis 11. nō probat: quia in facto & cau sa eius proprijs testificatur (pro vt suprà proximè cōclude bamus.) q̄ vel ex eo apparet, quia dicit q̄ prædati sunt eū, &c. Quinimō d. testis nō deponit, q̄ fuerint homines d. biremis: sed homines cuiusdā brigātini, siue mioparonis & sic delictū illorū impingi nō potuit hominibus huius Biremis. Et si rectè inspiciatur eius dictū, & vltimi testis q̄ per eadē verba cū ipso deponit: vnde nō probant, (vt su prà inferebamus.) dicere videntur, quòd reliquerūt in ma ri lembū, à quo fuerūt deprædati certa coralia. q̄ si ita fuit, dici potest, q̄ licitè potuerūt capi bona illa, quę capta fuisse dicūtur: cū illa habuerint pro derelictis. vt p Bartolū in l. falsus. §. si. ff. de fur. & not. in rubro & nigro. ff. p̄ derelicto.

Præterea si dicimus dictos vndecimū, & vltimū testes, deponere de captu vel deprędatione facta per homines d. biremis: si appareret q̄ brigantinus ille à quo se dicūt fuisse deprædatos, esset sub dominio & regimine d. bire mis, de quo nō cōstat, adhuc nō probarēt, cū sint singula res: quia vnus deponit de coralib. captis ad pōdus, alter ad certā quãotitatē: & sic in causa scientiæ nō sunt cōtestes. vt suprà mōstrauimus esse requisitum. Fateor q̄ in vna ra ma coralorū, & octo barilijs vini, sunt cōtestes, sed hoc cū sit modicū, nō valde exiguū, respectum valoris præsum pti aliarum rerū bonorū, & personarū, quæ in dicto lem bo erant: quæ omnia si piratæ fuissent, non est credibile q̄ dimisissent: non possunt dici ex his piratę. vt volunt doct. in dicta authentica. nauigia. Modicum. n. non solet in cōsi deratione venire. l. in rebus. §. possunt. vbi gloss. & doct. ff. cōmod. maximè in delictis. l. si proprietatius. vbi & glo. & docto. ff. de dāno infecto. Et attendatur, q̄ licet primus, se cundus, & tertius testis prællegati, deponāt quòd in dicta

biremi inuenerunt vnum saccum coralis plenum, & vnā
ramam pulcherrimam coralij, quę dicunt fuisse depredata
per dictam biremem à Ianuensibus, hoc non probat: cum
posit esse multiplicitas dictorum coralorū: & minus ap-
paret quòd fuerunt illa de quibus testes illi duo vltimi de-
ponunt, cū alia coralia nō appareant fuisse capta, nisi in lē-
bo dictorum testium vltimorum, cū dicti testes dicāt illa
coralia capta fuisse ab eis per brigantinū, & de biremi nul-
lum verbum faciunt. Quinimo etiā si constaret prædicta
capta fuisse ab hominibus Ianuensibus eiā tempore, quo
capta fuit dicta biremis, cuius contrarium apparet, aut ꝙ
notitiam tunc eorum haberēt, non erat causa sufficiēs ca-
piendi biremem sæpedictā cū tali violētia: præsertim in-
terficiēdo aliquot homines dictæ biremis (quod ferio sub
stituerunt tres primi testes) quia pœna delicti qualitatē nō
debet excedere. c. extrà, de his quæ fiunt à ma. parte capi.
tex. est de hoc in l. rescriptū. ff. de his, quibus vt indig. not.
dñs Iacobinus de sanctu Georgio in l. communis seruus.
C. de in ius vocand. & dominus meus Ias. in l. 1. ff. si quis
ius dic. non obtēp. & latius prosequor suprà consi. 60. ver.
50. & 71. Et sic apparet nō esse probatum per d. excelsum
cōe Ianuæ primum obiectū, s. piraticū flagitiū, super quo
tū suam intentionem fundant. Et in consequentiā eius est
10 dicēdum, ꝙ d. biremis nulliter capta fuit. † Plus dico, quòd
etiam si d. biremis actu exercuisset piraticam prauitatē, &
constitisset d. capitaneo, vel præfato genarali classis sępedi
ctæ, de quo nō apparet, sed nec, credo, fuisse ex aduei in al
legatum, cum tamen necessariò scire debuit tpe quo dictā
biremem cepit, ꝙ rectores illius erant actu piratæ (vt præ
dixi) adhuc per d. armatā capi non potuit, vbi capta est bi-
remis prædicta, s. in portu castri Ianuensis. Clarū est. n. ꝙ
d. capitaneus extra suum territoriū vel districtum iurisdi-
ctionem non habuit. l. fi. ff. de iuris. om. iud. & l. cum quæ-
dam puella. eo. tit. cum vulg. Et minus ex prætallegato 8. c.
pacis antiquæ. Quoniam (si rectè inspiciatur) vult prius or
dine iudiciario procedi cōtra damnū inferentes alicui par
tium, quæ pacem inierunt, ponderando verba d. c. 8. ibi, ꝙ
procedi posit, & debeat cōtra tales, & si possint haberi, ꝙ
possunt corporaliter, et capitaliter puniri. Ecce ergo, ꝙ iu
dicij rela, primū agi cōuentum fuit. quod apertius patet ex
sequentibus verbis illius capituli ibi, & si haberi nō pos-
sint, banniantur, & hostes dictarū dominationū iudicen-
tur, ita ꝙ impunè possint offendi. Per quæ verba, ipsi etiā
cęco constat, ꝙ ad hoc ꝙ quis offendi possit propter dam
num datum, oportet ꝙ contra eum coram suo iudice cō-
petenti procedatur, si apprehendi posit, & si non posit ap
prehendi, oportet quòd prius per dictum suum iudicem
banniatur. quo facto ex d. c. 8. pacis (fateor) impune pote-
rit vbi libet repertus offendi.

In casu autē nostro prædicta omnia cessant. Quoniā re
gentes dictam biremem faciebant sui facultatem, & iudi-
cis aderat copia, qui se paratum offerebat reddere excelso
cōmuni Ianuæ sæped. vel eius capitaneis iustitiæ comple-
mentū. Et sic patet ꝙ ex. d. cap. pacis, non licuit prælecto
classis pędictę, & suis, biremem pędictam capere, & re-
gentes illā depredari, aliquot ex eis interfectis, præsertim
cum se non defenderent, sed offerrēt iudiciū subituros. Ita
cōcludit Bal. in terminis fortioribus in l. addictos. C. de epis.
audi. Bar. & doct. in l. si seruos. C. de his qui ad eccle. cōfug.
& Paris de Puteo in tract. syndic. in ver. familiaris.

Nec obstat, ꝙ suprà versicu. 1. dicebatur, quòd in deli-
ctis attenditur initium loci vnde accipitur fuga, & non lo
cus vbi se recepit ex fuga. Et hoc ratione liciti principij.
cum. n. habeamus in contrarium iuris regulam, quæ dictat
ꝙ nō potest vnus officialis in alieno territorio citare, nec
aliquē actū executiuū facere. cle. pastoralis. de re iudic. &
tex. in c. Romana. §. contrahentes. vbi Io. And. & Dec. de
offi. ord. li. 6. in tantū est fundata nobilis Gubernatoris in-
tentio, ꝙ dicto cōmuni Ianuæ dicenti casum hunc excipi
à dicta regula, incumbat onus probandi. vt est glo. ord. Io.
And. in rub. de reg. iur. li. 6. & not. Bar. in l. quoties. ff. qui sa

tisd. cog. & in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. cū si-
milibus, quæ allegat Fran. de Curte. consil. 72. ad princip.
dominus meus Philip. Decius in reg. 1. ver. 8. ff. de reg. iur.
& consi. 8. ad princip. vol. 1. & quæ scripsi in cons. 1. pro il
lustrib. fratribus Cardonæ, contra illustrē ducem eorum
fratrem. 4. dub. ver. 57. & infrà consi. 84. vers. 4.

Ad hoc facit l. qui sit fugitiuus. §. idem ait. ff. de ædilit.
edict. vbi fuit initiū licitū, attamen non trahitur ad dictū
initium. per quā legē disputādo tenuit Old. ꝙ huiusmodi
captura non teneret, & ita captus relaxari deberet. pro vt
eum refert & sequitur Io. And. in addi. ad Spe. tit. de accus.
§. quid si quis bannit'. in add. magna. in ver. elegāter Old r.
& c. in fi. Idem tenuit Bal. in l. requirēdi. ad fi. C. de ser. fug.
& in l. licuti. §. Arist. ff. si ser. vendi. Idē firmat Fulg. in d. l.
quis sit fugitiuus. A qua regula, tantorum virorum aucto-
ritatibus roborata, nō videtur esse recedendū in decisiuis.

Nec Bar. & alia iura, suprà allegata pro contrario, faciūt
contra hanc decisionē, vel ad casum nostrū. Iura etenim
prædicta, quib. mouetur Bar. loquūtur in terminis separa-
tis & rationē habētibus separatam, ꝙ tex. in d. §. quod ait
lex loquitur in tempore, quod continuatum, dicitur idem
tempus. Et dicitur eodē tempore fieri, licet diuersis horis
fiat. vt not. Bal. ex gl. ibi, in l. si quis eum. §. si suo. ff. de vol.
& pupil. & facit optimè l. lecta, ver. dicebam, & c. ff. si cer.
pet. & l. iurisg. §. quin. mō. ff. de pact. Ad propositū, ergo, si
lex dicit ꝙ patri liceat filiā interficere & adulterū tpe,
quo eos inuenit in actib. venereis. si ipse circa eorū occisio
nē cōtinuò versatus licet plures horas occupauerit in eadē
re priusquā occideret, merito cēsetur eodē tpe, quo illos
inuenit in adulterio occidisse. & sic verba legis verificant
in tpe quæ nō cadūt in loco. & per cōsequens dictū cōtra
rium ad casum nostrum nihil facit. Ad quod etiam dat plu
res alias responsiones & solutiones Philip. Cor. qui opi. ne
gatiuā tenet cōsi. 159. inc. licet in iure. per totū. vol. 2. † Prę
11 terea non constat, ꝙ dictā biremē regētes aliquod delictū
commiserint, aut piraticā prauitatē exercuerint in territo
rio, vel districtu dicti cōmunis Ianuæ, nec aliqui testiū so-
per illo deponunt. Vnde posito pro facto, quod de aliquo
delicto, ꝙ regentes biremem sæpedictam commisissent,
appareret, cū mare sit de iurisdictione propinquioris ciui
tatis vbi ipsum mare propinquius est. sic attribueretur ipsi
terræ, vel portui viciniori, vt not. Io. And. c. 2. de cōsti. li. 6.
Idem post gl. in c. vbi periculū. in vers. territorio. de elect.
eo. li. & Feli. omnino, & Moder. post Bal. in c. licet. Bar. &
alij in l. insulę. imò cum appareat eos captos in dicto portu
castri Ianuensis, est præsumendum pro iurisd. regia, de cu
ius territorio est dictus portus.

Similiter non est verum quod pro parte dicti cōmunis
allegatur, scilicet ꝙ ex quo regētes biremem fuerunt de-
prædati bona vassallorum dicti communis Ianuę, ꝙ frege
rūt pacem, quæ inter Cęsaream & Catholicam maiestatē
& commune Ianuæ fuerit icta. & sic ꝙ dictum cōmone
habebat contra huiusmodi homines manus iniectionē.
Dico enim ꝙ illud resistit de directo 8. cap. pacis pędict.
cui tantum innitūtur. in quo dicitur expresse, ꝙ per huius
modi delicta pax rumpi non censeatur. Et de iure in con-
uentionibus pacis & treugæ, fallit regula, frangenti fidem,
& c. Quoniā pacis & treugæ natura est, ꝙ licet ab vna par-
te rūpatur: alia pars nihilominus ad illarum obseruantiā
teneatur. Ita not. Felin. c. 3. ad fi. versi. Secūdus casus. extrà.
de iureiur. Idē c. 1. col. 2. versic. considera tamen. extrà. de
treuga & pace. qui ad hoc allegat multa. Idē etiā Soci. cōs.
90. nu. 12. colum. 3. vol. 3. & And. Barba. consil. 74. colum.
12 3 t. vers. præterea. & c. volu. 3. Et per hæc apparet, quòd di
ctum excelsum cōmune, seu capitaneus eius generalis in-
iuriose & sine causa violādo portum suæ maiestatis dictā
biremem cœperunt, & deprædati sunt: pro quo tenetur di
ctum commune Ianuæ. Nam est notum ꝙ vniuersitas di
citur illud facere, quod priores vel anciani, seu consiliarij
illius faciunt. vt not. Bal. in tit. de pace Constan. §. vniuersi
tatis, & Alexan. in l. aut facta. §. si. ff. de pœn. ita, ꝙ tenetur
pro deli-

pro delictis eorum. vt per eundẽ Alex. vbi suprà. & Fran.
de Aretio, in l. 1. municeps. ff. de acqui. poss. & not. Inn. in
c. dilectus. lo. 2. vbi etiam Fely. col. pe. ver. vltimò, in quan
tũ doct. ponunt. &c. extrà, de simo. Idem Fely. c. dilecti in
Christo. col. mihi 4. vers. quid autẽ de excõmunicatione.
13 extrà, de except. † De captura autem etiam violenta dictę
biremis cum rapinis & homicidijs, constat per testes rece
ptos per potestatem castri Ianuen. prædicti: quanuis ad in
stantiam dicti nobilis Gubernatoris recepti fuerint: pro-
bant, licet pars ad iuramentum illorum citata non fuerit.
Ita in terminis nostris Hosti. Io. And. in c. quoniam fre-
quenter. vbi etiam Fely. extrà, vt lite non contest. Not.
Abb. c. 2. colu. 14. extrà, de testi, & Ancha. cõs. 277. incip.
ex prædicta facti narratione. & consi. 430. Bar. expressius
in l. si quis. per illum tex. C. de naufrag. li. 10. & diffusè Cor
setus singularibus suis. in ver. testis. versi. 18. quod incipit
14 in locu vbi aliquis, &c. † Nec obstat dicto nobili Guber-
natori sententia siue res iudicata quã deducit dictum com
mune. Iudicium etenim prædictum corruit tam ratione
illegitimitatis personarum iudicantis, quàm litigantium.
Est enim clarum quòd dictum excelsum commune de di
cta captura biremis per eius capitaneum facta cognosce-
re non potuit: quia tenetur de dicta captura. vt versi. 22.
dicebatur. Et sic cognoscendo de dicta causa iudicauit in
causa propria. contra l. vnicã. C. ne quis in causa propria,
&c. & traditur plenè in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om
ni. iudi. Et quod per dictum excelsum commune respon-
dendo dicitur suprà, versi. 4. quod communitas quę supe-
riorẽ nõ recognoscit, & iura tenet Imperij, potest in cau-
sa propria iudicare: dicitur quod non sumus in casu dictæ
decisionis: quia constat ex processu quòd dictũ excelsum
commune Ianuæ tunc recognoscebat in superiorẽ Re-
gem Franciæ. Et posito pro ficto quod superiorem non
recognosceret, adhuc non potuisset in illa causa iudicare.
quia dictũ Bar. & docto. in l. & hoc liberius. ff. de hæred.
insti. & in l. proximè. ff. de his, quæ in testamento delẽtur.
& Cano. in c. per venerabilem. extrà, qui filij sint legi. dũ
illam conclusionẽ firmant. restringitur qñ talis causa esset
cũ dicta vniuersitate & subditis eius. aliàs autẽ secus. Quia
etiam qui superiorẽ non recognoscit, nõ potest in dicto ca
su iudicare in causa sua propria. Ita no. Hosti. & Io. And. in
c. nouit. extrà, de iudi. quam decisionem ad hoc ponderat
ibi Abb. Siculus. & sequitur Fran. de Aretio in l. est rece-
ptum. vbi etiam Alex. & dominus meus Iason colum. 2.
versi. Sed limita singulariter. ff. de iurisd. omn. iudi. & So-
ci. consil. 187. incip. in cõtrouersia, quæ vertitur. ad fi. ver
15 si. nec obstat, si dicatur, &c. volu. 1. † Nec prorogatur eorũ
iurisdictio per allegatum cap. 8. pacis veteris, prout elegan
ter & disertissime. respõdit dicti nobilis Gubernatoris ad
uocatus. Quoniam illud capitulum (super quo fundatur
secundum capitulum pacis) loquitur in damno dato per
vassallos Catholicarum maiestatum & dicti excelsi com-
munis. Nos autem sumus in casu in quo dictũ excelsum
commune damnum intulit, vt suprà. monstratum est. Et
sic ille casus tanquam omissus remansit in dispositione
iuris communis. vt not. Bal. in l. tale. §. fi. ff. de pact. Alex.
in l. si extraneus. & ibi Franciscus de Aretio. ff. de condi.
ob causam. Idem in l. 3. & in l. vt liberis, de colla. Soci. cõsi.
9. incip. prosequendo ordinem, &c. versiculo, tertio proba
tur. & seq. volu. 1. & cõsi. 44. incip. in præsentĩ. ad. fi. versi,
cum sit ergo maior. eo. volu.

Et minus operatur quoad effectũ contentorum in prę
allegato capit. secundo. scilicet ad impediendũ repræsalias.
Quoniam iudices per dictum excelsum commune in di
cta causa deputati ex prouisione expressa dicti capituli se
cundi debuerunt per dictum commune nominari infra
duos menses, infra quos docet instrumentum dictę no-
minationis in processu productum, non fuisse nomina-
tos. post quos etiam dictos duos menses nominari non po
tuerunt, vt per Bartol. in l. statuliberũm. §. stichum. ff. de
legat. 2. in l. si ea. C. qui accusa. non pos. & in l. acceptam.
quęst. 21. C. de vsur. & not. Cano. c. cum in tua. ext. qui
matri. accu. non pos. Similiter dicitur esse lata dicta senté-
tia extra tempora capitulationis pacis. Et sic ex illo capite
nulla est, etiã cessantibus obiectis suprà factis. Ita not. gl.
notabilis in l. properandũ. in gl. magna. in verb. triennij. C.
de iudicijs quę glo. licet nihil ad hoc allegat, Bar. tamen &
alij dictum ipsius confirmant per rationem, quæ cõtine-
tur in l. 2. ff. iudica. solui. vbi perempta instantia omnia acta
iudicij corruunt: sed sentẽtia sine libello, litis contestatio-
ne, & alijs actis iudiciarijs, est ipso iure nulla. l. prolatã. vbi
Bar. & alij. C. de senten. & interlo. omni iudi. ergo, &c.

Impugnatur etiam aliunde dicta sententia ex nullitate.
Quoniam nullus pro dicto nobili Gubernatore (saltem
legitimam personam habens) comparuit. Licet enim
Io. Coloma Gubernatoris nomine comparuisset, ex
quo tamen de illius mandato non constat in dicto pro-
cessu, non probatur pro huiusmodi comparitionem de-
fensio legitima. l. 1. C. mand. no. Cano. c. cum in iure peri-
tus. extrà, de offi. dele. & c. præterea. de dila. no. Alex. cõsi.
6. volu. 4. & Soci. consil. 68. incip. in causa, quę vertitur in
ter mercatores. colum. 3. versic. sed aduersarij, &c. volu. 3.
16 † Superest autem adhuc scrupulus, in quo dicti excelsi cõ-
munis iurisperiti multum insistunt, & negant represalias
petitas per dictum nobilem Gubernatorem concedi pos
se, cum illis resistat, vt dicunt, iuris communis dispositio:
&. 2. & 3. capitulũ pacis nouæ, suprà allegat. Quæ tamen
represalias petitas, & suo casu concessas, non impedire pa
làm est. Et in primis considero, quod non sumus in puris
terminis prohibitionis repræsaliarum. Illę etenim tanquã
odiosæ, ideò regulariter prohibentur, quòd vnus pro alio
non debeat puniri. vt per Bartol. in suo tract. represaliorũ
ad princip. not. Doctor. in l. cum te. 1. & 2. & in authen. ibi
posita. C. ne vxor pro marito. & in auth. vt non fiant pi-
gnor. collat. 5. & not. Abb. c. qm ad princip. extr. de offic.
ordi. & Bolog. cõsi. 20. vbi late prosequitur hanc materiã
repræsaliarũ. Idrò possumus dicere, ꝙ cũ dictũ excelsum
cũmune Ianuẽse deliquerit. pro quo delicto tenẽtur etiã
singulares, vt suprà dicebatur. sequitur quòd specialis cau-
sa prohibitionis represaliarũ cessat in casu nostro. Sunt &
alia requisita ad hoc ꝙ repræsaliæ odiosæ concessæ miti-
gantur. per ea, quæ not. Doctor. in l. ne quid. ff. de incen.
ruina. naufra. & in alius. §. bellissime. ff. quod vi. aut clam.
& Cano. in c. 1. extrà, de iniur. & damno dato. & Bolog.
expresse in addi. ad Io. de Ana. consil. 94. ad fin. & præall.
consilio suo 20.

Sed fingamus nos esse in terminis in quibus debeant
seruari dicta requisita. Obijcitur parte dicti communis
ad effectum impediendi repræsalias, quòd dilata vel dene
gata non fuerit dicto Gubernatori iustitia per dictum cõ
mune quod est vnum de requisitis ad hoc quod concedi
possint. vt concludit apertè Bartol. tract. repræsaliarum.
quæst. 2. principali. in 1. quæst. & quòd post dictam dene-
gationem sequantur literę iudicis damnum passi, commi
natoriæ, vt per Ioan. Andr. in reg. non debet aliquis. libro
6. in Mercurial. Sed cum dictus nobilis Gubernator non
petierit iustitiam coram dicto communi Ianuæ, vel iudi
cibus per eum assignatis, videtur quòd nõ possit ad repræ
saliarum odiosum remedium cõfugere, per iura pręalleg.
& c. dominus noster. 2 5. q. 2. Quod autem nõ petierit, vel
ex eo constat, ꝙ dictus nobilis Gubernator negat se man-
datũ dedisse Io. Coloma, qui Ianuæ nomine ipsius egit.

Sed prædicta non obstãt. Licet enim dicatur, quod iu-
stitia per dictum commune Ianuæ denegata non fuerit, &
sic concedi nõ debeant repræsaliæ. c. cũ cessante, extrà, de
appellat. & in iuribus præallegatis. Attamen respondendo
dico post Ioan. de Ana. præalleg. cõsilio. 94. incip. visis &
ponderatis his, &c. vbi etiam Bolog. quod satis potest dici
iustitia denegata, cnam ad effectum obtinẽdi repræsalias,
eo ipso quod derobatus, & spoliatus, ante omnia non re-
stituit, prout debebat. iuxta c. reintegrãda. 1. & 2. 3. quęst.
1. vel quando facta nõ fuit per dictum commune iudicis

neutralis

neutralis electio, qui super hoc cognoscere deberet. Alleg. tractat. represaliarum. quæst. a. principali. colum. 2. Si enim præsumatur semper, quòd forensis tutè nõ litigat cũ ciue, in ciuitate sua propria, secundũ Barto. & Bolog. vbi suprà. Ita quòd dominus, vel ciuitas, volens quòd non obstantibus alterius iudices literis ibi litiget, dicitur iustitiam denegare: ita quòd repræsaliæ concedi possint. vt ibi dicunt. & not. Salicetus omnino post. Cyn. in authen. habita. C. ne filius pro patre. & Doctor. in c. olim. extrà, de restitut. spoliat. Certè multò magis habet locum in terminis nostris decisio prædicta. cùm hęc causa totam communitatem respiciat, vt prædixi.

Non obstat dicti Gubernatoris cõfessio super 24. articulorũ dicti excelsi cõis Ianuæ, per quam (vt est dictum) Gubernator negat se dedisse mandatum dicto Coloma. Quandoquidem dictus nobilis Gubernator non negat indistinctè mandatum, sed solùm mandatum dedisse dicto Coloma ad litigandum coram dicto officio maris: ꝙ etiam deducit in hoc processu. Quinimo etiam si cessaret mandatum, saltem apparet ꝙ ipsi processerunt post contentionem factam super ipso mandato. & sic quantum est ad sępedictum commune Ianuæ, perinde est ac si legitimam personam habuisset ipse Coloma. & quoad denegationem & dilationem sufficit. vt per dominum meũ Iacobinum de Sancto Georgio, in l. licet. ad fin. C. de procurat, & in l. non ideò minus. eodem titulo. idem Bald. in l. falsus. versiculo, venio ad quartũ. C. de furt. & no. Specu. tit. de rescript. præsenta. §. 2. ver. quid si dico.

Ex quibus aliisque, quæ possunt ex his elici, concludo sæpedicti nobilis Gubernatoris petitionem & Regiam præmentionatam sententiam optimis iuris & æquitatis fundamentis esse fulcitas, & supra firmam petram fundatas. & sic in iudicio supplicationis debere pronunciari, dictam sententiam Regiam confirmando. Ita vt est dictum & conclusum suprà, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonę 1525. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

S V M M A R I V M.

1 *Conclusio libelli demonstrat qualitatẽ actionis intentatæ, quãuis alia narrẽtur & deducãtur in libello.*

2 *Beneficium l. fi. C. de edicto diui Adri. toll. locum non habet in hærede ab intestato, sed solum in hærede testamentario, contra Bal.*

Interdictum, quorum bonorum quando concurrat & cumuletur cum interdicto adipiscendæ.

3 *Feudalibus in Catalonia secundũ leges patriæ non succedunt plures filij vassalli simul, sed pater gratificari potest cui illorum velit, & eo non gratificante regia serenitas.*

4 *Pertinẽtiarum appellatione quid veniat. & quòd sunt accessoria, & regulantur à suo principali.*

5 *Castro vel alicui villæ si adijciantur aliqua loca, dicuntur esse de illo, & possidentur tanquam incorporata illi castro, vel villæ.*

6 *Feudalia præsumuntur esse omnia illa quæ sunt in territorio castri vel loci feudalis.*

Reditus annui secundum leges regni Aragonum inter mobilia computantur, præsertim quando sunt venditi cum pacto luendi, vel redimendi. & infra consil. 67. numer. 5. & quid de iure communi. ibidem.

7 *Consuetudo loci contractus est attendenda inter contrahentes matrimonium, etiam quo ad bona alibi sita, & in d. consi. 67 nu. 3.*

8 *Vxor si lucretur ex dispositione statuti dimidiam acquisitorum, locum habebit etiam in bonis feudalibus, quando illa sunt redacta instar allodialium. ita quod vendi possunt, aut alienari.*

9 *Remedia plura, vel iura si competant alicui, licet renunciauerit vni illorum, non prohibetur alia prosequi.*

10 *Reseruatio licet ius nouum non conferat. attamen operatur quòd verificatis reseruatis, dispositio, vel renunciatio ad illa se non extendat.*

11 *Motu proprio non præsumitur cõcessisse princeps gratiã, vel priuilegiũ, nisi cõcedat ob remunerationẽ benemeritorũ.*

12 *Ablatiui absoluti quamuis prolati in testamẽto conditionem faciant & disponant, quando proferuntur ab eis, qui disponendi facultatem habent, in rescriptis tamen secus.*

CONSILIVM. LXVI.

VIsis puncto, & facti cõtingentia, & eleganti consilio quod clarissimus in vtraque censura do. Petrus Ioãnes Costa mihi tanquam pater venerandus reddidit, qui mirum in modum pro suo more dubia & hæsitationes quæ nascuntur ex themate, ita decidit & enucleauit, vt melius, vtilius, accommodatiusve nihil adduci potuisset. & omnibus quæ in puncto adducuntur solenni animaduersione discussis, idem videtur per omnia dicendum & resoluendum, prout in præfato cõsilio deciditur. Sed quia maiores nostri illud vnunquenque scire arbitrati sunt, quod optimis rationibus demonstrasset, pauca hæc in medium afferam, quibus me in præfati magnifici domini consultoris
1 opinionem non iniuria condescendisse monstrabo. †Et quoad casum hunc clarum est, quod iudicium quo agunt nobiles Guilelmus, & Ioannes de Peralta, contra magnificum Benedictum etiam de Peralta fratrem eorum, est possessorium. Ex medio enim concludendi qualitas actionis intentatæ demonstratur, vt per Bartol. in l. certi conditio. in princip. ff. si cert. pet. & in l. si prius. n. 5. appositione secũdæ partis. ff. de no. ope. nuntia. & fa. tex. in l. nõ debet. in fi. ff. de do. & cap. literæ. vbi dominus Ant. extrà, de dila. Et licet in principio querelæ in curia vicarij Barchinon. præsentatæ, & quã in audientia Regia, vbi fuit postea dicta causa euocata, loco libelli produxerunt dicti fratres, narratum sit etiam illud quod videtur proprietatem respicere, dum dicunt, quod castrum, termini, & quadræ, super quibus est contentio, fuerunt per quandam sententiam arbitrariã, cuius ibi meminerũt, adiudicata ęqualiter ipsis actoribus, & reo, saluo in eis vsufructu eorum matri, vita eius durante. Ita quod dicta eorum matre decedente restabat eis saltem actualis dicti castri & pertinentiarum eius, possessio intranda seu continuanda, (& aliàs prout ibi latius.) Attamen ex tali narratione proprietatis conclusio facta in possessorio nõ alteratur, vt dicunt Antonius de Butrio. & Abb. per illum textum in c. sp. ex parte. extrà, de foro compet. & capit. fina. extrà, de iudic. notat Baldus in l. domũ. C. de rei vendi. Paul. de Cast. consilio sexto. incip. In causa, quæ vertitur, & c. columna secunda. Quod vel ex eo colligitur apertius, quod in calce dicti libelli protestantur, quod per dictam eorum petitionem non intendunt præiudicare iure sibi competenti in dicto castro & pertinentijs illius. Et aliunde, quod dicti fratres priori actioni, qua petitorium cum possessorio deducebant, renonciauerunt, teste processu. Et sic clarum est, quod hic de solo possessorio agitur. Quod etiã prouisio magnifici regij consiliarij, cuius relationi causa cõmissa fuerant, facta 30. octobris, 1523. demonstrat. qui ponderans naturam, conditiones & qualitates causę & agẽtium, dat breues dilationes, cuiusmodi solent in summarijs iudicij concedi.

Similiter considero, quod licet secundum opinionem communem. possint duo possessoria iudicia simul & eodem tempore concurrere & cumulari, vt notat Bald. in l. Incerti. in repeti. quęst. 12. C. de interd. Moder. in l. naturaliter. §. nihil commune. post. Bartol. in 8. combinatione. ff. de acquir. possess. excluso tamen possessorio recuperandæ, quod volunt cum alijs accumulari non posse, ratione contrarietatis. & ita restringunt. Bal. præallegatum. Et ex actorum petitione prima frõte videatur, quod intentant possessorium recuperandæ, per illa verba libelli eorundẽ,

restat

restat actualis possessio, dictis Guliemo.& Ioannoto, fra-
tribus, intranda seu continuanda. Attamen clarum est, q
in hoc iudicio solum deducunt possessoriũ adipiscendæ.
Sine quia dicti fratres non dicunt hic se possidere dicta bo
na contentiosa: quod tamen in dicto interdicto erat neces
se, vt per Doct. in d. §. nihil commune. & per Paul. de Ca
str. in l. si de vi. ff. de iudic. Et maxime quia conclusio libel
li agentium, dum petunt se mitti in possessionem dicti ca
stri, pertinentiarum omnium, pro portionibus hæredita-
rijs, demonstrat dicta iudicia non fuisse intentata: sed pos-
2 sessorium solum adipiscendæ, per ea, quæ suprà dixi. †Pre
supposito itaque quod actores sæpedicti solum remediũ
possessorium adipiscendæ intentent: quoniam etiam si pa
tri ab intestato succederent, si petitorium deducerent, in
tentarent actionem petitionis hæreditatis. vt per Docto-
res in rubrica, & in l. secunda. C. quorum bonorũ. In pos-
sessorio autem, quia bonorũ paternorum possessio de iu-
re communi in filios non cõtinuatur, per l. qui vniuersas.
§. quod per colonũ. & glo. & Doctor. in l. cum hæredes.
ff. de acquirenda hæreditate. & iuris communis disposi-
tioni adsistũt cõstitutiones, siue iura patriæ. Ideo in huius
possessorij adipiscendæ subsidium & auxilium, inter alia
magis priuilegiata remedia adinuenerũt in fauorem here
dum huiusmodi beneficium. l. fin. C. de edicto diui Adria
ni tollend. Quod tamen in terminis in quibus sumus acto
ribus his nõ competit, quicquid voluerit Baldus in dicta
l. fi. in tertia quæstione. Quandoquidẽ illud solum habet
locum in hæredibus aut successoribus ex testamento suc
cedentibus, & non his qui veniunt ab intestato, secundum
communem opinionem, prout illã esse attestatur domi-
nus meus Iason ibi, columna decima. versiculo, an autem
venientes ab intestato. vbi refert ita tenere Cynum. quæ
stione 3. & 4. Salic. Fulgo. & Alexand. ibidem, qui multas
ad hoc allegat concordantes. Quam opinionem tenuit
idem Bal. ubi ipsi contrarius in cap. 1. de contro. inter ma
sculum & fœminam de beneficio. in vsibus feud.

Similiter dominis agentibus prędictis nõ competit in-
terdictum, quorum bonorũ, quod etiam est adipiscendæ:
prout abunde resoluẽdo comprobat dominus consultor
prædictus, qui loquitur in directo, quod soli bonorum
possessori de iure prætorio datur. l. s. ff. quorum bonorũ.
& voluit glossa in rubrica. C. eodem. & vtrobique Docto
res Canonistæ notant in capitulo pastoralis. extrà, de cau
sa possessionis & proprietatis. & ibi Panormitanus, colũ-
na tertia versi. quæro hic in textu, &c. enumerat interdi-
ctum adipiscendæ, secutus Speculatorem eodẽ titulo, de
causa possessionis & proprietatis. §. 1. & sic cum domino
consultore prædicto concurro, dũ resoluit dictos domi-
nos actores malè intentasse possessoriũ hoc adipiscendę:
quamuis facere videatur pro eis, l. 2. C. quorum bonorum.
3 †Præsupposito autem (citra veri præiudicium) quòd po-
tuerint actores præfati hoc iudicium possessorium inten
tare, clarum est quod debent ab eorum petitione succum
bere dum petunt se mitti in possessionem dicti castri &
pertinentiarum omnium pro hæreditarijs portionibus tã
in vim successionis ab intestato, quã executionis arbitra-
lis sententię prędictæ. Quoad enim castrum, res est sine
scrupulo. Quoniam secundum constitutionis Cataloniæ,
vsaticos Barchinonæ, & cõmemorationes Petri Albertit
dominus Rex tanquam princeps Catalonię dicto magni
fico Benedicto gratificari potuit, assignando eidem ca-
strum illud, quod de eiusdem feudo mouebatur, cum suis
dependentijs, inquantum feudalia essent, vt latè doctores
practici notant in vsatico, si à Vicecomitibus. & alibi per
dictum magnificum dominum consultorem relati. Qui-
nimo licet pater dominorum agentium, & etiam rei plu
res relinqueret filios, attamẽ nõ poterant omnes, sed nec
duo ex illis succedere in dicto feudo, ita quod si pater eo-
rum testatus fuisset, poterat gratificando relinquere dictũ
feudum, cui ex filijs suis voluisset. Et cũ mortuus fuerit
ab intestato (vt vtraq; pars attestatur) dominus Rex suc-
cessit dicto patri vassallo suo In iure eligendi siue gratifi-
candi vni dictorum filiorum feudum prædictum. Ideò
etiam si sua maiestas non gratificasset in dicto feudo præ
fato domino Benedicto, attamen adhuc non procederet
actorum petitio, quoad dictum castrũ & bona feudalia,
scilicet quod mittantur in possessionẽ illius, &c. pro por-
tionibus hæreditarijs, cum pater eorum plures in illo feu
do (vt prædixi) non potuerit hęredes habere. & multo
minus post gratificationem factam. quia vt volunt Do-
ctores practici in dicto vsatico, si à Vicecomitibus. post
gloss. ibi, ille qui electus est à Rege (prout in casu nostro
dominus consulens reus) habet dictum feudum non ex fa
cto paterno, sed solum ex domini facto. quod etiã voluit
Iacob. de Vallesicca in vsatico, si contradixerit. & in vsati-
co, si quis suum feudum. super verbo, alienauerit. quæstio-
ne 27. 30. & sequentibus. & in constitutione Regis Petri
tertij in curia Ceruatię edita. capitulo tertio. incipiente,
4 itẽ ne super laudimio. †Quoad verò dicti castri pertinen-
tias idem iuris est, si datæ fuerint in feudum, quod de ipso
castro. quoniã etiam in illis locum habet gratificatio prę-
dicta. Si autem quædam ex illis sint allodiales, adhuc illæ
tanquã accessoriæ à suo principali regulantur. l. fina. & ibi
Bartol. C. per quas personas nobis acquiratur. not. Card. in
cle. secunda. de præbendis. & omnino Felyn. in capit. cũ
M. Ferrariensis. columna nona. extrà, de cõstitutionibus.
& si illę pertinẽtiæ non fuerint petitæ vt accessorię ad di
ctum castrum, illæ saltem accumulatiuè petitæ fuerunt:
quoniam petierunt mitti in possessionem dicti castri, &
pertinentiarum omnium. Si enim ponderemus dictionẽ,
&, quæ est augmentatiua. l. ea tamen adiectio. ff. de legat.
3. & verbũ, omnium. quod postea sequitur, quod est ver-
bũ vniuersale, de peni. distinct. 3. c. nemo põt. Et est text.
iunctis his quæ notat Archi. et Io. Andr. c. si beneficia. de
præbend. libro 6. videntur cum petitione possessionis di-
cti castri, etiam petijsse possessionem pertinentiarum il-
lius. Quoniam extra castrum non possunt dici pertinen-
tiæ aliquæ, per ea quæ not. Inno. in cap. cum ad sedem. ex
trà, de rest. spo. vbi dicit, quod pertinẽtiæ dicũtur ea, quæ
petuntur tanquam accessoria. & not. Archid. Anchar. &
alij, in cap. vbi periculum. §. porro. de elect. lib. 6. & not.
Spec. in tit. de relig. do. versic. illud autem notandum. &
versi. sed quis recte, & ver. quid si petat ciuitas &c. de quo
per Card. consi. 47. Soc. consi. 47. post princ. vol. 1. & cons.
187. & 211. volu. 2. & dominus meus Philippus Decius,
consi. 47. in princ. vol. 1. Videamus ergo, quid in casu no-
stro petunt actores prędicti, petentes mitti in possessionẽ
pertinentiarum dicti castri. quia de castro iam sumus ex-
pediti. Et breuiter Panorm. & alij, in dicto capit. cum ad
sedem. post Innoc. dicit, quod appellatione pertinentiarũ
veniant (vt prędixi) ea quæ à statuto, consuetudine, vel le
ge, deputata sunt vt accedant, non autem ea, quæ speciali
iure sunt acquisita, vt in exemplis, quę ponunt. Et sic si
petitur castrum cum pertinentijs eius, non veniunt illa,
quæ possidebat eorũ pater etiam in territorio & termino
dicti castri, si tenebat illa alio titulo, quam vt dominus di-
cti castri. Ita præter suprà allegatos Doct. resoluit abun-
de Alexan. in l. 3. in principio. ff. de acquirẽda possessione.
& dominus meus Iason in l. beneficium columna secun-
da. versiculo, iuxta prædicta, &c. vbi etiã Alberic. de Ro-
sate, & Bald. cap. de constit. Princip. & sic in casu nostro,
nomine pertinentiarum, quas petunt domini agentes, pos
set venire territorium, & iurisdictio. l. 1. §. cũ vrbem. ff. de
offic. præfecti vrbis. & Baldus in sua Margarita. in ver. li-
bellus. versic. 16. & alia, quę (vt prædixi) à lege, vel statuto
vel cõsuetudine deputata sunt vt accedant. Ita loquuntur
præallegati Doctor. Idẽ not. Inno. in cap. ex literis. extrà,
de iure patron. Practicus Papien. in suis libellis, in libello
rei vendicã. in ver. cum pertinentijs. Cald. consil. 6. in tit.
de verborum significationibus. incip. pertinẽtiæ. Soci. di
cto consilio quadragesimoseptimo. incip. cõsilijs nostris,
&c. volumine 2. Et certe in dictis iurisdictione, & territo

rio, & alijs

rio,& alijs pertinentijs allegatis, ex quo sunt incorporeæ,
videtur quòd impropriè petunt dictam missionẽ in pos-
sessionem.pro vt est gloss.not.quæ ad hoc concordantes
allegat in l.possideri.vbi etiam moderni post antiquos. ff.
de acquirenda possessione.& glossa in l.regulariter.ff.de pe
tit.hæred.& dominus meus Iasan l.1.in principio.ff.de ac
quirenda possessione.Et sic apparet,quòd verba dictæ pe
titionis referuntur solum ad dictum castrum & pertinen
tias illius. Et quamuis dicti domini agentes in sua petitio-
ne de quibusdã quadris,& iuribus faciant mentionẽ: cum
tamen(vt prædixi)conclusio libelli debeat inspici, sequi-
tur quòd pertinentiæ dicti,castri, inquantum sunt feudũ,
malè petuntur. Aliæ verò,quæ sunt allodium,tanquam ac
cessoria dicti castri naturæ accedunt,vt suprà dicebamus.
5 † Et si quasdã quadras superadditas fuisse dicto castro per
dominorum litigantium patrem & matrem dicamus,il-
læ si possessæ fuerunt per eorum patrem,tanquam per do-
minum dicti castri,& tanquam incorporatæ Baroniæ di-
cti castri,certè Baldus in ca. Imperialem.§.præterea duca
tus.de prohibita feudi alien.per Feder.quem ibi commu-
niter cæteri feudistæ sequuntur, docet illas regulari debe
re secundum naturam dicti castri & Baroniæ.Refert & se
quitur dominus meus Iacobinus de sancto Georgio in
tractatu feud.in gloss.in ver.Marchio.col.2.versiculo,sed
quid si Marchioni cõcedantur noua castra,per tex.in l.in-
ter socerum.§. cum inter patrẽ.ff.de pactis dotalibus. Ita
notat Franciscus de Curte,consil.56.versic.3.adducimus.
Guido Papæ in quæstione Delphinalium decisionum
265.& Socinus consi.129. ad principium.vol.1.& consil.
6 288.col.4.versi.sed ad præmissa,&c.vol.2.† Sed dubium
restare videtur,quæ bona dicantur feudalia,& quę allodia
lia.Breuiter dico,quòd licet in dubio bona potius esse prę
sumuntur allodialia, quam feudalia:cum sit feudum spe-
cies seruitutis,quæ non præsumuntur,vt probatur in capi
tulo.1.de contru.inter masc.& fœm.de beneficijs. cum si
milibus,quæ allegat Alexander consilio. 129. ponderatis
his,&c.vol.1.attamen cum castrum & eius terminus sint
feudalia,omnia quæ sunt in huiusmodi termino prę sumũ
tur esse feudalia.Ita notat remissiuè dominus meus Iason
in præludijs feudorum dominus meus Iacobinus,vbi su-
prà,in gl.in ver. dictiq; vassalli promiserunt recognosce-
se,&c.& in commemorationibus Petri Alberti, comme
moratione 29.incipiente,si Castillanus,&c.

Sed fingamus non procedere supradicta: videamus er-
go quomodo fundent eorum intentionem,qua dicunt suc
cessisse in bonis eorum patris pro ęqualibus portionibus,
cum dicto domino Benedicto fratre eorum.Certè ex fo-
ris & obseruantijs Regni Aragonum per dictos actores
productis, apparet quod magnifica eorum mater domi-
na Gracia in dicto castro & quadris,alijsq; bonis immobi
libus,siue sedẽtibus, (quoniam de bonis mobilibus in qui
bus reditus annui, & pensiones censualium,ex foris & ob
seruantijs prædictis annumerãtur,facta fuit ipsi matri per
dictos actores diffinitio, teste processu in ampla forma)
lucrata fuit seu acquisiuit dimidium omnium illorum,tan
quam bonorum, quæ fuerunt acquisita constante matri-
monio ipsius & Gulielmi de Perlata eius mariti. Cui qui-
dem dominæ Graciæ actorum & rei prædictorum matri
communi ex titulo donationis,cum successerit, etiam tã-
quam hæredi, quondam Caterinæ sororis dictarum par-
tium, cuius testamento hæres erat dicta domina Gracia
mater. Et sic dictus dominus Benedictus successit ex di-
cto titulo in ius & nomen ac portionem, quæ dictam Ca
terinam contingebat,in bonis & successione dicti eorum
patris.Et sic in dimidia parte dictorum castrorum,& qua-
drarum,ac aliorum immobilium Bonorum,quæ durante
eorum matrimonio, fuerunt acquisita:cum dicta domina
Gracia,mater ambarum partium,in alia dimidia successit:
& in eadem ex donationis prædictæ titulo,sæpedictus do
minus Benedictus:& in alia dimidia,quæ ad dictum pa-
trem eorum deuoluenda erat : cum dictus dominus Be-
nedictus ex sua,& dictę dominæ Caterinæ personis con-
currat cum dictis dominis agentibus in numero & æqua
litate personarum. Reliquit etenim dicta quondam Gu-
lielmus eorum pater moriens solum dominum Benedi-
ctum & dominos actores, & dictam Caterinam, & non
plures filios. Dicendum est, quòd sæpedicti actores succe
dunt duntaxat in omnibus bonis dictorum patris & ma-
tris eorum (loquor in his in quibus successio locũ habet)
in duabus portionibus ex octo:& in alijs sex,d.dom. Be-
7 nedictus.† Nec obstat, ꝙ d. capitula matrimonialia cele-
brata fuerunt in Aragonia:bona verò contentiosa in prin
cipatu Cataloniæ sunt situata, vbi diuerso longè iure viui
tur.Etenim si in his,& in matrimonio præsertim attenda
mus consuetudinem loci contractus,vt not.abundè Fely.
post.Io.And.in c.1.ext.de sponsal. per l.si fundus.ff.de eui
ctio.de quo per doct.in l.cunctos populos.vbi Bar.colũ.5.
versiculo,& primò quæro,&c.C.de summa trinit.Præser
tim quia tempore contracti matrimonij prædicti præfa-
tus quondam Gulielmus habitabat in Aragonia:imò etiã,
vt mihi præsupponitur, tempore acquisitionis dictorum
bonorum contentiosorum, in quo tamen non facio ma-
gnam vim, si tamen tempore contracti matrimonij præ-
dicti erat incola dicti Regni sępedictus Gulielmus. & sic
indubiè seruanda est d. Aragonum Regni lex & consue-
tudo, vbicunque fuerint situata bona per dictos coniuges
acquisita.vt notat Bartolus.in leg.quidam.§.ijdem rescri-
pserunt.ff.ad municip. & dominus meus Lancellot. De-
cius,post doct.in l.exigere.ff.de iudic.not. Bal.consi.343.
versi.modò quæritur.col.3.& consil.412.col.3. versi.ter-
tius articulus.vol.3.Idem consil.322.volum.4.& Ioan.de
Imo.consi.64.ad fi.versi.sed circa prædicta,&c.† Simili-
8 ter non obstat,ꝙ dictum castrum & pertinentiæ illius,&
magna pars aliorum bonorum acquisitorũ sint feudalia,
quoniam ex quo in Catalunia instar allodialium sunt re-
dacta,ita quòd vendi possint & alienari, etiã in minus ho-
norabiles. vt in commemora. Petri Alber. commemo.6.
incip.est consuetudo Cataloniæ, quòd si venditor. & no.
doct.in vsatic.48.inc.omnes homines.& in vsatic. 69.inc.
item statuerunt,&c.Et experientia facti magistra docet lu
crum quod d.dominæ Graciæ ex foris & obseruantijs d.
Aragonum regni defertur in dimidio acquisitorum, locũ
etiam habere in bonis feudalibus, ex quo natura feudi nõ
repugnat, licet secus esset vbi natura feudi mutata non es-
set. vt not.Bal.in c.1.ver.quæro,an cõsuetudo.de prohib.
feudi alie.per Feder.& Baptista de S.Blasio,in differentijs,
post lecturã Aluar.in tract.feud.diffe.93.& ita limitat do-
minus compatriota & commilito meus dominus Bartho
lo.de Challenay, in suo consuetudinario Burgun. in titu.
de iure dotium.§.3.in gl.in ver.& acquestibus.vers.limita
istam conclusionem, &c. ea ratione, quòd, feuda in Bur-
gundia(pro vt fermè sunt in toto regno Franciæ)redacta
sint instar allodialium,vt scripsit Io.Fab. practicus & can-
cellarius Franciæ,in auctent.ingressi.C.de sacrosanct.eccl.
& in §.item seruiana. insti. de actio.& Guido Pap.in deci
sio.Delph.q.59. inci. secundum vsus feudorum,&c.& q.
297.incipiente,constitutiones feudales,&c.Et sic cum di-
cti Gulielmus & Ioannes agant contra magnificum eorũ
fratrem, petendo quòd mittantur in possessionem bono-
rum paternorũ pro hęreditarijs portionibus,nulliter agũt,
siue quoad feudalia bona & eorum pertinentias,siue quia
his cessantibus, nõ haberẽt nisi duos vncias duntaxat,aut
portiones ex octo partib⁹, vel vncijs,pro vt suprà dicebã.

Nec obstat forus Aragonum, de quo faciunt magnum
fundamentum actores prædicti,quo refragante,dicunt di
ctam Catarinam testari non potuisse de bonis quæ indiui
sa erant.Licet enim fori & obseruantię dicti Regni,quoad
lucra materna, & ea quæ inter coniuges inibi contrahen-
tes obueniunt(vt suprà dicebamus attendantur, Attamẽ,
ipsa filia,quæ diu ante conditi testamenti diem & tempus
domicilium mutauerat in Catalonia, vbi legibus alijs
utuntur,quoad bona sita in Catalonia,testari nõ prohibe-
batur

batur dicta Caterina, etiã quoad illa quæ in Aragonia exi-
stunt, conueiro cum magnifico domino consultore præ-
9 dicto.† Nec etiam obstat, ꝙ d.do. Benedicto adiudicatum
fuit duntaxat de bonis paternis, quantum vni dominorũ
actorum: & per consequens videtur, ꝙ in illis bonis ha-
bere non possit partẽ d. Caterinæ sororis suæ. Dico enim
quòd super illa parte, vel portione arbitri declarare nõ po
tuerunt, super qua non fuerat per d.do. Benedictũ in eos-
dem compromissum. iura sunt vulg. quæ etiam suprà, cõs.
51. vers. 2. ad plenum deduxi. Et renuntiatio seu diffinitio
per d.do. Benedictum facta, regulanda est per compromis
sum. l. emptor. §. Lucius. & ibi doct. ff. de pact. Itaq; is cui
plura iura & remedia competunt, renuntiando vni, non
præiudicat sibi in alijs. l. si seruo meo. ff. de le. 1. l. si seruus.
& vtrobique doct. ff. de serui. vrba. præd. & ca. ex tuarum.
extra, de aucto. & vsu Pallij. Renuntiationis etenim natu-
ra est, quòd restringatur. vt per Soci. abundè, qui multa ac
cumulat consi. 96. col. 6. versi. 8. &c. vsque ad fi. vol. 1. & in
terminis nostris ita tenuit idem Soci. consi. 3. col. 9. versic.
10 Item patet ex verbis, &c. eod. vol. 1.† Similiter etiã si præ-
dicta non procederent(pro vt tamen faciunt) esset nihilo
minus adhuc tutus dictus magnificus domin' Benedictus,
per clausulam illam arbitralis sententiæ, qua reseruant di-
ctis fratribus ius quod habet in dicto castro, & in alijs bo-
nis in dicta clausula designatis. Quæ quidem reseruatio li
cet ius nouum non conferat. l. filiam in potestate. & ibi Al
beric. & doct. ff. de auro & arg. lega. operatur tamen vt illis
iuribus verificatis, dispositio illa, vel renuntiatio, ad illa re
seruata se non extendat. vt in simili not. Ang. & Ioannes
de Imo. post Bar. in l. ille. §. si de testamento. versi. quæro,
quid operatur, &c. ff. ad Trebell. notat Alex. in l. præter. ff.
de dam. infecto. ad princip. de quo latius dixi suprà cõs. 51.
versi. 5. & consi. 22. versi. 34. & aliquid consi. 57. post prin
cipium. Et sic in terminis nostris non dico, quòd arbitri
per dictam reseruationem cõcesserunt ius dicto domino
Benedicto pro portione dictę Catherinæ: sed si ꝓ illa ius
competebat eidẽ in bonis paternis, super illo iure, vel por
tione non declarauerunt. Sed ad hoc quòd possit dictæ re
seruationi inniti, oportet quòd monstret sibi & dictæ Ca
terinæ, à qua ius habet et causam competijsse ius aliquod,
quod facit, filiationem ostendendo, & quòd patri superui-
xerit dicta Caterina patremq; decessisse intestatum. Quo
niam probatis his, apparet eius successio fundata in bonis
de quibus pater disponere potuit, per l. maximum vitium
cum sua materia. C. de libe. præteri. cũ similib. Et ex præ-
dictis apparet, quod petitio actorum dum se fundant su-
per hæreditate paterna pro portionibus hæreditarijs, vi-
gore dictę arbitralis sententiæ. nedũ non fundatur aut ro-
boratur: verumetiam dignoscitur esse falsa, dum dicunt, ꝙ
per dictã arbitralẽ sententiam bona paterna fuerunt æqua
liter adiudicata Benedicto & Gulielmo, ac Ioanni, fratri
bus: quòd ipsa sententia, etiã si sensum illius extrahere vel
lemus per capillos(vt dicunt) non admittit. Et per conse-
quens apparet nuliter intentasse dictos fratres possesso-
rium hoc iudicium, quo agunt, petẽtes se mitti in bonorũ
paternorum possessionem pro hæreditarijs portionibus,
cum eorũ fratre, tam per successionem ab intestato, quã
in vim arbitralis sententiæ sæpedictæ: quodq́ue ex vtroq;
capite repelluntur ab agendo pro vt agunt, vt suprà mon-
11 straui.† Ad priuilegium autem gratificationis datũ, vel cõ
cessum per bon. memoriæ Regem Ferdinandũ, quod da-
tum fuit in villa Vallisoleti 1509. & per Cæsariam & Ca-
tholicam maiestatem confirmatum, quod impugnant di-
cti actores, satisfecit eorum obiectis abundè magnificus
consultor sępedictus, cui per rationes & iura quæ adducit
in omnibus consentio. Addens ad corroborationẽ respon
sionum per eum factarum, ad contrarium dictorum fra-
trum dicentium, quòd prima gratificatio cõcessa fuerit ad
petitionem dicti domini Benedicti, licet verum sit, quòd
princeps in dubio nõ præsumitur aliquid cõcedere motu
proprio, sed ad partis postulationẽ. c. si motu proprio. de
præb. li. 6. no. Bar. & alij. in l. 3. in prin. ff. quod quisque iur.
& in l. j. C. de pet. bo. sublatis. l. 10. Tamẽ si concedat ob re
munerationem benemeritorum (vt in casu nostro vide-
tur concessisse, teste priuilegio) tunc presumitur proprio
motu illud concessisse, secundum Guliel. de Cugno in d. l.
3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. arg. l. si verò non re
munerandi. §. Papinianus. ff. mandati. sequitur dominus
Alex. & dicit esse menti tenendum in d. l. 3. in princip. Al-
beric. in l. 1. ff. quod quisque iur. & nouissimè dominus
meus Iason in l. ex. hoc iure. col. 14. versic. quartus notabi
lis effectus. ff. de iustitia & iure.

Nec facio magnã vim vtri gratificationum illarum in
hoc iudicio possessorio innitatur dominus Benedictus, cũ
per vtranuis excludantur dicti fratres à castro, & alijs bo-
nis feudalibus sępedictis: cum princeps per vtranq; grati-
ficationem, dicta castrum & feuda, concesserit sępedicto
12 domino Benedicto per gratificationem.† Et si hoc iudiciũ
etiam admitteret petitorium, quod non(vt suprà versi. 1.
& 2. monstraui) & iste dom. Benedictus inniti vellet pri-
mę gratificationi, adhuc vigore dictę gratificationis pri-
mę nihil assequuntur dicti fratres, virtute illorum verbo-
rum, quę sunt in dicta prima gratificatione posita, prędi-
ctis fratribus patri ab intestato succedentibus in alijs bo-
nis compensatis. Licet enim ablatiui absoluti prolati à te
statore, qui disponere potest. condicionẽ faciant, vt notat
Bart. & alij in l. 2. §. fi. ff. ad Tertul. & suprà consi. 26. vers.
76. & consi. 34. vers. 6. latius prosequor. Attamen in rescri
ptis est secus. vt per Alb. post. Petrum compatriotam meũ
in l. ab emptione. ff. de pact. notat Signor. de homed. cõsi.
96. & consi. 216. & dominus meus Iason, Insti. de actio. §.
rursus. Et vbi diceremus hunc dominum Benedictum te
neri ad compensandum portionem dictos eius fratres in
dictis bonis feudalibus contingentẽ, dando eis alia bona
allodialia, & hoc iudicium huiusmodi petitionem admit-
teret, quod non, cum sit merè possessorium, in cuiusmodi
iudicijs reijciuntur exceptiones altiorem indaginem re-
quirentes. l. fin. C. de edicto. vbi Card. in cle. sæpe. & ibi
etiã doct. extrà, de verbor. signifi. si attendamus quod feu
dum sit quædam seruitus. vt notat glos. & doct. in l. fumus
in princip. ff. locati. & suprà versic. 5. dicebamus. & atten-
damus portionem huic magnifico domino consulenti tã
vt donatario matris, quam vt succedenti dictæ quondam
Caterinę, & etiam ex sua propria persona contingentem
certè collatis illis, & hic quæ deducta sunt in processu, por
tio quam habuerant d. domini agentes excessit portionem
eis debitam ratione successionis paternæ.

Et sic resoluẽdo tot' cõsilij huius massam in vnã sum
mã. Quoad possessoriũ, ꝙ intentauerũt d. do. agentes, cõ-
cludo in hoc iudicio debere succũbere, dũ petunt se mitti
in possessionẽ bonorũ patris pro hæreditarijs portionib.
Quoad verò petitoriũ, dico iudiciũ hoc tale examen non
admittere. Quinimo vbi petitorio agerent, debere dictos
fratres in illo iudicio succumbere, cum plus habuerint,
quàm cõpetat eis ratione dictæ successionis paternæ, pro
vt latè comprobat dictus magnificus consultor, qui fuit
domini consulentis huius causæ patronus, & sua decisio
iustificatur ex meritis huius processus. Ita vt est dictum
suprà & conclusum decidebam & resoluebam, saluo, &c.
Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriam Dei. ego Cellus.

S V M M A R I V M.

1 *Causa decidenti ex constitutionibus Catalonia debet exprimi in sententia et quid de iure cõmuni & ne dum falsa causa in sententia expressa, vel per relationem ad acta sententiam reddit nullam, vel si fuerit dicta causa notoriè iniusta, verumetiam si dicta sententia contineat errorem, aut si falsa causa notoriè appareat, etiam post sententiam.*

2 *Arbitrorum sententia per leges Aragonum Regni, siue iusta fuerit, siue iniusta, vel iniqua, non reducitur ad arbi*

trium

trium boni viri ex dispositione legum regni. & quid de iure communi?

Sententia lata contra sententiam quæ in rem transiuit iudicatam, sicut est nulla, ita etiam si lata fuerit contra laudum homologatum.

3 *Consuetudo qualis attendatur in contractu matrimonij, an loci contractus, an verò loci vbi fuerunt postea ad habitandum & consi. praecedenti. nu. 7.*

5 *Bonorum mobilium appellatione quid veniat in regno Aragonum, & quid de iure communi? & consilio praced. nu. 6. quid etiam immobilium appellatione comprahendatur? & numero 7.*

Annui reditus (quos panes ciuiles appellant) an & quando de iure communi & ex legibus Regni Aragonum? inter mobilia bona computentur,

6 *Societas quadã tacita videtur inter cõiuges contrahi, æque priuilegiata sicut illa quę contrahitur expresse, cuius occasione ipso iure transfertur dominiũ in consortem illius, qui aliqua bona etiã suo duntaxat proprio nomine, et persona acquisiuit, et facta fuisset eidẽ traditio dicto nomine.*

7 *Acquisitorum appellatione quid veniat?*

Statutũ per quod vir aut vxor lucrantur certam partẽ bonorum prædefuncti, locum habet etiam in bonis feudalibus, quæ redacta sunt instar allodialium. & consilio precedenti numero 8. & consilio seq. num. 8.

8 *Feudales constitutiones, licet in causarum decisionibus vbique possint allegari. non tamen quando sunt redacta instar allodialium*

10 *Priuilegium contra priuilegium, vel gratia contra gratiã, an & quando possit concedere princeps.*

12 *Reseruationis effectus & natura, & an & quando, & circa quæ operetur?*

13 *Diffinitio & renuntiatio quando dicatur esse facta.*

Contractus non dicitur esse perfectus, quamuis partes sint concordes de eo, si dictum fuerit, quod desuper fiat instrumentum, vel scriptura.

14 *Vassallus potest feudo priuari ex eisdem causis, ex quibus exhæredari quis potest, et quibus alijs causis feudũ amittat? & vno ex pluribus Vassalli hæredibus delinquente, feudũ aperitur domino pro illa parte duntaxat. et nu. 15.*

Gratificatio quid sit, & quid importet, aut operetur, numera. 14. & 15.

CONSILIVM LXVII.

CONSVLVI ab hinc biennio in magnifici Benedicti de Peralta domini Baronię de Castelleto fauorem, concludens ex certis rationibus & causis, quas in d. meo cõsilio assignaui iudicium per Ioannem & Guliel. de Peralta d. magnifici consulentis fratres modo & formis quibus fuerat cœptũ, locum non habere, considerans ex petitionis seu querelæ cõclusione solum possessorium intentari. Sed cum in Cataloniæ principatu, secundum leges & iura patriæ, totus processus loco libelli habeatur, videtur quodammodo etiam super petitorio per Regiam sententiam decisum, declarando ex certis rationibus & causis in d. Regia sententia expressis præfatos Guli. & Io. de Peralta successisse quondã Guliel. de Peralta eorum patri, vnà cum Benedicto & Caterina de Peralta agentium prædictorum fratre, & sorore portionibus ęqualibus in omnibus & singulis bonis, proprietatibus, melioramentis, censualibus rebus, iuribus & alijs quibusuis iudicatis & intellectis & compræhensis in prima arbitrali sententia, in tertio capite illius. In quo (provt in dicta Regia sententia subditur) per d. arbitros fuit virtualis adiudicatio d. agentibus pro æquis partibus facta. Quare mandat Regia maiestas per d. suam sententiam, quod d. Guliel. & Io. de Peral. in vim successionis ab intestato, & executionis arbitralis sententiæ, vel sententiarum prædictarũ, actualiter & realiter ponantur in possessionem rerum prædictarum, & quorundam debitorum, pro dictis eorum portionibus. Et cum in castro de Castellet per Regiam gratificationẽ successerit d. Benedictus patri suo cum onere iustè compensandi fratres suos præfatos, do. Benedictus per d. Regiam sententiam condemnatus fuit ad soluendũ Guliel. & Io. prædictis, quadraginta duos mille solidos, pro dimidia, vel duabus portionibus ex quatuor octogintaquatuor mille solidorum, quibus dictum castrũ fuit emptum per d. quondam Guliel. de Peralta patrem litigantium, reseruata per d. Regiam sententiam liquidatione omnium præmissarum, in quo liquidationis iudicio possit haberi ratio, qualis de iure sit habenda prima arbitralis sententię præd. & aliàs provt in d. Regia sententia, lata 11. mensis Dec. 1555. continetur abundè.

Vidẽdũ est igitur (salua Regiæ celsitudinis benignitate)
2 de dictæ Regiæ sententiæ validitate. Et posita pro ficto validitate illius, vel quod in hoc iudicio non possit attendi videndum est de intellectu illius, quid per eam fuerit dictis actoribus adiudicatum. & an in iudicio executionis reseruata liquidatio fieri debeat, an verò in alio iudicio? De
1 ueniendo igitur ad primi quæsiti decisionem, credo (salua celsitudinis imperialis benignitate & clementia) dictã sententiam nullam esse inquantum declarauit præfatos agentes in bonorum præmentionatorum mitti debere possessionẽ, & pro dictis hæreditarijs partibus. Et quãuis dictæ Regiæ sententiæ nullitas ex pluribus, quæ in consi. præcedenti deduxi, post magnificum Petrum Ioannem Costa iuris vtriusque doctorem clarissimum, vti patrem mihi venerandum, appareat: & nouissimè ex deductis & luculenter aggregatis per clarissimum etiam doctorem Franciscum Montaguer, quem tanquam fratrem maiorẽ veneror & colo. Attamen ne in vago diuersari videamur considero quod cum ex constitutionibus Cataloniæ teneantur Regiũ consilium, & alij quicunq; iudices in eorũ sententijs causas & motiua exprimere, quibus ad ita sententiam dũ fuerunt inducti, vt in curijs generalibus Barchinonæ per Cesa. & Catholicam maiestatem celebraris. c. 12. cauetur. Et quamuis iura ciuilia ad id nullum iudicem compellant, vt per Fely. c. sicut. col. 8. ver. regulariter, &c. vbi etiam Abb. colum. 2. vers. vltimo nota, &c. & Host. ibi, & alij, ext. de re iudic. Si tamẽ falsa causa in sententia exprimatur, etiam per relationem ad acta. vel si in illis actis appareat de notorio errore, d. sententia erit nulla. vt resoluit Fely. post alios, ibi. colum. 10. vers. fallit septimo. Idem in c. inter cęteras. col. 6. versicu. 2. conclusio. vbi etiã Abb. col. 4. vers. venio ad quartũ, & c. post do. Ant. & Io. de Imo. eod. tit. Quod etiam voluit Bart. in l. qui testamẽto. §. itẽ quęro. col. 2. ver. item ex isto text. vbi etiam Alb. Bal. & Ang. ff. de excusa. tutorum. subdens. Abb. in d. ver. venio ad quartum. in c. inter cæteras. præal. & Fely. ibi, colum. penul. in tertia conclusione. quod licet causa falsa nõ sit expressa in sententia: si tamen constat quod ipsa sententia ex iniusta causa proferatur, erit nihilominus nulla. Quod et tenuit Io. de Imol. in c. in præsentia. col. 9. extrà, de renunt. & in cle. si appellationẽ. ext. de appell. Car. cle. j. §. fi. ad prin. de foro cõpet. Inn. c. cũ Bertholdus extrà, de re iudi. Abb. c. cũ Apostulus extra, de censib. et c. 2. extrà, de purga. vulg. & Rom. in l. admouẽdi. col. 10. ver. 10. &c. ff. de iureiur. Quod dictũ amphat Fely. in d. c. inter cæteras. colum. peu. versi. amplia, etiam si notarius, &c. vt procedat etiam si falsa causa notoriè apparest, postquam sententia lata est. Et idem est in sententia, quæ continet errorem, licet error non fuerit expressus, in sententia, si tamen possit ex actis colligi, & ad acta se referat, vt omnia contraria euitem. Ita not. Abb. opiniones contrarias concordando in dicto c. inter cæteras. colum. 3. versicu. ex his &c. vbi etiam Fely. colum. 2. versi. recipis tamen ista conclusio, &c. cum pluribus seq. versiculis. & Abb. post Innocen. & Anton. de Butr. in præall. cap. cũ Bertholdus. col. 8. versic. quintus casus, &c. & Baldus in ca. 1. de lege Corrad. in

radi.in vsibus feud.&.in l.prolatam.vbi etiam Saly.C.de
2 sententijs & interlocu.om.iud.†Consideto similiter, ꝙ sicut in Aragonia arbitrales sententiæ, siue sint æquæ, siue iniquæ, non reducuntur ad arbitrium boni viri, vt in obseruantia 2.sub rubr. de re iudic. fol.14. Ita etiam si arbitrales sententiæ prædictæ fuerint homologatæ, vel approbatæ per partes, habent de foro paratam & priuilegiatam executioné, vt in foro Montisoni, sub tubr. de arbitr. Quod etiam est iuri cõmuni cõforme. vt per dom. meũ Iason. in l.ex hoc iure. colum.7. vers. pro hac parte stringere videtur. ff. de iust. & iure. Notat Alex. consi.19.col.3.& 4.vol.1.& consi.96. colum.3.vers.& licet, &c.eod.volu. Vnde infero, ꝙ sicut est nulla sententia, quę contra aliam sententiam, quę in rem iudicatam transiuit lata fuit, vt cõsulendo tenebamus suprà, cons.47.ver.15. ita ẽt nulla est sententia, quæ fertur contra laudum homologatum, cum sint arbitria redacta instar iudiciorum. vt sunt iura vulga. & hoc siue in vna & eadem, siue in diuersis instantijs lata fuerit. vt omnino per Felyn. post Ioan. And. Bal. dom. Anto. & Ioan. de Imol.c. inter monasterium. colum.6. vers. regulariter sententia cõtra primã sententiã, &c. de re iudi.

Si autem verba sententiæ in principio verborum dispositiuorum attendimus, vbi dicitur, Quia constat quondam Guli. de Peralta patrem harum partium, intestatum decessisse, relictis tribus filijs, & vna filia vtrinque cõiuncta, qui omnes quatuor filij per consequens debuerunt dicto quondam Gulielmo ab intestato succedere. In qua quidem causa, & pro corroboratione illius, expressa fuit vna alia falsa causa immediatè, dum dicitur. Et constat dictum quondam Guliel. vnà cum Gratia Roman. & si essent de regno Aragonum, domicilium fecisse & transmutasse in præsertem ciuitatẽ Barchinonem, quasi innuat tacitè, referendo se ad acta, ꝙ ex quo dicti coniunges solum mutauerũt, animo perpetuo habitandi in Catalonia, quòd in successione intestati debuerunt attendi constitutiones & iura Catalonię, & non regni Aragonum. Quod bona venia non procedit, vt suprà in præcedenti consilio versiculo septimo, docuimus. etiam circunscripto expresso pacto in capitulis dictorum quondam Guli. Gratiæ cõiugum, quo fuit cautum, quòd superstes cõiunx præmorienti succederet in omnibus bonis, quæ tũc, & in futurũ haberent, in ea portione, quam deferunt fori vsus, & cõsuetudines regni Aragonum. de quo dicemus infra per-
3 amplius. †Et licet inter se doctores digladiati fuerint, virũ statutum, vel consuetudo porrigant effectum ad bona alibi situata, & in terminis nostris qualis sit attendenda cõsuetudo, vel quale statutum contrahentium matrimoniũ, distinguant communiter, quãdo maritus est alitertus loci vbi contraxit, & quando vxor. Attamen quia non facit huiusmodi distinctio ad casum nostrum, quòd ambo cõiuges fuerunt Aragonensea, & in Aragonia fuerit contractum matrimoniũ, & capitula. siue documenta nuptialia, non prosequor. quia etiã cessat difficultas illa qualis attendenda sit consuetudo quando sunt diuersarum partium, aut regionum coniuges, & alibi, quam in eorum natali solo contrahunt. de quo latè per doct. in c.1. vbi Feli. hanc materiam per tres & amplius colum. prosequitur. extrà, de sponsal. & in l.cunctos populos. vbi dominus meus Iason. in vtraque lectura nouissimè prosequitur, faciendo tria principalia membra. C. de summa trini. Sed dubium quod superest duntaxat, vtrum attento quòd dicti coniuges domicilium mutauerunt in Catalonia, vbi alio iure viuitur, & ius patriæ nihil defert lucri superstiti mulieri de bonis eius viri præmorientis, an sint attendendæ leges Catalonię. vbi domicilium mutauerunt, vt prædixi, & decessit dictus quondam Guliel. an vero fori & obseruantię regni Aragonum. Quoniam Sali. in d.l.cunctos populos colum.4. limitare visus est opinionem communem Bart. & Doct. ibi, vt non procedat quando maritus ante mortẽ vxoris domicilium mutasset ad habitandum in alio locu, in quo similis non esset consuetudo, vel statutum. Et sic in casu nostro, licet dicti cõiuges Aragonenses essent, Attamen quia se postea transtulerunt in Cataloniam, vbi per leges patriæ huiusmodi lucra non habet locum, vt est suprà dictum (si vera est opinio & limitatio Saliceti prædicta) quoad bona quæ sunt in Catalonia, non consequeretur prædicta Gratia dimidium bonorũ mobiliũ quoruncunque, & minus immobilium acquisitorum per dictos coniuges, constante eorum matrimonio, licet dicta Gratia, secundum foros Aragonum, quos præcedenti consilio allegauimus, dictas dimidias lucraretur, ꝙ superuixerit dicto quondã eius marito. & ita resoluit Salic. in d.l.cunctos populos. colum.4. versiculo, viso quòd statutum, &c. vbi dicit se ita consuluisse & obtinuisse.

Quo tamen non obstante, in terminis & casu prædictis, dico præfatam quondam Gratiam successisse in vim fororum vsus, & consuetudinis Aragoniæ præmentionatorum, in dimidio omniũ bonorũ immobilium, constãte eorum matrimonio sępedicto acquisitorum, quanuis bona prædicta in hoc principatu Catalonię, & alibi sita sint, vbi lucrum huiusmodi ex iuris municipalis dispositione non defertur. Et idem dico quoad lucrum dimidiæ partis omnium bonorum mobilium, vbilibet existant. Ita concludit in terminis & in indiuiduo Anto. de Butr. in d.c.1. ad fi. ext. de sponsal. per tex. in glo. in l.si vxor. ff. de iudi. ꝙ etiam tenet Panor. & Card. ibidem. quanuis illi nihil allegent, nec de d. Sali. mentionẽ faciant. Refert & sequit̃ dominus Ias. in d.l.cunctos populos. Præall. col.15. ver. teneo in vtraq; cõtra Sali. vbi post Rom. reprehẽdit limitationẽ Sali. & ampliat cõmunẽ opinionẽ, vt procedat ẽt si maritus domiciliũ mutasset, & mortuus esset in dicto loco domicilij mutati. quã etiã sententiã tenent Bald. & Moder. in l.cum quædam puella. ff. de iurisd. omnium iudicum. per l.ea, quæ.2. ff. ad municipales. & ita scripsit clarissimus Iurisconsultus dominus Nicolaus Boerius præses Aquitaniæ meritissimus in suo consuetudinario Biturigum, in titu. de consuetu. matri. seu iure dotium. in glo.1. & resol-
4 ui suprà consilio præced. versi.7. †Et hoc multò minus videtur habere dubij in casu nostro, cũ sit actum expressè, ꝙ dicta Gratia superuiuens succederet in bonis viri præmorientis in illa portione, quam dabant ei fori Aragonum, & vsus & consuetudines suprà allegatæ. quæ verba tantum sonant, ac si fuisset expresse cautum & scriptum, quòd in successione præmorientis coniugis, attendi debeant fori, & obseruantię, & vsus, & consuetudines regni Aragonũm. Et per consequens succedet ex eisdem dicta quondam Gratia in dimidia parte omniũ bonorum mobilium, præter illa quę ex dictorum fororum & consuetudinum dispositione dicta quondam Gratia ante omnẽ diuisionem recipere debuit, de quibus in præsentiarũ non est quæstio. & dimidio omnium bonorum immobilium, quæ sedentia vocant qualia sunt campi, vineæ, oliueria, domus, villę, castra, & loca ac etiam censualia, siue mortua, siue non, quę per dictos coniuges, aut alterum eorum fuerunt empta, aut aliter titulo oneroso constante eorũ matrimonio fuerunt acquisita. Et omnia quæcunque contracta sunt diuiduntur per medium, vt immobilia, (prout hæc omnia designata comperiuntur in quibusdam litteris consultoris iustitię regni Aragonum, dudum iustitiæ Regni Valẽtię missis, quid in Aragonia veniret appellatione bonorum sedentium.) Est enim clarum, ꝙ partes in contrahendo possunt apponere legem qualem voluerunt. & possunt facere pacta quęcunque, & illa seruare tenentur, si tamen licita fuerint. l.1.§.si conuenerit. ff. depositi & l.j. & vtrobique doct. ff. de pact. Si ergo pacto cautũ fuit, ꝙ dicta quondã Gracia succederet eius viro prædecedenti tam in bonis habitis, quàm habendis, secundũ foros, vsus, & consuetudines Aragonum, etiam seclusa consuetudine locum habet dicta successio secundum foros, vsus, & consuetudines prædictas regulata, etiã si dicti quondam Guliel. & Gracia contrahentes non fuissent Aragonenses, sed forenses. & per consequens ostẽditur causam in dicta Regia sententia,

gia sententia, licet tacitè designatam, falsam esse, ꝙ scilicet
dicti agentes pro duabus ex quatuor partibus eorũ patri
ab intestato decedenti successerint. Ex quo dictus quon-
dam Guliel. tres solum filios, & vnam filiam moriens reli
quisset, nõ obstantibus foris, vsu, & consuetudine allegata
cum dictus Guliel. & Gratia domicilium mutauerint in
ciuitate Barchinon. vbi similia iura non vigent.

Et certè si attendamus verba concordiæ inter quon-
dam Gratiam. & dictos eius filios ante sẽtẽtias arbitrales
prædictas initæ. & etiam 7. capitulum secundæ arbitralis
sententiæ, & secundum capitulum tertiæ sententiæ arbi-
tralis seu declarationis, apparet ad oculum dominos agen
tes & Benedictum eorum fratrem, ac matrem eorundẽ,
necnon & arbitros in dictis sententijs procesisse secun-
dum foros, & vsus, & obseruantias, & cõsuetudines regni
Aragonum, etiam quoad bona extra dictum regnum si-
tuata. & secundum illos suam sententiã & sententias prę-
dictas tulisse. quibus non contradixerunt fratres, non du-
bitantes dictos foros, & vsus, ac consuetudines in dicta
5 successione attendi. † Hoc facto præsupposito, & quòd
dicta quondam Gratia successerit eius marito sæpedicto,
secundum foros Aragonum præmentionatos, discutia-
mus in quibus bonis ex dictorũ fororũ, & dispositione
succedere debuerit sæpe nominata quondam Gratia, &
eum secundum iura præallegata, & cap. opinionibus. in ti-
tulo de censuali, lib. 2. fol. 94. cẽsualia, quæ virtute pacti
de redimendo lui possunt, inter mobilia cõputantur, quæ
verò huiusmodi pactum nõ habent, inter immobilia an-
numerantur, prout etiam de iure communi cautum est. l.
fi. §. præterea. C. de iure dotium. vbi isti reditus annui, pa
nes ciuiles nuncupantur, & inter immobilia bona cõpu-
tantur. de quo etiam in l. 2. C. de peti. bonorum subla. lib.
10. & text. in le. iubemus nulli. C. de sacro. eccle. pro qua
distinctione est glo. melior de iure in §. 1. iuncto tex. ibi,
in authen. de rebus ecclesiæ non alie. & Baldus in l. iube-
mus. pręallegata. vbi dicit, quòd præstatio census si est ad
magnum tempus, vel in perpetuum, dicitur quoddã ius
immobile, abstractum & consideratũ de per se. Ad quod
videatur Angelus in authentica, ingressi. C. de sacrosan-
ctis ecclesijs. Bald. in repeti. l. 2. versiculo, sciendum, &c.
C. de seruit. & aqua. & in l. litibus. & in l. si coloni. C. de
agri. & censi. lib. 11. Ioan. And. in c. peruenit. extrà, de cõli.
& Panor. in c. ad audientiã. 2. extrà, de rescript. notat An-
dræas Barba. consilio vigesimosecundo. volumine tertio.
Et ita consulendo tenui suprà consilio trigesimoquarto.
versiculo primo. Et per consequens dicendum est, etiam
circunscripta dispositione arbitralis sententiæ, & declara
tionis illius, nulliter fuisse pronisum, declarando actores
sæpedictos vnà cũ Benedicto & Caterina prænominatis
successisse, & succedere debuisse portionibus æqualibus
quondam Guliel. eorum patri in censualibus specificè, cũ
in illis successerit dicta Gratia eius vxor (vt proximè su-
prà dicebamus) pro dimidia, secundum leges & iura dicti
regni. præter, id quod fuerunt eidẽ ex integro adiudicata
per arbitralem sententiam & declarationem illius prędi-
6 ctas. † Participauit ergo dicta quondam Gratia siue ratio-
ne fororum, vsus, & consuetudinis prædictorum, siue ra-
tione pacti præmentionati, in acquisitis & mobilibus præ
dictis pro dictis partibus. ita quòd inter dictos coniuges
videtur fuisse contracta societas quædam, & communio,
quoad bona mobilia & acquestus prædictos constante eo
tũ matrimonio factos, vt dicit Ioann. Fabri. in authentica
de donatione. C. de secund. nupt. post Cinum in l. cunctos
populos. sæpeallegata. C. de summa trinitate. Et societas
huiusmodi, quæ inter virum & vxorem est, nõ minus est
priuilegiata, quã alia quæuis expressa societas inter alios
contracta. l. rei iudicatæ. §. socero quoque. & ibi Bald. ff.
soluto matrimonio. Idem Baldus in l. si vxorem. C. de cõ
di. insertis. & tradit Alexander cõsilio 87. incipiente, super
dictis &c. volumine quinto. Cuius quidẽ participationis,
aut societatis occasione, statim ꝙ dictus quondam Guli-
elmus castrum prædictũ acquisiuit, alia bona immobilia,
quæ constante dicto matrimonio acquisiuit, quamuis illa
suo proprio nomine acquisiuisset, & fuisset dicto Guliel-
mo soli, nomine suo proprio facta traditio, ex illa tamen
acquisitione translatum fuit dominium ipso iure in dictã
quondam Gratiam pro illa dimidia parte, pro qua partici
pauit dicto quondam eius marito in acquisitis & mobili-
bus prędictis, quoniam verbum Lucratur, quod est in di-
cta obseruantia regni, sub rub. de iure do. quę incipit, nota
ꝙ de cõsuetudine regni, & c. est verborũ pręsentis tẽporis
indicatiui modi. quod verbum importat, ipso iure, vt per
glo. in l. in criminali. C. de iurisdictione omniũ iudicum.
ita notat dominus meus Iason in l. vnica. columna secũda.
7 ff. de iur. & facti. igno. † Et cum de bonis mobilib. nõ dubi
tetur quid veniat appellatione bonorum mobilium, non
est desuper immorandum, sed quid appellatione acquisi-
torum veniat attendamus. Et certè cõquæstuum siue ac-
quisitorum appellatione generaliter ea veniunt, quæ ex
opera, solertia, vel industria (in terminis casus nostri lo-
quor) constante matrimonio per alterum coniugum ac-
quirũtur. vt notant Doct. in l. quæstus. ff. pro socio. Panor.
consi. 65. incip. facti contingentia. volu. 1. Et etymologia
huius verbi, lucrari, quod honestam acquisitionem sonat.
l. cura. §. deficientium. ff. de mu. & hono. & notant in l. in
heredem. in princip. ff. de calum. & è conuerso. vt notant
Doct. in c. transmissa. & cap. pastoralis. extra, de deci. & no
tat Ancha. consi. 102. incipiente, contra dictam donatio-
nem, &c. Et cum limitatus sit per dictam obseruantiam
dictus acquirendi modus (cũ restringatur ad acquisitionẽ
factã titulo onerosa) cessat difficultas, quã latè prosequitur
Alexander consilio 49. col. prima. volumine primo. post
Bald. in l. cum oportet. ad princip. C. de bo. quæ libe. vbi
decidit, quod donatio non sit cõmunicanda inter socios
donatarij, quia non est acquisitio. Per huiusmodi etenim
contractus non dicitur acquiri, quando alias erant bona
marito obuentura alio, modo quàm per tales contractus.
vt dicit glo. pragmat. sanctio. in titu. de cõcubinis. in glos.
in ver. quæstus. & Ioan. Fab. ampliat in glo. in ver. iustitia
rum. in procem. Institut. vbi dicit non dici acquiri illud
ꝙ alicui ex successione obueniret debebat. Et licet dom.
meus Iason, post alios, in d. l. cunctos populos. colum. 7.
versi. nota etiã quòd illud. statutum, &c. visus sit voluisse
statuta huiusmodi (& sic in casu nostro foros Aragonũ) lo
cum non habere in bonis feudalibus. ad quod allegat tex.
quem dicit ad hoc esse tenendum menti, & signandum. in
c. 1. §. fi. vbi etiam Bald. ad hoc eum not. in titu. de inuesti.
de re alie. facta. & in c. 1. & ibi etiam Bald. in titu. an mari-
tus succed. vxori in benefi. in vsibus feudo. & in alijs locis
& notat Baptista de S. Blasio in suis differentijs feudorum
positis post commentum Aluaro. super libro feud. in. 93.
differentia. vbi allegat Bald. in c. imperialem. versi. quęro,
an consuetudo. Quem ẽt ad hoc allegat dominus meꝰ Ia-
son, vbi suprà, in tit. de probibi. feudi alie. per Fed. licet ibi
non inueniam Bald. hoc dicentem, sed nec versic. allega-
tum per dictum Baptistam. in dictis tamen locis, & signã
ter in dicto §. fi. de inuestit. de re alie. facta, Bald. loquatur
apertè id ad quod allegat, vt videtur esse tex. ibi.

Quibus tamen non obstantibus, teneo dictam obseruã
tiam locum habere, etiam in feudis. Et refricans ea, quę
in consi. præced. versi. 8 deduxi, scilicet, quod ex quo feu
da in Catalonia redacta sunt instar allodialium quoad suc
cessionem, & quòd vendi possint & alienari etiam in mi-
nus honorabiles, consequens est dictam limitationem nõ
habere locũ. Et text. præallegati, super quibus auctoritas
Bald. & sequacium eius fundatur, non obstabunt. Quãdo
quidem licet feudales constitutiones vbique sint allegabi
les in decisionibus causarum, vt plenè & remissiua per do.
meum Franciscinum de Curte in suo tract. feud. par. pri-
ma, in quæst. 1. principali. versi. præmissis tamen, &c. Ni-
hilominus cessant in casu nostro iura prædicta, nec pos-
sunt in causæ huiꝰ decisione allegari, ex quo feuda in hac

patria

patria redacta sunt(vt suprà dicebatur) instar allodialium
quoad successiones. Ita notat Ios. Fabri. in præallegata au
thentica ingressi. & in §. item Seruiana. Insti. de action.
Guido papæ in decisio. Delphi. q. 59. incipiente, secundũ
vsus feudorum. & q. 297. incipiente constitutiones feuda
les. notat dominus meus Ias. qui ad hoc multa fundamen-
ta adducit in repeti. l. de quibus. col. 8. versi. ego eandẽ par-
tem teneo. ff. de legib. Et ita in arduo valde casu, & in feu-
dis Cataloniæ consulendo renui in consi. illustrium fratrũ
Cardonæ. 1. dubio. versi. 16. Pro quibus do optimã ratio-
nem. Nam iura feudorum cum sint singularia, non debẽt
regulariter extendi. l. ius singulare. ff. de legi. Ita dicit Bart.
in l. vt iurisiurãdi. §. si liber. in duobus locis. ff. de ope. liber.
sequitur Ancha. in cl. 2. de iure patronatus. & Roma. cons.
212. incipiente, quoad primũ, quo quæritur, &c. in 2. du-
bio. Licet Bal. in c. 1. §. si quis de manso. in titu. de contro.
inuesti. non fuerit ausus firmare: motus auctoritate Iaco.
de Bel. & Mart. Silla. qui in d. l. de quibus. contrariũ tenẽt.
Quorũ tñ opinio per ea, quæ suprà dixi, cõmuniter repro
tur tanquam falsa. vt notat dñs meus Ias. in l. vnica. colũ. 8.
& sequen. C. de iure emphy. Et hoc potissimum in casu
nostro, ex quo disponunt aliquid contra, vel præter ius cõ
mune municipale. & ita concordauit opiniones cõtrarias
Alexander consi. 106. incipiente, viso themate, &c. colum.
antepen. vol. 4. dicens ita tenere moderniores, in c. j. extrà,
9 de feudis. † Insuper allegatum quintũ capitulũ secundæ ar
bitralis sententiæ(bona venia dixerim) non fuit bene cõsi
deratũ, aut ponderatum. Voluerunt etenim arbitri in d. 5.
capitulo, quòd debitũ, quod in regno Siciliæ debebat Re
gia serenitas, remaneret inter dictã gratiã & eius filios cõ-
mune. pro vt erat antè. Et per consequens non potuit adiu
dicari dictorũ actorũ cuilibet, illius debiti quarta pars: sed
octaua duntaxat: cũ dominus Benedictus ex persona ma
tris suæ succedat in quatuor partibus ex octo: & ex sua, &
sororis suæ Catarinæ personis, succedat in duabus: & sic
succedit in dicto debito in sex ex octo partib⁹: & actores
prædicti in alijs duabus restantibus ex dictis octo. & non
ex quatuor. Et sic dicta Regia sententia tanquã per errorẽ
licet in sententia non sit expressus: quia tamẽ ex actis, hoc
est, ex dicta secunda arbitrali sentẽtia deprehendi põt, ad
quã sit per dictã Regiã sententiã relatio, est nulla: vt suprà
10 versic. 1. ad finem, abundè resoluimus. † Et similiter si ea,
quæ per dictos magnificos consultores, quoad gratifica-
tionis primo loco obtentæ effectum sunt dicta, quæ cõ-
siderato tempori discursu est in ordine secunda, attendã-
tur, videtur ẽt dicta Regia sententia aliunde lata ex falsa
causa, scilicet ꝙ in viam iuris standum sit primæ gratifica
tioni, & nõ secundæ: attento, ꝙ in secunda mentio de pri-
ma facta nõ fuit. & attento ꝙ per secundã non potuit Rex
auferre ius quæsitum agentibus in prima gratificatione, ex
illis verbis. Cæteris fratribus iustè compensatis. Iura ete-
nim & rationes per dominos consultores prædictos & in
præcedenti consi. versi. 12. adducta, satisfaciebant abundè
dictis contrarijs. Quibus tamen superaddens, cõsidero, ꝙ
dictũ Regium consiliũ habuit pro firmo & expedito di-
ctos foros & obseruantias Aragonum in dicti quondam
Gulielmi successione non attendi: sed cõstitutiones Cata
loniæ: cuius tamen contrarium suprà diffusè in vtroq; cõ
silio monstraui. Sed posito pro ficto, ꝙ dictæ quondam
Graciæ nihil pertinuisset in dicto castro de Castellet, qua
liter ergo potuit Regia serenitas ad supplicationem illius
concedere gratificationem prædictã in præiudicium hu
ius Benedicti vasalli, & contra feudi naturam & pacta pri
mæ inuestituræ. Certè negat fieri potuisse dominus meus
Franciscinus in suo consi. 1. inc. facti contingentia. col. 5.

Quod autẽ per dictam primã gratificationẽ ius quæsi-
tũ non fuerit dictis agentibus effectualiter: quodq; illi de-
rogare potuerit princeps, docet Franc. de Aretio, omnino
consi. 27. col. 11. versi. illud &c. & consi. 65. col. 10. & om
nino dominus meus Philippus Decius, consi. 292. per to-
tum. vol. 2. maximè propter clausulã plenitudinis potesta
tis, & alias vrgentes in dicta secunda gratificatione posi-
tas: quarum natura & effectus per dictos magnificos con-
11 sultores abũdè fuit examinata. † Suboriuntur & aliæ dictæ
sententiæ nullitates, ex his quæ subdemus: quæ si & vbi in
hoc iudicio non possint allegari vel deduci: seu regia sentẽ
tia ex magna præsumptione, quã pro se habet, debet exe-
cutioni demãdari, secundum iura patriæ datis fideiussori-
bus, discutiendum est, quid per dictam regiam sententiã
fuerit actoribus prædictis adiudicatũ. Et si ea, quæ suprà
dicta sunt attendamus, quodq; per arbitralem sentẽtiam
sæpedictã fuerunt adiudicata sæpedictæ Graciæ Romana
omnia bona mobilia: inter quæ specificè designata fuerũt
censualia, tam in pretio, quam in eorum pensionibus, &
omnia alia iura & actiones, quæ fuerunt & competere de
buerunt dicto quõdam Guliel. de Peralta. dempto debito
Siciliæ suprà mẽtionato: ꝙ vt prædixi remansit cõmune,
pro vt erat antea. pro vt etiam in dicta regia sentẽtia, & in
verbis dispositiuis illius. continetur abundè. secũdum hoc
videtur regulanda & intelligenda regia sentẽtia prædicta:
nisi in manifestam illã contradictionem & inexplicabilẽ
contrarietatẽ illam immergamus. Et attendatur ꝙ arbitri
prædicti communionẽ attendentes, quæ quoad acquisita
bona immobilia erat inter dictos cõiuges, ex foris & ob-
seruantia & consuetudinibus Aragonũ sæpedictis. quodq;
dicta quondã Gracia in omnibus immobilibus bonis se-
cundum iura prædicta Aragonũ, quæ fuerunt in processu
producta, viduitatem (quòd plenũ & integrum vsumfru-
ctum sonat) habebat. & ea inuita vel cõtradicente ratione
dictæ viduitatis diuidi non poterant, sed nec fuit super il-
lis aliquid declaratum aut pronuntiatum per arbitros præ
dictos, vt constat apertè ex d. tertio capitulo primæ ar-
bitralis sentẽtiæ, & 7. c. secũdæ sententiæ, & c. 2. declaratio
nis dictarum sententiarũ & seu tertiæ arbitralis sententiæ,
de quibus suprà fecimus mentionẽ. sed dictis agẽtibus ius
quòd eis cõpetebat fuit reseruatum duntaxat sed nec sim
pliciter, sed tũc demũ quando Graciæ prædictæ finita es-
set viduitas. Quoniã tunc finita dicta viduitate poterãt di
cti fratres instare super diuisione bonorũ immobiliũ præ
dictorum, & non ante. licet quoad mobilia statim (secun-
dũ iura dicti regni) obitu patris secuto instare potuerũt
vt diuiderẽtur, & cuilibet sua condecẽs portio assignaretur.
Vnde super illis solis quæ diuidi tũc poterant, arbitri decla
rauerunt, & non super immobilibus, quæ diuidi non pote
rant. quoniã in illis dicta Gracia viduitatẽ haberet. Quod ẽt
nõ latuit agẽtes prædictos, imò sæpius hæc cõfessi sunt in
hoc iudicio, vt ostendit magnificus dñs Frãciscus Monta
guer secũdus cõsultor, in sui cõsilij principio. Vnde sequi
tur, ꝙ nec dicta quondã Gracia diffinitionẽ fecit super iu
ribus sibi cõpetentibus in bonis immobilibus prædictis,
de quibus declaratũ nõ fuerat, nec potuit sententiari, licet
multũ de diffinitione prædicta glorientur & quidẽ male)
d. dom. agentes, vt inferius subdemus. Nec ẽt dicta reser-
uatio effectum habuit virtualis adiudicationis pro dictis,
actoribus, in bonis immobilibus huiusmodi, pro portioni
bus quæ fuerunt eis per dictã regiã sententiã adiudicatæ,
& in vim arbitraliũ sentẽtiarũ prædictarũ, vel alicuius ea-
rũ, & signanter per tertiũ capitulũ primæ arbitralis sen-
tentiæ (licet aliter dicta regia sentẽtia dicat) vt suprà in p-
cedenti consi. & dictorũ dominorum consultorũ allega-
12 tionibus abundè monstratur. † Præter quæ considero, ꝙ re
seruatio ex quo ius nouum, vt prædixi, non cõferat. l. filiã
in potestate & ibi Alb. & doct. ff. de auro & arg. lega. nihil
iuris ex illa consequitur is in cuius fauorẽ fit si prius nõ ha
buerit. ita notat dominus meus Ias. in l. si quis legauerit. ad
prin. ff. de legat. 1. & rationem assignat, quia reseruatio non
reperiens reseruabile, nihil operatur, in alijs autem in qui
bus dictis actoribus ius non fuit per dictam arbitralẽ sen-
tentiam, & sententias reseruatum, & quæ illis adiudicatæ
non fuerunt, intelliguntur exclusi. Quoniã reseruatio est
quędã exceptio, quæ firmat regulam exclusiuam in non
reseruatis. l. quæsitum. §. denique & ibi Bartolus. ff. de fun-

do instruct.glossa, & Angelus, in §.vbi autem. in authen.
de non alienandis, &c. notat Abb. capi. a. extrà de coniug.
lepros. cum similibus. Et hoc modo arguit Angelus consi.
289. incipiente, circunscripta, &c. & consi. 239. incipiente,
quidā emptores, &c. Romanus cons. 337. incipiēte, quoad
primum, &c. versiculo, præterea. Refert & sequitur do-
minus meus Philippus Decius consilio. 283. incipiente, &
pro tenui facultate. primo dubio. volū. 2. & ita etiam te-
nui consulendo suprà consil. 37. versic. primo. Nec etiam
dicendum est, quòd reseruatio (si fingamus illam posse
ad plura referri) debeat intelligi vt contrarietur alijs, quæ
fuerunt in dictis arbitralibus sententijs declarata. l. non ad
ea. & ibi glossa, & Bar. ff. de condi. & demon. & in termi-
nis tradit Rom. consi. 94. inc. visis his, quæ narrantur, &c.
col. 2. Consequens est igitur, quòd dicti fratres missi non
posśint in possessionem immobilium, quæ dictus quon-
dam eorum pater moriens reliquit vigore dictæ arbitra-
lis sententiæ: & signanter tertij capituli illius, de quo in sæ
pedicta regia sententia fit mentio. cum per illam arbitra-
lem sententiā nihil eis fuerit efficaciter: sed nec virtualiter
adiudicatum: sed nec quidem ex intentata successione in
testati, vt tum ego suprà, consil. præcedenti, cum dicti ma
13 gnifici consultores ostendimus. † Sed nec facit ad casum
quod deducunt agentes: videlicet, quòd dicta quon-
dam eorum mater diffinitionem fecerit in vim dictarū
arbitralium sententiarū de omnibus bonis & iuribus, &c.
Quoniam de dicta diffinitione non constat ex processu.
Et certè non potest præsumi qualis fingitur diffinitio, ex
illa quā fuit iussa facere dicta domina Gracia ex dictis ar-
bitralibus sententijs. Quoniam aperti iuris est arbitros mā
dare non posse partibus, ꝙ faciant diffinitionem genera-
lem, vt suprà, consi. 51. versi. 3. concludebamus. Et ex ho-
mologatione sententiarum arbitralium prædictarum, &
ex renuntiatione, quam in eisdem fuit iussa facere, dici nō
potest ſępedicta domina Gracia diffinitionem huiusmodi
fecisse. pro vt in terminis fortioribus concludit Franc. de
Curte consi. 55. incip. super processu inquisitionis. col. 10.
ver. ideò ad ista omnia somnia respondetur, &c. ex Soci.
consi. 37. incip. circa præsentem, &c. in 2. dub. volum. 3. &
consi. 120. nu. 17. vol. 4. vbi etiam dicit, quòd contractus
non dicitur perfectus, licet partes sint concordes de eo, si
dicant quòd notarius testificetur. Ita etim voluit Fran. de
Aretio, consi. 160. in 2. dub. & latius prosequor infrà cons.
3. vers. 3. Quinimò si, & vbi diffinitio facta fuisset per di-
ctam Gratiam declarant arbitralis sententiæ prædictæ: vi
delicet prima in quinto capitulo, & tertia in primo capi-
tulo, & alibi sæpe. Et quando plura remedia competunt
alicui (pro vt ex dictis sentētijs, & ex suprà deductis appa
ret) competijsset dictæ quondā Graciæ in dictis bonis im
mobilibus, tam ratione fororum, obseruantiarū, & con-
suetudinū regni Aragonum, quàm etiam ratione pacti in
capitulis nuptialibus appositi (cuius, consil. præcedenti, &
in principio huius fecimus mentionē:) & aliàs per huius-
modi diffinitionem nō præiudicaret sibi in alijs iuribus. l.
si seruo meo. ff. de le. 1. & l. si domus. ff. de serui. vrba. pręd.
& in c. ex tuarum. & vtrobiq; doct. extrà, de aucto. & vsu
14 pallij. † Omitto respōdere ad somnium illud, quo dicitur
ex aduerso non fuisse ius reseruatum dictæ quondā Gra-
ciæ in dicto castro de Castellet, pro vt factum est expres-
sè dictis agentibus. Quoniam ideò fuit reseruatum ius di-
ctis agentibus in castro & alijs bonis immobilibus prædi
ctis, & nō dictæ Graciæ, ex quo dicta domina Gracia illa
possidebat. Vnde non erat necesse ius illi reseruare: sed do
minis agentibus, qui petebant & nō possidebant. Quoniā
ea, quæ sunt ad agendum temporalia, sunt ad excipiēdum
perpetua. & sic poterat dicta quondā Gracia semper exci-
pere de iure suo, quando fuisset actum contra illā: non au-
tem alij, qui agebāt, pro vt hæc multis fundamentis dicti
magnifici consultores comprobant, & corroborant. ideò
15 non prosequor. † Et ex his apparet etiam lapsum fuisse de
tertius in dicta regia sententia super compensatione fienda

per sæpedictum dominum Benedictum dom. agentibus. Nec enim consideratū fuit, quòd pars dimidia castri prædicti competebat sæpenominato domino Benedicto ex persona suæ matris, cuius est donatarius: quanuis sit feudū. vt suprà versi. 8. ibi: & licet dominus meus Ias. ostendimus. Sed nec attenderunt, ꝙ regia maiestas (etiam si fingamus primam gratificationem, & non secundam attendi, pro vt Regium consilium voluit, quanuis contrarium suprà in vtroq; consi. monstrauimus) nō intelligit, quòd feudum illud veniret in ęstimatione bonorum: sed quòd duo fratres in alijs bonis non feudalibus, suas haberent debitas portiones: & hoc sonat verbum gratificatio: quod secundum etymologiam illius, beneficium importat, & gratiā. Si. n. succederent dicti fratres in portione pretij pro quo fuit emptum dictū castrū, sm quod adiudicatū fuit illis ex dicta regia sententia, grauatus esset, & non gratificatus dictus dom. Benedictus vigore dictæ gratificationis Habet enim dictum castrum à domino Rege in feudum, cū seruitio quatuor hominum armatorū equestium. & notoriè sunt innumerę causę propter quas vassallus feudo priuari potest: quales designantur per dominū meum Iacobinū de S. Georgio in suo tract. feudorū. in gl. in vers. dicti vassalli promiserunt non committere feloniam contra dñm suū. & expressius dominus meus Francischinus de Curte in suo tract. feud. part. 4. per discursum illius. & signāter in 38. causa principali. propter quas feudum domino aperitur, dicit, ꝙ ex eisdē causis ex quibus fit exhæredatio, vel matrimonij dissolutio, vel donationis reuocatio, ex eisdē priuetur feudo vassallus. Quod etiā colligunt feudistæ in c. primo. quæ fuerit prima causa benefi. amitt. in vsibus feud. Et in 40. causa subdit præfatus dominus Frāciscinus, ꝙ nedum ex causis, quas ad 41. annumerat, priuatur vassallus feudo, verumetiam ex omni alia quæ dici posśit æqualis, illis aut maior. & ad id ponderat text. d. c. 1. §. sed quia natura, quæ fuerit prima causa, &c. Ideò dixi suprà, causas esse innumeras, quibus feudum domino aperitur.

His ergo cōsideratis, & posito pro ficto, quòd feudum hoc veniat in æstimationem, quis negabit dictā gratificationem nedum gratiam vel beneficium non afferre d. do. Benedicto, sed onus expressum, ꝙ ipse soluat d. suis fratribus in pecunia, vel alijs bonis allodialibus portionē, quæ singulos concernit in dicto castro, & feudo. attento, ꝙ dicti fratres habebunt illam non suppositam, nec subiectā amissioni, pro vt ipse dictum castrum & feudum habebit, & attento, ꝙ feudum est seruitus, vt suprà dicebamus, pro quo etiā facit (vt dicebamus) quatuor homines equestres armatos. Sic enim intelligendo verba dictæ gratificationis esset dictis agentibus gratificatum, & non domino Benedicto. plusque tribueretur illis per dictam gratificationē, quam si ipsi successissent in dicto castro & feudo cum dicto domino Benedicto, vel si tribueretur eisdem sua portio in d. castro & feudo, quoniā aperiretur domino feudū pro portionibus tantum, pro quibus in ipso successit casu quo feloniam committeret contra dominū, vt not. Marti. de Laude, in tit. quibus mo. feudum amitt. c. 1. & ibi ēt alij feudistę. loquor in feudo diuisionē non refugiente, de quo in c. imperialē. §. præterea ducatus. de prohib. feudi. alie. per Fede. Et indubiè si, & vbi dictum feudū veniret in cōsiderationē, debet æstimari ꝙ multò minus fuerit emptū ratione oneris prædicti, quod in hoc solo remanet, secundum quod not. Abb. in simili, in c. in aliquibus. in 2. notab. extrà, de deci. & refert & sequitur dominus meus philip. Decius consi. 163. inc. in causa, quæ coram R. col. 2. ver. solum superest, &c. vol. 1. & not. dominus meus Iason in l. non amplius. ff. de le. 1. & attendatur Regiam maiestatem gratificando fauere voluisse dicto domino Benedicto, & effecisse, ꝙ dictus domin' Benedict' succederet in dictis castro & feudo, nō ex beneficio patris, sed ex Regiæ maiestatis magnificentia & liberalitate. Et sic ex quo nō succedit in illis dictus Benedictus ex persona patris sui, non debent venire in considerationem, vel ęstimationē bonorū,

pro vt

pro vt dicti magnifici consultores resoluunt.

Nec omitto dictos octoginta quatuor mille solidos ꝑ quibus emptum fuit dictũ castrũ, non fuisse solutos integrè per dictũ quondã Guliel. sed per dictã quondã graciã: & ex eius bonis fuerunt soluti circiter decẽ mille solidi, in quibus negari non põt succedere debere dictum Benedictũ donatariũ dictæ suæ matris. ex cuius etiã persona succedit in iuribus quæ dictæ dominæ Gratiæ competebant aduersus dictum Castrum. & alia bona pro expensis, & alijs, quę dictus dom. Benedictus in hoc executionis iudicio de nouo deducit: vt pro illis possit dictũ Castrum & feuda retinere. vt not. Alb. de Rosate in l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de mino. & in suo tract. statutorũ part. 1. q. 98.

Ex quibus apparet, ꝙ si, & vbi ꝑdictæ nullitates in hoc iudicio examinari nõ possent: sed in iudicio supplicationis tñ liquidatio fieri debet in hoc iudicio. cum aliàs sententia quę nõ est liquida, executionẽ nõ mereatur. l. hęc aũt. §. j. ex quib. caus. in pos. eatur. not. Bal. in l. fi. C. de compensat. & in addi. ad Spe. tit. de exceptionib. ver. fi. & in tit. de sententia. ver. quid si petatur. & ver. sententia nõ liquida. cũ similibus. & hoc ẽt vt circuitus euitetur. ꝓsertim, quia melius est pignori incũbere, q̃ actioni. Et ita vt est pręmissum & cõclusum suprà, in cõs. ꝓcedẽti, decidebã & resoluebã: saluo, &c. Barchinonę 1327. ad laudẽ et gloriã Dei ego Cels.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, loco præmortuo vel præmortuorum substituo liberos eiusdem, vel earundem, operari videntur quòd quando inter filios testator attẽdit ordinem charitatis, & affectionis; ita etiã inter ipsos liberos. ita quòd succedũt amię et materteris magnis pręmortuis. de quo vide nu. 9 vbi quale tempus considerandum sit.*

2 *Fideicommissum reciprocum tacitum videtur esse inductum inter vocatos, quando post mortem omnium relinquitur, & quando fit in tota hæreditate. de quo etiam resoluo, numer. 11. 12. & 13.*

3 *Liberorum verbum tam masculos, quam fœminas cõprehendit, & nedum nepotes, sed etiam vlteriores descendẽtes.*

4 *Substitutio facta Titio, si decesserit absque liberis, expirat si cum filio, vel filijs aut descendentibus moriatur, licet postea illi decedant.*

5 *Testatoris dispositio licet quandocunque ex tacita & verisimili mente de vno casu ad alium extendatur, fallit quãdo deberet illa extentio fieri de vna persona in aliam.*

Casus præter ordinationem testatoris contingens, non includitur sub dispositione ab ipso facta, nisi de voluntate testatoris in contrarium constet. & quando dicatur de huiusmodi voluntate constare?

6 *Filij vel liberi positi in conditione simpliciter siue descẽdẽtes sint testatoris, siue extranei, non dicuntur à testatore inuitati. & quare? præsertim quando non fuerunt honorati. nu. 10. & grauaminis appositio sola non videtur arguere quòd sint honorati. nu. 11.*

7 *Liberorum appellatione quamuis nepotes & pronepotes veniant (vt suprà dicebamus) in dispositione eis fauorabili, attamen vbi dispositio huiusmodi sortita est semel effectũ. appellatione liberorum nõ veniunt nepotes, & minus vlteriores. præsertim in fideicommissaria substitutione. nu. 8. & quid in reciproca. nu. 14.*

8 *Grauatus, si sine liberis decesserit, restituere Titio hæreditatem illam poterit (si cum filijs decedat) de illa re etiam in extraneos disponere, vel testari.*

Alienatio si per testatorem simpliciter filijs interdicatur, nõ prohibetur testatoris nepos ex illa dispositione alienare.

12 *Fideicommissum tacitum reciprocum ad hoc quòd induci videatur inter plures substitutos, requiritur quòd substitutio fiat in tota hæreditate, & præter id, quòd fiat omnibus, & non esset satis quòd fieret post mortem omnium, nisi etiã ab vltimo substituto fieret. & nu. 13. & supra.*

CONSILIVM LXVIII.

TESTATRIX quædam mihi præsupponitur, Franciscono filio suo, quem sibi hæredẽ vniuersalẽ instituerat, quandocunq; sine libero, vel liberis, de legitimo & carnali matrimonio procreatis, decedẽti, Alietã, claretã, & Cõstantiã, ipsius testatricis filias substituisse, partibus ęquis: si tñ ipsa testatrix nullos alios filios masculos moriens præter ipsum Francisconum relinqueret. Cũ autem contingere posset, ꝙ aliqua dictarum substituarum ante scriptũ hæredem superstitibus, aut non remanentibus ex illa filijs, decederet, processit d. testatrix ad aliũ substitutionis gradũ (ex quo tota præsens consultatio dependet in hęc verba: Et si forsan aliqua, vel aliquæ dictarum Alietæ, Claretæ, & Constantiæ mihi hæres non erit, seu hæredes non erunt: puta, quia nolit, vel nõ possit, vel noluit, aut nõ potuit. aut fuerit vel fuerint, & decesserit vel decesserint quãdocunque sub prædicta forma, hoc est, sine liberis de legitimo & carnali matrimonio procreatis, substituo ei, vel eis, & mihi hæredem instituo vniuersalem, seu hæredes vniuersales instituo superstitem, seu superstites earundem & loco præmortuæ seu præmortuarum ipsarum, liberos eiusdem, vel earundem, quæ tunc fuerint, in stirpem, & nõ in capita. Similiter cum posset accidere, quòd omnes dictæ filiæ sine liberis decederent, prouidit de vltimo substitutionis gradu per hæc verba. Verumetiam si omnes filię meæ natæ & nasciture, (vocauerat etenim d. testatrix, cũ prænominatis Alieta, & Clarera, & Cõstantia, etiam nascituras filias, quas ideò nõ expressit: sicut nec post Francisconum filios dictæ testatricis nascituros, cum præsupponatur nullos filios, aut filias, præter dictos quos vocauit expressè, natos eidem) & earundem liberi decesserint quandocunque sub d. forma, aut illa ipsarum ad quam vltimò hæreditas mea pręd̃icta deuenerit. decesserit sub d. forma, in defectũ omniũ filiorũ & filiarũ meorum & eorũ liberorum, substituo eis, & mihi hęredes instituo vniuersales, videlicet in medietate hæreditatis meæ prædictæ. Hospitale sanctæ crucis Barchinon. & in alia dimidia Ioannotũ Palatij, &c. contendit nunc quidã Claretę nepos, vel pronepos, petitque bona quędam quæ Constantiæ filiæ testatricis fuisse dicuntur. Cui obijcitur, quòd licet d. Constantia in pupillari decesserit ætate, post Francisconum hæredẽ: attamen Alieta: & Clareta, quæ Franciscono sine liberis defuncto succasserunt in tota hęreditate testatricis, vt pręsupponitur, cũ filijs decesserint. Est igitur vidẽdũ qualis fuerit huiusmodi substitutio quæ per testatricem facta est d. Franciscono de filiab. ipsius testatricis, per suprà scripta verba: Et si dictę Claretæ descendentes ex dicto capite substitutionis succedere nõ possit, an saltẽ vocatũ se dicere possit per illa verba: Veruntamen si omnes filiæ meę
1 natę & nascituræ, &c. † Videtur ꝗ facia dicẽdum descendẽtem illũ Claretæ tanquã de illius liberis ad fideicommissum admitti, per illa verba. Et loco præmortuæ seu præmortuarum ipsarum liberos eiusdem, vel earundem, quę generalitas importare videtur, ꝙ liberi censeantur esse parentibus substituti. l. Lucius. cum sua materia. ff. de hęredi. insti. quia non poterat liberos non honoratos grauare. l. ab eo. l. de fideicõ. Ideò censentur liberi prius esse parentibus substituti, & demũ ipsi honorati censentur inuicem substituti. Videt̃ etenim testatrix substituere voluisse filias suas inter se, attẽto ordine charitatis & affectionis. arg. in l. Gallus. §. quidem rectè. ff. de li. & posth. & in l. peto. §. fratre. ff. de le. 2. & similiter eodẽ ordine considerato, videtur ẽt testatrix vocare voluisse dictarũ eius filiarũ liberos inter se, iuxta not. in d. §. quidã rectè. & in l. cũ ita. §. in fideicõmisso. ff. de le. 2. & in l. fi. C. de verb. signif. Et secundũ hãc intelligentiã clausula illa, pręmortuorum liberos, &c. facit ꝙ liberi pręmortuarũ succedãt auię: & itẽ materteris præmortua matre. & in substitutione inter liberos facta, facit ꝙ non solũ liberi inter se videantur esse substituti verum-

etiã premortuarũ liberi. & sic possunt adaptari verba prædicta. & ista videtur esse testatricis volũtas, quã sequi debemus. l. 3. §. si quis Titio. ff. de adi. lega. cũ similib.
2 † Et si præsupponamus ex d. substitutionis gradu causatũ nõ esse reciprocũ fideicõmissum, saltẽ videt esse causatũ ex vltimo substitutionis gradu, quo substituit Hospitale in dimidia suæ hæreditatis, & Ioãnotũ Palatij (vt suprà in themate p̃misimus) per doct. notabilẽ Pau. de Cas. in l. pen. C. de impub. & alijs subst. & in l. põt. ff. de vulg. & pupil. & in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. & in l. Titia. Seio. §. Seia libertis. ff. de le. 2. & cõs. 47. inc. q̃ multa. & cõs. 347. aliàs est 353. inc. duo videnda sunt. vbi tenuit, ꝙ per illa verba, post mortem omnium substituo talem, dicatur esse tacita reciproca substitutio inter vocatos. eò quia quãdo fideicõmissum relinquitur post mortẽ omniũ, intelligitur esse relictum ab vltimo moriente: & per cõsequens videtur esse facta inter eos reciproca substitutio: vt in dicto §. Seia libertis. & Pau. de Cast. non habet cõtradictores, quãdo substitutio facta est post mortem omnium, vt in casu nostro, ponderando verba illa, Si omnes filiæ meæ, &c. & melius ibi, In defectum omnium filiorum, & filiarum, mearum, & liberorũ eorũ, in vltimo gradu substitutionis prædicto.

Si enim censetur esse facta substitutio ab vltimo decedente, substitutus admittetur ad portiones aliorũ: alias secus. vt in d. §. Seia libertis. Impossibile foret. n. quòd dicta hæreditas ad vltimũ substitutũ perueniret, nisi facta esset inter substitutos reciproca substitutio. vt dicit Pau. de Cas. vbi suprà. pro qua opinione videtur textus ineuitabilis, in d. §. Seia libertis. vbi substitutio facta erat post mortẽ omnium in toto fundo legato. & dicit textus ex hoc intelligi factam esse substitutionẽ reciprocã. Et ideò dominus Alexander. in l. si pater impuberes. ff. de vulgari & pupillari. fatetur opi. Pau. de Cast. veriorẽ esse (quia non videt ꝙ possit responderi ad dictum §. Seia libertis) concurrentibus tñ duobus, videlicet quando fit post mortem omniũ institutorum & substitutorũ: & quando fit in tota hæreditate. & ita videtur seipsum declarare Paul. de Castr. in d. §. Seia libertis. Quod etiã admittunt Moder. in præallegata l. penultima. & præcipuè dominus Iason. col. 5 versi. prædicta omnia inducantur. C. de impuberibus & alijs substitutionibus. & ita visus est consuluisse dominus Franciſchinus de Curte, consi. 11. incipiente, thema tale proponitur, &c. in primo dubio. Ex quo enim substitutio dicti Hospitalis & Ioannoti Palatij facta est post mortem plurium, videtur esse facta ab vltimo moriẽte. l. codicillis. in princ. ff. de vsufruct. le. & ibi not. Bar. & videtur esse de mente eiusdẽ Bar. in l. qui dnos. ff. de vulg. & pupil. in fi. et hoc maximè, ex quo post mortẽ omniũ facta est, & in tota hæreditate, licet specificè non fiat ab vltimo decedente. Attamen perinde est ac si fieret expressè ab vltimo. Arg. gl. in l. pater filiũ. §. fi. vbi hoc tenet dominus Alexan. ff. ad legem falcid. & in dicta l. si pater impuberes. & consilio nonagesimoprimo. volumine primo. Ex quibus tamen, in testamento de quo agitur facta sit substitutio post mortem omnium institutorum & vocatorũ, & in tota hæreditate, videtur quòd isti liberi fuerint inuicem substituti: & in consequẽtiam huius, quòd iste qui petit agat legitimè.
3 † Prædictis attamen non obstantibus quæ in rei veritate non obstant, credo indubiè dominum agentem inniti non posse ex aliqua substitutionum dicti testamenti. Ad quod ostendendum præsuppono, quòd verbum, liberorum, tam masculos, quàm fœminas comprehendit. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. & ita consulendo tenui supra consi. 49. ver. 2. vbi ad hoc allego iura. & descendentes prædictos nedũ vsque ad nepotes duntaxat (vt visus est voluisse Francischinus de Curte, consil. 73. incipiente, super memorata facti narratione. versi. obstare videtur, &c. vbi vocat vlteriores posteriores per Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradibus. & allegat Bartolum in l. liberorum. ad fi. versi. quæro nunquid hoc sit intelligendum. ff. de verborum significationibus.) verumetiam larga quadam appellatione ipsos etiã pronepotes comprehendit, vt est gloss. in l. neque. C. de le cur. li. 10. & Bar. in l. 2. §. qui autem. ff. de excusa. tutorum. dominus Alexã. in d. l. liberorum. & ita tenet Philip. Decius, consi. 248. inc. visa petitione Ioannis. versi. sed tamẽ prædictis, vol. 2.
4 † Præsuppono secundo, quòd si grauetur aliquis, si decederet sine liberis, illo moriente cum filio vel filija, aut cum nepote aut alijs descendentibus, euanescit substitutio, quicquid postea de ipsis liberis contingat. Ita decidit in terminis Oldrad. consilio. 21. incipiente, themate tale est testator, &c. allegat l. cum vxori. C. quando dies lega. cedat. Qualitas enim adiecta verbo secundum tempus verbi intelligitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. & l. Titius. ff. de testamento militis & ita tenet Ioannes Andræas in addition. ad Speculatorem, in rubrica de testamentis. §. in primis, in additio. quæ inc. quæstio talis est. & sequitur Paul. de Castro, in l. ex facto. §. penultimo. ff. ad Trebellianum. vbi subijcit, quòd isti liberi, qui faciunt deficere fideicommissum, si postea moriãtur sine liberis: non tamen admittetur substitutus. quia substitutio fuit extincta. Idem tradit Pau. de Cast. præallegato consil. 170. incipiente ne improprijs vtamur vocabulis. column. penultima. & in simili Abb. consi. 40. incipiente, venio ad primum. in 2. dubio. volum. 1. Alexander. consil. 31. incipiente, ponderatis his, &c. in principio. volumine tertio. Refert & sequitur Philippus Decius, consil. 63. volumine 1. & consi. ducentesimo decimooctauo. volumine secundo. & consi. trecentesimodecimoquarto. incipiente, cum sit quòd nobilis. columna secunda. versiculo, venio ad secundum gradum. volumine. secundo. & cõsilio trecentesimo septuagesimoseptimo. ad principium. volumine tertio. & consili. 417. eodem volum. tertio. & Franciſchinus de Curte consilio septuagesimoquinto. incipiente, dominus Ludouicus. columna tertia. qui multa ad hoc allegat. Idem consilio. 44. incipiente, statuto, versiculo, præmissis omnibus. Pro quibus est textus in l. cum vxori. C. quando dies legatario cedat. Et in prædictis decisionibus est attendendum, quòd quãdo fit substitutio, præsertim filio, si decesserit sine filija, ex tacita & verisimili mẽte testatoris videtur esse, quòd licet extantibus liberis deficiat substitutio postea tamẽ decendentibus ipsis liberis, sine liberis, ꝙ substitutus admittatur. & si de hoc testator fuisset interrogatus, verisimiliter ita respondisset. iuxta glossam in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. Attamen Doctores in locis præallegatis contrarium tenent. & ista est communis & indubitata sententia Ex quorum decisione infertur, & datur intelligi, quòd huiusmodi tacita & coniecturata voluntas testatoris, non attenditur. quia est in contrarium regula iuris, quæ vult non esse facta voluisse testatorem, nisi disponat, vt not. Bal. & Imo. in l. quidam cum filium. per illum tex. ff. de hæred. insti.

Et ex his comprobantur quæ tradit Franciscus de Aretio in l. Gallus. §. & quid si tantum col. 1. versic. 2. adde. ff. de liberis & Posthumis. ꝙ licet dispositio testatoris facta in vno casu porrigatur ad aliũ casum. ex tacita & verisimili mente testatoris. & est de mente Bartoli & doctorum in l. Lucius. §. Titius. per illum textum. ff. de liberis & posthumis. & in l. fi. C. de institutionibus & substitutionibus. Secus tamen dicit esse quando heret extensio de vna persona ad aliam personam. quia talis extensio fieri non debet, etiã ex tacita ꝙ verisimili mente testatoris. inducit ad hoc textum in l. si quis ita. §. penultimo. ff. de testa. tutel. & glo. in l. Titius. in principio. ff. de liberis & posthumis. & ita in arduo valde casu in facti contingentia resoluebã, consi. 20. versiculo quinquagesimo. Casus etenim præter ordinationem testatoris contingens, non includitur dispositione ab ipso testatore facta, etiã si maior esset ratio disponendi, vt notat Cynus in l. quod fauore. C. de legi. quẽ refert & sequitur Ancharanus cons. trecentesimo quinquagesimosept. incipiente, ex serie testamenti. columna 3. Bologninus consi. nono. & consi. duodecimo. Licet enim leges quantum possunt velint limitari & conseruare defunctorum

ctorum voluntates.l.ex facto.t.ff.de hæredibus instituen
dis.l.in conditionibus primum locũ.ff.de cõditionibus &
demonstrationibus. Non tamen intantum eorum volun
tati fauent, ꝙ sufficiat imaginari sufficienti consideratio-
ne,defunctũ aliquid voluisse: nisi talis eius voluntas in di-
spositionem transiuerit,vt est casus,& ibi Baldus,& Ioan
nes de Imo.in d.l.quidam cum filium. Vnde si vel testa-
tor disponit, vel ex dispositione illius colligitur, seruatur
eius voluntas. vt dicit Baldus in l.vnica.ad fi.C.de his,qui
ante apertas tab.ita declarans textus in l.iam hoc iure.ff.de
vulgari & pupilla.& in l.tale pactum.pręalleg.ff.de pactis.
valde.n.periculosum est illius interpretari volũtatẽ, cuius
iterũ non redit arbitriũ,vt dicit Imperator in l.1.C.de sa-
crosanct.eccles.,& ita intelligantur quæ dixi suprà consil.
6 45.ver.4. † Pręsuppono similiter,ꝙ liberi vel filij positi
in conditione simpliciter, siue sint de descendentibus te-
statoris(vt sunt in casu nostro)siue de extraneis, non vocã
tur ex testamento:nec dicuntur etiam ab ipso testatore in
uitati,pro vt est cõmunis sententia, & omniũ cõclusio.vt
abundè monstrat Franciscus de Curte consi.41.42.& 44.
Imò plus voluit ibidem, & collegium Papiense inter di-
cti Frãcisci cõsilia,cõs.45.incipiente,sæpe reuoluta,&c.ꝙ
dicta sententia nedũ sit vera in filijs vel liberis simpliciter
positis in cõditione,verũetiã vbi testator ad vlteriores gra
dus substitutionis progressus esset,dicẽdo si filius meus de
cesserit sine liberis, & ipsius liberi sine liberis, &c.& ibi
multãs rationes & iura allegat,quibus suã opinionẽ corro
borãt,quorum tamen opinionem non affirmo,quia est ex
tra casum & terminos nostros.& quia in arduo valde casu
in facti cõtingentia in contrariũ me resolui suprà cõs.20.
præallegato ver.25.vbi diffusè hanc materiã prosequor.

Ratio autem & principale fundamentum Doctorũ cõ
cludentiũ,quòd isti liberi positi simpliciter in conditione
non sint vocati ex testamento,est,quia isti liberi non sunt
vocati in dispositione,sed conditionaliter,& non disposi-
tiuè comprehensi. Illud autẽ quod in conditione apponi-
tur, non censẽtur in dispositione. l. si quis sub conditione
dandorum decem.ff.si quis omissa causa testam. & l.ex fa
cto etiã agitatũ.ff.de hæredibus instituendis.Ideò videtur
potius testator ius legitimatũ hęreditatũ conseruasse inter
descendẽtes,quã eos inuicẽ onerasse per fideicõmissum.l.
pater l.vel singulis.ff.de vulgari & pup.Verba.n.narratiuè
& non dispositiuè posita dispositionẽ non inducunt.cle.j.
de præbend.c.si papa.de priuilegijs,li.6. & alia multa quæ
adducit Alexander consil.105. incipiente, viso titu.quæ-
stionis,&c.& quia conditio nihil ponit in esse.l.is,qui.ff.si
cert.pet.cum similibus alijs,quę tanquam vulgata,& quia
(vt dixi)ista est communis opinio, à qua non licet in iudi
cando nec cõsulendo recedere,iuxta c.capellanus. vbi Do
ctor.extrà de ferijs,prætermitto.

Est ergo communis sententia quæ præsentem difficul
tatem penitus absoluit,ꝙ si testator aliquem instituat siue
descẽdentẽ,siue extraneum, substituendo illi,si sine liberis
decesserit, ꝙ filij & descendentes ab illo instituto non cẽ
seantur(etiam tacitè)huiusmodi instituto substituti.Ita ꝙ
ille filius tanquã non grauatus onere fideicommissi defi-
ciente conditione poterit alium, quam substitutum, imó
quã filios eius instituere,vt monstrat abunde collegiũ Pa-
piense, in dicto consil. Curtij 45. per totum.& signanter
in 2.membro.versiculo,transeamus,&c. & hoc siue testa
tor substituerit filio simpliciter sub conditione si decesse-
rit sine filijs,siue sub duplici, vt proximè dicebamus.quia
vtroq; casu conditionaliter solum fuerunt nominati filij.
vt declarant Bar.& Bal.in l.sed & si sic.ff.de lega.3. & in l.
Centurio.versiculo,quæro vlterius.ff. de vulg.& pupill.in
quo transeunt ferme omnes Doctores.vt per Alex.in in-
finitis consilijs,& signanter consi.105.vol.1.& consi.16.
vol.2.& consil.22.col.antepe.vol.3.& consil.13. column.
7 pen.& fi.versi.fortius dico,&c.vol.4. † Attendo secundo
quòd dictæ Clareta & Alieta se maternæ hæreditati im-
miscuerunt,tanquam substitutæ d. Franciscono.& postea
decesserunt relictis(vt Præsupponitur)certis liberis. Cer-
tè postea quam verba substitutionis,ibi,si oẽs d.filiæ meę,
posita in themate, verificata sunt in persona filiorum ipsa
rum Claretæ & Alietæ,dici nõ potest,ꝙ verificati debeãt
iterum in persona nepotum,vel vlteriorum descendentiũ
earundem.Imò audeo dicere, ꝙ si dominus contendens
esset solus ex testatricis descendentibus, & ille sine liberis
decederet,ꝙ non admitteretur Hospitale prędictũ,& Ioã
notus Palatij vltimo loco substituti. Verbum enim libe-
ris, licet nepotes & pronepotes comprehendere possit in
dispositione testatoris fauorabili,& alteri non onerosa,vt
declarat Bartolus in l.liberorum.suprà allegata.colũ.4. ff.
de verborum significationibus.Bal.& Ioan.de Imola,in l.
Gallus.pręallegata.§.instituens.& in l.Lucius.ff.de hęredi.
instituendis.& prosequitur Alexander.consi. vltimo.vol.
3.Attamen vbi dispositio sortita est,& impleuit effectum
suum (pro vt in casu nostro fecit in dictis filiabus & earũ
filijs , quæ tempore purificatæ conditionis substitutionis
per mortem Francisconi sine liberis admissæ fuerunt, &
ipsis successerunt earũ liberi,) sequitur ꝙ sub appellatione
liberorum, non veniunt postea nepotes,& minus vlterio
res,vt decidit Bartolus in d.l.liberorum.col.penult.& fin.
versiculo,quæro,quid si in aliqua dispositione, &c. Quia
fideicommissaria dispositio,quæ loquitur de liberis, vel fi
lijs. consumit effectum suum in eis ne amplius compre-
hendatur vlterior nepos,vel pronepos.per tex.in sæpealle
gata l.Gallus.§.idem credendum.& in l. boues.§. hoc ser
mone.ff.de verborum significationib.Et hanc doctrinam
sequitur Alexander suprà allegato consi.105.& consi.11.
incipiente,ponderatis his &c.col.6.vol.3.& Pau. de Cast.
consil.170.incipiente,ne improprijs,&c.& Io.And.in ad
dit.ad Spec.tit.de testa.§.1.in addi.magna, quæ incip.oc-
8 currit ad finem.† Et hoc multo magis in terminis nostris,
in quibus agiẽ de fideicõmissaria substitutione,q̃ censetur
onus,& odiosa filio & filiabus.l.cohæredi.ff.cũ filiæ.& ibi
not.ff.de vulgari & pupillari. dicta l. precibus. & l. ex tri-
bus.& ibi not.C.de inoffic.testam. Hinc si pater in suo te
stamento probibeat filio ne possit alienare, huiusmodi
prohibitio tanquam odiosa non comprehendit nepotes,
secundum glossam,quam not.Iacob.de Bel. Ang.& Bald.
in §.nos igitur.in auctẽn.de restit. fideicom.notat Dinus,
Raynutius,Bartolus,Albericus,Baldus, Raphael Cuma-
nus,& Ioannes de Imola,in l.filiusfamiliæ.§.diui. vbi etiã
dominus meus Iason,numero 42.ff.de leg. 1.Modern.la-
te in d.l.Galus.§. instituens.& in d.l.Lucius.2.ff. de hære-
instituendis.Alexander.consil.5.volumi.3. & Francischi-
nus de Curte,consil.45.& ita in valde arduo casu resoluo,
9 infrà consi. 130.versi.3.† Et licet ex his videantur esse su-
blata quæ suprà in contrarium fuerunt allegata nihilomi-
nus vt nodum omnem etiam à scirpo requiri non demus
occasionem, ipsas etiam obstantias & contraria sigillatim
tollemus, præsertim ex his apparebunt fundamenta pro
magnifico domino consulente clariora. Non obstat igitur
quod primo loco dicebamus de verbo, præmortuarũ libe
ros. Voluit enim testatrix, quòd deficiente d. Frãciscono,
admitterentur dictæ tres eius filiæ, & non liberi earum.
quia dixit,superstitem, vel superstites,&c.sed ipsis,aut ali-
qua earum præmortuis anteq; casum substitutionis in per
sona illius præmortuæ admitterentur ipsius præmortuæ
liberi,qui aliàs non fuissent admissi, etiam si vocati essent
expressè,vt est casus in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Tre
bellianum.& est glo.communiter approbata in l.vnic.C.
de his,qui ante apert.tab.Et hæc interpretatio nihil habet
captionis vel difficultatis.Nã loquẽdo de præmortuorũ li
beris intelligitur de liberis,quorũ essent parentes mortui,
vel tempore testamenti,aut saltẽ tempore purificatæ con-
ditionis in substitutione appositæ vt dicit Alexander cõs.
170.incip.inspectis verbis testamenti. & ad hoc est tex.in
auth.de non elig.secundo dub.§.si verò testatus. Item ex
quo dicit,præmortuæ, vel pręmortuarum,non censentur
filij viuentiũ filiarũ simul cũ ipsis vocati, vt patet ex not.

per glos.in d.l.Gallus.§.quidã rectè.Igitur veniunt solum cum filiabus viuentibus, præmortuæ liberi,& non filiæ ipsæ,quæ viuunt,& earũ liberi simul.quod etiam monstrãt illa verba,in stirpẽ,& non in capita:quæ verba aliàs de vẽto seruirent. Vnde in casu quo admittantur dictæ Clareta & Alieta ex substitutione prædicta,certum est ꝙ ex eadẽ earum liberi non admittuntur.arg.l.Lucis.§.fi.& l.qui plures.cum l.seq.& vtrobiq; Doct.ff.de vulg.& pupil. & su-
10 prà dicebatur.† Similiter si consideremus, ꝙ dicti liberi non sunt honorati (excludo liberos præmortuarum,qui, vt prædixi,suo casu vocati fuerũt : qui tamen casus locum non habuit, cum nulla præsupponatur, prædecessisse,) sed fuerunt in conditione positi vt supra dicebam. Si ergo illi ex quo positi sunt in conditione non sunt honorati, vt voluit gloss.communiter approbata in lege. Lucius.2.ff. de hæred.inst. sequitur in consequentiam, ꝙ etiã grauati non fuerũt. Cum sit vulgata iuris regula, quẽ nõ honoro, non.l.ab eo.C.de fideicom.l.hæreditas ad Statiũ.ff.de hæredi.instit.& vtrobiq; Doct. Imò Doct.supra allegati tenent, ꝙ expressè debeant grauari liberi inter quos sit ta-
11 cita reciproca substitutio.† Preterea & secũdo casu,quãdo liberi dictarum filiarum essent grauati, non tñ ex hoc videntur honorati,vt concludunt Bal. & Sali.in l.precibus. post quosdam antiquos.C.de.impub.& al.substitu.& in d.l.ab eo.& d.l.hereditas ad Statiũ.Ita etiam not. Alex.post Imo in d.l.Centurio.vbi dicit,ꝙ bis ita consuluit, quòd licet sint grauati, non tamen censentur ob id honorati,per regulam.dictę l.ab eo.Idem Ioannes de Imola, qui latè discutit in c.Raynerius.extrà,de testamen.Alexander dicto consi.22.vol.3.& consi.24.eo.vol.& cons.19.vol.4.Frãc. de Curte.d.consi.42.& 45.

Ex quibus concludendum videtur de directo contrarium eius,quod suprà resoluebatur in cõtrariũ. Primò,ꝙ dictarũ filiarũ liberi non reperiuntur honorati. & quãuis substitutio sit facta post mortem omnium, ipsi liberi dici non possunt inuicem substituti. Tunc enim demum conclusio suprà in contrariũ facta,quòd scilicet videantur inuicem substituti,procedit: quando sunt honorati expressè,& expressè etiã grauati:sed quando factũ est grauamen post eorũ mortẽ,qui sunt positi in conditione,etiã si dicamus,eos honoratos, illi nunquam dicuntur inuicẽ substituti,secundum quod declarat Ioãnes de Imo.in d.l.centurio.& in prę allega.c.Raynutius.in materia compendiosę. & fac.notat.per Bart. in l. codicillis.ad princip.ff.de vsufr.leg.& Bal.& Sali.in d.l.precibus.& abũdè Soci. in l.hæredes mei.præalleg.§.cum ita.ff.ad Trebel. Cum ergo in vltimo capite substitutionis liberi dictarũ Claretæ & Alietæ positi sint duntaxat in conditione:& non honorati.Ex quo dicta Clareta & Alieta superuixerant Frãciscono hęredi,dici non põt, ꝙ dicãtur inuicẽ substituti:cum ipsi ẽt liberi non successissent d.Franciscono,nisi præmortuis earum matribus,vt suprà dicebamus.& hoc vigore dictorũ
12 verborũ,& loco præmortuę vel præmortuorũ,&c.† Et si dicamus factam fuisse substitutionẽ post mortem pluriũ honoratorũ,vt suprà in contrariũ adducebatur:attamẽ non videntur illi inuicẽ substituti. & ad contraria respõdeo,ꝙ in casu nostro nullo modo facta videtur expressè ab vltimo moriente.Attendatur enim,ꝙ non est facta expressè ab vltimo:sed oẽs sunt grauati.ꝙ patet,quia testatrix prædicta in vltima substitutione dixit, & eis substituo.quo casu indubitanter non dicũtur inuicem substituti:licet grauamen apponatur in tota hæreditate.casus est in l.Lucius Titius.§.Caio.ibi,post obitum vestrum reddatis:iuncto verbo, semissem patrimonij & portionis quã vobis dedi. ff. ad Trebell.Et est casus in l.fi.§.filiũ.ibi,quicquid vobis legaui.iunctis illis verbis,post vos filijs meis restituatis.ff.de le.2.& hoc tenet do.Alex.in l.si pater impuberis. suprà allegata.& in l.si pater filiã.§.fi.ff. ad legem falcid. dicens,ꝙ hoc casu procedit opinio cõmunis,quę vult,ꝙ quãdo substitutio fit post mortẽ omniũ,non videantur inuicẽ substituti:licet ẽt in tota hęreditate fiat.nam dicit, ꝙ nõ procedit,quãdo fit simpliciter post mortẽ omniũ:sed quãdo fit omnibus.Et si replicatur,doctores nõ facere illã differẽtiã cõmuniter: sed solũ quando fit in tota hæreditate:Respõdeo,satis apparere de dicta differentia,dum volunt,ꝙ quãdo fit in tota hæreditate & expressè ab vltimo honorato, aliàs negant videri substitutos inuicẽ. ita Bar.in præallega. §.cum ita.& sequitur Angelus & Imo.in d.l.si pater impuberes.Bald⁹ & Doct.in d.l.penultima.C.de impub.& alijs substi.& in præallegato §.Seia.& Alex.omnino consi.91. &.consil.105.vol.1. Et sic quælibet filiarũ testatricis,vel præmortuarum eorundẽ liberorum,qui fuerunt expressè vocati,grauati fuerunt quælibet, & quilibet pro parte sua, secundum not.in d.l.penul.C.de impub.& alijs substit.& in §.cum ita.& §.filiam.suprà alleg.cum similib.

Et sic ex pmissis resultat clarissima conclusio, ꝙ per dictã substitutionẽ liberi dictarũ filiarũ etiã expressè honorati & grauati essent:attamen per illam non dicuntur inuicẽ substituti.Et opinio Pau.de Cast.suprà in contrariũ allegata non facit ad casum.cum prę supponat liberos honoratos & grauatos expressè: in quibus terminis nõ sumus,vt satis superq́ue suprà dicebamus.Quinimò cõtra d.opinionem Pau.de Cast.etiã in terminis in quibus loquitur,in lecturis,& consilijs, est communis opinionis in contrariũ, vt mõstrat Alex.in all.§.cũ ita.vbi satisfacit Pauli de Cast. rationibus:dicens, ꝙ si testator plures sibi hæredes instituit,quos nõ substituit adinuicem expressè, sed prouidet solum de substituto si omnes sui hæredes decesserint,per huiusmodi substitutionẽ non censentur hæredes adinuicem substituti.& ita etiam tenent Angelus, & Ioannes de Imo.in d.l.si pater impuberis.dicẽtes, quòd per illa verba, si omnes decesserint,&c.intelligitur conseruatum duntaxat ius successionũ legitimarum ab intestato, si tales erãt, ꝙ possent eis ab intestato,succedere.l.qui duos.ff.de vulg. & pupi.& insti.eod.tit.§.vel singulis.ad quod etiã est tex. in d.l.pater filiam.§.fin. quem ibi notant Ang.& Imol.& Ancha. consil. 119. incipiente, pro clariori decisione dubij,&c. Alexander consi.91.præalleg.incipiente,ponderatis his, quæ in themate, &c.& Fran.de Curte, & collegiũ Papiense consi.42.& 45.allegatis suprà,vbi rationes,& cõ
13 cordantes ad hoc assignant. † Quinimò dominus meus Franciscbinus de Curte, quem suprà pro contrario allegauim⁹,loquitur quãdo testator instituto filio,& nepote ex præmortuo filio æquis portionibus, vnà cum alijs filijs masculis quãdocunq; sibi nascituris,& eos & præmortuorum liberos in stirpem, & non in capita substituit adinuicem vulgariter & pupillariter & per fideicommissum , & processit ad vltimã substitutionẽ testator, dicens,ꝙ si contingat dictos suos hęredes natos & nascituros oẽs in pupillari ętate vel postea quandocunq; sine liberis masculis legitimis & naturalibus, aut cum liberis prædictis.& oẽs ipsos liberos in pupillari ætate,vel postea quandocunque decederet,tunc & his casibus, & quolibet eorum substituebat vulgariter pupillariter & per fideicommissum filiã lœminã in tertia parte,& alios in alijs duabus tertijs,& prohibuit alienationẽ falcidiam & trebellianicã.Ecce ergo ꝙ in terminis in quibus dominus meus Franciscbinus pręd. consuluit,soli filij masculi vocabuntur.& iubebat testator filias suas & hæredum suorum dotar.Similiter testator nõ fuit contentus ponere dictos liberos in simplici conditione,sed progressus est ad vlteriores grad⁹ substitutionis. quo casu voluerunt pleriq; doctores, ꝙ liberi videãtur honorati, vt per Anch.consi.70.incipiente, contra Philippũ, per rationem l.cum acutissimi.C.de fideicom. Et ita limitant gloss.in d.l.Lucius.ff.de hæred.insti.quam etiam opinionem tenui suprà consi.20.versi.21.Insuper in dicto casu facta fuit inter honoratos saltem reciproca substitutio propter verbum,adinuicem,positum ibi.Vnde maius erat dubium,vtrum isti liberi essent honorati,quia si honorati & grauati,videbatur inter eos reciprocũ fideicommissum induci propter verbũ illud,adinuicem.præter quæ fuit ibi prohibita alienatio omnis, per cuiusmodi prohibitionẽ

voluerunt

voluerũt pleriq;, ꝙ descẽdẽtes ex tacita reciproca fideicõmissaria substitutione vocarẽtur: vt abundè prosequitũ Frãciscus de Curte in d.cõs.45.in 1.parte.& postremò fuerat in d.testamẽto prohibita detractio quartarũ trebellianicæ & falcidiæ. Ex quibus causis, & cum testator solũ masculorũ & liberorũ eorundẽ masculorũ(reiectis filiabus & liberorũ earundẽ fœminini sexus)meminisset,nimirũ si dominus meus prædictus cõdescenderit vt in fauorẽ vnius ex liberis masculis resolueret:cuius tñ opinio(ẽt in casu in quo cõsuluit)est valde dubia:& in terminis nostris tenerẽ
14 illã pro erronea & falsa.† Et si diceremꝰ in casu nostro vocatos ordine successiuo primò filias testatricis substitutas: secũdo liberos earundẽ cũ ipsis,& tertiò liberos substitutos(licet hoc sit cõtra naturã substitutionis reciprocæ. Tñ ex quo mortuo Frãciscono, & Cõstãtia in pupillari ętate, locũ habuit in persona dictarũ Alietę & Claretæ filiarũ testatricis substitutio ꝑdicta, & postea ipsis mortuis in persona filiorũ,vel filiarũ ipsarũ expirasset dicta substitutio respectu vlteriorũ descendentiũ,sicut vulg.per aditionẽ hæreditatis.l.post aditã.C.de impub.& alijs subst.Et hanc opinionẽ sequitur Raph.Fulg.in ꝑallegato §.quidã rectè.dicẽs se ita cõsuluisse,videlicet, ꝙ vno ex substitutis ordine successiuo admisso,expirat substitutio reciproca sequẽtiũ in ordine, & sic ĩ casu nr̃o semel admissis liberis dictarũ filiarũ testatricis,expiraret huiusmodi substitutio(ẽt si esset reciproca) respectu aliorũ: vt supra ver.7.& ver.9.dicebã.

Nec dictio,eis,post verbũ substituo,in vltimo substitutionis gradu positũ , ad ipsos liberos resolui põt sed dũtaxat ad ipsas filias substitutas, & ad liberos ꝑmortuarũ,si q fuissent,qui successissent in locũ matrũ suarũ,quia illi soli, & filiæ superstites reperiuntũ honorati, vt suprà dicebã.& ita notat Bar.in allegata l.cẽturio.Postquã.n. illi dispositiuè vocati fuerunt(loquor de filiabus testatricis, & earundẽ pręmortuarũ liberis,si qui fuissent)ad illos,& non ad liberos conditionaliter positos, aut vocatos debet referri, vt illa dictio congruè adaptetur.arg.not.per glos.in c.2.de elect.lib.6. Relatiuũ etenim,ꝙ omnia præcedentia ex sui aptitudine refert & ad illa tñ refertur quibus congruit.vt refert solennis doct.Franciscus de Aretio,cõs.106.inc.diligẽter,&c.col.4.versi.& pro declaratione, &c,& ita de huiusmodi dictione , eis,dicebam supra,consi.20. versic.38.

Ex quibus concludo dictum dominum agentẽ in casu quo agit,substitutum non esse,nec vocatũ,& in consequẽtiam huius, ꝙ malè agit. Et ita vt ast dictum & cõclusum suprà,decidebam & resoluebam, saluo,&c. Barchinonæ 1525.ad laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum conditionale non transmittit legatarius,quãdo moritur ante purificatam cõditionem,& quod dicitur esse conditionale.& nu.2.*

3 *Coniunctio mista re,& verbis,induci videtur, quando legatur eadem res filiabus,vel neptibus, vel per aliud nomen Collectiuum,nisi fiat pro nomen distributiuũ,quilibet,vel aliud huiusmodi.quo casu locũ non habet ius accrescẽdi, vel non descrescẽdi inter dictos legatarios : quia illo casu videtur testator inter eos fecisse omnimodã rerum distinctionem.Et hoc verum siue distributiua illa post legatum apponatur,siue à principio.nu.4.*

Taxatio , vel dictio taxatiua, apposita in legato,ius accrescendi impedit.

4 *Ius accrescendi locum non habet inter coniunctos verbis tãtum.& suprà nu.2.*

CONSILIVM. LXIX.

CVm proponeretur in facti cõtingentia,ꝙ Caius testator certo casu, qui locũ habuit(videlicet si hæreditas sua ad Deciũ,quẽ suo hæredi substituerat,deueniret)quingẽta legauerit neptibus suis,filiabus Titij filij sui, & descendẽtibus earũ,portionibus æquis diuidenda,hoc est,cum duę essent)pro qualibet illarũ ducẽta quinquaginta. Quodq́ue fuerit illarum altera testatori præmortua,superstite tñ altera sua sorore & legataria, quæ integrum legatum quingentorum petit,requisitus an rectè,memini me tumultuariè tamen respondisse, nullã dictę sorori superstiti ad præmortuæ sororis legati portionem patere viam. Nec.n.dicta soror moriens,siue viuo testatore, siue postea,ante purificatæ conditionis tempus, sub qua legatũ percipere debuit, præmoriens ad superstitem sororem portionẽ,quæ eam contingebat,transmisit. Allegabam inter cætera Bal. in l.si cui.ad fi.ff.de le.1.& gl.in l.Seius.ff.ad Trebel. & alia iura & auctoritates,quas mea sponte(cum res scrupulo careat)prætermitto.

Nec ignoro,Bar.& quosdã alios in allega.l.si cui. §.hoc autem.voluisse differentiam assignare,quando tempus apponitur substantiæ legati , vt illo casu legatum non transmittat legatarius, si ante purificatã cõditionem moriatur, secus aũt(ait)quando tempus apponitur solutioni, vel satisfactioni legati.quoniam ex quo legatũ non fit cõditionale,transmittitur(ait)per legatarium præmortuũ. Quicquid sit de veritate dictæ differentiæ,omnes tñ admittũt, ꝙ quandocunq; tempus est incertum,semper legatũ redditur conditionale,etiã si proponatur executioni seu præstationi legati. Ita not.Iaso. dicens ita cõmuniter teneri,in præalleg.§.hoc aũt.Io.de Imo.in l.quocunq;. §.fi.& in l.centesimis.ff.de verb.oblig.& gl.in l.Seius Saturninus. suprà allegata.per quam gl.Bal.cõsuluit,ꝙ si testator legauit Seio centũ purè, & dixit ꝙ voluit ea ꝑstari post suæ vxoris obitũ ꝙ legatarius interim decedens dicta centũ non transmittit.& sequitur simpliciter Floria.& Ias. vbi suprà, pro quo dicto allegato tex.formalẽ in l.quib. diebus.§.quibus diebus.ff.de condi.& demon.vbi defendit idẽ Ias.hãc sententiã ab impugnationibus Raph. Cuman. de quo ẽt in l.si cũ hæres.& in l.huiusmodi.versi.nam tale.ff.quãdo
2 dies lega.cedat.† Ex quo.n. præmortua est testatori dicta collegataria,legatũ quoad eius portionem habetur pro nõ scripto,vt notat Ioannes And.Hostien.Abb.antiq.& moder.in c.nos quidé.extrà,de testa.notãt doct.in l.huiusmodi.§. Titio & Meuio.vbi etiã Ias.ff.de le.1.per tex.in l.vnica.§. sed cũ in triplici.C.de cadu.toll. & in l.1,&.vtrobi-
3 que doct. C.de his,qui ante apert.tabu.† Nec etiam admittebatur (vt dicebam) dicta soror superstes, quòd re & verbis coniuncta videatur in d.legato cum præmortua sorore. Nec.n. ꝙ factũ extitit legatũ huiusmodi per nomen collectiuũ,& per nomẽ neptibus meis,&c.in eadẽ re,quæ coniunctionẽ mistã inducere videntur,ſm magis approbatã sententiam Bar.quã sequitur Ias.& alij communiter, in l.re coniuncti.in materia cõiunctionis mistæ.ff. de leg. 3.Nam ex quo nominis & rei complexus dictas sorores iungebat,re & verbis coniunctæ dici debuerint.l.triplici. vbi bo.textus.ff.de verbo.signifi. Et per consequens per ius non decrescendi iuuaretur dicta soror superstes: quod ius inter coniunctos re & verbis locũ habet vt notat Bar. in d.l.re coniuncti.in 2.principali q.& est communis omnium doctorum ibi sententia.

Cui quidem contrario,quod est pro dicta sorore fundamentum vrgentissimũ,vt breuiter satisfaciã, Dico,ꝙ si testator,dictis eius neptibus reliquisset quingenta simpliciter,quanuis secundũ opinionẽ Bartoli,& magis communẽ præallegatam,illud nomen collectiuum neptibus , faceret coniunctionem mistã. Attamen ex quo in terminis nostris adiecit hoc nomen distributiuum , pro qualibet earũ,&c. dictus testator fecit omnimodã distinctionẽ rerũ, vt voluit Bartolus,Iason,& alij,concludentes, ꝙ hoc casu non sit inter dictas legatarias locus iuri accrescẽdi, vel nõ decrescẽdi , quia separata qualitas cuilibet assignatũ.ita determinat Bartol.Baldus,Nicolaus de Neap.Raph.Cuma. Paulus de Castro,& Iason,in l.huiusmodi.§. quib.per illũ textum ff.de legatis 1. Ioan.de Imol. & Alexan. in l.qui filiabus.§.1.eodem titulo.Ang. consilio decimo.incip.ser

Bicius notarius. Alexander consi. 55. incipiente, viso titu.
quæstionis. colú. 2. vol. 2. notat Matbesila. singulari mihi
155. ine. nota, q si testator, &c. & Iaso. qui dictas remissio
nes adducit in d. l. re coniuncti. in materia coniunctionis
verbalis tantum. ff. de leg. 3. Ex quo enim fecit testator le-
gatum huiusmodi cum dinumeratione partium inter di-
ctas collegatarias, fecit distinctionem, & non habet locú
ius accrescendi. l. 1. 2. responso. ff. de vsufr. & l. Proculo. ff.
de leg. 2. & notat idem Iason in repetit. d. l. re coniúcti. in
materia disiunctarum. Taxatio etenim impedit in legato
ius accrescendi. vt not. Baldus in l. si arrogator. ff. de adop.
& Ias. in l. vnica. secundo notabili. C. de testa. milit. qui alle
gat Ang. post Guliel. de Cugno in l. nulla, C. de legib. Idē
Iason in l. qui quartam. §. si quis vnam. ff. de legatis. 1. qui
allegat l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. per quem, tex.
ita etiá notat Baldus in l. si arrogator. præallegata. in prin-
cip. & in repetit. l. 1. col. 7. C. de sacrosanct. eccles. & Rom.
in l. 1. in princip. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & alibi
per illum textum dicit Baldus in l. 1. C. de secund. nupt. q
in dispositionibus limitatis non habet locum ius accrescē
di. Quandoquidem est vulgata & trita regula, q limitata
causa, limitatum producit effectum. l. in agris ff. de acqui-
rendo rerú dominio. & l. age cum Geminiano. C. de trāsa-
4 ctionibus cum similibus. † Nec facio vim an dictio illa di
stributiua, quælibet, sit apposita post legatum, vel si à prin
cipio esset per illam facta diuisio. quoniam Paulus de Ca-
stro notabiliter voluit consi. 11 1. incipiente super 1. quæ-
sito. col. 2. quòd tantum operetur disgregatio ex post facta
per nomen distributiuum, quilibet, quantum si à princi-
pio. per d. §. quæ habebat. vbi notabiliter dicit Angelus q
si vna oratione coniuncti in diuersis postea disiungantur,
attenditur disiunctio, & non coniunctio primitiua, & im
peditur ius accrescendi. & tex. illa allegatur per Bar. in l. si
quis ita instituatur ad fi. ff. de hæredib. insti. in l. vbi fideiuf
sor. ff. de solutionib. q si vnus cōdemnatur in vna summa
coacerrtiua: puta in centum, cum designatione pœnæ: pu-
ta in decem pro tali maleficio 1 et in decem pro tali: quòd
perinde est ac si à principio dictæ singulæ quantitatis fuis
sent singulariter appositæ. Ita ēt not. Alex. in l. scire debe-
mus. ff. de verb. obliga. Ange. in §. singulis. in gloss. inst. de
vulg. Quamuis. n. videantur istæ sorores coniunctæ verbis
& re, propter illud nomen collectiuú. neptibus, vt suprà di
cebam, & q eiusdem rei essent collegatariæ: attamen quia
fuit additum hoc nomen distributiuú, pro qualibet, q (vt
dixi) realē disiunctionē inducit: cessat inter dictas sorores
ius accrescendi, vel non decrescendi: ita q præmortuæ so
roris portio nō accrescit superstiti sorori: quia partes pro
diuiso separatæ sunt singulis relictę, sm Bar. in d. l. huius-
modi. §. qnib. per illú tex. cú quo tenēt ibi Bal. Saly. Ange.
Nico. de Neap. Iason, & alij cōmuniter ibi. Dictio etenim
illa distributiua, pro qualibet, facit q plura videantur esse
facta legata, s. cuilibet dictarum neptium de ducentis quin
quaginta, vt in l. si mihi & tibi. vbi Iason, post alios, in fina
libus verbis, post gl. fi. in versi. posse. ff. de legar. 1. & l. neni
nem. ff. de legatis 2. Et sic facit (vt ibi doct. dicunt) cessare
ius accrescendi, & non decrescendi. quoniam ex quo fue-
runt realiter disiunctæ sorores prædictæ, non habet locú
inter eas ius accrescendi (vt prædixi:) quia ius illud locum
non habet inter coniunctos verbis tantum: vt notat om-
nino idē Ias. in d. l. re coniuncti, in primo euidentiali. & in
col. 116. pauló ante vers. vltra tres casus. Sicut nec inter cō
iunctos re & verbis, quando sunt assignatę partes ita diui-
sæ, q possunt ad oculum demonstrari: vt supra dicebā. &
no. Ias. in d. l. re cōiuncti. col. 27. vers. circa coniunctos, &c.
Ita restringitur l. planè. §. si coniunctim. ff. de leg. 1.

Ex quibus resoluebam, dictā superstitem sororem ad
præmortuæ suæ sororis portionem nulla via debere ad-
mitti: pro vt etiam responderā. & ita hodie vt est præmis-
sum & conclusum decidebam, & resoluebam, saluo &c.
Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriā Dei. Ego Celsus.

Huic consilio se subscripserunt clarissimi aliquot Iuris
consulti: videlicet egregius ille Rotæ, & Reuer. do. Card.
de Saluiatis, Hispaniarú legati auditor dominus Cornelius
de la volta. pręstantissimi aliquot iurium doctores, Petrus
Ioannes Costa, Stephanus Saluerdenia, Franciscus Rom.
F. Font: Maioricensis. & Ioan. Carbonellus, & alij multi.

SVMMARIVM.

1 Fundator potest disponere in ipso fundationis actu.
*2 Patronus laicus potest duntaxat semel variare, nō ta
men recedendo in totum à præsentatione prima.*
3 Præsentationes duas prohibetur quis agendo prosequi.
*4 Impetrans beneficium debet expressè facere mentionē de iu-
re patronatus laici, & de collatione alteri facta.*
*5 Clausula dummodo ius non sit alteri quæsitum, apposita per
Papam in concessione beneficij, locum non habet contra il-
los, qui ius habent ex præsentatione, præsertim quando il-
lam acceptauerunt.*

CONSILIVM. LXX.

SVBSCRIPTIO, conclusio, & resolutio præ-
fati magnifici iuriú doct. d. Petri Costa, vt pa
tris honorandi, mihi placent, qui non minus
acutè, quàm luculenter huius venerabilis do.
Ioannis Porta iustitiam deduxit, vt nihil addi
(q ad iustitiam illius faciat) posset. ita q nuda mea subscri
ptio satis fuisset: nisi d. do. consulenti, pro quo aliàs me re-
solui, & qui meum consilium quod desuper ediderā, per-
2 didit, morē gerere voluissem. † Imprimis dú resoluit præ-
sentationem dicti Ioan. Porta legitimam, ego idē censeo,
illegitimamq; contra primam præsentationem, & omnes
alias, quæ de dom. Laurentio factæ fuerunt. Primę nullitas
patet quoniam præsupponit fundatorem voluisse, occur
rente vacatione, per patronum præsentari sacerdotē actu,
& de fundatoris genere: qualē nō d. do. Laurētius in proces
su se non probauit: nec q alias qualitates habeat, quas de-
signauit dictus fundator. Et ijsdē causis (& alijs explican-
dis) sunt nullæ tertia, & 5. p̄sentationes dicti patroni, quas
de d. do. Laurētio fecit. Quoniá sicut fundator in ipso fun
dationis actu disponere pōt cum diœcesani cōsensu q ad
beneficiú quod fundat præsentetur, vel admittatur aliquis
de ipsius fundatoris genere vel aliàs qualificatus, ita tenet
patronus ita qualificatú p̄sentare, & ordinarius instituere.
textus est in c. cú dilectus. quē ad hoc not. do. Ant. Ioā. de
Imo. Abb. & Muder. extrà, de cōsuetu. omnes in c. signifi
catú. extrà, de præben. & do. Roch. de Curte in suo tract.
iuris patro. in ver. honorificú & in l. 4. q. accessoria. 4. quę-
stionis princip. an de necessitate præsentatus debeat esse
presbyter. & in gl. in ver. pro eo q de diœcesani consensu
q. 12. de quo etiá per Fely. c. cum accessissent. col. mihi 8.
2 vbi etiá Cald. & do. Abb. ext. de consti. † Tertia etiam &
quinta dicti Laurentij præsentatio, alio etiā respectu nullę
sunt: quia factæ fuerunt post triginta dies patrono datos à
fundatore ad præsentādum. Cum. n. fundator possit cum
consensu episcopi, (maximè in ipso fundationis actu) pa-
cta & grauamina ponere, etiā in episcopi vel ecclesiæ præ
iudicium, vt monstrat abúdè Rochus. vbi eum proximè
allegaui: multo magis in ecclesiæ fauorē, vt est q benefi-
ciatus præsentetur infra triginta dies cum longa vacatio
damnum afferat ecclesiæ & præiudicium. capitulo, vbi
periculum de electis. libro sexto. Quinimò potest Epi-
scopus per suas literas edicti tempus quadrimestre à iure,
vel aliud ab homine patrono laico datum ad præsentan-
dum abbreuiare, maximè quando patronus non contradi
cit expressè literis edicti prędictis. vt per eundē Rochú,
qui ad hoc multa accumulat, in verbo honorificum. quæ-
stione 3. Sunt ēt dicta 3. et 5. p̄sentationes nullę alio capite.
quoniam licet aliquando fuerit à Doctoribus disceptatú
verum patronus laicus possit plures variare, communis
attamen

attamen est sententia, quod nō possit vltra, quàm semel varia
re. vt per Rochum in allegato verbo honorificum. quæ-
stione decima. Et si diceremus esse magis cōmunem opi-
nionem contrariam, quòd possit pluries variare, attamen
certum est, quòd non potest variare in totum à præcedēti
præsentatione recedendo (pro vt fecisse patronum docet
processus, vbi apparet nedum de prædictis, verumetiam
quod cassauit, reuocauit, & annullauit præsentationem, quā
de dicto Costa fecerat.) vt abūdè monstrat dominus me'
Rochus, vbi suprà in dicto verbo, honorificum. quæst. 9.
per text. claros, in cap. cum autem. & in cap. quod autem.
extrà, de iure patro. quos tex. ad hoc notāt ibi omnes Do
3 ctores. † Quinimò postquam dictus Laurentius est actor,
nō potest duas pluresve præsentationes prosequi (licet ex
cipiendo secus sit) arg. text. quem Abb. dicit ibi se nescire
esse alibi, in cap. post electionem. in tertio notabili. vbi &
idem dicit Card. ext. de conces. præben. Refert & sequitur
Rochus in dicto verbo, honorificū. quæst. 40. in 1. limita
tione. vbi ad hoc allegat multum moranda. Et sic constat
de nullitate & inualiditate præsentationum factarum de
dicto Laurentio: & e diuerso de legitima præsentatione
dicti domini Ioan. Porta, quæ fuit accumulando facta, &
infra 30. dies patrono datos à fundatore, quem etiam con
stat ex processu de genere fundatoris esse habereque re-
quisitas alias qualitates. Quinimò etiam si diceremus pri
mam præsentationem de dicto Laurentio factam esse va
lidam: attamen potest dominus Episcopus gratificando
admittere præsentationem factam de dicto domino Por
ta, qui est de genere fundatoris, & non dictus Laurentius
etiā si dicta qualitas ex fundatoris dispositione requisita
non esset, vt per dictum Rochum in dicto verbo, honori
ficum. quæst. 16. & multò magis vbi fundator illam quali
tatem in beneficiando exigit. Quoniam hoc casu nec pa-
tronus potest alium præsentare, nec Episcopus aliter præ-
sentatum debet admittere, vel instituere, vt ibi concludit
4 dominus Rochus. † Concurro etiam in eiusdē magnifici
domini consultoris & patris sententiam, inquantum resol
uit super nullitate gratiæ, siue nouæ prouisionis. Est enim
illa gratia ex multiplicibus surreptionibus & obreptioni-
bus nulla. Siue quia impetrans in supplicatione dixit bene
ficium illud esse de iure patronatus laici & ecclesiastici.
Siue quia mentitus est plures patronos fingens. Siue
quia dixit se legitimè ad beneficium huiusmodi præsen-
tatum: cuius tamen cōtrarium suprà monstrauimus. Siue
quia, & si expressit etiā de iure patronatus laici, licet sub
dubio fortè, attamen tacuit qualitatem beneficiati, quam
fundatoris dispositio suprà mētionata exigit, quā non ha
bet cū debeat impetrās facere mētionē de his, quę possunt
trahere ad concedendum, vt est text. in cap. postulasti. vbi
Fely. post alios. ext. de rescript. Sicut etiam est fienda men
tio, quando beneficium est alteri collatum, ipse nondum
acceptauerit. vt est glo. in cap. gratia. in verb. ignoranti. de
rescript. lib. 6. not. Fely. plenè in cap. in nostra. colū. 4. vers.
infertur etiam. extrà, de rescript. Ita etiam debet ipse im-
petrans facere mentionem de præsentatione facta per lai
cum patronum de dicto Ioan. Porta. aliàs non valeret gra
tia: nisi derogetur expressè huiusmodi præsentationi. vt
not. Felyn. plenissimè in c. causam, quæ. extrà, de rescript.
& in dicto cap. in nostra. in 28. correlario. & not. Gemi. in
cap. postulasti. in repeti. illius ca. colū. 37. eo. tit. lib. 6. not.
Rota, tit. de præben. deci. 16. in no. & Egid. Bellamera in
suis decisio. quæst. 147. multò magis erat fienda mentio de
acceptatione præsentationis per dictum Io. Porta de se fa
cta. quia per illam ius fuit quæsitum eidem, saltem ad rē:
quia ius illud non tollitur, sed reseruatur. vt not. Egi-
dius conclusi. 167. Compostel. quem sequitur Fely. in di-
cto cap. causam, quæ. ad fi. Gemi. in cap. quam sit. §. 1. de
elect. lib. 6. & hoc maximè, ex quo dictum beneficium
contentiosum, est de iure patronatus laici. quoniā nō fuit
satis, quòd dictus Laurentius, sed nec etiā papa, de dicto
iure patronatus laici faceret in verbis narratiuis mentio-
nem, nisi etiam in clausulis derogatorijs ipse derogauerit
expressè. vt not. glo. & Doct. in clē. per literas. de præben.
Gemi. cap. 2. eo. tit. lib. 6. Fely. in cap. sedes. in 3. & 6. decla
ratione. extrà, de rescript. & in suo tract. quando. literæ
apost. præiud. patro. & Io. de Selua præses postea parisien-
sis primarius, in suo tract. de benefi. par. 3. quæst. 11. Et qa
etiam dictus Laurentius non habet qualitates ex fenda-
tione requisitas, non valuit eius gratia, etiam si per illam
fuisset expressè derogatum iuri patronatus laicorum, &
apposita esset clausula, non obstantiarum, & motus pro-
prij, vt est glo. Guliel. de monte Laudu. in extrauag. quæ
incip. sedes. in ver. mutare. Et ita etiā tenēt dom. de Rota,
tit. de præben. decis. 1. in no. & dictus dominus Ioan. de
Selua, vbi suprà. vers. ita etiā præmissa, &c. & not. Fely. in
cap. nonnulli. versi. octaua conclusio. ad princip. extrà, de
rescript. per cap. si propter tua debita. eo. tit. lib. 6. Nec po-
test ipse Laurentius excusari. quoniam inter præsentatio
nem dicti Ioan. Porta, & nouā ipsius Laurentij prouisio-
nem, effluxit plusquam mensis. Imò iā pendebat lis tunc
inter ipsos super dicto beneficio corā officiali Vrgallen.
de qua etiam mentionem facere debuit. cap. 1. secundo.
vt lite pend. lib. 6. cap. fina. extrà, eod. tit. in antiq. & not.
Fely. in cap. cęterum. in princip. & successiuè per tres &
5 amplius colum. ext. de rescript. Pręterea considero, quòd
d. gratia conditionalis fuit, scilicet si tempore datæ ipsius
(quod fuit 6. Calend. Augu.) vacabat. Per quod apparet ne
dum de dictæ gratiæ surreptione, verum etiam dictum
Roma. pontificem non habuisse intentionē prouidendi,
si alius erat iam de ipso prouisus. Nec facio vim, quòd in
dicta gratia sit clausula, dūmodo tempore dictæ datæ nō
sit alteri ius in dicto beneficio quæsitum. Illa enim clau-
sula effectum non habet contra illos, qui ius habēt ex præ
sentatione, maximè quando illam acceptauerunt, vt per
Fely. plenè in dicto cap. causam, quæ. colum. 3. versi. in ea
dē. glo. ibi, nisi iudex, &c. extrà, de rescript. sicut nec clau-
sula anteferri, vt per eandem in cap. capitulum sanctæ cru
cis. colum. 7. versi. Quinta & vltima conclusio, eod. tit. &
de vtroque not. dominus Ioan. de Selua, vbi suprà, in vn-
decima quæst.

Ex quibus in vnam massam congestis concurrendo in
resolutione per præfatum magnificum consultorem &
patrem facta, resoluo sæpedicto domino Porta debere
beneficium contentiosum, ad quod est legitimè præsen-
tatus, adiudicari. Non obstantibus pręsentationibus, &
gratiæ nouę prouisionis, quas produxit in hac causa di-
ctus Laurentius. Et ita vt est suprà dictum & resolutum,
decidebam & concludebam, saluo, &c. Barchinonę 1525.
ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Captura iniusta auctoritate iudicis facta, non potest
emendari condignè. maximè quādo corporis inter-
uenit cruciatus. & quare. & num. 3.*

2 *Metus non probatur ex precepto iudicis, aut Regis, etiam
si tunc secum haberent homines armatos. Et quid si is, qui
paruit precepto, fuerit protestatus, quod id faciebat per
metum, & armorum impressionem.*

3 *Iudicium à captura (quæ est citatio realis) non est regulari
ter incohandum, præsertim ab incompetenti iudice, & in
causa vel iudicio ciuili, nisi esset de fuga suspectus. de qua
tamen suspicione, & expressa & specificata illius qualita
te, debet primitus apparere, quòdque orta fuerit de nouo,
& quòd debitum clarum sit, & liquidum.*

*Debitor suspectus an, & quando possit capi. & an per iudicē
non suum, vel non competentem.*

4 *Forensis repertus in aliquo loco cum ee alterius, non potest
per illius territorij dominum, vel officiarios detineri, si ca
neat de respondendo in foro eius.*

5 *Feudū non præsumitur, nec quòd aliqua res sit feudalis, nisi
probetur. & quare.*

6 Iurisdictione

6 Iurisdictione præscripta probata, nõ probatur potestas coercendi, licet aliàs commodè explicari non possit. Et iurisdictionis exercitiũ si fuerit pręscriptũ quò ad certos actus iurisdictionales, vel quò ad certas personas, non habet locum in alijs actibus, sed nec in eisdem contra aliàs personas. & num. 7.

7 Possidere & esse in possessione, differunt.

Mulcta pecuniaria (etiam leuis) est de mero imperio de iure communi. Attamen secundum constitutiones, & iura Cataloniæ iurisdictionem ciuilem tantum habens, potest imponere mulctam probandis quę fiunt in hortis vsque ad quinque solidos de die, & vsque ad decẽ solidos de nocte. Sunt autem decem solidi dictę monetæ dimidius ducatus auri, paulò minus.

8 Bannum qui possunt imponere, & vsque ad quantam qualitatem. & si bannũ imponatur in maiori quantitate quã possit, non valet etiam in totum, vbi etiam quòd banna & mulctæ sunt fructus iurisdictionis. & quòd expirant eorum morte qui illa imposuerunt, nisi per nouos dominos fuerint saltẽ roborata. & de banni impositione debet constare per scripturam, aut saltem per notarij & præconis depositiones.

Pœna delicti qualitatẽ non debet excedere, nec est vlterius protrahenda quã fuerit delictũ in excedente repertũ, ita quòd si pœna inconsueta apponatur, excusatur nõ parens.

Accusatus de aliquo maleficio, debet absolui, nisi probetur illud commisisse tempore punibili nec sufficeret ad condemnationem quòd postea probaretur.

9 Qualitas quę dat iurisdictionem alicui, debet ante omnia probari, aliàs acta sunt nulla:

10 Consuetudo, etiam iniusta, excusat à pœna,

Captus nulliter, vel iniustè relaxatus sub iuramento, vel fideiussoribus datis de repræsentãdo toties quoties, videtur capturam suam approbasse, ita quòd iudex capiens non poterit ex hoc syndicari.

CONSILIVM LXXI.

RECOLO me proximè lapsis diebus, cũ per
magnificos iudices tabulæ (quos iudices
syndicatus iurisperiti vocant) fuissem vnà
cũ magnifico Francisco Romẽ iuris vtriusque
doctore clarissimo, assumptus in consi
liarium in quadam causa, quæ inter magnificũ dominũ de
Monte bo. & honorabilem Thomam Vales nuper subui
carium villæ Aguelatæ, coram iudicibus prædictis ageba
tur, resoluiße in dicti olim subuicarij fauorem. Quòdque
pro causa de qua per dictum magnificum dominum de
Monte bo. impetebatur, absolui debebat, necnon & à dã-
nis, & interesse, & alijs in quib' petebatur ex aduerso cõ-
demnari; licet magnificus Valentius Saual, vnus ex tribus
iudicibus prædictis, qui solus ex dictis iudicibus erat iuris
peritus, in contraria esset opinione, pro cuius quidem con
iudicantis confutatione, & meæ (quę, vt prędixi, contra-
ria suę erat) corroboratione, adduxi tumultuariè plures ra
tiones, & iura, quæ (cum à me petantur in scriptis) subdã
illa, quàm paucioribus potero, pro vt occurrũt, & quę me
traxerunt in hanc sententiam, cui dictus magnificus Ro-
men alter ex consiliarijs assumptus adhęsit, & quam ratio
1 nibus & iuribus ineuitabilibus fundauit. †Recolo itaque
me tunc resoluisse, quendam Ioannem Font malè ac nulli
ter captum fuisse per baiulum d. loci de Monte bo. cum
esset d. Font homo regius, qui in Catalonia, secũdum iura
patriæ capi non potuit, nisi in flagranti crimine repertus,
aut præcedente inquisitione, & cũ iudicis & sui assessoris
prouisione, quorum nullum cum seruatum fuerit in ter-
minis nostris. consequens est, quòd dicta captura fuit con
tra constitutiones. & pœna constit. quę incip. in nomine
Iesu, &c. locum habet contra dictum baiulum, & per con
sequens eramus in casu in quo sonus poterat emitti, iuxta
primam partem dictæ constitutionis. & aliunde, secundũ
omnes Doctores practicos Cataloniæ, poterat emitti so-
nus ex quo dictus Font positus erat in compedibus, vbi
personaliter oppressus fuit. De qua quidem corporis op-
presione, sibi non poterat fieri emenda, vt in fortioribus
terminis concludit Paul. de Cast. in sola captura, in l. 4. §.
condemnatum. colum. 4. versic. item prædicta vera. ff. de
re iudi. vbi alleg. Bald. in l. vnica. C. de in integr. resti. postu.
ne quid noui fiat. Etenim in captura, violẽtia infertur per-
sonę. c. vt famæ. §. finali. de sententia excom. & l. plerique.
ff. de in ius voc. & sic est irretractabilis, vt ibi concludit. Et
multò magis in casu nostro, in quo dictus Font, vt est prę
missum, detinebatur in cõpedibus Et sic corporis interue
niebat cruciatus, qui erat indubiè irretractabilis, vt tradit
Alex. in d. §. condemnatũ. col. 4. versi. secundo limita, &c.
post Bald. & alios Doct. quos ibi varijs locis refert. Et si
dicamus licitè fuisse sonum emissum, pro vt fuit, (vt patet
ex pręallegata constitutione) potuit etiã licitè dictus sub-
uicarius capere baiulum prædictum de Monte bonino, &
eum secum adducere ad informandũ se, & faciendum suũ
processum, cũ esset præfatus subuicarius iudex processus
soni emissi. & si memini, nõ cõstat de dicti baiuli captura,
licet (fateor) sit probatum quòd ipse subuicarius dicto ba-
2 iulo dixerit, quod veniret secum. †Nec hoc probatur coa
ctio dicti baiuli, vel metus (licet ex aduerso fiat magnum
fundamentum) quòd dictus subuicarius associatus esset
copiosa multitudine gentiũ, qui in armis existebant. Cui
quidem contrario memini tunc respondisse, iuxta illud
Virgilij in 6. AEneidos, Nec vim tela ferunt. Quòdque si
constaret ex actis præcepisse subuicariũ dicto baiulo, vt
secum veniret, quòd ex huiusmodi præcepto non poterat
incuti metus, vt probatur in regis, vel principis præcepto.
c. insinuante. iuncta glos. in ver. metu regio. extrà, qui cle-
rici, vel vouentes. vbi, quando quis dicatur per metum, &
quando per impressionem aliquid fecisse. Imò crederem,
quod etiam si dictus baiulus fuisset protestatus expresse,
quòd per metum & armorum impresionem accedebat
cum dicto subuicario, quòd ex hoc non esset metus pro-
batus, vt est gloss. notabilis, quam communiter Doctor.
approbant in l. metum. eodem titulo, (nisi fortè cum di-
stinctione Ioan. Andr. in dicto cap. insinuante. quam Abb.
& alij communiter sequũtur, videlicet quando esset facta
per regẽ, vel do. qui tyrãnicè fenlueuerit tractare nõ obe
3 diẽtes sibi.) †Aliunde capturã dicti Font dicebã esse nullã,
etiam cessantibus constitutionibus Cataloniæ prædictis,
& quæ allegantur infra consi. 123. versiculo. c. Quoniam
iura disponunt non esse à captura, (quæ citatio realis est)
inchoandum, vulg. l. consentaneũ. C. quomodo & quando
iud. cum sit ignominiosa, cum retractari non posit (vt su
prà dixi) & maximè pro re, vel debito ciuili, vt ibi per Do
ctor. & multò magis à dicto baiulo, qui non erat iudex il
lius competẽs. Contra quod cum ex aduerso obijceretur,
quòd dictus baiulus potuit capere dictum Font de fuga su
spectum, secundum quod notabiliter voluit Ancha. consi.
42. incipiente, in auxilium veritatis. columna 2. versiculo,
quoad primum, &c. cuius decisionem multum extollit
Romanus in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis
nuntiatione. & in l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum
& consilio 242. incipiente, vnum est, &c. vbi post Ancha.
præall. voluit, quod non poterit contra capturam iudicis
incõpetentia allegari, si captus erat suspectus & fugitiuus,
Respondebã, quòd etiam si essemus in terminis dictæ de
cisionis, debuit ante omnia fides fieri de suspicione huius
modi, etiam aliter, quàm per iuramentum querelantis, vt
concludunt Bal. & Angel. in l. apertissimi. ad fi. C. de iudi.
Et expressa & specificata qualitas suspicionis (saltem per
duos testes) probari debet, cum agatur de graui & irretra
ctabili præiudicio propter verecundiam, vt tradit Areti.
Insti. de actio. in princip. Idẽ etiã voluit Bal. in l. 2. ff. solu.
mat. Sequitur Alex. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog.

Pau.de Ca.consi.38.inc.pro pleniori examine.& dom.Io. Bapt.in suo tract.de debitore fugit. in 6.quæst.principali. Collare debuit etiam quòd dicta suspicio de nouo superuenit, vt notabiliter ait Bar. in l.si creditores.per illũ tex. ff.de priuileg.ordi. & notabiliter Ang. in l.si ab arbitro.ff. qui satisd.cog.& omnino Lanfran.de Oriano,in repeti.c. quoniam cõtra falsam.in ver.citationes.vbi latè examino post eum in apostill.in ver. quia forensis. extrà,de proba. Et præter hæc debet esse debitum huiusmodi clarum & liquidũ,vt per Bal.expressè in d.l.apertissimi.qui vult non posse ad capturam procedi, etiam contra suspectum de fuga,quando debitum est incertum, vel non liquidum.Et ita consuluit Maria.Soci. pro vt eũ refert dictus dominus Ioannes Baptista.& aliàs debet de huiusmodi debito legitimè constare, secundum Angelum in dicta l.si ab arbitro.& in l.nemo carcerem.C.de exactor. tributorũ.libro decimo. vbi dicit præcedere debere talem debiti probationem,& quòd si talis, quòd sufficeret ad cõdemnandũ. Quod dictum sequitur etiã in terminis fortioribus Mathesilanus in suo tractat.de carcere.Et sic videt,quod non sumus in casu cõtrarij,in quo loquit, Anch.qui loquit quãdo periculũ est in mora, ne debitũ perdatur propter fugã, vt ipse considerat,& quando imminet fuga. Vtrunque aũt cessat in casu nostro, quia fuga non prætendebatur,sed solùm suspicio,& illa quidem non manifesta:imò de contrario illius apparet, cum constet dictum Font, tempore quo captus fuit habuisse secum mulam & asinum,in quibus executio fieri poterat pro prætẽsis debitis:imò ab illis debuit executio inchoari,iuxta l.à diuo Pio.ff.de re iud.Imò si attẽdamus verba dicti baiuli in sua cõfessione dicentis,quod videns dictus baiulus(vt ait)quòd dictus Font quotidiè asportabat bona, quæ in dicto territorio habebat, cepit eũ, cũ deberet(vt subdit)cẽsus aliquo domino. & sic apparet, quòd pro debito ciuili cepit eum, licet alibi dixerit baiulus prædictus quòd cepit eum pro banno. Et in alio loco dixit, quòd cepit eum propter quædam eius verba regorosa,quæ dixerat de domina,respondendo(cum diceretur vocari ab ipsa domina dicti loci) quòd veniret ipsa ad eum , si ea indigeret. de qua etiam capturæ occasione deponit vnus alius testis per dictum dominũ de Mõtebonino præsentatus, qui associabat (vt confitetur) baiulũ ad capiendum dictũ Font.Et sic ex actis vix discerni potest, qua ratione captus fuerit, cum dictus baiulus Prothei formam assumens,modò vnam,modò aliam causam astruat, & vtrunque sic captus fuit pro debito ciuili, pro quo capi non poterat,nisi concurrentibus supradictis, vt resoluit dictus Ioannes Baptista,& Moder.in l.1.quæstione decima septima.de prohib.seq. pecu.Alex.in l.2.ff.de iurisd.om-
4 nium iud.& Fran.de Aretio, consi.95.incipiente,respondendo breuiter,&c.†Imò cõsidero, quòd Bartolus, Baldus,& cõmuniter doctores in l.finali.C. vbi in rem actio detur.post Speculatorem,in titulo de cõpe.iud.adi.in principio, columna decimasexta. versiculo, si quis per locum meum ,&c. volunt, quòd quando reperitur forensis cum re mea, quam ego repeto, detineri non posit, si præstet cautionem de respondendo in foro eius. Quod & voluit Angelus in l.i fideiussor.prææallegato §.finali.ff.qui satisd. cog.Et sic etiam si dictus Font captus fuisset pro bannis domini, vt prætendit dictus dominus de Montebonino, non potuisset(cessante etiam priuilegio supradicto de homine regio)capi,cum pro illis vellet subire iudicium corã dicto domino.quia ex cõstitutionibus Regis Alphonsi secundi in curijs Montisalbi.capitul.2.lt m,quòd si homines regis.& Iacobi etiã secundi, in curijs Barchinonensis, licet homo regius esset factus,fuit tñ quoad cognitionẽ & cõdemnationẽ de foro d.do.de Montebonino,licet ipse si fuisset ab eodem condemnatus, deberet nihilominus fieri executio contra dictum Font ad literas dicti domini requisitorias per vicarium villæ Aquelaræ prædictæ, cuius erat districtualis dictus Font. Et sic videtur, quòd dictus Font etiam in fuga non potuit capi pro dictis bannis per baiulum sæpedictum,per quem non potuit executio fieri
5 pro illis,etiam si fuisset condemnatus. quantò magis,cum de dictis bannis non apparet.†Dicebam vlterius, quod cum castra & alia loca inferiora regulariter iurisdictionem nõ habeant,vt declarat Bartolus in l.vnica ff.de damno infecto.& cõs.189.inc.primò quæritur, vtrum iurisdictio.Et ita etiam consulendo tenui suprà consi.60.ver.70.quod dictus dominus Mõtebonino debuit legitimè probare se iurisdictionẽ habere, præsertim, quòd prius articulasset se in dicto loco suo iurisdictionem habere ciuilem & criminalem,merum & mistũ imperium, & postea per suam schedulam retractauit, decendo se solum habere iurisdictionẽ ciuilem,reliquam autem omnem esse illustris ducis Cardonæ, à quo se dicit in feudum habere Castellaniam de Montebonino. Et similiter dicebam in processu non cõstare,quod dictus dominus esset Castellanus dicti loci,prout ipse prætendebat. Nec etiam sufficienter probari,pro eo quòd pater & frater ipsius fuerunt dicti loci Castellani. Quoniã vasallus cùm priuari possit ex multis causis feudo,quas Doctores tradunt in capite 1.& per totũ.ex quibus causis feud.amitt. & remissiuè posui suprà,consil.67. versi.14.& aliàs feudum possit hereditarium esse, in quo soli filij & descendentes primi acquirentis & illius hæredes & non agnati succedunt.vt not. feudistæ per illum textum,in cap.primo. de successione feudi.huiusmodi probatio non arguit concludenter successionem in dicto feudo: nec quòd ipse dominus de Montebonino, Castellan' esset
6 dicti loci. †Et cùm diceretur ex aduerso probatũ esse per testes, dictum dominum de Montebonino iurisdictionẽ habere ciuilem in dicto loco, & illam exercuisse:Respondebam esse latam differentiã inter possidere iurisdictionẽ & esse in possessione exercitij illius : cũ sit aliud.possidere,& aliud in possessione esse,vt deducit abũdè Philippus Cor.consilio.137.in litera c.volumine tertio.vbi inter cętera allegat l.si quis antè.conduxit.vbi Iason in sexto notabili per illum textum, ibi, est autẽ longè diuersum,&c. & ibi,aliud est enim possidere,longè aliud in possessione esse.ff.de acquirenda possessione.vbi conductor , qui non possidet, vt in l.3.§.illud. eodem tit.cum similibus,censetur esse in possessione:& tamen non est dominus,nec etiã possidet.Et sic non esset satis,quòd dictus dominus prędicta probauerit.cũ aliud sit res,& aliud possessio.l.qui duo. ad fin. Quinimò voluerunt Card.& Abb.in capitulo finali,per illum textum,quem ad hoc dicunt esse singularem. extrà.de foro compet.quòd licet probetur iurisdictio prę scripta.non tamen probatur ex hoc potestas coercendi,licet aliàs commodè explicari non possit.l.2.ff.de iurisdictione omnium iudicum . quia non dicitur omnino inseparabilis.& tenẽt Card.& Imo.in capit.ex his.& in capit. pastoralis. extra,de offic.dele. Refert & sequitur Socinus cõs.275.inc.in causa fratrũ.col.4.ver. cõfirmatur p Card. vol.2.& his addantur quæ dicuntur infra conf. 111.ver.7.

Dicebam etiam, quòd cùm d. dominus de Montebo. confiteatur illustrem ducem Cardonæ iurisdictionem habere omnimodam in dicto loco, dempta ciuili sola,quã se dicit ab eodem domino duce in feudum habere,cũ dicta Castellania, quòd illi actus iurisdictionales,quos probasse contendit,probant quasi possessionem iurisdictionis illustris ducis prędicti,qui est dñs directus illius loci.& cui subijcit,& nõ sic probata quasi possessio d.do.de Mõteb. qui d.illustrissimo duci subijcitur, vt feudatari',& quis ouil lã probat habere iurisdictionẽ,sed ipsius illustris ducis,qui dicitur habere in dicto loco iurisdictionẽ,vt declarat Bar. vbi suprà eũ proximè allegaui. & refert & sequitur Soci. consil.115. incipiente, in causa & quęstione. in 2.illatione voluminis 3.Cùm etiam iurisdictio nõ possit haberi,nisi ex concessione principis.l.2.§.cũ vrbem.ff.de offic.præfecti vrb. & in authent. de defen.ciuit.§.interim.Et licet in dicto duce,qui aliam iurisdictionem ibi habet,sit probabilis,attamen in dicto domino de Montebo.qui eam se
7 dicit ab d.duce habere, non est præsumenda. †Dicebam vlterius

vlterius, quòd ſi attendamus ad iuriſdictionem, quam cõtendit probaſſe ſe in dicto loco habere, non tamen eſt aliqua probata ſimilis, qualem contendit in hac cauſa. quoniam teſtium ſuorũ nullus deponit de iuriſdictionis exercitio in extraneos: maximè in exigendo banna ab illis, & ſignanter per capturam eorum. præſertim quando tales extranei homines regij eſſent. cũ reſiſtant conſtitutiones Cataloniæ prællegatæ. Sed indubitata iuris eſt doctrina, ꝙ dictus dominus, ſi probaſſet iuriſdictionis exercitium. & quòd illud præſcripſerit: non poteſt attamen huiuſmodi iuriſdictione vel exercitio illius ſe iuuare, niſi contra perſonas illas contra quas proceſſum eſt, & reſpectu loci in quo proceſſum eſt, & non ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis. vt not. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque priuato. idem in l. ſi publicanus. in fi. ff. de publica. Ad quod bene fa. tex. in c. cũ olim. & in c. auditis. & ibi Ioan. Andr. extrà, de præſcrip. Innoc. c. dilectus. extrà, de capel. mona. & doct. in c. cùm contingat. extrà, de foro compet. licet enim tale iuriſdictionis exercitium (ſi præſcriptum eſſet contra homines illius loci, & in dicto loco) poſſet habere locũ contra homines dicti loci ad aliam cauſam eiuſdem ſpeciei iuriſdictionis, vt not. Bald. & Roma. in l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudic. idem Bald. in l. 2. colu. 22. C. de ſeruitu. & aqua. & in diſputatione ſua incipiente, Appulus. & Angel. in repetit. capit. fin. extrà, de cauſa poſſeſſ. & propriet. Non tamen locum haberet contra alias perſonas etiã in eadẽ cauſa, vt concludunt Doct. prællegati: & refert & ſequitur Soci. cõſil. 187. incipiẽte, in contrauerſia, quæ vertitur, & c. ad fin. verſic. poſtremò, &c. volumine ſecundo. & ita etiã determinaui infrà conſ. 3. verſic. 13. vbi latius proſequor. Et per hæc. dicebam nõ conſtare in proceſſu, quòd dictus de Montebo. iuriſdictionem habeter imponendi bannũ, vel mulctam ſexaginta ſolidorum: non de iure communi. quoniam mulcta pecuniaria etiam leuis eſt de mero imperio, vt notat Bartolus in l. imperium. prælleg. in ſexto gradu. vbi etiam Iaſon. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſed nec ſecundum iura patriæ. vt notat Iacob. Marquilles in vſat. in baiul. vbi referens quandam Regiam ſententiam, concludit ex eadem, quòd habens iuriſdictionem ciuilẽ tantũ (qualem habere ſe fatetur dictus de Montebonino) poſsit imponere bannũ pro damnis quę fiunt in hurtis, vel vineis vſque ad quinque ſolidos pro damnis de die: & vſque ad decem ſolidos, qui faciunt paulominus, quam dimidium ducatum auri: Vnde inferebam, quòd etiam ſi dictus dominus ſe probaſſet dominum vel Caſtellanum dicti loci de Montebonino, & iuriſdictionem ciuilẽ habere, ꝙ poſſet duntaxat imponere dicta banna quinque & decem ſolidorum reſpectiuè, vt ſupra dicebatur, nõ maius, ẽt ſecũdum leges & iura patriæ. Vnde imponendo bannum ſexaginta ſolidorum, vltra ſibi datam iuriſdictionem & poteſtatem imperauit. Et per conſequens nõ valuit dicti bãni impoſitio, etiã in totum, per ea, quę notat Baldus in additionibus ad Spec. titu. de appellationibus. verſic. ex forma. in ſecundis additio. & not. in l. certa. poſt gloſſ. in ver. non tenere. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. idem Bal. in l. 1. C. ſi aduerſus rem iudic. Bartol. in l. fina. vbi etiã Modern. ff. de iuriſd. omnium iudic. & omnino Alexan. in l. 1. §. videtur. ff. ſi quis ius dic. obtemp. Sicut etiam non valet ſentẽtia vltra iuriſdictionẽ iudicantis. vt notat. in l. ſi duas. ff. de excuſat. tut. & in l. finali. C. de appellation. cum ſimilibus attento, quod banna & mulctæ ſunt fructus iuriſdictionis: vt notat Bartolus in l. fin. ff. ſoluto matrimonio. Baldus in l. 1. C. de fructibus, & lit. expen. & Iacobinus de Sancto Gorgio in ſuo tract. feud. in gloſſ. in verſic. marchio. verſic. dubitatur etiam: ibi, addite ad dictum Imola.
8 † Et ſi diceremus dictum dominum de Montebonino vel eius prædeceſſores imponere potuiſſe bannum talis quantitatis ſexaginta ſolidorum, quod non admitto, præſertim in terminis his, quia pœna delicti qualitatem nõ debeat excedere: nec ſit vlterius protrahenda, quam delictũ fuerit in excedente repertum. capit. 2. extrà, de his quæ fiunt à maio. parte cap. & notat dominus meus Iaſon in l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtempe. & textus in l. reſcriptum. ff. de his, quibus vt indig. Ita quod ſi pœna inconſueta apponatur, excuſatur non parẽs, vt notat idẽ dominus meus Iaſon in d. l. 1. in §. videtur. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽper. & ita conſulendo etiam tenui conſi. 60. verſiculo 50. vbi latius hanc materiam proſequor. Vel ſi fingeremus bãnũ illud valuiſſe, ſaltem vſque ad illam quantitatem, quinque vel decem ſolidorum, in ſuis caſibus prædictis: Adhuc dicebam, non apparere in proceſſu de banno, ex cuius tranſgreſsione potuiſſet dictus Font condemnari.

Non primò pro bannis ſuorum prædeceſſorum, qui morte illorum expirauerunt. vt per Speculatorem, tit. de ſententia. §. 2. verſi. eſt & quarta. Not. Albericus poſt Petrum de Bellapertica in l. 1. colum. 2. verſi. vnde habet naturam. C. ne ex delicto defuncti. & in dicta l. certa. C. & omnino Feli. c. à nobis. columna 2. verſiculo, circa quartã & vltimam. extrà, de ſentẽtia excom. Hinc eſt, quòd talia banna ſolent per nouos dominos de nouo apponi & publicari: imò ſæpiſsimè per ipſos ſolent reiterari. Non etiã & ſecundò pro bannis per dictum dominum de Montebonino factis vel impoſitis: de quib. deberet perſcripturã notarij, aut ſaltẽ ꝑ ipſius notarij & præconis qui illa ſcripſerũt & publicauerũt depoſitiones & dicta, probari. Ad hoc ſolet allegari Bar. in extrauagãt. ad reprimẽdũ. in ver. publico. & Doctores in authen. qui ſemel. C. quõ & quãdo iudex. Et tamen ſi diceretur de banno per dictum dominum impoſito, per aliquod teſtium depoſitiones apparere, reſpondiſſe me recolo non conſtare legitimè (poſito pro ficto, quòd per teſtes probari poſſent.) quoniam illi non deponunt quo tempore factum fuit bannum prædictum quoniam poteſt eſſe quod ipſi dicant verum, & quod dictus Font non incidiſſet in bannum, eo quod factum fuiſſet poſtea quam dictus Font arbores prętenſas incidiſſet. Et iuris regula certa eſt, quod quando quis de aliquo maleficio accuſatur, probari debet quod ipſe commiſerit illud tempore punibili, ita notat Ioannes de Imo. poſt Bart. in l. nõ ſolum. §. ſed vt probari. ff. de noui operis nuntiatione. imò dicit ibi Bart. quod licet poſtea probaretur, non ſufficeret ad condemnationem. & notat Alexander in apoſtilla ad Bartolum, in l. 1. §. idem ſcribit Neratius. in apoſtilla in eo. verbo. ff. depoſiti. Vnde dicebam, ꝙ etiam ſi conuictus eſſet legitimè dictus Fõt per teſtes, de furtim cæſis arboribus, adhuc nõ diceretur incidiſſe in bãnum, ꝙ vel nõ eſt, vel non probatur appoſitum fuiſſe an
9 te tempus prætenſarum arborum. † Et cum dicerent ipſum Font captum fuiſſe per dictum baiulum non pro debito, vel re ciuili, ſed pro cæſis furtim arboribus (quod crimen furti habet annexum) reſpondebam, quod præter id, quod dici poterat, quod illas de ſuorum dominorum voluntate ſciderat, cum nõ fuerint conqueſti. Et ſic non inciderat in pœnam arborum furtim cæſarum. vel quia conſtabat ex actis de mãdato dominæ dictarum arborum, ꝙ ramos arborum inutiles abſcinderet. Vnde ipſe etiam ſi vtiles abſcidiſſet, poſſet duntaxat puniri pro exceſſu. Et quicquid eſſet de pœna iuris, pro arboribus tenetur domino in emenda dupli. vt not. practici in vſat. ſi quis inſcio. domino. Vnde concludebam dictũ Font pro re ciuili, vel cauſa ciuili captum fuiſſe. pro cuiuſmodi cauſa, ſecundum iura, non potuit, liber homo, & multò minus homo regius capi, ceſſantibus vel obligationibus.

Addebã, quod ſiue pro crimine, ſiue pro dicto damno, quod, vt prætendebatur ex aduerſo crimine, habebat annexum, captus fuiſſet, quòd ante huiuſmodi capturam debuit de dicto banno (ſaltem ſummariè) de iure conſtare. cum eſſet tale delictum fundamentum iuriſdictionis dicti domini de Montebonino, Ita notant Cynus, Baldus, & alij, in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. Ioannes de Imola, & moderniores. in capit. cæterum. ext. de iudic. Doctores communiter in capit. Romana. §. con-

na.§.contrahentes.de foro competenti, libro sexto. Quinimò Andræas Siculus in capit. quæsitum. versiculo.56. extrà, de offic.deleg.& consilio.44. versiculo.12. volum. primo. & consilio.47.versiculo.48. eodem volumine.& consilio.56.volumine tertio, voluit. quòd illa qualitas quę iurisdictionem tribuit alicui, debeat ante omnia plenè probari, aliàs actus, & omnia secuta sunt nulla. Ita tenuit dominus Hippolytus de Marsil.in l.si quis, ne quæstio.vers. 167.& sequenti.ff.de quæst. De quibus tamen nedum nõ apparet, vt suprà dicebamus, verumetiã constat ex actis, quod baiulus per dictum subuicariũ requisitus, quòd daret ei informationes, si quas habebat cõtra dictum Font, districtualem suũ ingenuè confessus est se nullas habere, nec etiam quòd facta fuisset ei de dicto Font querimonia. Et si memini. Anto.Basa, & Io. Basa, qui sunt præcipui testes, qui super cæsis arboribus testificantur, fuerũt illi, qui denuntiauerunt dictum Font, vt ipsi in suis depositionibus dicunt. Vnde super illo crimine non sunt testes legitimi, vt not.Sali.in l.ea quidem.C. de accusa.& dixi suprà cons.63. vers.1. & consi.123. vers.2. Feli.omnino in c.in
10 omni negotio.ext.de testib. † Ad sententiam autem iudicium grauaminum, de qua fuit aduersatius magnũ fundamentum, dicebã nos esse in casu penitus aduerso. Quoniam ibi agebatur de damno dato per bestiam repertã in flagranti crimine. vnde nimirum si capi potuit, aiunt, illud & includi de quo in dicta sentẽtia, cũ esset animal errans, ex quo ignorabatur cuius esset: Ad quod videatur Iacob. Marquilles in vsat.stratæ.quæst.15.

Ad id autem quod negabatur sonum emitti potuisse, cum nullus pro d. Font capto instaret, dicebam constare in actis, quòd pater dicti Font sonum emiserat, &, quod magis est, etiam si nullus instaret, dicebam potuisse subuicarium sua propria auctoritate id facere. pro vt in fortioribus terminis resoluit Iacob. Marquilles in vsat. si quis se miserit in aguayt.in 4.notab. Et si & vbi prædicta omnia cessarent, & sonus contra formam constitutiones fuisset emissus, ex quo per dictum baiulum non fuit allegata illa constitutio, nec fuit de illa oppositum, aut negata qualitas, non poterat d.subuicarius syndicari. vt notabiliter voluit Paris de Puteo in suo tract.syndica.in verb. officialis.& maximè, quia dictus subuicarius nõ fuit in dolo, cum suorum prædecessorum insequeretur cõsuetudinẽ & stylum. & consuetudo etiam iniusta excusaret eum à pœna corporali, vt voluit Franciscbi. de Crema.singulari 149.incipiente, mos puerorum. Quod etiã voluit Roma. singulari 19.incipiente, an consuetudo reprobata. not.dominus Iason in l.Prima.§.hoc iudiciũ.ff.si quis ius dic.non obtempe.notat Franciscus de Curte, cõs.69.ad fi.& Soci. cõsi.209.ver.8.vol.3. Et maximè, q̃a dicta cõsuetudo erat obseruata, vel moribus illorum de Aquelata (cuius erat subuicarius) approbata. vt notat dom. Amedeus de Castillione in suo tract.syndicatus.colum.61.vers.item non tenetur si non seruat, &c.

Quoad verò capturam baiuli (licet inexcusabilis prætẽdatur ex aduerso,) dicebam, quod legitimè captus fuerat, vt suprà.mõstrauimus (licet nõ constat ex processu de sua captura, vt præmisimus,) ex quo per dictum subuicarium fuerat relaxatus, præstito per eũ sacramento & homagiõ de se repræsentando toties quoties vocaretur. Vnde vide baiur suam capturam approbasse, & confiteri se legitimè captum. Ita quòd ratione d. capturæ (etiam si alias esset nulla) non poterat d. subuicarius syndicari. pro vt not. idẽ Amed. vbi suprà.colu.pen.vec. postremo, &c. quod latius prosequor intra cons.121.versic.2.

Ex quibus in vnum cõgestis resoluebam pro legitime sonitemissi, & capturæ dicti baiuli, ita quòd dictus subuicarius non poterat occasione præmissorum syndicari.& ita vt verbaliter concluseram, in his scriptis dicebam & resoluebã, saluo, &c. Barchinonæ 1525.ad laudẽ & gloriã Dei. ego Celsus.

Huic meo consilio se subscripsit dictus magnificus Frãciscus Romen, quem suprà in themate dixeram in consiliarium fuisse mecum assumptum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius actum notariatus exercens, potest absenti stipulari.& isti pro quo stipulatus est quæritur vtilis actio absque cessione in omnibus stipulationibus etiam extraiudicialibus. 2. saltem postquam illi pro quibus est stipulatus ratum habuerunt.& nu.4.*

3 *Stipulatio quid sit, & per quæ verba fiat, & an per verbum promitto, si nõ fuerit apposita clausula, per stipulationẽ & nu.7.& quibus prosit illa stipulatio. nu.4.10.& 11.& an, & quãdo possit notarius absenti stipulari, & cui prosit talis stipulatio. quis effectus illius. & quãdo vitietur ex impersonalitate. nu. 10.& an possit ẽt vitiari dissensu illius, cui facta fuit in præiudicium tertij.nu.13.*

4 *Donatio facta alicui cum pacto, quod post certum tempus res illa donata esset ecclesiæ, reuocari poterit etiam in ecclesiæ præiudicium interueniente donatarij dissensu.& resoluo num.13.*

5 *Apocha priuata ad hoc quod probet, quid exigat? et qualiter illa, vel alia priuata scriptura probetur?*

6 *Prorogatio termini facta per creditorem debitori absque fideiussoris consensu, an inducat nouationem efficacem ad liberandum ipsum fideiussorem? & resoluo num.14.*

7 *Promitto, verbum, positũ in instrumento importat stipulationem, quicquid sit quando apponitur in priuata scriptura, vel vbi testis de tali verbo deponit.& nu.3.& differẽtia est inter eum qui promittit dare pro Titio id quod ipse debet. & eum qui promittit soluere id quod debet Titius. quoniam (licet vtroque casu valeat stipulatio) primo casu non est fideiussor promittens, nec potest conueniri nisi quatenus interfit, secundo casu est fideiussor. et poterit indistinctè conueniri ante principalem, siue sit soluendo siue non. numero.8.*

8 *Fideiussor quãdo cõstituatur expromissione, vel stipulatione? & quando obligatur vt fideiussor? notabilis consideratio.*

9 *Verba realiter, & de facto vel effectualiter, aut causa effectu, quid important, & quòd huiusmodi verba quando addatur verbum solutionis, denotãt actualem et naturalem solutionem, per quam debitor ipso iure liberatur.*

Soluere promittens in pecunia, vel realiter, & de facto, aut effectualiter, important solutionem strictam & propriam pro naturali actu & solutione, per quam debitor liberatur ipso iure.

11 *Pater quando pro filio tenetur, reputatur fideiussor.*

14 *Nouatio (secundum magis communem opi.) interuentu nouæ personæ, vel per temporis prorogationem non fit ipso iure, nec exceptionis ope, etiam in casibus, in quibus olim fiebat, nisi sint adeò vrgentes, & verisimiles coniecturæ, quòd per illas appareat voluisse partes recedere à prima obligatione, et illam transferrè, seu transfundere in aliam, quicquid fuerit dictum numero 6.*

15 *Mandatarius de soluendo alteri, potest à mandante re integra prohiberi, nisi mandatarius iure stipulationis obligatus esset soluere, vel nisi esset pater, qui pro filio promisisset soluere.*

CONSILIVM. LXXII.

SVPER dubijs pulcherrimis versat causa pręsens, quæ inter magnificos Raphaelem Corda, & Io. Rosel, ditissimos mercatores & ciues honoratos agitat, super quibus (vt audio) non pauci iuris vtriusque doctores equidem clarissimi in fauorem d. Rosel eci consuluisse dicuntur.

Quæ,

Quæ dubia sicut magis quotidianas tractant materias, ita subtilius & plenius sunt examinanda. lege. legaui.ibi, plenius attingas quæso,quotidiana enim sunt.ff.de li.lega.

Videndum ergo erit in hac consultatione, vtrũ attentis capitulis cuiusdã cõpromissi, de quibus infrà, per dictos litigantes,& quosdã alios firmati,& nuptialibus documẽtis dicti Rosel iunioris, alijsque meritis dicti processus,dictus Rosel senior fuerit indissolubiliter obligatus ipsi do. Corda actori,ita quòd etiam si dictus Rosel senior,eius filio Rosel iuniori satisfecerit,remaneat nihilominus obli-
1 gatus.† Et omissis phylacterijs, præsuppono pro claro,& expedito in iure nostro,ꝙ notarius actũ notariatus exercẽs,tam in iudicio,quã extra,potest absenti stipulari.insti. de inutil.stipu.§. si quis alij.& in l. nec ei. §. 1.ff. de adopr. & in l.2.& vtrobiq; Bar.ff.rem pupil.saluam fore.not.Bal. in l.si absentis.C.si certũ peta.& in l.non omnis.in fi.princip.ff.eo.tit.& amplè per Bart.& Mod.in l.stipulatio.vbi dominus Ias.super gl.fi.ff.de verb.oblig.Ita notat Roma. qui ad hoc allegat multa,consi.513.inc.in casu propositę consultationis.ad fi. Francisc.de Aretio,consil.41.incip.in Christi nomini,&c.ad princi. & dominus Philip. Decius, consi.226.incipiente,magister Ioannes.vol.2.Quarum est ratio, quia notarius est seruus pluribus. l. non omnem. ff. de adoptionibus.& l.Caius.versiculo,quòd si seruus publicus,&c.vbi de hoc est bo.tex.ff.de vsur.Ideò concludunt eum posse pro omnibus stipulari.vt latè prosequitur Ro-
2 manus in præallegato.consi.513.† Præmitto secundò,ꝙ absenti pro quo notarius est stipulatus,vtilis actio quæritur sine cessione,in omnibus stipulationibus,etiam extra iudicialibus. ita notat Bartolus in præall. l.a. ff.rem pupil. saluam fore.& in d.l.nec ei.§.1.cum concord. quas tradit Alex.in d.§.si stipuler.vltra quem videatur Abb.in proę. Gregoriano,col.7.versi.tertiò nota ibi, de notario. vbi dicit, quòd ista est communis opinio. & dominus Iason in d.§.si stipuler.col.6.versi.a.videndum est.vbi alleg.glos. in §.si vero aliquis.in versic.exponere.institu.de satisd.& tex.in d.l.præalleg.versiculo,ꝙ si seruus.ibi,ipso iure.quã etiam sententiam tenuit Baldus cap.1.ad fi.extrà, de fide instr.& in l.cum à sotero.ad fi.C.de iure dot. Licet idem Baldus sibi ipsi. contrarius in l.1.col.4. C. per quas perso. nobis acqui.tenuerit,quòd cessio requiratur,& male,secũdum Iaso.vbi suprà:si tamen sua stipulatio interueniat in executione suæ scripturæ,& non alienæ, secundum Cynum in præalleg.l.non aliter.ff.de adopt.not. Philip. Cor. consi.50.incip.videtur in hac consultatione.col.3.vo.1.& Franciscus de Aretio,consil.74.incip.diligenter & matu-
3 rè,&c.in 3.dubio. † Et licet præmissa sint nedum de iure vera,imò etiã vulgatissima: ex quibus videbatur domini cõsulentis intentionẽ satis esse fundatã,attamẽ videtur prima consideratione dicendum ex dictis capitulis nuptialibus non posse assumi stipulationem aliquam,saltem efficacem.Est enim stipulatio certa verborum conceptio, quibus is qui interrogatur respondet se daturũ facturumve id de quo interrogatur.l. 5.§. stipulatio.ff.de ver.oblig.& l.obligamur.§.verbis.ff.de actio.& oblig.

Nec obstat quòd in dictis nuptialibus documentis dicitur,ꝙ præfatus Rosel senior,&c. Quoniã licet ex illis de promissione appareat:nõ tñ per hoc videt stipulatio probari,sicut nec quãdo testis de sola ꝓmissione,& nõ de stipulatione testificat.l.1.cũ ibi not.C.de vsur.no.Bar.et alij in l.scendum.ff.de verborum oblig.cum concord.de quibus ibi.Et ratio est, quia facta in dubio nõ præsumuntur, nisi probetur.l.in bello.§. factæ.ff. de capti.Sed stipulatio & alij contractus sunt facti.l.consi.ad fi.ff.de cura. furiosi. Ergo videtur stipulationem non præsumi, nisi probetur.
4 † Insuper videtur etiam,ꝙ si diceremus stipulationem illam valuisse:attamen illa, vel facta Ioanni Rosel iuniori, aut Elphæ eius sponsæ,& fratri illius, qui principaliter cõtrahebant,iuxta theoricam Spec.de curato.§. vt autẽ.ver. instrumentum.& versi.pone.vbi vult notarium posse pro illo stipulari,pro quo receperit instrumentum.& hoc etiã videntur sonare verba instrumẽti prædicti,ibi, dictus do. Ioannes Rosel senior vel natu maior,promittit,quòd statim ꝙ dicti sponsi verbo,&c. & si facta fuit illis,aut eorũ alteri (prout dictus Rosel visus est voluisse in multis suis schedulis)certè illa facta fuit directò & principaliter dictis Rosel & eius sponsæ,& fratri sponsæ,& per indirectũ dicto magnifico agẽti & creditorib. alijs, vt est gl.notab.in l.huiusmodi in princ.ff.de le. 1.Quæ gl.licet Ang.ibi dicat ad hoc esse singularẽ,habet tñ socias. Vnam in l.pen.ff.de neg.gest.& aliã in l.quęcũq; gerimus.ff.de actio.& oblig. Et certè videtur, ꝙ ex tali supplicatione per d. contrahentes indirectè facta, non oritur dicto domino agenti actio ad agendũ efficax. vt per Bart. in l.3.ff. quod vi aut clam. saltem sine cessione illorum, quibus facta fuit directò, & principaliter.vt voluisse visa est gl.in l. stipulatio ista habere licere.§.alteri in verb.interest.Quam Bar. & communiter doct.ibi sequuntur,& eam ad hoc frequẽter allegãt. ff.de verb.oblig.Et sic videtur,quòd sicut principaliter facta est d.Rosel & eius spõsæ,fratriq; ipsius stipulatio illa, ꝙ ita possit eorũ dissensu vitiari.vt in l.inter stipulantem. §.si Stichũ.ff.de ver.ob.& in l.continuus.eo.tit.cũ similib.

Nec videtur obstare, ꝙ saltem incidenter domino agẽti stipulatum fuit, (vt suprà dicebamus.)quoniã de ipsius agentis ratificatione non apparet per ea,quæ not.Paul.de Cast.consi.197.inc.visis his,quæ narrantur.in 2.dub.versi. 2.videndum est.vbi dicit, ꝙ si notarius pro absente stipuletur, ius illi nõ acquiritur ex huiusmodi stipulatione ante ratificationẽ illius:& ꝙ ratificatio fieri non potest in prę iudicium illius cui medio tempore ius quæsitũ est. Et sic si dicamus ex hac stipulatione ius domino agenti quęsitũ fuisse:attamen ius istud non videtur impedire potuisse vitiationem stipulationis prædictæ, per ea,quæ notat Bartolus in l.qui Romę.§.Flauius Hermes,quem ibi sequuntur Moder.ff.de ver.obli.vbi singulariter dicit,ꝙ si aliquis donat alteri rem aliquam cum pacto, quòd post certum tempus restituatur ecclesiæ, quòd huiusmodi donatio reuocari poterit in præiudicium dictæ ecclesiæ de consensu donatoris & donatarij,vel etiam de consensu donatarij, per tex. in lege tertia. vbi etiam hoc tangit Bartolus.ff. de ser. export.& per l. 1. vbi etiã hanc q.ponit Salycetus.C.eod. tit.Ratio est,secundum Ioann.de Imo.in d.§.Fauius,quia respectu donatoris & donatarij ex isto pacto apposito iuxta contractũ donationis resultat contractus innominatus do,vt des.Nam sicut vbi aliquid dandũ esset donatori resultat iste contractus.l.legẽ.& l.cum res. C.de donat.ita ẽt si dandũ sit aliquid tertio ex pacto donantis.ita tradit Bar. multũ notabiliter in l.naturalis.in princip.ff. de præscript. verbis.Cũ ergo in contractibus innominatis locus sit pœnitentiæ etiam cum aliquid est dandum aut faciendum,ẽt in fauorem tertij.l.si pecuniam.§.si seruum.ff.de cõdi.ob causam. & ibi gl. sic videtur in casu nostro,cum quo,etiã si non esset vitiata stipulatio dissensu suprà mentionato, adhuc videretur quòd iste tertius,scilicet dominus agens, nõ posset ex huiusmodi stipulatione agere: sed ipse Rosel iunior, vel eius sponsa, cui facta fuit principaliter,possent exequi cõuentionẽ.per tex.in l.quæsitum.& quæ ibi not. ff.de ser.expor.& hãc opinionẽ tenuit Abb.(licet alia ratio-
5 ne)cõs.48.inc.Augustinus,etc.per totũ.vol.2.† Postremò considerandũ est, ꝙ siue principalẽ se constituerit d. Rosel,siue fideiussorem:hoc tñ fuit sub conditione,scilicet,si d.eius filius dicto actori, & alijs in d.instrumẽto mẽtionatis aliquid deberet, & si legitimè de debito cõstaret. Non autem videtur legitimè de debito constare per apochã(ꝙ albaranũ dicunt)d.Rosel iunioris.præsertim, ꝙ in præfati Rosel senioris absentia factum fuit, & maximè quia aliàs non videtur sufficienter probare,cum non sit per vtranq; partem subscriptum, & per legitimum testium numerum roboratum.iuxta theoricã Bart.& doct. in l.scripturas.C. qui pot.in pig.hab.& in aucten.& si contractus.C.de fide instru.Quamuis enim d.apocha negata nõ fuerit per antedictum Rosel iuniorem,satis attamen videtur esse negata

ab eius

ab eius patre qui ab ipso filio causam habet, in quem tran
siuit excipiendo, & sic negando. l. fluminum. §. dicitur. ff.
de dam. infect. vt per Bal. late in l. si tribus: §. si prius. eo.
tit. Sed nec videtur sufficienter apocha prædicta proba-
ta, cum testes non deponant, quòd viderint illam scribere
secundum doctr. Bar. in præal. l. scripturas. & Panur. in c.
2. ext. de fide instr. per text. in. §. si quis. in auten. de instr.
6 cautela, & fide. † Et (vt nihil omittamus) videtur etiam at
tento, quòd dictus actor post dicta capnula, vel stipulatio
nem, recepit à d. Io. Rosel apocham debiti prætensi, quòd
facta sit nouatio debiti, maximè, quia de iure cum nõ fuis
set tẽpus solutioni præfixũ p̃fatus Rosel senior cõueniri
poterat ad debiti solutionem post tres dies, postquã con-
staret de d. debito. per tex. in l. eum, qui calendis. vbi doct.
ff. de ver. oblig. & insti. de inutil. stip. §. si. sed per d. apochã
prærogata fuit solutio in septem annos, per quam termini
prorogationem videtur inducta fuisse nouatio efficax ad
ipsum Rosel seniorem liberandum. vt no. Bar. in l. Labeo.
2. §. si per fideiussorem. ff. de arbit. & per Bal. & Ang. in l.
si vnus. §. 1. vbi etiam Angel. ff. de pact. cũ similibus. Qui-
nimò videtur, quòd etiam si nulla facta fuisset nouatio, at
tamen si d. Rosel iunior postea patrem suum prohibuisset
ne dicto actori & alijs creditoribus suis solueret aliquid,
quod ipse Rosel senior nedum esset huiusmodi prohibi-
tione securus, verumetiam, quòd si post talem prohibitio
nem soluisset aliquid, nõ posset illud repetere. Ad q; vide
tur esse casus in l. vero procuratori. §. sed & si quis man-
dauerit. ff. de solut. pro quo melius fa. text. in l. si debitorẽ.
7 ff. de noua. & not. Pau. de Cast. in l. delegatio. eo. tit. † Licet
ista videantur esse colorata, attamen in contrariam senten
tiam concludo, resoluens pro dicti do. Cerda iustitia, quæ
vel ex eo clara demonstratur, quod duo illa præsupposita
suprà per me facta, scilicet quod notarius pro absente sti-
pulari potest, & quod illi absque cessione quæratur actio
ex huiusmodi stipulatione, sunt verissima. Nec in contra-
rium adducta obstant, quibus sublatis videtur nihil hæsitã
dum. Non enim quod primo loco dicebamus, verborum
scilicet conceptiones, quas iura in stipulationibus intro-
duxerũt, in terminis nostris nõ interuenissent. Iura enim
hodie non curant, quibus verbis cõcepta fuerit stipulatio.
l. omnes. C. de contrah. & committ. stipul. & inst. de verb.
obli. §. sed hæ solemnia. & vtrobique doct. & no. in l. 1. §.
si quis simpliciter. ff. eod. tit.

Et si essemus in casu dubio, vtrũ scilicet interueniret sti
pulatio, necne, adhuc tñ de illa cõstare diceretur, propter
illud verbum, promittit. quod verbum, licet in scriptura
priuata positum secundum aliquos, vel quando est in di-
cto testis, intelligatur pacto nudo, vt loquũtur iura in secũ
do contrario allegata, si tamen appositum fuerit in instru
mento, stipulationẽ importat, vt no. glo. in l. 1. C. de vsur.
Doct. in l. sciendũ. vbi omnino Iason. ff. de verbor. oblig.
Idem in rubr. eod. titu. Et ad hoc est text. in §. si scriptum.
institu. de inutil. stipu. & glos. & doct. in l. 1. C. de contra-
hen. & com. stip. & ita not. Fran. de Aretio consi. 1 ta. in-
cip. consideratis his, &c. colum. 3. versicu. secundo dico.
Quinimò Plus voluit dictus Franciscus, quem Moder.
subtilitatum principem dicunt in l. sciendum. præalleg. &
in l. Titia. §. idem respondit. eodem tit. de ver. oblig. quòd
dictum verbum promitto, etiam in scriptura priuata posi
tum intelligatur per stipulationem, vt probet stipulationẽ
interuenisse. Quam etiam opin. tenuit Bartolus, Bal. & Sa
lye. in l. lecta. ff. si cer. pet. licet Iac. Butrig. in l. 1. suprà al-
leg. C. de contrahend. & committ. stipul. voluerit hoc di-
ctum restringere, vt non procedat in priuata scriptura, si
profertur à iurisperito: licet vbi ab idiota profertur secus
esset. Sed vtcumque sit, appositum fuit dictum verbum
promisit, in instrumẽto publico: & sic probat stipulatio-
8 nem, de qua etiã aliàs notarius attestatur. † Dubiũ maius
restare videtur in cognoscẽdo effectu dictæ stipulationis:
præsupposito quòd facta fuerit domino actori, & alijs cre-
ditorib. dicti Rosel iunioris, per clausulam illã expressam:
ibi, sed etiam pro alijs omnibus personis quorum interest
ac intererit, recipiẽti & paciscenti, ac etiam legitimè stipu
lanti, &c. Et indubiè sumus in terminis dispositionis. l. si
ita stipulatus fuero te sisti. §. possum. ff. de verborũ obli-
gationibus. qui §. licet propter sui difficultatem plures ha
beat intellectus, vt referunt ibi dominus Alexander, &
Moder. eorum tamẽ decisio in terminis nostris non con
trariat. Et licet Petrus de Bellapertica, & Dyn. ibi, & post
eos Bald. Angel. & Iason, faciant differentiam, quando ali
quis similiter promisit soluere nomine Titij, vt hoc casu
nõ sit fideiussor quia promittit factum, scilicet soluere, q;
est facti. l. consilio. in fin. ff. de curatorib. furioso. & al. &
glos. in rubr. ff. de sol. Et ideò in dicto casu, cum in stipula
tionibus facti succedat obligatio ad interesse. l. stipulatio-
nes nõ diuiduntur versi. Celsus. ff. de verb. oblig. si Titius
cuius nomine promissa est solutio, non sit soluendo, inte-
rest stipulatoris, & ad id tenetur, vt in dicto §. possum. ibi
sed ex ea stipulatione, &c. secundum intellectum omniũ
Doctorum, dempto Rapha. Cuma. Sed vbi quis promit
tit dare vel soluere pro Titio illud q; debet, tunc (aiunt)
promittens est fideiussor Titij, quia promittit illud quod
debet Titius. l. vbi autem. §. illud. versic. qui verò à Titio,
&c. ff. de verbo. oblig. Et hoc casu promittens tenetur in-
solidum, siue Titius sit soluendo, siue non, quia stipula-
tio ista non continet factum, sed dationem, & domini trãs
lationẽ, quæ est præcisa, ideò potest indistinctè statim agi
contra promittentem, d. l. vbi autem. §. fin. Nec intelligo,
quod fideiussorem se constituat promittens solum, quãdo
promisit se daturum, sed per quæcunque verba, quãdo da
tio est in solutione, secus quando factum esset in obliga-
tione. l. solutionis verbo. ff. de verb. sig. Quia quando fa-
ctum ordinatur ad dationem, videtur ordinari ad dandũ,
secundum Bart. in l. illa. §. 1. ff. de verb. oblig. & in d. §. pos
sum. vbi etiã Pau. de Cast. Raph. Cuma. & Fran. de Aretio
& probatur in l. si hæres. ff. de lega. 1. Ideò Bar. quem Mo
der. omnes sequuntur, dempto Cuma. & Iaso. aliter intel-
ligebat d. §. possum. scilicet vt fideiussor esset is qui pro-
mittebat dare vel soluere quod Titius debet, non autem
quando promittit soluere pro Titio, quod ipse Titius de
bet. Et si fideliter refert Ias. Petrum de Bellapertica, & Dy
num, inter intellectum Petri & Bar. esse differentia, quan
do promittitur per verbum dare, vel soluere: quo casu di-
cit Per. loqui, & Bar. in modo promittendi. Et licet intel-
lectum Bart. qui communis est, idem Ias. post Cuma. re-
prehendere voluerit, dicens, quod in vtroque casu secun
dum distinctionem Bart. si quis promittat alteri se daturũ
nomine Titij: & quando promittit se daturum, stipulatio
fit vtilis, Sed vel habeo lecturam dom. Iaso. corruptam:
vel ipse, pace eius dixerim, nõ bene contulit lecturam cũ
text. in dicto §. possum. Voluit enim Bartolus & bene, q;
siue ego stipulor per Mæuium mihi dari pro Titio, vel
eius nomine id, q; mihi debet: siue ego stipuler mihi dari
per Mæuium id, quod mihi debet Titius: quod vtroque
casu valet stipulatio. de quo etiam non dubitauit gloss. ibi,
in verbo daturum, in fine. ibi, sed certè nõ alium, sed te da
turum promittis. Verum Bartolus apposuit differentiam
inter dictas duas stipulationes: vt primo modo, non sit fi-
deiussor promittens: nec conueniri possit, nisi quatenus in
terest stipulatoris. l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. ff.
de verborum obligationibus. & procedat textus in dicto
§. possum. versiculo sed ex ea. Secus autẽ vbi promitteret
secundo modo: quo casu esset fideiussor: & sic poterit in-
distinctè hoc iure cõueniri ante principalem: siue sit prin
cipalis soluendo, siue non. Hunc intellectum Bartoli am-
plectuntur Moder. dempto Cuma. & domino Iason. præ
dictis. imò Alexander dicit illum notatu dignũ, ad discer-
nendum quando quis vt fideiussor obligatur, vel non: nec
contrariatur textui dicti §. possum. dixerint Cuma. & do-
minus Iason quicquid voluerint, quod monstrat (vt præ-
dixi) glossa ibi, in verbo daturum, quæ loquitur vt inutilis
sit stipulatio, si stipulor Titium daturum Meuio quod de
bet. † Sed

9 bet. † Sed vtcunque sit, & quęcunque intellectum sequi velimus, constabit dictum Rosel obligari ex promissione tanquam fideiussor, cum non promisit soluere pro filio suo id, quod ipse deberet domino actori, & alijs in dicto instrumento nominatis, sed promisit, quòd compleret, & realiter & de facto solueret id in quo teneretur & esset obligatus prefato d. actori, & côcreditoribus præfatus ei⁹ filius. Per quæ verba videtur in dubio dationē & traditionem præcisam promisisse, & per consequens (etiam secundum intellectum Petri suprà dictum) dictus Rosel. pater se fideiussorem constituit pro do. Rosel eius filio, prout suprà dicebã. & not. Rapha. & Alex. in l. illud. ff. de ver. ob. Illud enim non dicitur reale & de facto, vel cũ effectu fieri, quod solo verbo fieret, vt patet ex not. in l. acceptã. C. de vsur. & in l. si mora. ff. sol. mat. Nec etiam dicitur effectualiter, vel de facto, fieri. Vtrunque enim est indifferens, nisi quod realiter impleatur. vt no. gl. pe. in cle. r. de deci. & probatur in extrauag. Io. 22. quę incipit, suscepti, &c. Et sic in terminis nostris non dicit dominus Rosel senior realiter & cum effectu soluisse id quod deberet eius filius domino agenti, & alijs in dicto instrumento nominatis, nisi & ipse tradidisset precisè debitum ipsis. Et per consequẽs sumus etiam in casu distinctionis Petri de Bellapertica. vt suprà dicebam, cum qua concludere possumus dictũ Rosel seniorem etiam posse conueniri indistinctè.

Accedat quod verbũ solutionis adiunctum cum aliquo prædictorum verborum, s. realiter, & de facto, vel cũ effectu, vel cũ verb. pecunia, sumitur strictè & propriè, pro naturali actu & solutione, per quã debitor liberatur ipso iure vt est text. in l. solutam. ff. de solu. & ibi Bart. & Paulus de Castro, & alij. Idem in l. solutionis. eod. titu. de quo dixi su-

10 prà consi. 1. in addi. versi. 3. † Nec dicatur hanc stipulationem ex impersonalitate vitiari, cum non fuerit impersonaliter concepta, vt infrà ostendemus. Et si aliqua impersonalitas adesset, ex quo non esset circa verbũ inductiuũ obligationis, non vitiaret hanc stipulationem. vt tenent Doct. in l. fi. §. Labeo. ff. si cer. pet. Imò sustineri posset, quod etiam circa verbum inductiuum obligationis posita non vitiaret, prout demôstrat d. Christopho. de Castell. in d. §. Labeo. Quam opi. sibi adscripsit Cuma. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga.

Quinimò si attendamus, quòd sicut debet solutio fieri vero creditori, ita etiam debuit eidem fieri promissio de soluendo, cum à pari procedant. l. fin. C. ad l. falcid. & est communis Doct. sententia in l. à Titio. ff. de verb. obliga. & hoc ostenditur ex ipso instrumento multipliciter, siue quia voluit dictus Rosel senior quasdam obligationes dudum inter ipsum, & quosdam nominatos in certo côpromisso validas esse, & in sua manere roboris firmitate. & dicta verba licet de actiuis obligationibus loqui videant. attamen debent etiam intelligi de passiuis, quas videlicet ipse Rosel domino agẽti & alijs nominatis ibi fecerat, ne contractus claudicaret, scilicet quod agens & alij videãtur eidem obligati ex dicto instrumento, & non ipse illis, côtra l. cũ emptor. ff. de rei vendic. cũ similibus. Et maximè ponderando verba ista suprà mentionata. ibi, sed etiã pro alijs personis, &c. per quæ côstat indubiè stipulatum fuisse per notarium etiam domino agenti, & alijs creditoribus, quorum intererat, & illis promissionem factam fuisse per dictum Rosel seniorem de soluendo eis, quod dictus eius filius deberet eisdem, aliàs dicta verba feruirent de vẽto, cũ pri⁹ esset facta stipulatio & promissio dictis Elphę, & eius fratri, cũ promissione de iudicio sisti, & iudicando soluendo, & alijs stylatis obligationibus & submissionibus. Et dicto Rosel iuniori factam non fuisse, vel ex hoc patet, quòd ipse tunc in patris esset potestate, iuxta tex. in §. item inutilis. insti. de inutil. stipul. Nec repugnat plures in eodem côtractu fuisse stipulationes adhibitas, vt patet abunde ex text. in l. 1. §. sed & si mihi. & ibi Franc. de Aretio, & moder. ff. de verbo. oblig. & in l. scire debemus. &

11 in l. quod dicitur. eodem titu. † Accedat l. eum, pro quo §. 1. & quod ibi notat Bart. & alij. ff. de in ius vocan. vbi fideiussio facta apud acta, videtur facta officiali, vel parti. & ita etiam ante ipsum notauit Guliel. de Cug. (prout eum referunt ibi Bald. Ang. & Paul. de Ca.) per tex. in §. s. Instit. de stip. seruorum, & in authen. si quãdo. vbi Bal. & Saly. post Cynum. C. de consti. pecu. Ergo in casu nostro clarissimũ erit, stipulationem etiam factam fuisse domino agenti, notario pro eo stipulante, & per eum dictum dominum Rosel patrem & fideiussorẽ pro filio constituisse. Cum etiam aliàs pater, qui pro filio tenetur, prout eum in casu nostro teneri constat ex verbis dicti instrumenti, & ex causis in eo côtẽtis, reputatur fideiussor, per tex. in l. 1. C. de decur. lib. 10. vbi quando pater obligatur pro filio, vice fideiussoris accipitur, & est fideiussio tacita, vt not. Alexan. consi. mihi 92. incip. in causa executionis, &c. colum. pen. vol. 4. cum multis, quæ allegat ibi. Et per hæc sunt omnia fundamenta in contrarium suprà facta sublata. Et sic non videtur verũ, quod dicto domino agenti non fuerit per dictam stipulationem actio aliqua quæsita. Quoniam præsuppositum dicti contrarij, quod scilicet fuerit indirectè domino agenti stipulatũ, falsum est, vt abundè suprà môstratum est. Quod etiam si verum esset, etiam ob id non prodesset dicto domino agenti actio: attamen côpeteret, quoniã fuisset eidẽ alia qualitas acquisita ad ipsam actionẽ, quæ omnino côpetebat. Ita dicit tex. egregius in l. prohibere. in princ. ff. quod vi aut clam. quem Bart. allegat in l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ff. de verbo. obliga. pro quo dom. Ias. allegat ibi text. magis notabilem in l. si quis solutioni. §. fina. ff. de vsur. & in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa.

Nec similiter est verum, quod suprà apponendo dicebatur, actorem legitimè non probare creditum suũ. Quoniam constat de illo per apocham siue aluaranum (vt vulgari nomine vtar) dicti Rosel iunioris debitoris, quod nedum fuit per testes probatum, verumetiam dictus Rosel pater in suis articulis recognouit à filio scriptum fuisse. Et præter id etiam per patrem non negatur esse filij. Et legitimè probatũ est, insequendo theoricam Doct. in l. côparationes literarũ. C. de fide instr. & subscri. est manu testis vnius legitimi. & sic clarũ est, quod probant côtẽta in eo.

Nec simpliciter obstat, quod calculatio facta nõ fuit præsente, vel vocato dicto Rosel seniore. Quoniam si dicimus albaranum præcessisse obligationem patris. indubiè probat, si post, etiã probat. quoniam dictus Rosel senior voluit satis esse ad probandum debita filij, quod per ipsi⁹ filij confessionem aut aliàs probaretur, sed per albaranum côprehenditur indubiè filij confessio. & contrahentes nullus negat pacisci posse, quod probatio aliàs illegitima admittatur. vt notant Pet. & Albe. in l. in illa. ff. de verbo. obligat. & not. Doct. in autentica, iubemus. C. de iudic. & Cano. in c. 2. extrà, de proba. Et si consideremus, quòd nõ apparet de prioritate stipulationis, vel albarani, missis pluribus, quæ dici possunt, non est incôueniens etiam dicere, quod correspectiuè celebratę fuerint huiusmodi scripturæ, vt declarat Barto. eleganter in l. petens. C. de pact. & in l. si vir. ibi etiã Iacobus de Aretio. ff. soluto matrimonio.

11 † Vnde non est etiam verum, quod suprà versiculo 4. dicebamus, potuisse dominũ Rosel antiquiorem filio suo soluere cui facta fuerat stipulatio. quoniam illi stipulationem fieri prohibebat tex. expressus in §. item inutilis, Insti. de inutilib. stip. vt suprà dicebam. Quinimò si ei facta fuisset ipsi creditori & non debitori censeretur, vt etiam dicebamus: & maximè quia fideiussio, qua se pater adstrinxerat, conditionalis erat, l. si dominus agẽs, & alij creditores, dicerent de suis creditis quodcunq; tunc non fecisset, ille nõ potuit legitime solui, etiam si principalis fuisset. Vnde conditio illa, non solum causam suppleuit si aliàs non fuisset apposita, vt abundè not. dominus Iason post alios in l. à Titio. ff. de verb. obliga. verumetiam conditio illa ante purificationem illius, actionem & obligationem suspendit. l. cum in secundo. ff. de inofficioso testamento. Baldus not. in ru-

in rubrica. C. de insti. & substi. sub condi. fact. & in l. quæcunque. ff. de verbo. obliga. & latè examinando ita resolui suprà consi. 53. ver. 4. Ideò si pater ipsi filio, vel alteri principali antea soluisset, non fuisset tutus, cum plus petatur eo

13 loco, & tempore, vt sunt iura vulgaria. † Nec etiam verum est, quòd dissensio stipulatorum vitiari potuit hæc stipulatio in præiudicium domini agentis. Quoniam, quicquid fuerit in contrarium dictum communis opinio est in contrarium, per tex. in l. Titia. ff. de anuu. leg. & in l. Stichus. §. Titia. ff. de ali. lega. Maximè quando onus, vel qualitas est rei meæ adacta, per l. si conuenerit. 2. §. si fundus. ff. de pig. actio. & l. debitorem. & vtrobique Doct. C. de pig. & præsertim quando pro tertio stipulatur notarius. quia cum ex promisione sua fuerit huic tertio ius quæsitum, nõ potest absque facto suo auferri. l. fi. C. de pact. & l. 1. & per totum tit. C. res inter alios act. &c. & l. sępe. ff. de re iudi. in princ. Pro qua cõclusione est casus in l. cũ maritus. §. fi. ff. de pac. dota. & alius tex. solẽnis, quem Bal. ibi notat in l. si constãte. in ver. exceptio. C. de don. ante nupt. per quem textum dicit ibi Baldus quòd ius mihi re, vel spe quæsitum ex tuo facto, non tamen ex tua dispositione, sed ex dispositione legis, nullo modo per te mihi põt auferri. & adducit propriè textum ad quęst. Bar. suprà allatum pro contrario. Per quod dictum notabile Bal. (quod refert & sequitur Frãciscus de Aretio præallegato consil. 74. in tertio dubio) possumus contrarietates prædictas ad concordiam reducere. & ad hoc videatur dominus meus Iason in l. 1. colũ. mihi nona. C. de iure emphyt. & in l. si arrogator. columna ante penultima. ff. de adop. & felinus omnino post Panor. in capitulo, ex tenore. extrà, de rescript. & aliunde per regias constitutiones (quæ sunt leges dictæ patriæ) irritatur omnis contractus factus in prçiudicium donationis in capitulis nuptialibus factæ. Et sic videmur in terminis istis esse extra omnem aleam. Et ita etiam concludebam infrà cõs.

14 100. versi. 3. † Nec postremò verum est, ꝙ per albaranũ factum per dictum Rosel iuniorem, tunc agenti facta fuerit nouatio, tam interuẽtu nouæ personæ, quam prorogationis termini prioris. Quoniã dixerit Bartolus quicquid voluerit in l. singularia. suprà pro cõtrario allegata, cõmunis opinio est, ꝙ interuentu nouæ personæ non fit nouatio, nec ipso iure nec exceptionis ope vt in l. fi. C. de nouat. & ponunt latè Socinus & Alex. post Ioannem de Imo. & Paulũ de Cast. in l. qui vsumfructum. ff. de ver. oblig. Imò secunda stipulatio continent id, quòd prima tantũ, in dubio præcedentem obligationem non innouat. vt notat dominus meus Iason post Alexandrum & Moder. in dicta l. qui vsumfructum. & dominus meus plenius in dicta l. singularia. ff. si certum petatur. & ita notat Baldus cõsilio 219. volumin. 3. Alexander consil. 19. incipiente, visis dispositionibus, &c. vol. 2. Refert & sequitur Socinus consi. mihi 267. incipiente, præsens consultatio, &c. col. mihi secunda, versiculo, primò, quia hodie, &c. volũ. 2. Plus voluit Ioannes de Imola, in l. penultima. C. de præto. stipul. post Cy. in l. cum quid. ff. si cer. pet. quòd hodie nõ fiat nouatio, neque ipso iure, neque exceptionis ope, etiam in casibus in quibus olim fiebat nouatio: nisi sint adeò vrgẽtes, & verisimiles coniecturæ, quòd per illas appareat partes à prima obligatione recedere voluisse, & illam in aliam trãsfundere seu transferre: sed in terminis nostris nedum non constat de huiusmodi coniecturis, vel quòd per dictum albaranum voluerit dominus actor priorem obligationem innouare, aut à priori recedere, in qua ipse Rosel, iunior principalis erat, eius pater principalis erat fideiussor (loquor de obligatione in capitulis nuptialibus facta, pro vt confirmat eam, quæ in compromisso facta fuerat) erant obligati sub bonorum suorum hipotheca. Nec enim hoc præsumendum est, imò præsumptio, quæ est in contrarium debet tanquam fortior hanc vincere. l. quæ dotis. & ibi Moder. post Barto. ff. sol. mat. & ita resoluit in terminis nostris Soci. consi. 21. incip. visis, & diligẽter inspectis, &c. ad princip. vol. 1.

Similiter non est verum, quod suprà pro contrario allegabar, ꝙ termini prorogatione facta, fuerit nouatio. Quoniam (vt paucis absoluam) dico post Soci. consi. 21. col. mihi 4. versi. 5. dicta conclusio probatur, &c. ꝙ quando terminus. qui prorogatur, est faciendæ obligationis: vt si principalis conduxit ad annum domũ, vel aliam rem, pro quo aliquis fideiussit, si prorogatur ille annus, & sic locatio, liberatur fideiussor, per l. fi. ff. de pact. Si verò prorogatur terminus datus ad soluendũ, & tunc nec fit nouatio, nec fideiussor liberatur. & ita latè resoluit dom. Ias. in l. iudicio cœpto. col. mihi. pen. ver. extra gl. &c. vbi etiã do. Iacobinus de S. Georgio, col. 3. ver. ex præmissis infero, &c. C. de indi. & not. plenè & remisiuè dom. Philippus Decius consi. 107. inc. & pro tui, &c. vol. 1. Quod etiam albaranum factum est principaliter, vt de debito cõstaret, in quo dictus Rosel iunior tenebatur. de quo fortè aliàs, saltem legitimè

15 nõ apparebat. † Nec obstat postremò contrariũ vltimo loco factũ, de l. vero procuratori. quia non sumus in terminis mandatæ solutionis, vnde frustra quæritur, an posit per filium reuocari, sed sumus in puris terminis. l. aliud. ff. de solu. quæ dicit, ꝙ aliud est iure stipulationis solui posse Titio, aliud meo permissu id fieri. Nam cui iure stipulationis rectè soluitur ei ẽt prohibente me rectè solui põt, Cui verò permisero solui, ei nõ rectè soluit, si priusquã solueretur denuntiauerim promissori, ne ei solueret. Quinimò ẽt si essemus in puris terminis mandati, ex quo pater tenebatur ad debita filiæ, & sic in illis eius erat debitor, si ipse patri mandasset, vt solueret dño agenti, cuius erat debitor, mandatũ postea reuocare non potuit. nã cum pater soluere promisisset, nõ dicitur res integra, vt mandatũ reuocari posit vt not. gl. in l. si hac mente. ff. de nego. gest. & ita tenuit arg. illius gl. Io. And. post Alb. Galeo. Odoffre. & Dynum. in addi. ad Spec. in rubr. de depo. & ita debet intelligi Paul. de Cast. qui hoc dictum sequitur in l. si cum Cornelius. ff. de solu. & in l. si cum fundum. ff. de pact. & sequitur Ange. in d. l. singularia. & refert & sequitur Socin. consi. 167. versic. aliquando & secundò, &c. volum. 2. qui in hac materia mandati, extra quam nihilominus sumus, notabilem facit distinctionem.

Posset adhuc sustineri, ꝙ si per Elphã, vel eius fratrẽ stipulatũ fuisset pro domino agente, & non per notariũ, posit nihilominus huiusmodi stipulatio, ratione iuramẽti, ꝙ dictus Rosel senior præstitit, sustineri, vt latè resoluit Ias. post alios, in l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. colũ. 4. versi. 4. notabiliter limita. ff. de verb. oblig.

Ex quibus resoluendo concludo, voluisse stipulationẽ, de qua quæritur, & ex eadem dominum Rosel seniorem obligari domino agenti, tanquam fideiussor Io. Rosel. eius filij, & prioris obligationis vinculum non cessare, nec illũ fuisse nouatum. Et ita vt suprà conclusum est & decisum decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ anno 1525. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Naturalem filium an & quo iure pater instituere potest? & an & quãdo, & pro qua parte? & an possit ei aliquid inter viuos erogare? & nu. 17. et an possit huiusmodi filius naturalis in testamento imperfecto instituti? & quando?*

Actus quo fuit adhibita certa solẽnitas, minus tamẽ legitimè, vel nulliter, valet, quando celebrari poterat absque dicta solennitate.

2 *Filius naturalis an legitimetur quãdo pater eum simpliciter instituit. aut si vocet eum filium simpliciter in instrumento quod tres testes subscripserunt. & quid operetur ista legitimatio? & quæ debeant concurrere ad hoc quòd huiusmodi legitimatio valeat. & nu. 12.*

3 *Matrimonium an præsumatur in dubio secundum leges inter aliquos, ex eo quòd simul habitant tanquam coniuges. & quid secundum canones. & nu. 5. & 6.*

Ius civile servatur vbi agitur de successionibus, & alijs, de quibus nostrum est iudicare in terris imperij. & econtra in terris ecclesiæ servatur ius canonicum, vel quando dicta iura discordant inuicem & idem in materia peccati. & nu. 4.

4 *Concubinatus quamuis de iure ciuili permissus sit ius attamē canonicum tales leges reprobat, & de iure ciuili quanuis non esset punibilis, non tamen est honestus.*

Concubinę restitutionem petens, non est audiendus.

7 *Legitimari filius an possit viuente patre nisi ipsemet supplicante? & pro legitimatione huiusmodi supplicare potest pater per se, vel per suum procuratorem specialem. quod est verum antequam fuerit concessa. 9.*

Rescriptum an reddatur ex eo falsum, aut saltem suspectum, si dicatur in eo quod aliquis supplicauit, qui reuera supplicare non poterat, quia infans, aut infirmus in lecto.

8 *Mandatum speciale requiritur in eo qui pro alio rescriptū impetrat super defectu natalium, aut dispensationem. & si non interuenit mandatum huiusmodi, an poterit per eum cuius nomine impetrata est postea ratificari? num. 9. & 10.*

Ratificatio an & quando retrotrahatur, & mandato comparetur.

9 *Ratihabitio nihil operatur, vbi requirebatur mandatum pro forma*

Consensus quando à principio requiritur certo & determinato tempore, si desit licet postea subsequatur, ratihabitio sequens non ratificat actum.

10 *Princeps legitimare quamuis possit filium naturalem patre non supplicante, non tamen ita de facili legitimat, nec valebit huiusmodi legitimatio à principe facta, si putabat patrem supplicasse, etiam si postea consentiat pater.*

11 *Legitimatio per rescriptum ita demum valet, quando legitimari non poterat per matrimonium. & nu. 12. Et quid vbi non poterat honestè matrimonium contrahi à patre? vel si erat inter parentes impedimentum. dicta nu. 12. & datur ibi cautela ad huiusmodi legitimationem impugnaudum.*

Matrimonium si contrahatur cum concubina, legitimantur antea nati filij ex concubinatu, etiam si vnus contrahentium constitutus esset in extremis. & quid si mulier nō erat tali matrimonio digna. nu. 12.

13 *Legitimatio de qua suprà nu 4. quæ fit per institutionem. aut nominationem, valet, etiam si matrimonium inter parentes honestè contrahi non poterat. per quæ demonstrantur quæ requisita sunt ad hoc quòd huiusmodi legitimatio valeat, & 14.*

Matrimonium quando dicatur honestè contrahi posse. & nu. 12. & 13.

15 *Impotentia legitimandi per matrimonium, cum sit causa quòd deueniatur ad legitimationem per rescriptum, oportet quòd legitimanti de tali impotentia constet: etiam de specie impotentiæ, nec legitimatio aut alius actus valet, non constito de impotentia huiusmodi dato quod re vera subsit.*

Potestatis suæ fundamentum si princeps actum aliquem faciens ignorat, non valet actus quem gerit, etiam si reuera subsit quod inducitur ad multa notatu digna. Et hoc verum etiam in actibus voluntariæ iurisdictionis. & numero. 16.

17 *Concubinas plures eodem tempore habere non est cōcessum, etiam de iure ciuili. Ideo natus ex vna de multis concubinis est spurius. & qui plures habuisse cōcubinas conuincitur, an præsumatur quod eodem tempore. & nu. 18.*

18 *Præteritum siue antecedens præsumitur ex præsenti.*

19 *Falsa causa dispensationem vitiat, etiam motu proprio factam. motus proprius licet surreptionem tollet, non tamē gratiam firmat contra mentem concedentis.*

Supplicata probari debent secūdum tempus supplicationis, non autem prius aut posterius.

20 *Infans non est capax virtutum aut meritorum, Ideò legitimatio infanti concessa propter virtutes aut merita illius non valet.*

21 *Consensus legitimandi requiritur ad validitatem illius. & quare? & quid si legitimandus sit infans?*

22 *Legitimatio propriè assimilatur arrogationi, & an emancipationi? nu. 22.*

Infans arrogari an possit, vel adoptari?

Princeps legitimare an possit non vocatis eis quibus per dispensationem præiudicari potest. & nu. 34.

23 *Pater legitimari faciens filium suum an debeat in supplicatione explicare, quòd liberis naturalibus & legitimis caret? & nu. 24. 25. & 26.*

24 *Legitimum fieri de illegitimo est quasi contra naturā, ideò imperator in legitimatione sibi legem imposuit, à qua recedere non licet, nisi clausulam derogatoriam apponēdo, & non sufficit illius scientia.*

25 *Impetrans aliquid cōtra iuris dispositionē, tenetur causam exprimere: & idem in eo qui rescriptū aliquod impetrat vt faciat actum aliquem regulariter prohibitum, licet in certis casibus permissum.*

Appellatio quandocunque regulariter est prohibita non appellatur, nisi causa expressa, vt appareat quòd non appellatur, nisi in casu permisso.

26 *Surreptio an omittatur si qualitas omittitur, qua expressa facilius concederetur.*

Argumentum de maiori ad minus, & de faciliori ad facile, non valet in dispensationibus & legitimatione.

27 *Illegitimitatis qualitas in specie debet exprimi quando legitimatio impetratur.*

Specialiter vel in specie dicitur apponi, quando qualitates omnes, & circunstantiæ exprimūtur. & quid in alijs gratijs & rescriptis an debeat causa & qualibet facti qualitas in illis exprimi. d. nu. 28.

28 *Legitimare illegitimum est contra ius, præsertim quando illegitimus est alia quam simplici illegitimitate.*

Curia licet non consueuit aliquas circunstantias exprimere, non tamen ex hoc sequitur quòd impetrans illas non teneatur exprimere.

29 *Concubinatus quibus prohibitus.*

Spurij qui dicantur.

Spurij an legitimentur per subsequens matrimonium, & an à principe.

30 *Sacerdotis filij an legitimentur à principe.*

31 *Incesti qui dicantur.*

32 *Legitimatio in præiudicium eorum qui succedunt ab intestato facta, an valeat?*

Et an facta per subsequens matrimonium in extraneis contractum? ibidem.

Vulneratus letaliter, & qui de proximo moriturus est habetur pro iam mortuo, nisi quoad testamenti factionem. & nu. 41.

33 *Legitimari non potest filius Regis in præiudicium consanguinei, qui decedente Rege succedere debet in regno.*

34 *Citari debent venientes ab intestato, quando filius naturalis aut spurius legitimatur. & suprà nu. 22.*

Restitutio liberti natalibus non fit de facili per principem non consentiente patrono, & quare? & restitutio natalium huiusmodi, & legitimatio, æquiparantur, numero. 34. & 35.

35 *Infamia est facti, quòd natus quis non sit de legitimo matrimonio, ita quod per querelam repellitur à succedendo superstite maximè fratre legitimo. & idem est in legitimato*

mato per rescriptum & nu 36. & 37.

Frater habet querelã institut a persona turpi, & rescindit in totum testamentum, etiam si fuerit in illo clausula codicillaris. & quid vbi turpis illa persona fuisset aliàs ei successura? vel quando turpitudo illa non dependet ex vitio testatoris? nu. 35. & 36.

36 *Frater an debeat consentire quando frater legitimare facit filium suum.*

37 *Legitimatus per rescriptum principis an semper remaneat infamis.*

38 *Legitimatio quæ fit patre viuente etiam ad supplicationem illius, fieri debet cum causæ cognitione, & surripitur nisi fiat in illa mentio agnatorum.*

39 *Clausula, quòd legitimatus nõ plus habeat quam vnus legitimorũ, in legitimatione apposita, quid operetur? & nu. 40.*

Clausula derogatoria gratiam non ampliat.

40 *Verba in gratia posita ad exequendum, limitandũ, & modificandum, aut etiam ad explanandum illam, non debent extensionem operari, sed nec ampliant illã vt casum aliũ qui non est comprehensus, includant.*

Clausula, amoto qualibet illicito detentore, vel possessore, in literis executoriis apposita, surreptionem alienæ possessionis non tollit.

41 *Clausula quæ ponitur ad confirmandum gratiam præcedentem, dato quòd loquatur latius quam gratia præcedens, non tamen comprehendit nisi præcedentia duntaxat.*

Letaliter vulneratus habetur pro mortuo præterquã quoad testamenti factionem, ita quod statutum puniens interficientem hominem certa die, locum habet in eo qui tali die letaliter hominem vulnerauit: quãuis ille non ipso die, sed postea moriatur. & suprà nu. 32.

Iudex qui de maleficijs suo tempore commissi potest cognoscere, non tamen de vulneribus tempore sui prædecessoris datis, aut inflictis cognoscet. licet postea suo tempore mors sequatur.

Viuenti si princeps beneficium, aut gratiam concedere intendebat, non valet si tunc ille talis defunctus ostendatur, & è contra non valet gratia vel prouisio de beneficio, vel bonis alicuius, qui défunctus putabatur, si tunc viuebat.

Iudicium pro defuncto qui tunc viuere putabatur intentatum non valet, & idem est in sententia pro, vel contra defunctum lata.

In legitimatione fieri debet mentio de statu patris, aliàs est nulla.

42 *Filius si instituatur tanquam legitimus, si non valet legitimatio, nec etiam institutio, & quare? & hoc etiam si postea legitimetur. & idem est quando filius adoptiuus instituitur, si non valet adoptio. & nu. 44.*

Error in institutione vitiat eam, & quare? & quid si error ille non sit facti probabilis, sed iuris? & errans fuerit aduocatus aut doctor. vbi multa ad propositum hoc & notatu digna ponuntur. & nu. 44. & 45.

In exhæredatione idem operatur error quòd in institutione.

44 *Institutio de seruo proprio vel liberto facta, tanquam de libero, non valet, secus autem quando seruus alienus aut libertus instituer etur tanquam ingenuus. & quare?*

45 *Institutio legitima & solennis quæ dicatur esse.*

46 *Legitimus quando, & quomodo validè instituatur à patre, si legitimatus non est naturalis & legitimus & an veniat sub appellatione legitimorum, secundum communem vsum loquendi, & quid vsu illo circũscripto vel cessante?*

De plenitudine potestatis quando princeps procedit, nihil opponi potest quod gratiam annullet. & an citare debeat illos qui ex huiusmodi gratia vel concessione læduntur.

48 *Clausulæ plenitudinis potestatis effectus, & operatio. & quid requiritur vt operetur?*

49 *Ex certa scientia quando princeps procedit, an credãtur esse vera quæ dicuntur. & nu. 50. & an possit contrariũ probari? nu. 52. & quid vbi notarius attestatur patrem aliquid ex certa scientia sua approbasse, vtrum possit contrarium probari? nu. 53.*

Clausula, ex certa scientia, & plenitudinis potestate æquipollent. & tollit qualibet illarum defectum omnem à iuris apicibus aut legum interpretatione procedentẽ. quod intelligitur de iuris positiui, non autem naturalis defectibus. & num 50. quod intellige quando princeps cum debita causæ cognitione processit vocata parte. nume. 51. alias nihil operatur, nisi in his de quibus princeps habuisse notitiã præsumitur, cuiusmodi sunt ea quæ de iure sunt, & quæ in ipsis legibus consistunt, non autem in his quæ sunt facti. nu. 52.

52 *Clausula ex certa scientia non facit præsumi quòd princeps habuisse notitiam censeatur plenariam eorum quæ dicit, aut facit, recipitque hæc clausula limitationem ab expressis: præsertim quando ponitur in oratione negatiua.*

Motus proprius principis nedum tollit surreptionem, verũ etiam confirmat gratiam eorum, maximè in his de quibus notitiam habent plenariam: in his autem de quibus notitiam plenariam non habent, quãuis motus proprius surreptionem tollat, non tamen firmat gratiam.

Confirmatio principis ex certa scientia, vel cũ clausula, supplentes, firmat id quod est infirmum & inualidum, nedũ quoad solennitatem, verumetiam quoad substantialia. si tamen fiat cum causæ cognitione & parte vocata. Et hoc quando confirmans scit actum quem confirmat, inualidum esse; secus autem quando ignorat validum esse; puta quia nihil expressum fuit.

54 *Clausula omnis naturam sapit accessorij.*

Surreptio vitiat gratiam vel priuilegium. etiã si appareat principem in omnem euentum fuisse concessurum.

55 *Clausulæ generales non obstantiarum in legitimationis rescripto appositę non sufficiunt: sed fieri debet expressa mẽtio legis, quæ prohibet illud. Et hoc etiam si apponatur clausula, quòd vult alias clausulas, haberi pro expressis & specificatis. quinimò si plures essent obstantiæ, debet etiam de singulis mentio fieri.*

Mentionem expressam facere de obstantibus, & aliquid ex certa scientia concedere, æquipollent.

Clausula generalis non obstantiarum, nõ operatur nisi quoad expressa duntaxat, nec supplet defectum, seu inhabilitatem personæ.

CONSILIVM. LXXIIII.

TITIVS mihi præsupponitur dũ extremis letali vulnere percussus ageret, Caiũ & Semproniũ filios impuberes, imò etiam infantes quos solutus existẽs (tonsuræ tñ simplicis clericus) ex Mæuia sua famula, vel pedissequa susceperat, legitimatos ad suam supplicationẽ. postea tñ quã letaliter fuit vulneratus, per quendã locum tenentẽ illustris Proregis Neapolitani, in suo testamento sibi reliquit hæredes, tãquam filios suos naturales & legitimos: appositis certis conditionibus, & substitutionibus, ac fideicommissis, de quibus in præsentiarum non agitur, & hoc condito testamento decedens Titius ex dicto vulnere, præfati Titij fratres vtrinque coniuncti legitimationẽ antedictã de liberis huiusmodi factã nullã esse prætendũt, tum ex persona legitimãtis, tum etiã ex legitimatorũ persona, & ex alijs multis capitibus quæ deducẽtur in hoc consi. & in cõsequentiam institutionem quæ facta est de dictis legitimatis infantibus nullã esse contendunt, tanquã factã per errorẽ, vnde locũ esse successioni ab intestato concludunt fratres defuncti Titij, per quam se dicunt esse vocatos per textuales dispositiones, cuiusmodi sunt text. in authent.

cessante.& in authent.post fratres. C. de legit.hæred.& in authen.itaque.C.communia de success.cũ similibus.quæ-
1 ritur ergo quid iuris? Visis autem legitimatione ac testaměto præmentionatis, videtur prima fronte quòd valeat institutio de huiusmodi filijs naturalibus facta qui etiam circunscripta legitimatione de omni ſtorũ.Codicis,authẽticorum iure possunt instituì,quando legitimi non extãt. De iure ffor ũ.text.est in l.fi.ff. de iure delibe. vbi pater instituit naturalem,& valuit institutio. ad ꝙ est alius text.in l.Lucius.ff.de vulga.& pupil. vbi valuit institutio de naturali filio etiã superstite filio naturali & legitimo. Ideo glo. ibi,in verb.primum.secundum And.de Pisis & alios,dicit singulariter, ꝙ iure illo fforũ.naturalis institui poterat. cui est glaba similis in l.fi.ff.de regula Catonia.ſm Alex.post Raph.Fulg.in d.l.Lucius in l.omnes.§.Lucius.vbi ẽt Bar. ff.de his quę in fraudẽ credi.sit notabilis tex. secundũ Bal. in rub.C.de reuo. his quæ in fraudem credit. & consuluit Rom.cõsi.397.in..placet mihi,&c.ꝙ pater bona sua donare poterat filio suo quem ex serua sua susceperat. Ideo præallegatus Roman.cons.mihi 221.inc.dubitatum an relictum, &c.consuluit ꝙ valet relictum à patre factum filio suo naturali de quatuor mille,quanuis minus habent in bonis. Nam pater legitimis vel ascendentibus non existentibus põt in totum suam substantiam relinquere filijs naturalibus,tam in testamento quam inter viuos. Et licet in contrarium videatur esse tex.ꝙ etiam de iure fforum.hoc non possit,vt probatur in l.si is qui.iuncta gl.& in l.ex facto.§ Iulianus Longiaus.in verb.cupiẽti.ff. de vulg.& pupill.& in l.qui testamentũ.ff.de proba.Ideo Bar.in d.l.Lucius.& alij post ipsum dicunt,ꝙ bene dicitur ibi,ꝙ naturalis filius institut' fuit:sed nõ dicitur pro qua parte. Ideò debet intelligi fuisse institutus in parte in qua de iure Codicis & authenticorũ poterat institui.Sed Frãcisci de Aretio allegat in cõtrarium l.Lucius.§.fi.ff.de leg.2.inducẽdo vt per eũ in d.l.si is qui.in princi.de quo per alex.in l.cogi.§.hi qui insolidum.& ibi gl.ff.ad Trebellianũ.de iure aũt Codicis est tex.in l.humanitatis.C.de natu.libe.ꝙ pater filium naturalẽ non extante sobole legitima,vel matre,põt instituere hæredẽ saltẽ in sex vncijs,& sic in dimidio substantiæ suæ.de iure verò authenticorum quando non extat legitima soboles, põt filium suũ naturalẽ instituere in duodecim vncijs. & inter eos quomodocunque diuidere põt bona sua tam per donationẽ simplicẽ,vel antenuptialem,quam etiam per alium quencunque titulũ.vt patet in auth.licet.C.de natur.libe. & in §.discretis. in auth. quib. mo.natu.effi.sui Quinimò(quod plus est)pater substituere põt filium naturalẽ in testamento imperfecto. iuxta l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testa. pro vt voluit Spec.in tit.de instru.edi.§.compendiosè.versi.quid si pater.& Salic.in l.fi.C.fami.ercisc.Idem Pau.de Ca.in d.§.ex imperfecto.quanuis Bal.contrariũ teneat in l. parentes.ff. de in ius voc.& in d.l.fi.& in l.si qua illustris.C.ad Orficianũ.Ita etiã tenent Io.de Imo.Pau.de Castr. & Francisc.de Aret.in l.qui testamẽto.§.mulier.ff.de testa.Ang.in l.filiũ. in fi.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.vbi dicũt ꝙ in cõtrariũ multi consuluerunt.& Ang.in l.filio præterito.ff.de iniusto rupto & irrito facto testamento, dicit se aduocato Perusij contrariũ fuisse iudicatum.& ibi Imo.in antepen. charta.Bal.Salic.& Alexã.in sæpeallega.§.ex imperfecto. Idẽ Bald. & Sal.in l.si quando.C.de inoffi.testamento.& Alex.plenissimè in præall.l.ex testamento.§.si quis rogatus.ff.ad Trebell.decidit.col.mihi 20.ver.per haec ẽt decidi põt. Attamen naturalis,imò ẽ.spurius legitimatos corã duobus testibus institui põt in patris testamento imperfecto:ſm Bal.in c.de causis.extrà,de off.deleg.& sic videtur, ꝙ etiã cessante legitimatione isti naturales institui potuissent,ex quo filij legitimi & naturales nõ supersunt,nec ẽt ascendentes. Et hoc multo fortius videtur in casu nostro subsistente legitimatione etiam si nulla esset, pro vt asseruot dicti Titij fratres:pro quo dicto est gl.singularis in l. in multis.in ver.in transitu.Instit.de libertinis.vbi dicit,ꝙ quando actus aliquis explicari potest sine certa solennitate,si adhibeatur illa solẽnitas,& equidem minus perfectè, aut minus legitimè,valet actus ille.quam quidem glo.Bal. ad hoc reputat singularem in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex.& in l.2.col.3. C. de iure emphyt.& in c.1.§.si verò.in tit.de pace iur.firmanda. Ita etiam voluit Roma.in l.de pupillo.§.meminisse.in addi.col.2.ff.de nouo ope.nunciat.& ad hoc est l.fi.vbi Bald.C.de rei vxo. actio. vbi si aliquid de necessitate non requiritur, si illud interueniat & nulliter, non ob hoc redditur actus nullus. & secundum hanc conclusionem resolui suprà cons.1.nu. 30.& in add.nu.44.ꝙ ineptitudo libelli non vitiat, qñ in causa libellus necessarius non erat offerendus.q̃ etiam conclusionem comprobat auctoritatibus & rationibus quam plurimis Didacus de Segura,in l.ab exhæredanti substitu-
2 tuto.fol.37.col.3.versi.4.dico,&c.† Horũ autem illegitimorum legitimatio multipliciter ostenditur:quoniam eo ipso quòd pater instituit huiusmodi naturalem hæredem suum,vel in instrumẽto à tribus testibus subscripto,vocat simpliciter filium suum:talis filius naturalis erit legitimatus.vt est tex.in auth.vt liceat matri & auiæ.§.ad hæc.colla.5.& in authent.item si quis.C.de natu.libe.quod vsque adeò verum,est,quòd si vni tantum dixerit,sufficit omnibus qui cum eo ex eadem matre nati sunt, ad legitima iura:eo enim ipso quòd pater eum appellat filium, ipsum legitimare censetur:secundum Bal.in d.authen.item si quis la prima. & melius in d.§.ad hęc. Adeò enim per huiusmodi vocationẽ indicatur legitimatio naturaliũ, vt fingatur legitimum fuisse matrimonium cum eorum matre cõtractum. Ideò Bal.ibi post Iac.de Beluisu dicit, ꝙ de hoc est præsumptio iuris & de iure.vt etiam gl.sentire videtur in d.auth.itẽ si quis.in versi.monstrat,Et ex quo præsomptio illa facit matrimonium præsumptum fingi,quod idẽ operatur quòd verum,legitimantur isti naturales,etiam legitimis existentibus,vt tradunt Iaco. de Beluisu & Bal.in d.§.ad hæc.& iste legitimatus hoc modo succedit agnatis & cognatis:secundum Bal.ibi,& gl.in c.per tuas.in ver.filium.ext.qui filij sint legi.vbi dicit Inn.quòd eo ipso ꝙ pater in vltima voluntate filium naturalem appellat simpliciter filium,& ipsum instituit, censetur illum legitimasse si alios non habeat:& mater tunc viuat, quæ posset vxor illius esse,secundũ Io. Andr.ibi. quod non placet do.Anto. vt refert Abb.ibi.Quæ etiam gl.subdit,ꝙ si pater in publico instrumẽto vel à testibus tribus subscripto nominauit talem filium,nõ adijciendo naturalem, ꝙ legitimatur iste naturalis.& Præpo.ibi.in 3.q.cum seq.ponit an & quę sunt necessaria ad hoc, quòd per nominationẽ patris in suo testamento filij naturalis inducatur legitimatio, & an requiratur quòd mater huius filij possit honestè vxor illius esse, & an requiratur quòd illud concurrat tempore natiuitatis,vel conceptionis illius filij,an verò sit satis quòd tempore nominationis.& Bald.consilio. quinquagesimo nono.incip.punctus quæstionis, &c.volumine.secundo. dicit, ꝙ eo ipso quod pater filium naturalem instituit, velle videtur antecedens,scilicet ꝙ legitimentur filij.qui etiã consil.511.incipiente,Salmotinus. volumin.4.dicit,quòd pater instituere potest filium naturalem legitimatum,quãdo vult, & dat ibi consilium, qualiter institui debeat, & substitui.In casu autem nostro nedum iste Titius dictos filios instituit,aut simpliciter vocauit eos filios, verumetiã instituit illos tanquam filios naturales & legitimos, qua-
3 re,&c. † Posset etiam attentari,quòd cessante institutione & legitimatione, de quibus suprà in themate, quòd isti Caius & Sempronius legitimi sunt, per text. in l.in liberæ.ff.de ritu nupt. & in lege in concubinatu.ff. de concubin. vbi est bonus textus. quòd si quis ingenuam mulierem honestæ vitæ concubinam habuerit, siue protestetur quòd eam non vult vxorem habere, vel quòd ipsam vult habere vt concubinam, quod ei non permittitur, sed habet necesse ipsam vt vxorem habere, aliàs committit stuprum, secundum Dinum, ibi. & in dubio dici

ibi gl.

ibi glossa, præsumitur secundum leges, ꝙ eam habuerit
vt vxorē.vt est tex.in d.l.in liberæ.& ibi not.gl.& Odof.
& gl.in l.si quis acceptā.C.de stup.Quod tamen est intel-
ligendum(vt etiam ibi dicunt) secundum leges,quoniam
secundum canones est secus,qui non præsumunt in dicto
casu matrimonium.sed etiam fornicationem,vt etiam ha
betur in cap.is qui.34.distinct.& in c.nemo,32.q.4.& in
c.aliter 30.q.5.licet ibi gl.videatur concordare canones cū
legibus,vt per istam cohabitationē sine protestatione ma
trimonium præsumatur secundum leges,& secundum ca
nones secus.Ita etiam Cin.in l.si vicinis.C.de secundis nu
ptijs. Et vbi tractatur de matrimonio præsumēdo quoad
successionē in terris Imperij,statur iuri ciuili.per dict.l.
in liberæ.secundum Cinum in l.si vicinis.C.de secundis
nuptijs,qui dicit,matrimonium & filium ex eo natum es-
se legitimum in successionibus, & alijs in quibus est no-
strum judicare.& Baldus in l.si contra.post Cinum.C.de
nuptijs.dicit,quòd vbi in materia legitimandæ sobolis ius
canonicum discrepat à iure ciuili, quoad successionem
ius ciuile seruatur in terris Imperij,& è contra in terris ec
4 clesiæ seruatur ius canonicum.† Ad quod vltimum respō
deri potest ex notatis per Ioan.Andr.& omnes in c.lator.
extrà,qui filij sint legit.& idem Ioan.Andr.in regula,sine
culpa in Mercurialibus.de regu.iur.libr.6.& post Anton.
de Butrio.in c.tanta.& ibi Præpos.& Abb.extrà, qui filij
sint legit.qui dicunt, quòd lex ciuilis permittens concubi
natum de iure canonico est reprobata.cap.nemo.30.q.4.
quòd etiam leges de iure ciuili voluit esse correctas.ad ꝙ
authent.si cenicas mulie.et authen.de leno.& authen.vt nō
luxu.contra naturam.& quia castitatis amatores sumus.§.
illud.in authen.quibus mo.natu.effi.legit.& quia circa pec
cata corrigenda lex sequitur canones.vt ibi per eos. & ita
resolui suprà consilio 52.nume.10.Ideò Federi.de Senis.
consilio 277.incipiente,factum de quo,&c.dicit ꝙ hodie
concubinatus sit reprobatus.vnde refert Gulielmum di-
cere,quòd lex quæ faciebat naturales capaces in certa par-
te,correcta est.Idem Bald.consilio.395.incipiente, in hac
causa.volumine 1.non putat esse discedendum ab ecclesię
judicio quicquid Cinus dicat.Quinimò Inno.Ioan. And.
& alij in cap.ex parte.columna 2.extrà,de resti.spol.singu
lariter notant,ꝙ si quis tenuisset aliquam vt concubinam,
& petat illam sibi restitui pro eo quod fuit in possessione
tenendi eam vt concubinam in suo lecto,ꝙ non debet au
diri:sed debet huiusmodi libellus dentibus lacerari: veluti
si peteret hæreticus ecclesiæ restitutionē.c.1.2.& 3.23.q.
7.& in c.cum causam.extrà,de præscript.Nam secundum
Abb.ibi,petitio ista cōtineret notorium peccatum.d.c.ne
mo.cum similibus.quoniam retinere concubinam sit pec
catum,etiam de iure ciuili,secundum Benedictum de Plū
bino.in l.illud.iuncta gl.ff.de manu.vindicta, & est etiam
vitium,vt dicit tex.in l.fi.C.de natu.libe.licet enim concu
binatus de iure ciuili sit impunibilis,non tamen est hone
stus:nec cōcubina dicitur honesta.l. si vxor in princ.ff.de
adul.& in l.stuprum.& ibi Fulg.ff.de ritu.nupt.per quam
l.Bal.in prælleg.cons.395.dicit,quòd nunquam boni mo
res sunt in concubinatu.& ita etiam resolui infra cons.88.
5 nu.4.† Vel dicamus ꝙ per huiusmodi cohabitationē,seu
consuetudinē,seu etiam protestationē præsumitur inter
æquales matrimonium:quando sunt ęqualis conditionis,
& qualitatis personæ: secus autem quādo sunt impares.vt
voluit gl.in l.donationes in cōcubinā.in princ.ff.de dona.
& in d.c.1.30.q.5.& in præll.c.is qui.34.dist.Cognoscitur
enim ex personarum qualitate an sit cōcubina vel vxor:
quod etiam ex vitæ conditione perpenditur, secundum
quod dicit tex. in d.l.donationes in concubinam.cum gl.
Quinimò dicit ibi gl.in verb. comparatis. quòd in dubio
præsumitur vxor esse de iure ciuili, nisi appareant aliqua
judicia,quæ ipsam ostenderent esse concubinam.sed de
iure canonico nunquam præsumitur esse vxor. Quare
dicit ibi Paul.de Castr.ꝙ si aliquis tanquam filius naturalis
& legitimus bona paterna petat,probare debet matrimo-
niū:ꝙ si nō possit probare per scripturā,vel testes qui prę
sentes fuerunt,si testes deponant ꝙ parētes stabant adinui
cem tanquā vir & vxor aduersarius ad hāc præsumptio-
nē elidendū probare debet ꝙ homo,magnæ vir conditio
nis esset,& illa vilis.& sic nō præsumatur,ꝙ cū illa matri-
moniū cōtraxerit,sed ꝙ eam tenebat vt concubinā. & eā
non mittebat honorificè,quemadmodum vxores taliū so
lent mitti.Nam inter vxorem & cōcubinā nihil interest,
nisi in dignitate.l.item lega.§. parui.& l.qui concubinam
6 in princip.& vtrobiq; doct.ff.de leg.3.† Posset etiam dici,
quòd dicta l.in liberæ.cum similibus, debeant intelligi,
quando maritus huic mulieri faciebat honorem tanquā
vxori:& sic quando consuetudinem habebat circa hono-
rem:secundum Cinum in d.l.si vicinis.qui dicit quòd illo
casu ius canonicum concordat cum iure ciuili.& Salicetus
ibi dicit,quòd mundus non sumpsit illam practicam pro-
bandi matrimonium pręsumptiuè,secundum dictam l.in li
beræ.& in l.in concubinatu sed intelligit has leges, quādo
interuenit consuetudo: nedum simul habitādi, sed etiam
quando homo ille tractauerit,& honorauerit illā mulie-
rem tanquam vxorem:& ipsa è contra eum tractauerit,&
honorauerit vt maritum.Ideò Bal. in c. ex transmissa.col.
5.extrà,de resti.spol.dicit esse periculosum diuinare matri
moniū.licet enim quis habeat mulierē in domo,& in mē
sa,& eam tractet honorificè,matrimonium non pręsumi
tur,ex quo solet actus iste sicut matrimoniū exerceri:sed
de iure ciuili ex notabili præsumptione inter personas ho
nestas pacis & bonæ famæ matrimoniū præsumitur:quæ
quidem præsumptio sufficit filijs ad succedendū: quamuis
de iure canonico nō sufficeret ad fœdus matrimonij, et si
adinuicem se tractassent vt vir & vxor.Ita Bal.ibi.Quan-
doquidem solent ista fieri ad palliandū adulteriū: vt dicit
Ino.in prælleg.c.ex parte.& illa pars quæ facit contra le-
gitimatos istos,videtur esse verior,præter ea quæ subden
7 tur.† Cōdescēdamus ergo ad legitimationē quā fecisse di-
citur locūtenens Viceregis antedicti, quē si fingamus ha-
buisse potestatē,cōsidero ꝙ legitimatio nō cōceditur nisi
patre(quādo viuit)supplicāte.§.sit igit licētia.in auth.qui-
bus mo.natu.effi.legi.& in auth.quib.mo.nat.effi.sui.§.il-
lud aūt à nobis.sed in ꝓposito nō apparet ꝙ pater suppli
cauerit. Nec.n.verba supplicationis de quib.infrà,probāt
supplicasse Titiū patrē legitimatorū:cū illo tempore quo
facta est, iacebat letaliter vulneratus in lecto: ex quibus
decessisse dicitur post triduū:vt dicitur in casus positione.
quare dici nō pōt ꝙ de ipso loquanē verba legitimationis
in præfatione.dū dicitur,exposuit nobis dilectus Regius.
licet.n.gratia illa nō reddat ex hoc falsa:vt cōcludit glossa
magna.et post eā doct.in c.nōnulli.§.sunt & alij.ext.de re
scrip.Fede.de Senis,cōs.517.inc.casus talis est,Ioānes,&c.
supp.alleg.89.inc.factū super quo,&c.ver.nā de literarū.Si
tū probaretur,ꝙ procurator impetrauerit sub huiusmodi
forma quando impetrauit vt nūtius, nō potuit concipere
verba illa in personā domini sui,absq; eo quòd principalis
eius supplicasset.secundum Bal. in d.c. nonnulli.colum. 3.
idē voluit Petrus de Ancha.consi.mihi 242.inc.ex tenore
priuilegij.vbi dicit, ꝙ si dicatur in rescripto,quòd Titius
supplicauit,qui supplicare non potuit, puta quia erat infans
cum non sit verisimile ꝙ infans supplicauerit:nec apparet
quòd alius pro eo supplicauerit, redditur ex hoc rescriptū
de falso suspectum.Ad propositum ergo nostrū, cum pa-
ter filium legitimare possit petere per procuratorē.c. per
venerabilem.ext.qui filij sint legi.& in auth. quibus mod.
natu.effi.sui.§.quòd si verò is,&c.vbi plenè Bar.Idem &
alij in l.neq; absens.ff.de adopt.idē in l.nequaquā. §.1.vbi
etiam Bal.ff.de excusa.tutorum.& in l. Gallus. §.forsitan.
ff.de lib.& posthu.idem Bal.in l.nec mulierē.C.de mand.
iudi.& in l.fi.C.de adopt.& Sali.in l.2. C.de his qui veniā
ætа.impe.quicquid voluerit Bal.in c.cum dilectus.ext.de
ordi.cogni.Debet attamen iste procurator s̄m quod prę-
alleg.doct.volunt,esse specialis:maximè de stylo curiæ,se
cundum quem impetrant pro alio super defectu nataliū

debet habere ſpeciale mandatum:alias non auditur,ſecun
dum quod tradit Specul.in tit.de procurat.§.1.verſic.24.
& ibi Bald.in addit.ad ipſam.col.1. Mihi autem non præ
ſupponit mãdatũ ſpeciale,ſed nec aliquod aliud.Ideo,&c.
Et ita reſoluebam infrà,conſilio 120.num.28.vbi diceba
mus, exigi mandatum ſpeciale ad impetrandum diſpenſa
tionem:ex defectu cuius quidem mãdati arguebamus di-
8 ſpenſationis illius nullitatẽ.† Nec facit ꝙ horum illegiti-
morũ aduocatus dicitur allegaſſe,ac magnum fundamen-
tum ex hoc feciſſe, videlicet ꝙ pater iſtos illegitimos in-
ſtituendo videtur legitimationem ratificaſſe,pro vt vidẽ
tur voluiſſe Bal.& Franciſc.de Aretio, in d.§.forſitan. &
ſecundum hanc determinationẽ conſuluit ipſe Bal. conſi.
131.alias eſt conſ.313.incip.titulus principis Achaiæ.col.
2.vol.3.& Ang.conſi.83.incip. ſpurius,&c.Dico enim ꝙ
vbi in legitimatione quæ fit à principe, requirit̃ ſpeciale
mandatum,vt ſuprà monſtratum eſt,ratificatio non ſuffi
cit.vt colligitur ex d.gl.magna.& quod doct.notãt ibi ſu
per ea.& in d.c.nonnulli.& ita reſoluit Inno.c.ex parte.el
vltimo.extrà, de reſcript.cũ alijs multis quæ allegat Fely.
in d.c.nõnulli. Et hoc in odium falſi promiſsi coram prin
cipe.ſecundũ quòd tradit ſingulariter Bal. in l.falſus. C.de
procur.allegat Inno.in c.ex parte decani.extrà,de reſcrip.
de quo per Abb.in prælleg.§.ſunt & alij.col.2. cũ tamẽ
aliàs ratificari poſſunt geſta per falſum procuratorem. vt
probatur in l.licet.ff.de iudi. Tunc enim demum ratifica-
tio retrotrahatur,& mandato comparatur,quãdo pendet
actus ab ipſo ratificante:vt probatur in l.3.§. falſus.ff.rem
ratã hab.& in l.fi.C.ad Macedo.cum ſimilibus.Legitima-
tio aũt nõ pendet à patre,in qua pater ipſe nihil diſponit,
ſed principi legitimanti ſolum conſentit:ita ꝙ non ipſe pa
ter eſt,ſed princeps qui legitimat. authent. item ſi quis.C.
de natu.libe.& in corpore vnde ſumitur. ibi, principis &
legis dono,&c.& ita not.Bar.& alij in d.§.forſitã.Idẽ Bar.
in d.§. ſi verò is.in auth.quibus mo.natu.effi.legi.& ſic vi
detur eſſe in conſequentiã,poſito pro ficto ꝙ patris ratifi
catio eſſet expreſſa: qm̃ illa nihil operatur in caſu noſtro,
9 ſecundũ ea quæ dixi latius ĩ.conſi.108.nu.7. † Conſidero
etiam ꝙ legitimatio patris præcedere debet legitimatio-
nem, vt in d.§.ſit igitur licentia. & ibi hoc not. Bart.& in
auth.quib.mo. natu.effi. ſui.§.illud tñ à nobis. ſed qñ re-
quiritur conſenſus certo & determinato t̃pe,ratificatio ſe
quens actum illũ nõ ratificat.c. auditis ext.de elect.l.quid
ergo.in princi.ff.de his qui not.infa.& latius proſequor ſu
prà conſi.34.nu.1.vbi doceo,ꝙ vbi pro forma requiritur
conſenſus in aliquo caſu certo & determinato t̃pe,interue
nire debet in ipſomet actu: ſicut & alia quæ pro forma
actus requirũtur. Nec ſatis eſſet, ꝙ ante vel poſt interue-
niſſet.vt ibi nu.3.reſoluo.Ideò Bal.in d.c.nõnulli.col.2.&
in c.ex parte.lo vltimo.ext.de reſcript.& in l.executionẽ,
col.5.ver.quid ſi notarius,&c.C.de execut.rei iudic.dicit,
ꝙ vbi mandatum requiritur à ſtatuto,illud præcedere de
bet,ita ꝙ ſi requiratur pro forma, ratihabitio ſequẽs nihil
operatur.l.ſi verò non remunerãdi.§. ſi poſt creditorẽ.ff.
mand.& in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hæ-
red. In legitimatione aũt per reſcriptũ requiritur pro for-
ma,& pro ſolẽnitate,ꝙ pater ſupplicet, vt patet in d.§.ſit
igitur licentia.& in pręall.§.illud tñ à nobis.verſiculo,quo
facto,&c.& Bar.tradit.in d.§.forſitan.& Anch.in prælle
gato conſi.242.Nam illud verbum,quo facto,&c.aut ſtat
conditionaliter.iuxta l.à teſtatore.ff.de condi. & demõſt.
& in l.ab emptione.ff.de pact.& latius deduco.ſuprà conſ.
24.verſic.10.& conſil.26.verſic.76.& conſil.39.verſic.6.
vbi demonſtro huiuſmodi ablatiuos abſolutos conditio-
nem inducere aut ſtare temporaliter deſignando poſtquã
eſt factum.& quomodocunque ſumatur, patet ꝙ requiri
tur pro forma & ſolennitate ſupplicationis,ꝙ legitimatio
præcedente ſupplicatione patris fiat.Quod cũ ſit de iure,
non poteſt pater facere,quòd illud non ſeruetur.l. nemo.
ff.de leg.1.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3. Cũ
ergo actus iſte requirat ſolennitatem à patre non remiſsi

bilem, conſequens eſt quòd actus qui propter ſolennita-
tis huius omiſsionẽ fuit nullus, ratificari non potuit ab eo.
iuxta not.per Inn.Io.And.& Abb.in c.prudentiam. in gl.
in ver.nihil.extrà,de offi.deleg.& not.Abb.& alij in pręal
leg.§.ſunt & alij.colũ.1.quare,&c.& ita etiã reſolui ſuprà
10 cõſ.34.verſi.2.& 3.† Ad Bal.aũt qui voluit in terminis pa-
trem ratificare poſſe legitimationem de filio ſuo factã,re-
ſpondemus cõſiderando caſus aliquos: Quoniam aut filius
ſe legitimari facit non præcedente ſupplicatione patris,&
poteſt à patre ratificari:& hoc caſu intelligatur loqui Bal.
& Franciſc.de Are.in d.§.forſitan.& Ang.in præall.conſi.
86.quoniã principi nihil ſurreptum fuit de ſupplicatione
patris,datò ꝙ filius, aut alius pro eo dicant illã eſſe patris
voluntatem.Ita Bal.in d.conſi.131.princeps enim legiti-
mat(quamuis non de facili)patre non ſupplicante,vel non
conſentiente,ſecundum quod tradit Iacob.de Aret.& alij
In l.2.& pen.ff.de natalib.reſti.p illos textus.& in l.diuus.
ff.de iure aureorum annull.& in l.nã ita diuus.ff.de adopt.
& not.Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.vbi ẽt doct.ff.de lib.
& poſth.& Bal.in l.fi.C.quib. res iudi.non nocet.Si aũt pa
tre non ſupplicante princeps legitimat, credens tamen pa-
trem ſupplicaſſe,qui in rei veritate nõ ſupplicauerat, hoc
caſu legitimatio non valet,nec etiã ratificari poteſt à patre
cum fuerit ſurreptum principi de ſupplicatione patris. &
huc caſu loquuntur Bart.& alij,in l.vniuerſis.C.de preci.
impe.offe.Bal.in l.1.eo.ti.& Fely.abundè in ſæpeallegato
§.ſunt & alij.col.mihi.3.verſiculo,oppono 3.& ibi colligi
tur ad id quod dici poſſet de l.vniuerſis. & de l.litis.in prin
11 cipio.ff.ad municipa.†Colligitur & alia legitimationis hu
ius nullitas ex ſæpealleg.§.ſi ipſe.in authent.quib.mo.na
tu.effi.legit.ex quo textu iuncta gl.colligunt Bar.& alij,
ꝙ tunc demum legitimatio per reſcriptum fieri põt,quã-
do per ſubſequens matrimonium legitimari nõ poſſunt,
& non aliàs.quòd verbũ importat formã cui renũtiari nõ
põt,vt in rubr.& nigro.C.ne fideiuſſ.dotium dentur.not.
Bar.& alij,in l.de his.ff.de tranſac.& in l.1.ff.de his quæ in
teſtamẽto delent̃ & concordat tex.in.§.illud tñ. vbi Bart.
& alij in auth.quibus mo.natu.effi.ſui.Legitimationis aũt
huius tẽpore iſte Titius, licet vulneratus letaliter & pro-
ximus morti potuit cum d.ſua cõcubina,quam tunc domi
habebat, contrahere matrimoniũ, & per illud filios iſtos
legitimare, vt diſputando plenè reſoluit Io.And.in regula,
ſine culpa.li.6.& in c.tãta.ext.qui filij ſint legi. Bal.& alij
in c.naturales.in tit. ſi de feudo fue. contro. inter dominũ
& agnat.in vſibus feud.idem Bal.in l.eam quã.C.de fidei-
com.& pleniſsimè dñs meus Philippus Decius conſi.155.
vbi ampliat ita legitimatos excludere ſubſtitutum,ſi dece
deret ſine liberis naturalibus & legitimis de legitimo ma-
trimonio procreatis.quod quidem conſilium inci. & pro
tenui,&c.& in addi.illius.de quo dixi infra conſi.88.pręal
leg.nu.4.vbi etiam demonſtramus quòd in multis differt
legitimatus per matrimonium,ab eo qui per reſcriptũ,aut
12 aliàs legitimatur.†Et ſi diceretur,matrimonium contrahi
non dicitur,quando honeſtè non cõtrahitur, vt dicit Azo
in ſumma, quibus mod.natu.effi. legi.§.ſit igitur.iũcta gl.
in verb.circumuentio.& in d.§.illud.vbi not. Bar.& Ang.
quòd habens filios naturales ex tali muliere cũ qua nõ poſ
ſet aliquo modo contrahi matrimoniũ, vt quia meretrix,
vel aliter,offerre poteſt principi præces,narrando ꝙ filios
ſuos vult reſtituere naturæ,& antiquæ ingenuitati,& eſſi
c re legitimos,quòd erunt legitimi.& iſta legitimatio per
reſcriptum ſecundum Bar.in d.§.ſit igitur.& in §. genera
liter.in 4.notabili.fit in ſubſidium,in caſibus illis,in quib.
fieri nõ poteſt per matrimonium.& videtur eſſe tex.in d.
§.generaliter.ibi,ſi vero plurimus.& in gl.in verb.in qui-
bus.& tradit Goffred.in ſua ſumma,eo.tit.ver.8.modis.di
cens ꝙ tunc demum naturales legitimantur per reſcriptũ,
quando inter patrem & matrem impeditur matrimoniũ.
quod etiam voluit Angel. in §.ad hoc. in authentica, vt li-
ceat matri & auiæ. qui dicit ita conſuluiſſe Bartol. Fran-
ciſc. de Piſis, Angel.de Homedeis, & dominum Hug. &
ita etiam

ita etiam in facti contingentia in eodem, & in indiniduo
35 ¶ Et si dicatur habere probabiliorem spem patronũ ad liberti successionem quàm fratres etiam coniuncti fratris huius successionem, cum libertus non posit instituere patronum, quod tamen poterat iste frater. dico enim poterat Titius alium instituere quàm fratrem, nõ tamen istos suos filios. quod sic probo, Infamia facti est, quod natus quis non sit ex legitimo matrimonio, Cuius effectus est, vt per querelam succedendo repellat huiusmodi infantes, secundũ Azo. in tit. quibus mo. infa. irrogetur. colum. 1. in fi. not. Bal. in l. 1. C. de iure aureor. annul. & Fel. in c. nonnulli. §. sunt & alij. colum. mihi 21. versi. prædictis, &c. extrà. de rescript. Quod etiam procedit in legitimato (loquor per rescriptum) secundum Bal. & Sali. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substi. sub condi. factis. & Alexan. dicto consil. 25. colum. 2. volum. 1. & consil. 34. colum. 3. & præalleg. consil. 67. eod. volum. 1. & consi. 202. & consil. 229. incip. visis codicillis. vol. 2. quod est repetitum consi. 2. in præalleg. volum. 1. sed est clarum quod infamia facti repellit à succedẽdo fratre, præsertim superstite, secundũ glo. in d. loco. & in l. instrumento. C. ex quibus causis infa. irroget. & frater habet querelã qñ persona turpis est instituta, vt habet in l. fratres. & in l. fratris C. de inoff. testamẽto; & in l. 1. & in l. Papinian⁹. §. sed nec impuberis. ff. eo. tit. & rescindit in totum testamẽtum, ex quo rescindit ipsum odio instituti. arg. l. Panthonius. in princi. ff. si quis à par. sue. mand. & notant Doct. in locis suprà allegatis. Quod etiam est verum, etiam si fuerit in huiusmodi testamento clausula codicillaris. Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, &c. secundum Ang. consi. mihi 271. incip. Petrus, &c. Paul. de Cast. consi. 59. incip. Ad primum videtur quòd dictæ sorores. & hoc etiam verum, quãuis illa persona turpis sit filia testatoris, secundum vnam lectura glo. & Odofr. in l. Titia. ff. de inoffi. testa. licet glos. & Bar. ibi non videantur illam lecturam approbare. quorum opinio procedit, quando huiusmodi turpitudine nõ obstãte ille talis esset aliàs successurus, vt colligitur ex verbis Pau. de Cas. in d. l. fratris: vel quando turpido illa non

pendet

pēdet ex vitiu testatoris.vt iu casu nostro vitium pendet:
vt dicit text.in d.l.fi.C.de natu.libe. illegitimus etenim li
cet alteri succedere possit,non tamen patri,vt habetur in
l.si is qui ex bonis.ff.de vulg. & pupill. & in authen. qui-
bus mo.natu.effi.legi.§.fina.Quinimò si fuisset ab extra-
neo institutus,daretur fratribus querela, iuxta l.fratres.cū
simil.fortius ergo cū iostituitur à patre, vt in casu nostro.
36 †Et si dicatur hanc turpidinem sublatam fuisse per legiti-
mationem,de hoc conqueror:nam ex quo frater ius ha-
bet iure,seu ad hæreditatem fratris, quandu persona tur-
pis instituitur,nō debuit ista turpitudo remoueri ipso sal-
tem fratre non consentiente, per prædicta.& quia inter-
est reipublicæ ne sordidæ stirpes surrogentur splendidis
natalibus.l.1. §.1. ff.de ventre inspi. & l. super statu.C.de
qoest.sed cum Doct.multi teneāt contrarium, videretur
esse temerarium ista firmare.Bald.etenim con.si.131.in-
cip.titulus principis Achayæ. volum.3. dicit quòd quādo
pater legitimare facit filium, non est necesse quòd frater
aut soror illius cōsentiat,aut alius trāsuersalis,& legitima-
tus nō est persona turpi (vt dicebatur:)ideò si instituatur,
non est necessarium exhæredare fratrem aut aliū transuersalem.& Anch.cōs.132.incip. pro fratribus defuncti,&c.
consuluit quòd filij legitimati præferantur in successio-
ne fratribus defuncti, etiam si fuisset in legitimatione,ap-
posita clausula, Sine præiudicio, &c. quę intelligitur ab
intestato, non autem testamento condito. vt etiam con-
suluit Paul.de Cast.consi.mihi.223. incip.videndū est pri-
mò.& consi.224.incipien. dicendum est dictam hæredita
tē,&c.& Alex.consi.193.incip.viso themate, &c. vol. 2.
qui licet nullam faciat mentionem de dictis iuribus pro
fratribus,quando est instituta persona turpis,sed duntaxat
se fundat in ratione, quoniam aliàs dicta legitimatio parū
prodesset,& parum operaretur, cum admitteretur postre
mò vxor. nam esse potest quod operaretur contra alios,
non autem contra fratres qui solum querelare possunt te
stamentum quando persona turpis est instituta, & quod
ipsi legitimati non fuint capaces,præiudicat solū ipsis fra-
tribus,& non alijs. & videtur esse de mente Bal.in l. si qua
illustris.C.ad Orficia. & ita etiā resoluit Franc. de Corte
consi.57.incip.viso punctu,&c.col.2.Qui autē vellet opi-
nionem primam tenere, respondere posset insequendo
auctoritatē Albe.de Rota.in l.ex facto.colum.pen.versi.
item per legitimationem.ff. de vulg. & pupill.dicendo, ꝙ
ex quo frater habet querelā instituta persona turpi à fra-
tre,agere potest illa querela si spurius instituatur, cum sit
persona turpis,qui licet legitimatur, remanet attamen ad
huc illegitimus,secundum Ioan. And.Hosti.& alios in c.
licet.ext. trāsla.episcop. & notat Ioan.And.Ancha.& Ge
mi.in c.1.de filijs presbi. allegant tex.in l.fi.C.de generali
aboli.vbi dicitur, quòd per indulgentiam tantum remitti
tur pœna,sed non infamia, ideò tenent aliqui quod per le
37 gitimationem non tollatur infamia. † Est verū quod Ar-
chidiaconus & Ioā.Andr.vbi suprà,volunt inspici debere
verba priuilegij. & l.imperialis.§. si miles.C.de nupt. per
quam Bald. ibi, & alibi,tenere videtur quòd legitimatus
non sit infamis,responderi potest, quòd text.ille loquatur
in vlteriori legitimatione,& sic motu proprio facta,secū-
dum Bal.ibi. secus autem erit quandu ad supplicationem
alterius,vt not.Ang.ibi, & Io.de Ana.in cap. fin. colū.pe.
extrà,de schisma. conceduntur etenim multa motu pro-
prio,quæ si ad supplicationem concederentur alterius,non
valeret concessio. iuxta l. 1.C.de peti.bo. subla. lib.10. cū
similibus. Potest etiam & secundo respōderi, quod d.l.im
perialis.disponat, quòd per remissionem infamiæ recupe
rentur bona prius habita, cum res de facili reuertatur ad
suam naturam.iuxta l.iurisgentium.§. adeò.ff. de pact. &
cap.ab exordio.35.dist.& hoc in memoriam pristinæ fa-
mæ.l.vnius.§.1. ff.de quæst.& l.pen.C.eo.tit.ita quòd sub
lata omni macula infamiæ recuperatur bona fama,præ-
sertim vt illa mulier à marito retrahatur, adeò quòd qui
huiusmodi ducit vxorem,facit opus meritorium.ca.inter

opera.extra,de sponsal.cum similibus.Spurius autē quan
do legitimatur, licet reducatur ad pristinum statum,quo
omnes ab initiu legitimi nascebantur,quo ad ipsum tamē
est noua datio legitimitatis,vt tradit Baldus in l.manumis
siones.ff.de iustitia & iure.& In add.ad Spe.in ti. de succes.
38 ab inte.in fine.†Et pręmissis omnibus circunscriptis,vel si
fingamus illa cessare,non tñ inficiari potest,quin locū ha-
beant in caso nostro,secundū quod in facti contingētia re
soluit Anch.consi.mihi.321.inc.primū dubium,&c.ad fi.
vbi dicit, quò legitimatio quæ fit etiam viuo patre, & ad
ipsius instantiam,fieri debet cū causæ cognitione & debet
attendi persona patris & agnatorū eius quibus ex huius-
modi legitimatione præiudicium afferri potest, sicut de
arrogatione dicitur,in l.si pater.§. fi. cū l.seq.ff. de adopt.
Ideò Pau.de Cast.cōsi.mihi 225.incip.super eo quod pri-
mo,&c. col.5. dicit, quòd in legitimatione fieri debet de
agnatis mentio,ad hoc quòd legitimans videatur illis præ
iudicare voluisse.admittitur tamē facilius legitimatio,quā
do nō supersunt agnati, quàm vbi extāt.vt tradit domin.
Anto.in sæpeall.c.per venerabilem.ext.qui filij sint legi.&
dominus Alex.consi.202.incip. visa legitimatione. colū.
6.vulu.6.& Fran.de Curte,consi.35.incip.statuto seu capi
tulis Ianuæ.versic. nec obst.&c.vbi resoluit, quòd sit legi
timatio sorreptitia non facta mentione agnatorum, sicut
quando fit ad feuda debet agnatorū fieri mentio.vt Bald.
consuluit consil. mihi 395.incipiente, in hac causa:volu-
mine primo.ex quibus apparet de legitimationis. huius
39 nullitate, in qua non fuit de agnatis facta mentio †Et si di
ceretur intentionem fuisse principis legitimare,etiam fi-
lijs naturalibus & legitimis extantibus, ꝙ patet ex verbis
illius,ibi, quod si dictus exponens legitimos & naturales
habuerit, ꝙ quilibet ex istis legitimatis plùs habere non
possit, quàm vnus ex illis naturalibus & legitimis, iuxta
cautelam Io.And.in add.ad Spe.tit. de succes.ab intestato
in fi. fortius ergo visus est princeps legitimare stantibus
agnatis,& in præiudicium eorum. potest enim respōderi
quòd illa clausula fuerit apposita ad tollendum dubiū. de
quo per Doc.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.Ideò cùm sit
clausula declaratoria,non ampliat gratiam, secundum Cal
de.consi.16.in tit.de preca.& dixi consi.120.ou.21.Præ-
ter quę dici potest,quòd princeps aut locumtenes eius le
gitimans loquatur de liberis nascituris, ponderando ver-
bum illud,habuerit,quod est futurū subiunctiui modi,vt
habet per Bal. & alius in l.hoc articulo.ff. de hæred.insti.
& in l.solemus.ff.de condi.& demon. & notatur plene in
c.ad hoc.ext.de rescri. & maximè vt tollatur in proposito
surreptio,quæ maior esset,si verbum illud,habuerit,refer
retur ad præteritum.cum tunc liberos non haberet d.Ti-
tius,per ea quę tradit Oldr.consil.mihi 198.inci.circa pri-
mum,&c.quē refert,& sequitur Feli.in.capitulum sanctæ
crucis.colū.mihi 8.vers.tertia conclusio.extrà,de rescript.
quibus quidem liberis suscipiendis facilius præiudicatur,
quàm susceptis:cum multa fieri prohibeātur, quæ tamen
facta tenēt.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.
& cap. quemadmodum. & vtrobique Doct.extrà, de iu-
40 reiur. †Nec etiā loquitur princeps aut eius locumtenens
de liberis dispositiuè,sed dubitatiue,cum dicit cōditiona-
liter, si habuerit: ita quòd succedit illud,quod habetur in
cle. 1.de præben.vbi dicitur, quod licet papa dispensando
super beneficiorum pluralitate dicat, quòd animarum cu
ra immineat (vel si immineat) non negligatur,non pro-
pterea videtur expressisse quòd illa beneficia essent curata:
per quem text.Calde. consi.1.in tit.de rescr. in facti con-
tingentia consuluit,quòd licet papa concedat alicui rescri
ptum ad beneficia, qui vt asserit, in 8.ætatis eius anno,nō
tamē propterea dispensasse censetur super ætatis defectu:
quoniam expoluit dubitatiue. & ideò verbum illud,si ha
buerit,non est positū in limitatione ad augendum , sed ad
exequendum, limitandum, & modificandū limitationē,
ideò non debet extēsionem operari, vt dicitur in cle.1.in
fi.& not.dom.Anto.consil.29.incip.viso puncto.& Io.de
Imo.

Imo.in l.qui Romæ.§.duo fratret. col.mihi 5.versi.Item
per hoc quod tradit.ff.de verb.obliga. Illa verò quæ dicta
sunt in regula, secundũ Bart.in l.generali.§.vxori.ff.vsufr.
lega.& in l.quæsitum.§.denique.ff. de fundo instructo.&
in l.1.ff.de reg.iur.cum alijs concord. per Feli.allegatis, in
cap.quoniam frequenter.ad princip.extrà, vt lite non con
test. Sic etiam ea quæ in executione gratiæ exponunt, nõ
firmant gratiam aduersus surreptionem. secundum Abb.
post Ioan.Cald. & Ioan. de Imol.in cap. cũ nostris.extrà,
de concess.prebend. Idem Calde.consi.25.eod.titu.de præ
bend.Lapp.alleg.15.qui dicunt, quod clausula, amoto quo
libet possessore, in literis executorijs apposita, non tollit
surreptionem alienæ possessionis. de quo latè per Feli.in c.
in nostra.in 36.correlario.ver.2. nota, & c.ex1.de rescript.
Facit etiam quod tradunt dñi de Rota in ti.de procura.
decis. in antiquioribus.& in deci.346.in antiq: vbi po
nunt, ꝙ clausula quæ posita est ad executionẽ præcedẽtis
dispõnis, & suppositiuè nõ dispositiuè ponit, nõ disponit
super supposito. vt ibi per d.cle.1.de præbend. referi, & se
quitur Gemi.in cap.1.§.1.de procur.lib.6.Felin.in cap.se-
des.in 6.declaratione.extrà, de rescrip.A Egid.Bellamera,
deci.8. & ita resoluebam consi.88. in fi.& in consi.120.
versic.36.& in consi.illustrium fratrum Cardonæ.in ter-
tio dubio.num.8.versi.sed cum à principio, &c.quibus ad
41 dis Feli.in cap.licet.colũ. pen.ext. de offi.deleg. † Præterea
clausula quę ponitur ad confirmandam aut validandam
gratiã præcedentem, dato quod latius loquatur quàm gra
tia præcedens, non tamẽ comprehendit nisi præcedentia
secundum Gemi.in c.1.§.confirmatos.super gl.in ver.cæ-
terum.de relig.dom.lib.6. & Feli.in d.c.licet.per suprà.al-
legatam clem.1.de præben. In proposito autem nostro
cum facta non fuerit mentio de statu patris supplicantis,
qualiter illo tẽpore iacebat in lecto letaliter vulneratus,
& quod erat in extremis constitutus ex dictis vulneribus
provt erat omnino faciendum, vt suprà nu.32. ostensum
est. quandoquidem esse letaliter vulneratum (vt alio lo-
co diximus) in hora vulneris, est verum ipsum occisum es
se, & in casu nostro rei docuit euentus, quoniam infra tri
duum ex vulnerib⁹ illis decessit.tex. in l.huic scripturæ.§.
1.& in l.ita vulneratus. & ibi Bar.& doct.ff. ad leg.Aquil.
& no.Ancha.cons.431.incip.fuisset expediens. Quod ẽt
verum est, quanuis ille letaliter vulneratus postea recon-
ualescat, quoniam tenetur ille nihilominus de occiso, secũ
dum Io.de Platea in l.semel.in fi.C.de re mili.lib.12.hoc
verum, nisi quoad facultatem testãdi, vt tradit Bald.& alij
in c.1.in titu.quibus mod.feu.amit. in vsibus feud.& in li-
bello tempus vulneris illati debet apponi, & non tempus
mortis secutæ, vt tradunt doct. in d.l.ita vulneratus.& in
l.damni.§. Sabini.ff. de damno infecto. per quę iura dicit
Bal.in l.1.C. de nundinis. quòd statutũ loquens de eo qui
aliquem occidit.in die veneris sanctę locũ habet in eo qui
die illa vulnerabit aliquem letaliter, quanuis ille vulne-
ratus post dies aliquos obierit, quoniam censetur illo die
decessisse. Sic etiam iudex aut potestas qui cognoscere de
bet de maleficijs suo tempore commissis, non cognoscit
de vulnere tempore sui prædecessoris inflicto quanuis tẽ-
pore suo mors fuerit secuta, secundum Baldũ in l. prima.
ff.de orig.iu.& in l.sed & milites.§.planè.ff.de excusatione
tutorum. de quo per Alberi.de Rosate in dicta l.huic scri-
pturę.& in l.si vulnerata.ff. ad legem Aquiliam. vbi etiam
dicit se de hoc dixisse in suo tractatu statutorũ, & sic prę-
fatus Titius qui (vt est dictum) decumbebat in lecto vulne
ratus ad mortem tempore dictæ legitimationis, habetur
pro mortuo, iuxta not.in l.1.C. de emẽda.seruorum.& in
c.presbyterorum: & in c.significasti.el 2.de homicid.& in
c.2.extrà, de cler.percussore. Status autem prędictus Titij
nedum non fuit expressus quando impetrata fuit legitima
tio sæpe dicta, verum etiã potius colligitur, quod fuit asser
tum contrarium, saltem ꝙ illustris legitimans statum il-
lum nesciebat, vt colligitur ex verbis dictę legitimationis,
ibi, perueniendis.& ibi, acquirendis. & ibi, habẽdis. & ibi,
futuris.& in clausula cuius suprà numero 39.meminimus.
ex quibus apparet quod credidit legitimans, quòd iste Ti-
tius habere poterat, vel acquirere in futurum. quòdque po
terat etiam liberos legitimos & naturales habere. quod ta-
men in ipso Titio morti proximo verificari non poterat
(vt prędixi.) cum pro iam mortuo haberetur, & mors
omnia soluat.§.deinceps.in auctẽn.de nupt.& tradunt gl.
& doct. in l.eius qui.in princip.ff. si certũ pet.& credidit
etiam legitimans, vt dicebam, quòd liberos legitimos &
naturales haberet, aut habere posset: quanuis enim in ex-
tremis constitutus matrimonium contrahere possit, secũ
dum Io.And.in regula, sine culpa.li.6.& in præall.no.11.
& 12.nõ tñ est verisimile ꝙ ipse cõtrahat, & filios susci-
piat.c.tenor, & ibi not.extrà, de re iudi.& no.Io.And.vbi
eum proximè allegauimus, cum alijs relatis suprà in præ-
allg.nu.11.& 12. Ex quibus apparet, quòd legitimans cre
debat, vt prædixi, hunc Titium viuere & sanum esse: cum
tamen iuris interpretatione habebatur pro mortuo, cum
letaliter esset vulneratus, vt sæpedictum est. Est autem
iuris determinatio, quòd beneficiũ præsumitur papa vel
alius concedere illi qui viuit, non autem defuncto, vel pro
ximè morituro.tex.est in l.Neratius.ff. de reg.iur. Sic etiã
dicit Abb.in c.significauit.in fine, extrà, de rescript. quòd
sicut non valet iudicium quod nomine defuncti est inten
tatum, licet viuere putaretur.l. de qua re.§.fin.ff. de iudi.
& l.si procedente.ff.mand. & vtrobique doct. sic etiã non
valet sententia pro, vel contra defunctũ, qui viuere puta-
batur, lata.l.pe.ff.quæ sententię sine appel.rescind.l.in sum
ma.§.si.ff.de re iudic.& l.cum quasi in princip.& vtrobi-
que doct.ff. de fideicom. liber. In quibus locis quid iuris
sit in beneficialibus remittitur ad præfatã l.Neratius. per
quam l.gloss.& doct.in l.tale pactum.§. finali.ff. de pact.
Cinus not.& Baldus in l.2.C. quando lib.prin.detur, &c.
& Angel.in l.si decesserit. ff. qui satisda. cogi. Benedict.de
Plum.post Odoffr.in dicta l.cum quasi, in princip.dicunt,
quòd si papa mandat, aut concedit alicui episcopo quem
viuere putabat, cum tamen reuera decessisset, non transit
illa gratia ad successorem, de quo habetur in dictis locis, &
in cap.cum te. extrà, de rescript. & in c.quoniam. Abbas,
extrà, de offi.deleg. & in c.quia contra.ext.de iudi. Sic etiã
è contra si præbendam Petri pro quo scripserat papa mã
dat concedi Seio, credens postea decessisse ipsum Petrũ,
non valet gratia in personam Seij facta, si ipse Pet.viuit.
Ita etiam tradunt Io.And.Gem. Arch.& alij in c.cum il-
lis.in prin.de præb.li.6.allegãt d.l.fi.in prin.ff.de hær.inst.
& quod no.Spe.tit.de instr.edi.§. compendiosè.ver.quid
si is qui, &c.Old.cons.mihi 304.incip. infrascriptæ allega
tiones.colũ.4.versic.nec obstat, &c.de qua decisione me-
minerunt doct.in d.l.fin.& quid iuris sit, quando confer-
tur gratia alicui contemplatione alterius, qui viuere puta
batur. cum tamen mortuus esset. tradit Bal. in c.cũ adeò.
in prin.extrà, de rescr. consequens est igitur, quòd ad legi
timationis validitatem oportuit facere mentionem de sta
tu patris, vt dictum est. quod etiam voluit Fran.de Aret.
in d.l.ex facto. col.9.ff. de vulg. & pup.dicens, ꝙ tunc de-
mum legitimari possunt filij naturales per rescriptũ, quã-
do pater eorum spem non habebat liberos procreandi in
futurum & oportet istud exprimere, aliàs redditur surre-
ptitium. subdens quòd pater qui legitimari petit filios na-
turales, debet exprimere, quòd vxorem ducere nõ potest,
nec filios habet legitimos & naturales allegat §. illud.ad
med.in auct.quib.mod.natu.effici sui. & §.si quis verò.in
42 auct.qui.mod.naturales efficiantur legitimi. † Data aũt le-
gitimationis huius nullitate, vel inualiditate, cõsequens est
quod etiam non valeat institutio de prænominatis Caio
& Sempronio facta, tanquam de legitimis. pro quo dicto
videtur esse tex.in l.nec apud.C. de hæred.insti. vbi insti-
tutio facta de filio tanquam adoptiuo nõ valet, si adoptio
non sit valida.& facit l.1.C.de inge.& manu. vbi legata fa
cta liberto tanquam liberto non valẽt, si non valeat liber
tinitas cum ingenuus esset. per quẽ tex.Bal. ibi dicit.quòd
ea quæ

ea quæ collata sunt monacho, reuertuntur ad eum qui dedit, si monachatus nõ tenuit, vt puta, quia non valet ingressus, ex quo etiam textu dicit ibi Sali. quod legata facta alicui pio loco vt hospitali reuocantur, si declaret episcopus ibi non posse hospitalitatẽ exerceri. Ad idem ẽt est tex. in l. eum qui. C. de adul. & in l. eã. C. de don. ante nup. vbi promissio facta spõsę vt sponsæ nõ valet, si nõ põt esse spõsa, vbi etiam colligit Bal. ꝙ donatio facta alicui vt prelato alicuius ecclesiæ nõ valet si nõ potuit ecclesię illius esse prælatus, vt quia hæreticus, vel schismaticus. ad ꝙ est tex. in l. cũ hic status. §. fi. ff. de do. inter vir. & vxo. & in l. profectitia. ff. de ritu nup. & in l. vxori. ff. de vsuf. leg. & in l. a. §. j. ff. de his quibus vt indig. & in l. fi. ff. de leg. 1. & in l. aufertur. vbi bonus tex. ad casum nostrum. ff. de iure fisci. vbi facta institutio de aliquo vt filio non valet, si ille filius non erat. Ad quod est bon. tex. in l. eam quã. C. de fideicõ. vbi etiam tex. quem ad hoc notant omnes, quòd institutio facta de filio vt adoptiuo, nõ valet, si nõ erat valida adoptio. quod ampliat Bal. ibi. colum. 12. etiam si huiusmodi filius post testamentum illud fuerit legitimè adoptatus. Cum enim (ait) ab initio inualida fuerit institutio, non cõualescet per nouam adoptionem postea secutam. Falsa etenim demõstratio circa consanguinitatem, aut parentelam instituti, vitiat institutionem ipso iure, secundum quod tradit gl. Bar. & omnes in l. quoties. in princip. ff. de hæred. inst. & Pau. de Ca. in l. demonstratio. in 1. & vlti. col. ff. de condi. & demon. ideò Bal. & Pau. de Ca. in d. l. eam quam. colum. 3. & dominus meus Iason, ibi, colum. 7. & Alexan. in l. si pater. C. de hære. insti. per d. l. eam quam. dicunt, quòd si aliquis institiusẽ, aut ei legetur vt sacerdoti, quòd probari debet sacerdotem esse: aliàs non valet institutio vel legatum, si non fuerit sacerdos. & ibidẽ Bal. col. 7. decidit nostrum in versi. ꝙ si putans, &c. dicens, ꝙ si filium instituo tanquã legitimũ, ꝙ non valet institutio, si legitimatio nõ tenuit. est verum, ꝙ ipse postea vacillat in casu quo filius illegitimatus per subsequens matrimonium de facto contractum putabatur, quando matrimonium illud valere putabatur. & apertius dicit ibi Pau. de Castr. colum. prima. ꝙ si aliquis legitimari fecerit filiũ suũ bastardũ, & eum tanquã legitimũ instituat, quòd non valet illa institutio, si legitimatio non valeat. & deuoluetur hęreditas illa ad succedentes ab intestato. & de hoc dicit ibi casum esse, secundũ quẽ ita se dicit de facto respondisse. Testator enim si legitimationẽ sciuisset nõ valere, talẽ filiũ nõ instituisset: nec hæreditatem suã ab his qui sibi erant ab intestato successuri abstulisset. vbi etiam dicit aliquos doct. de hoc dicto fortiter dubitasse. & ita etiam resoluebam suprà in sępeal. cõs. 88. versi. 2. Quinimo do. meᵘ Ias. ibi, col. 2. & 7. post Ang. extendit illam decisionẽ, vt etiam procedat in erronea institutione, causata nedũ ex errore probabili facti probabilis, verũ etiã si procedat ex errore iuris, inferens post eundem Ang. ꝙ locum habeat etiã in aduocato, vel doctore legum filium adoptiuum instituẽte, si credebat adoptionẽ valere. quod etiã voluit Ang. consil. mihi 93. incip. visis & inspectis omnibus, &c. col. 3. vbi resoluit, ꝙ doctor in iure qui A. & B. instituit filios legitimos nuncupando, quanuis de corpore institutorum appareret, attamen est huiusmodi institutio nulla, ex quo errauit in iure, credens illos esse legitimos, cum tamen nõ essent. & idem est si errasset in facto: & in dubio error præsumitur per d. l. eam quam. & ita etiam resoluebam d. consi. 88. versi. 3. & sequen. Ratio aũt decidendi eorum est, quoniã falsa demonstratio cõcernens charitatem, aut coniunctionem, censetur esse causa finalis institutionis: qua quidem charitate, vel coniunctione cessante, cessare debet institutio: pro vt dicit dominus meus Iason in l. neq; professio. C. de test. vbi est tex. ꝙ ea quæ relinquuntur filijs vt filijs, non debentur nisi sint filij. Quod ſm Pau. de Castr. Alex. & dominũ meum Ias. ibi, procedit nedum in filiatione naturali, verumetiã in ciuili, videlicet quando relinquit aliquis adoptiuo, credens adoptionem valere. bene facit etiam, quęstio dominicalis, de qua per Io. And. in addit. ad Spec. tit. de inst. edi. §. nũc aliqua. ver. fi. de filio Regis longo tpe peregrino, cuius loco se submisit alter, quẽ Rex interim decedens regni successorem reliquit: qui monasterium construxit, & illi contulit multa bona. quæ verus filius Regis postea reuersus repetit: & concludit posse repetere, cum non valuit institutio de tali filio supposito. Aget tamen monasterium de dolo contra filium putatiuum ad pretium.

Facit etiã quod in facti contingentia consulendo tradit Bal. consi. 119. inc. viso primo testamento. vol. vbi cõcludit, quòd si testator in primo testamẽto dicat, Instituo Seium filium meum legitimum, & naturalẽ. & in secũdo testamẽto dicat, Seium quem in vniuersis instituĩ vt filiũ, instituo in re certa, ꝙ si per sententiam declaretur Seium filium esse legitimum & naturalem, valet institutio in primo testamento de ipso facta: & sic valebit testamẽtum primum, & non secundum: sicut etiam vitiatur testamentum in quo extraneus hæres instituitur vt filius, ita ẽt quãdo verè filius instituitur tanquam extraneus. ita notat Baldus, quãuis non se resoluat. quia quæstio facto pendebat, & erat valde ardua, in c. per tuas. colum. fin. extrà, de probat. Cuiᵘ meminit Alex. in l. pater. C. de hered. insti. & cõs. 87. col. 3. vol. 3. qui similiter vacillare videtur, & se non firmare. & idem Bal. in d. l. si pater. dicit, quòd si filium spuriũ instituo vt filium, cum non possit dici filius, non valet institutio huiusmodi: & defertur hæreditas ad venientes ab intestato. & Phil. Cor. dicit se vidisse consulium per illas leges, ꝙ non valeret institutio à quodã diuite facta, qui quãdam nuptam mulierem cognouerat: & cum matrimonio constante pareret, recepit partũ tanquã suum filium, quẽ legitimare fecit, & dictũ filiũ tanquã legitimũ & naturalẽ instituit. Errauit enim (vt ait) in iure, credens illum esse filium suũ, qui nõ est, ex quo natus fuit matrimonio cõstãte per præsumptionẽ. l. cũ filiũ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum his quæ notantur in d. c. per tuas. ext. de proba. Cẽsetur enim esse filius mariti & non adulteri: & hoc fauore matrimonij. vt ibi. Et procedit d. l. si pater. & l. eam quam etiã in errore iuris & facti, consanguinitatisq; naturalis & ciuilis: vt suprà dicebatur. imò ẽt in affinitatibus, secundũ Pau. de Cast. Alex. & alios, ibi. in eo videlicet, qui vxorẽ instituit vt vxorẽ, aut ei legauit vt vxori, cum tamẽ nõ esset, aut certè legitima vxor eius nõ posset esse. per text. in l. cũ hic status. §. 1. ff. de dona. inter vir. & vxo. qui tex. ſm Bal. ibi, col. 8. post doct. alios, est ad hoc singularis. & è contra idẽ est iuris in exhæredatione quando fieret exhæredatio de filio tanquã de non filio: quia testator credebat illũ non esse filiũ suũ. hmõi etenim exhęredatio nulla ẽ. vt est tex. in l. si posthumus. §. fi. & in l. 3. in princ. ff. de libe. & post. & in l. 1. §. idẽ ait. ff. de Carbo. edicto. Consanguinitas etenim seu filiatio censetur esse causa finalis institutionis (vt suprà dicebatur) vel exhæredationis: ideò si erratur in eis, vitiatur institutio, vel exhæredatio, secundum Bar. & omnes in d. l. si posthumus. §. fi. & in d. l. 3. C. de hæred. instit. & not. Io. And. & alij in c. ꝑ tuas. extrà, de probat. & Paul. de Cast. in l. Lucius. ff. de condi. & demonst, & de hac erronea institutione dixi latè in sæpealleg. consi. 88. versicu. 3. quod factum est in indiuiduo in terminis huius consilij.
43 †Fateor quòd institutus vt filius, habet bonorum possessionem secundum tabulas, etiam filius: quousq; constat, ꝙ filius non sit. vt eũ tex. in l. 1. §. Pomponius. ff. de Carb. edicto. Sed posthumus institutus vt filiᵘ licet filius nõ sit, habet Carbonianum, donec appareat quòd non sit filius: secundum Bar. in d. §. Pomponius. & in l. 3. in princip. ff. de Carbo. edicto. & not. Bal. in l. 1. C. eo. tit. de Carbo. edicto. & pro legatis relictis filio vt filio, quanuis filius nõ sit, mittitur possessionem donec appareat de contrario. vt
44 habetur in d. l. 3. in prin. & ibi Doct. †Accedat ad præmissa text. in l. si is. C. de præscrip. longi temp. vbi est text. ꝙ donatio filio facta vt adoptiuo, non tenet, si non valet adoptio & in l. neque. §. si seruum. ff. de test. milit. est textus, quòd institutio facta de seruo ipsius instituentis tanquam

quam de libero non valet. idem si fiat de communi seruo vt liberio proprio. de quo etiam est text. in l. 3. C. de hæred. insti. quanuis valeret institutio de seruo alieno tanquã ingenuo. l. si pater fa. ff. de hæred. & insti. de vulg. §. si & l. cum aliquis. C. de iure delibe. & dixi suprà. in quibus etiam locis habetur cui quæratur? & idem sit, si fiat de filio familias institutio tanquã de patrefamilias. secundũ gloss. in l. si quis filiusfa. ff. de acquirenda hæredit. quæ est singularis, secundum Doct. ibi. & in dictis locis habetur plena diuersitatis ratio. quoniam institutio de filio facta vt extraneo, non valet: & tamen facta de filiofamiliat vt paterfamilias, vel de seruo alieno tanquam ingenuo, valet. & pariformiter de homine libero tanquam seruo Titij, & ipsi Titio acquiritur. vt est textus in l. cũ aliquis. C. de iure delib. quod vltimum secundum Paulum de Castro, ibi, verũ est, si liber homo bona fide possidebatur à Titio. & idem etiam esset, si vt filius Titij quis instituatur, quia valet institutio, & cogitur institutus ille adire, acquiriturque ipsi Titio, secundum Baldum in l. 1. columna mihi 15. versiculo, quoad renuntiationem, &c. C. qui admitti, &c. & ignorãtia transactantis legitimum vt naturalem non debet officere statui filij, nec è contra, vt in proposito Bal. in capitulo ex transmissa. extrà, de restit. spol. dicit, quòd ex institutione probatur filiatio. quoniã institutio actus est appropriatus filiationi, & licet bastardus efficeretur legitimus, quasi legitimatus in testamento, non tamen concubina vxor efficeretur, etiam si illi tãquam vxori legatum esset relictum: quia modus iste non est à iure proditus. & glossa in capitu. ex transmissa. in ver. irrogabant. extrà, qui filij sint legiti. dicit, quòd licet à patre nominetur vt filius, non tamen succedit vt filius, si probetur non esse filius. per dictam l. neque professio. & d. l. si pater. & capitulo, per tuas. extrà, qui filij sint legiti. & textus est, quòd valet institutio facta de filio vt legitimo, si tamen est legitimus, licet communi opinione reputaretur esse naturalis, vt suprà dicebam. †Et Io. 45 Andr. in d. c. per tuas. dicit, quòd legitimatur filius si pater in suo testamento dixerit principi talem sibi velle succedere, si tamen postea princeps approbauerit, etiam patre defuncto: & hoc quando non nominauit ipsum in suo restamento simpliciter filium, nec etiam legitimum, sed dixit naturalẽ, quod sic apertè sentit Io. Andr. quod si pater instituat filiũ naturalem vt legitimum, vt quia nominat eum legitimum, quod non valet institutio si est naturalis, quod etiam dicit esse verum etiam si nominaret eum simpliciter filium, quia si filius, præsumitur in dubio legitimus. est verum quod Abb. ibi videtur contrarium sentire, arguendo quòd pater in suo testamento asserendo naturalem legitimum, videtur eum legitimasse. & Præp. in c. per venerabilem. ext. qui filij sint leg. dicit, quòd quando pater filium ex concubina, quam potest vxorem habere, nominat legitimum, statim dicit, se vt filium legitimum instituisse, quoniam actus iste est proportionabilis legitimo. & Bald. in l. si arbiter. colum. prima. C. de sententijs & interlo. omniũ iudi. quod si habeo filium spurium, quem legitimum putabam, & qui opinione communi reputabatur legitimus, errans tamen in iure, eum hæredem institui, quòd non valet institutio. ideo vsucapere non potest, & in consi. 388. incip. respondendo ad dubia, &c. vol. dicitur, quòd quãdo pater filium legitimum instituit, non debet dicere naturalem, quia statum mutauit, sed dicere debet, Instituo talem legitimatum, prout etiã dicit in supra alleg. consi. 131. inc. titul' principis Achayæ, &c. vol. 3. & fratres defuncti possunt hæreditatem auferre illi, qui vt filius est institutus, si non sit filius. etiam si accipiendo ab ipso legata cõfessi fuerint se ab eo accepisse tãquam à filio & hærede. vt est tex. in l. quidam. ff. de prob. & in auct. licet. C. de natu. libe. limitat ex pdictis qñ naturalis institutus è, vt naturalis: alias. n. si vt naturalis & legitimus instituereť, nõ valet hmõi institutio, cum pater errasse videatur, credens illum esse legitimum, qui naturalis erat, quem si sciuisset esse naturalem tantũ, non instituisset, vt prædixi. & in proposito testator istos filios instituit, vt naturales & legitimos, credẽs fortè legitimationem valere, quam si sciuisset inualidam, non instituisset. Quod pater, quia testator dixit se velle instituere solenniter & legitimè. Solennis autẽ institutio est iuris solẽnitati obnoxia, vt habetur in d. l. 1. ff. de testa. legitima verò est, qñ instituuntur legitimi, qui succederent ab intestato. l. tertia. §. de illo. ff. pro socio. l. lege obuenire. ff. de verború signific. etiam si ipsi legitimi instituuntur. l. illud. ff. de acquirenda hæredi. & l. si quis ita hæres instituatur, si legitimatus, &c. ff. de hæred. instit. & l. in arenam. C. de inoffi. testam. & notat. Bartolus & omnes in l. tertia, ad finẽ. ff. de legatis primo. & Albe. de Ros. post antiq. in l. si arrogator. ad finem. ff. de adop. Sed isti filij, si legitimi non fuerint & naturales, eorum institutio legitima nõ fuisset, contra testatoris mentem, & verba, qui institutionẽ quam faciebat, volebat esse legitimam. Filij attamen naturales ab intestato non succedunt, dato quòd naturales sint. vt in auth. licet. & in corpore vnde sumit. C. de natu. libe. & dato quod naturales puri possent instituí, non tamen ab intestato succedũt. vt habetur in toto titulo. C. de natu. libe. & in auct. quib. mod. natu. effi. sui. & quibus mod. natu. eff. 46 legi. †Patet etiam indignum ex substitutione quam fecie istis filijs, ibi, quòd si dicti filij mei, vt suprà institnti, &c. (& sic non simpliciter instituti, sed vt suprà) morerentur in ætate pupillari, vel postea quandocunque sine filijs de legitimo matrimonio, & ex eorũ corpore descẽdentibus, &c. illo casu substituebat omnes consobrinos suos fratrũ suorum vtrinque coniunctorum filios. Sic ergo ita volebat legitimè testari, quia filios fratrum suorum consobrinos suos prædictos nepotibus illegitimis ex filijs suis descẽdẽtibus prætulit, & sic apparet quod credebat iste Titius istos Caium & Semproniũ institutos legitimos esse. aliàs vitium illegitimitatis ex se ipso erga dictos filios suos prouenieus quod non abhorruit etiam non abhorruisset in dictorum filiorũ suorum descendentibus. d. l. in arenam. cum simil. C. de inoffi. testa. Prohibet enim lex stricta filium illegitimum patri succedere, quam ex eo nepotũ auu succedere. l. fin. cum ibi notat. C. de natu. libe. ex quibus apparet euidẽter, quòd ipse Titius hos filios non in- 47 stituisset, si legitimationẽ sciuisset non valere. †Quinimò & fortius dico, quod nedũ credidit valere legitimationẽ, & filios eius ritè legitimatos esse, verumetiam credidit ipsos naturales esse & legitimos, cum sic eos nominauerit in suo testamẽto: Vnde dato quòd legitimatio valeret, nõ tamen esset huiusmodi institutio valida, quoniam legitimatus nõ est legitimus & naturalis. tex. est in l. fi. C. de his qui veniam ætat. impetra. vbi est text. quòd in testamẽtis intelligi debent verba propriè, & secũdum naturam. ideò ætas legitimata per principem, non dicitur ætas legitima. per quem etiam text. Bal. & Saly. ibi tradunt, quod appellatione legitimorum non veniant legitimati. nã sm Pan. de Castr. ibi legitimati, non dicitur legitimus sm cõem vsum loquendi, prout de isto vsu communi attestatur Io: de Imo. in l. ex facto. colum. 4. ff. de vulg. & pup. & ad legatum factum ad tempus legitimorum filiorum non sufficit legitimatio, secundum Bal. in l. si ita quis. vbi etiam Floria. & Io. de Imo. ff. de leg. 2. Est verum quòd do. Anr. in c. cum Vintoniensis: super gl. in ver. promeruit. ext. de elect. Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de his qui ve. æta. impetra. & Alex. consi. 2. incip. visis codicillis. colnm. 8. vol. 1. respõdent ad d. l. fi. dicentes, quod ætas perfecta est ex circulo 25. anno. Vnde si princeps concedit alicui veniã ętatis, illa ętas verè nõ efficiť perfecta, nec venit sub ętatis perfectę appellatione. Sed quod naturalis verè sit legitimus, princeps facere potest, secundum Bar. in l. si is qui pro emptore. q. 3. cum alijs ibi, quæ remissiue allegat. ff. de vsucap. tit. generali. Fulg. autẽ cõs. 52. incip. stante statuto ciuitatis Vting, dicit, quòd filij appellatione legitimatus non venit. nec comprehenditur, secundum communem vsum loquendi, sed solum comprehenditur natus ex iustis nuptijs. & multò minus comprehenditur sub appellatione filij naturalis & legitimi,

legitimi:(vt in proposito casu)& ita ẽt post longã dispu-
tationẽ resoluit do.meus Ias.in l.cũ acutissimi.Post Pau.de
Cast.ibi.C.de fideic.& Fran.de Curte,consi.16.inc.clarus
vir.col.4.& consi.35.inc.statuto,seu in capitulis Ianuę.&
consi.mihi 74.inc.super memorata,&c.et latè prosecutus
sum in sæpealleg.cons.88.ver.5.& 7.vbi duceo esse magis
cõmunẽ opi. ꝙ legitimatus per rescriptum filiorũ appella
tione non cõprehendatur.licet enim ille iuris fictione ha
beatur pro legitimo,non tamẽ propriè dici põt legitimus,
vt ibidem nu.6.demõstro.& multo minus naturalis & le
gitimus:vt etiam doceo ibidem versi.8.vbi etiam exami-
48 no an & in quibus differat à legitimo illegitimus. † Scru-
pulus autem superest, qualiter ad clausularum exercitum
quæ in d.legitimatione apponuntur,respondeatur.& 1.ad
clausulã,supplentes de plenitudine potestatis. quæ quando
à papa vel principe apponitur in rescripto, arguitur ꝙ re-
scribit papa papaliter,secũdũ Bal.in rubr.extrà,de rescipt.
ita ꝙ quando papa de plenitudine potestatis rescribit, ni-
hil opponi potest ꝙ gratiam annihilet. vt dicit Collectar.
quem refert Bal.in procœ.Gregoriano.col.mihi 3. ver.di-
cit Collectarius. Hinc fit ꝙ qui dispensandi potestatẽ ha-
bet,nõ tenetur citare illos quibus per dispensationẽ præ-
iudicari potest:secundum Inn.in c.nisi cum pridẽ in gl.in
ver.indulgeri.& ibi Io.And.& alij.extrà,de renũ.& Abb.
cons.84.incip.illud in summa quæritur.colũ. pen.volũ.1.
quando maximè de plenitudine potestatis dispensat:secũ
dũ Ioan.And.& alios in c.in nostris in fin.versi. extrà, de
procur.cum alijs quæ suprà cõsi.26. nu.83.allegaui.Ad ꝙ
responderi potest,ꝙ huiusmodi clausula,supplentes om-
nes defectus,&c.suppleat solùm defectum circa solennia
iuris ciuilis, non autem circa defectus iuris naturalis, vel
antea surgẽtes:vel defectũ illegitimitatis, aut alium quẽ-
piam antea surgẽtem.vt probatur in cle.pastoralis.in prin.
& in §.cæterùm.de re iudica. Ita etiam not.Spe.tit.de le.
§.nunc ostendendum.versi.18.& ibi Io.Andr.in addi.ad
ipsum.& Archid.in c. cenomanensem.58.dist.Bal.in rub.
extrà, de consue.ad finem. & Alex.consi.mihi 62.incip.
assumam,&c.ad fin.versicu.nec obstat,&c.volumine pri-
mo quod consilium fuit errore duplicatũ,&repetitur con
sil.340.volumine secundo.
Similiter illa clausula non opponitur.contra ius natura
le,secũdũ quod tradit Bal.in c.illa.extrà,de elect.& in præ
alleg.rubr.de rescript.Ideò huiusmodi clausula non obstan
te põt opponi ius gentium,si est tale,cuius transgressio cri
men sit aut peccatum:scđm quod not.idem Bald.in dicto
procœm.Gregoriano.col.3.Hinc dicit Abb. in c.s.extrà,
de translat. ꝙ ista clausula solum refertur ad solennitates
iuris:non autem supplet defectum inhabilitatis personæ,
vel aliũ defectũ naturalem.exemplum in transactione,su
per eo quod pars aduersa possidere non põt, princeps ap-
ponit clausulam,supplentes. &c. certè refertur solum illa
clausula ad defectus commissos circa solennitatem iuris:
pro vt ẽt not.Abb.in c.ea quæ.in fi.extrà, de re iudi.& in
c.inter dilectos.col.mihi 5.vers.4.oppositio.extrà,de fide
instru.& cons.62.præallegato.inc.illud de iure,&c.vol.1.
& doct.in pręalleg.cle.pastoralis & Alex.post Io.de Imo.
in l.quidam consulebant.ff. de re iudi.& Vitalis de Gam-
balinis,in trac.clausular.in clausula supplentes. & ego etiã
scripsi in trac.clausularum.in eodem.versic.supplentes.de
cuius quidẽ clausulæ effectu & operatione dixi infrà cõsi.
120.nu.91.& consil.111.nu.4. & 17.vbi etiam examino,
vtrum legatus de latere possit apponere dictã clausulã.de
quo etiã suprà consi.26.nu.74.Cum ergo constat ex præ-
missis ꝙ vltra defectus iuris ciuilis adsunt alij actus, & de
fectus personę concernentes inhabilitatem : consequens
est ꝙ illis suppleri nequeat ꝑ dictã clausulã supplẽtes, &c.
49 †Et si diceretur, supplentur defectus prædicti, & tollun-
tur per clausulam,ex certa scientia,quæ fuit etiam apposi-
ta in dicta legitimatione, quæ etiam æquipollet clausulæ
de plenitudine potestatis:secundum gl.in c.ad hoc. extrà,
de rescript.quã ad hoc ibi notãt Bal.& Abb.in d.c.ea quæ.

& Roma.consi.mihi 369.inc.circa primum col.8.in fine
octaui dubij subdens Bal.ꝙ certa scientia supplet omnem
defectum ex legum interpretatione,vel iuris apicibus pro
cedẽtem:cum æquipolleant clausula, ex certa scientia,&
plenitudinis potestatis.pro vt etiam dicit idẽ Bal. in l. eos.
per gl.ibi,in ver.decisam.C.de appel.& Abb.in c.cum in-
ter.in 3.notabili,extrà,de except. Hinc dicit idem Bal.in
tit.de pace Constan.in ver.si quis autem.ꝙ contra illud ꝙ
facit princeps ex certa scientia non debet quis audiri, sed
eidem perpetuũ silentiũ imponi. Nam quando aliquid sta
tuit imperator ex certa scientia,est credendum esse verũ
nec potest in dubium reuocari:secundum Bal.in l.confi-
ciuntur.§.1.ff.de iure cõdicill.Ideò cum facta fuerit legi-
timatio de qua disceptatur ex certa scientia,videtur esse le
gitimè facta:ita quod contra illam nihil opponi possit.
50 †Quod contrarium de facili tolli põt. Dico.n.post Oldr.
consi.mihi.227.inc.omissa thematis,&c.in fi. ꝙ legitima-
tio rei de sui natura non legitimæ,non inducitur per cer-
tã legitimantis scientiã.sed oportet expressè loqui,& tol-
lere defectus iuris positiui,& non naturalis.sicut per clau-
sulã plenitudinis potestatis.secundũ Abb.in d.c. inter dile-
ctos.col.mihi 5.versi.4.oppono,&c.extrà, de fide instru.
& in d.c.ea quæ.in fi.extrà,de re iudic.de quo ẽt per Alex.
consi.79.inc.circa primũ,de quo,&c.col.mihi 4.vers.circa
sextum,&c.vol.1.& ita etiam resoluebam in sæpeall.cõs.
51 88.nu.3.† Possumus etiam dicere,ꝙ ita demum operatur
clausula,ex certa scientia,quãdo princeps super facto cau
sæ cognitionẽ pręmisit certam scientiam inducentẽ scđm
Inn.in c.veniẽs.extrà,de filijs presby.cum alijs concord.
quas tum ego,tũ præalleg. Vitalis allegamus in dictis tra-
ctatibus clausularũ.in ver.ex certa scientia.& in ver. clau-
sula ex certa scentia.de quo etiã per Inn.in c.cum ad mo-
nasteriũ.extrà,de statu regula.& in c.diuersis.extrà,de cle
ri.cõiug.& in c.2.de biga.Rota deci.130.in nouis dicit,ꝙ
confirmatio papæ etiã ex certa scientia,& cũ clausula,sup
plentes,firmat inualidum & infirmũ nedum quoad solen
nitate verumetiam quoad substãtialia.Quod est verum si
facta fuerit cũ cognitione causæ, & parte vocata. nam tũc
sanat totum. & ita in facti contingentia resolui in sæpeall.
consi.88.nu.30.& in subscriptione ad consi.106.nu.16.&
in consi.120.nu.90.& 91.de cuius etiam clausulæ effectu,
& ꝙ non augeat concessionẽ,nec etiã plenitudinẽ opere-
tur potestas in his quæ sunt facti,dixi cõsi.26.nu.64.& in
52 seq.versi.prosequamur.† Dicere possumus etiam ꝙ hæc
clausula,ex certa scientia, nihil operetur nisi in his de qui
bus princeps habuisse certã scientiam præsumitur:quem-
admodum sunt ea quæ de iure sunt,& in ipsis legibus con
sistunt:nõ autẽ in his quæ princeps ignorare pręsumitur,
veluti commercia sacra,& consuetudines bonę.quia malę
præsumuntur esse sublatę,secundũ Bal.in l.fi.C.sententiã
rescindi nõ posse.refert, & sequitur Feli.in c.cum inter.ad
princip.extrà,de except.& in c.nõnulli.col.21.ver.limita
secundò,ext.de rescripr. & ita dicebam in locis quos in fi.
versi.præcedentis allegaui.Hinc.dicit Pau.de Cast.cõs.mi
hi.157.inc.q.ista.ad fi.quòd clausula,ex certa scientia,in cõ
firmatione apposita tunc operatur, quando princeps actũ
inualidum sciens, vult illum facere validum confirmãdo,
secus autem quãdo ignoraret esse inualidum,vt puta,quia
nihil expressum fuit.tunc.n. illa clausula quæ solum opera
tur in expressis,non autẽ in his quę præsumũtur ignorata,
nihil operatur.refert,& sequitẽ Fely.in d.c.cum inter.col.
mihi 3.versi.vtrum autem.extrà,de except. & in d.c.nõ-
nulli.vbi suprà allegatus est. & ita ẽt in arduo casu in facti
contingentia resoluebã consi.111. nu.24.& 25. vbi etiam
concludo,ꝙ ad confirmationis validitatẽ defectus omnes
debeant exprimi,qui circa actum illum qui confirmari pe
titur, interuenerunt. de cuius etiam natura prosequor ibi
numero decimosexto, & decimoseptimo. & in sępealle
gat.consil.88.nume.31.
Et Bal.in l.fi. C.de crimine sacrilegij. per illũ tex.dicit,
ꝙ motus proprius principis nedũ tollit surreptionem,sed

etiam gratiam firmat in his de quibus habuit plenam no-
titiam: in alijs autem in quibus plenariam notitiã non ha-
bet, quamuis tollat surreptionem, non tamen firmat gratiã
contra obstantia quæ principi notæ non erant & ita etiã
tenui in præallegatis consi. 88. nu. 30. & 120. nu. 97. Si er-
go sit hoc verũ in motu proprio, qui plus operatur, & ma
ioris est efficaciæ quam certa scientia. secũdũ Bal. in rubr.
extrà, de offi. deleg. col. 4. certè hoc magis habebit locum
in certa scientia. Quinimò ista clausula, ex certa scientia,
sicut recipit limitationem ab expressis, quando ponitur in
oratione negatiua: vt si dicatur, Titius ex certa sciẽtia sciẽs
se non teneri, &c. debet intelligi, nisi ex causa infra expres
sa, ne contineat repugnãtiã. ſm Bal. in l. fi. §. Idẽ quæ sunt.
ff. de condi. indebi. & notãt Doct. in l. sed & si quis §. fin.
ff. si qs cautio. & in l. si dari. ff. de verb. obl. sic etiam posita
in oratione affirmatiua regulatur ab expressis. vt contra-
riorũ sit eadẽ disciplina. Cum itaq; non appareat in huius-
modi legitimatione causę cognitionẽ adhibitam fuisse, et
principem aut suum locumtenentẽ qui legitimauit, igno-
rasse suprà designata vitia, & defectus: ergo, &c.

Licet enim in rescripto principis sit clausula, ex certa
scientia, pôt attamen contrarium probari, secundum Bal.
in l. fi. C. sentẽtiam rescindi non posse. per cle. 1. de proba.
idem resoluit Card. cõsi. 142. inc. punctus quæstionis, &c.
in fine, dicens, ꝙ illud quod dicitur, ꝙ clausula, ex certa
scientia, operatur in principe ꝙ contrarium nequeat pro-
bari, locum habet quando loquitur in his quæ sunt de suo
facto, & verbum, ex certa scientia, nõ facit præsumi ꝙ ex
hoc plenariam habuerit notitiam facti vel negotij: sed so
lum ꝙ ad cõcedendũ mouetur ex certa sciẽtia. quod ver-
bum in tertij præiudicium non debet extẽdi. Nã vbi adest
aut adesse præsumitur scientia papæ, contrarium pôt pro-
bari, ſm Inn. in c. dudum. extrà, de priuileg. & de hoc arti
53 culo dixi in cons. 34. nu. 10. † Ad quod facit ꝙ notat Bal. in
l. curator. col. mihi 3. ver. qd ergo si tabellio. C. de rei ven.
& in l. 1. col. 3. versi. modo sequitur alius. C. de confes. &
Franc. de Aretio in l. si dari. per notata ibi per Bar. & alios.
ff. de verb. oblig. dicit, quòd creditur tabellioni asserẽti par
tem ex certa scientia ratificasse. quoniam verbũ illud cen
setur esse prolatum à parte in cuius personam notarius il
lud profert, & tamen eo non obstante contrariũ probari
pôt. secundũ quod notant, Bal. Ang. & Alex. in d. l. sed & si
54 quis, §. fi. † Præterea vt dicit Bal. in d. l. fi. C. sentẽtiã rescin
di nõ posse qñ principi obripitur, omnes clausulæ in rescri
pto appositæ sunt subreptitiæ: cum sit obreptitia substan-
tia ipsius rescripti. Omnis enim clausula naturam sapit ac-
cessoriã. & ideò qui obripit, nihil agit. de quo dixi cõs. 120.
nu. 36. & in sæpedicto consi. illustrium fratrum Cardonę,
in 2. dub. nu. 8. ver. sed cùm à principio, &c. per quæ dicũt
Inn. Ioã. And. Imo. & alij in c. inter dilectos. extrà, de fide
instr. ꝙ non valet priuilegium per subreptionem obten-
tum. ẽt si appareat principẽ in omnẽ euentũ cõcedere vo
luisse. alleg. c. sicut. eo. tit. de fide instru. & confirmatio quæ
desup emanauit, qualitercunque sit clausulata, ẽt ex certa
sciẽtia, nõ valet. vt tradũt Abb. & Feli. in c. 1. col. 2. extrà,
de confirmat. vtili vel inutili. inquiunt enim, ꝙ licet cõfir
matio fiat ex certa sciẽtia, nõ valet, si est subreptitia. vt qa
super re litigiosa, vel aliàs, emanauit. & ita ẽt resoluebã in
subscriptione ad cõsilium 106. nu. 15. in fi. & in sępealleg.
55 consi. 88. nu. 24. & 34. † Et si dicat saltẽ adesse generalẽ clau
sulã nõ obstantiarũ tollentiũ obstaculũ ẽt ꝙ non videtur
tolli à clausula, ſm Bar. consi. mihi 196. inc. ciuitate Came
rini, &c. & Io. de Ana. cõsi. 85. inc. viso instrumẽto. Respõ
deo post Old. cons. 147. inc. factũ tale est, &c. vbi voluit ꝙ
in rescripto legitimationis clausula generalis non obstãte
aliqua l. &c. non sufficiat, sed debet expressè fieri mentio
de l. prohibẽte rescriptũ: & exprimi, nõ obstãte tali l. quæ
tales succedere prohibet. pro vt ẽt consuluit Anch. consi.
242. inc. ex tenore priuilegij. & consi. 321. inc. primũ du-
biũ. col. pe. Quod verũ est etiã. si in eo dicatur, ꝙ illa vult
haberi pro expressis, & specificatis: qm̃ illa clausula est ca-
ptiosa, & iuri contraria. ſm Baldũ in c. super literis. col. 2.
extrà, de rescript. & dñs Ant. consi. 2. duplicato per erro-
rem cõsi. 49. in c. visis literis, &c. & licet Bened. Capra cõs.
157. voluerit sufficere quando apponitur clausula ex certa
scientia: attamen Alex. cons. 62. inc. assumam, &c. col. pen.
versiculo, nam clausula. &c. vol. 1. quod etiam per errorẽ
fuit duplicatum consi. 340. vol. 2. huiusmodi decisioni re-
fragatur, concludens, quòd illa non iustificet impetrantis
personam, sed formam literarum tñ. secundum Io. And.
in c. fi. extrà, de filijs presbyt. & not. dñs Anto. in c. 5. ex-
trà, de rescri. Fran. de Curte cõs. 13. ver. nõ facit, &c. & cõs.
35. inc. statuto seu capitulis Ianuę, &c. ad finẽ. voluit ꝙ ista
clausula, ex certa scientia, & motu proprio, & similes, nõ
operantur contra præsumptã concedẽtis mentẽ. qm̃ illæ
non intelliguntur alteri præiudicare velle. ita not. Abb. in
c. cũ nostris. co. 4. extrà, de conces. prębcn. & in c. ad aures.
extrà, de rescr. & in c. cũ olim. col. 7. de re iud. & in c. cum
causam. col. 2. ext. de test. & dixi cons. 88. sæpeall. nu. 32. & 33.

Et si plures essent obstãtię, oporteret de omnibꝰ facere
mentionem, ſm Bal. in l. 5. col. pen. C. de furt. de quo dixi
in præallegato consi. 88. nu. 32. & in subscriptione cõsilij.
106. nu. 16. & aliquid consi. 26. nu. 73. 79. & 84. Ideò Ioã.
And. in c. fi. de filijs presby. li. 6. voluit post Io. Monac. ibi,
ꝙ generales non obstantię in apostolicis literis non iustifi
cant personam impetrantis: sed impetratarum literarum
formam. de quo ibi per Gemi. col. 4.

Et æquipollent, aliquid concedi ex certa scientia, vel fa
cere mẽtionẽ de obstãtibus, secundũ abb. in c. fi. post Inn.
ibi, extrà, vt lite pend. & clausula non obstantiarũ, ſm Bal.
post. Inn. in c. audita. per illum tex. extrà, de resti. spol. reci-
pit limitationẽ iuris, & restringitur scd̃m loquẽtis mentẽ:
adeò ꝙ non operatur nisi quoad expressa. Ita etiã tenet in
sua disputatione quæ incip. dñs papa dedit conseruatorem.
col. fi. vbi dicit, ꝙ cõseruator datus vt cognoscat de quibus
libet iniurijs per se vel alium, siue requirant indaginem iu
dicialem siue non: non obstantibus iuribus in contrarium
facientibus, non potest vices suas committere non ca-
nonico: quia clausula illa nõ operatur nisi quoad expressa,
scilicet indaginẽ iudicialem requirẽtia. Refert, & sequitur
Gemi. in c. fi. §. j. ad fi. de off. dele. li. 6. & Feli. in c. licet. col.
pen. extra, de off. ordi. & ꝙ similis clausula non obstãtiarũ
licet surreptionem tollat, non tamen supplet defectũ, seu
inhabilitatẽ personę, pro vt suprà dictum est. & ita etiã fir
mant Gemi. & Io. And. in c. ei cui. de prębcn. li. 6. & Rota
deci. 3. in nouis. & dixi in sæpeallegato consi. 88. nu. 33.

Ex quibus in vnã massam congestis dicemus esse locũ
succesioni ab intestato in bonis & hæreditate d. quondã
Titij: ad quã admittuntur fratres ipsius vtrinq; coniuncti,
exclusis dictis illegitimè natis. ita ꝙ huic decisioni nõ ob
stãt legitimatio dictorũ infantiũ & ipsiꝰ Titij testamẽtũ,
quo dicti legitimati fuerunt, vt dicitur, instituti. & ita vt su
prà dictũ est & decisũ, cõcludebã & resoluebã: saluo, &c.
Barchinonæ 1522. ad laudẽ & gloriã Dei. in quorũ fidem
pñsentib. me subscripsi, & solito sigillo sigillaui. Ego Cels.

SVMMARIVM

1 *MAndans delictum fieri extra locum suæ originis si existat, locus est præuentioni. Et si iudex originis illum repetat, ei est restituendus, etiam in crimine assassinatus. nu. 3.*

2 *Mandans delictum committi quando teneatur.*

3 *Assassinatus crimen horrendum.*

CONSILIVM. LXXIIII.

PRæstantissime Doctor, communica
uit spectabilis dominus Antonius de Cardo
na literas dñi Barnabæ Serra, magnificis dñis
Steph. Saluerdenia, & Andreæ Riquer, & mi
hi: & credo mittẽt singuli sua vota. Ego verò,
quia cum

uia cũ viro doctissimo res agitur, qui facilè à seipso hęc, & longè difficiliora potuisset resoluere dubia: sed tamẽ ad alium voluit hanc prouinciam deferre, vt tutiùs iudicaret, paucis agam. Et certè ista quæstio vsque adeo est dubia, ꝙ in illa doctores etiam solennes variauerint. Quoniã Bald. in l.fi.ff.de iurisdic.omnium iudi. voluit contrarium illius ad quod per dictum magnificum do. Serra allegatur in l.j. C.de ędil, edicto. & in auth.qui semel. C.quomò. & quando iudex. Et Fely. in c.fi.col.4.versi.ad illud tritum.extrà, de foro compe.tenuit contrarium eius, quod specificat in c.1.extrà, de pręsumpt. vbi tenuit, mandantem puniri, nõ in loco mandati: sed in loco commissi delicti. Quam etiã opinionem tenuit originariè Bar.in l.libellorũ.ff.de accu. & in l.non solũ.§.si mandato.ff.de iniurijs. Quem tñ Bar solũ in hoc vltimo allegat pro se (& non bene) dictus do. Serra: cum tñ pro cõtraria op. allegetur cum alijs multis à domino August.de Ariminio, in add.ad Ang.in tract.malefi.in gl.in verb.existens Florentiæ: in addi.quæ inc.puniri. & Ang.consi.177.in princ. vbi plenè discutitur dubitatio præsens, de quo etiam in decisi.Delphi.q.104. † Et qui illam opinionẽ amplecteretur, ꝙ à iudice tractatus puniri non posset: sed à iudice originis, vel delicti, dici posset in casu nostro, ꝙ Docto.pro opin. contraria allegan loquuntur in mandante delictum nos aũt sumus in solo tractatu & consi. & sic regulare est, ꝙ quis ex consi.nõ tenet, vt per Alberic.Sali. & moder.in l.seruum fugitiuum.C.de ser.fugit.cum alijs, quæ allegat Dinus in regula, nullus ex cons.

2 † Et si diceremus contra ipsum captũ ẽt agi pro mandato, hic certè nulliter esset. Quoniã præter distinitionẽ, quã faciunt Doct.in d.l.seruum fugitiuũ scilicet quando mandatarius erat alias cõmissurus delictũ, quo casu mandans nõ teneretur. aliàs sic: certò certius est, ꝙ mandãs homicidiũ non tenetur de mandato, quando inferior, vel par mandat alteri: vel vbi præcedebãt inimicitię capitales inter mandatarium & occisum, vel vulneratũ: aut mandatarius fuisset minatus de occidendo, vel vulnerando illũ, qui postea reperiretur occisus, aut vulneratus, pro vt notabiliter decidit Bal.& post eum do.meus Ias.in præalleg.l.seruũ fugitiuum.col.4.ver.non omitto tamen, &c. Et sic si, & vbi esset punibile consilium, vel mandatum, non deberent interuenire qualitates prædictæ.

Pręter quę dicere possumus, ꝙ ad hoc ꝙ in delictis inspiciatur initium ipsius ad effectum, ꝙ iudex loci vbi cœptum est, cognoscat, oportet quòd delictum inchoetur in vno loco, & concurrant in vtroq; agens & patiens. Quoniam dicto casu (fateor) vtriusque loci iudex potest de tali delecto cognoscere. vt dicit Bal.per do. Serra allatus in l.si quis non dicam rapere.de epis.& cle. & hoc probat ext.de puella capta.quod adducit, & hoc tenet in terminis Fely. in c.fi.præall.ver.ad illud tritum, &c. vbi etiam respondet
3 cõtrarijs per dominum Serra tactis. † Vlterius scire debuit do.Serra, ꝙ tenẽtes opinionem, ꝙ iudex vbi cœptum est delictum, cognoscere posit, voluerunt ꝙ sit locus pręuentioni, vt not.do.apostillator Feli.in præall c.fi.ver.2.cõclusio, &c.ver.delictũ. Et sic cum vestra præstãtia ipsum pręuenerat, cognoscere postea nõ potuit. Quinimò si vestræ præstantiæ literas capio tanquã iudex originis ipsum captum pro vulneribus illatis relaxauerat datis fideiussorib. ideò adhuc hodie est captus vester. vt notat Alex.& mod. in l.1.ff.si quis in ius voca. Postremò Doct.volẽtes iudicẽ loci in quo consiliũ, vel mandatũ est præstitũ, cognoscere posse, loquũtur, nisi repetatur à iudice delicti vel originis vt not.Spec.tit.de cõpet.iudi.adi.§.1.ver.6.ratione criminis, &c. & ibi etiã idẽ voluit Bald.in addi.ad ipsum.in ver. not.iudex originis. qui loquũtur in originario delinquẽte extra territoriũ (vt est in casu nostro) & ita eos allegãs refert, & sequitur etiã in terminis fortioribus Bolog. consi. 8.col.4.versi.tñ hoc est verum. qui in assasinato cõcludit, ꝙ mandans assasinatum in aliquo loco captus, ibi restitui debeat iudici originis, aut delicti, si repetatur. Cum tñ assasinatus sit crimẽ tam horrẽdũ, vt de solo mandato quis puniatur, licet mandatarius illud executus nõ fuerit, vt not. Dy.& Angel.in l.item apud Labeonẽ.§.si curauerit.ff.de iniurijs.per tex.in c.1.de homicid.li.6. Cuius cõtrarium in alijs delictis est regulare vt not. Bart.in d.l.non solum.§.si mandato.tit.de iniur. Aret.in suo tract.malefi.in gl.in ver. Sempronium mandatorem. Ita etiã not.dominus Iacobinus de sancto Georgio in l.hoc edictum.§.hęc autem verba.in prima lectura.ff.quod quisq; iuris. Francisci de Aretio consilo 165.col.12.versi.4.allegant, &c. Et Franciscus de curte cons.73.col.3.versiculo, & istud voluit, &c. Et sic quia præuenta fuit per vestram præstantiam iurisdictio, debet cessare iurisdictio, iudicis loci consilij, vel tractatus: & sic illustris Ducis, præsertim ex quo dictus captus, fuit (vt pręd ixi) vestra pręstantia sub fideiussoribus relaxatus: si verò horum neutrum factum est, repetat illum vestra præstantia: & si recuset, poterit vti aduersus dictũ dominum Serra declaratione constitutionis, tanquã perturbantem ecclesiasticam iurisdictionem.

Hæc sunt quæ raptim, vt vestræ præstantiæ satisfaciã, occurrerunt, quæ melius me vestra præstãtia nouerat: quę me commendatum habeat. Ex Barchinonę 1525. Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta alicui ſi decedat ſine filiis, euaneſcit illo moriente cum filys vt deſcendentibus, quamuis poſtea liberi illi decedant.*

2 *Affectio maior præſumitur, & dilectio erga aliquem, quam erga eum qui poſt ipſum ſubſtitutus eſt.*

3 *Voluntas teſtatoris (etiam non ſcripta) debet attendi & facit quòd teſtatori ſuccedatur, licet euenerit caſus præter ordinationem teſtatoris, ſi tamen de illa voluntate poſſit apparere.*

4 *Caſus qui contingit præter ordinationem teſtatoris, ſi ex coniectur ata mente teſtatoris appareat, quando includatur in diſpoſitione ipſius teſtatoris, & quid in fideicommiſſo.*

5 *Voluntas teſtatoris in vltimis voluntatibus prædominatur, ſi tamen de illa conſtet quæ etiam coniecturata quandoq; fideicom.inducit, etiam ſi verba teſtatoris effundantur. nu.6.& 7.*

6 *Maſculis plus communiter fauent teſtatores quam fœminabus, ratione conſeruandæ cognationis, & illo caſu ſubſtitutio maſculorum eſt fœminarum excluſio, & quod per maſculos conſeruatur agnatio.*

Ratio vna ſola quando poteſt in aliqua diſpoſitione aſſignari, illa habetur pro expreſſa.

7 *Clauſula codicillaris operatur inter cætera, quòd etiam ſi locus eſſet ſucceſſioni ab inteſtato, videretur hæres ab inteſtato grauatus eſſe de reſtituendo hæreditatem illam.*

8 *Vxor relicta à teſtatore domina, potens, vſufructuaria omnium & ſingulorum bonorum ſuorum toto tempore vitæ ſuæ, conſequitur duntaxat alimenta cum quadam præeminentia, quando per teſtatorem fuerunt inſtituti filii, vel deſcendentes.*

9 *Dos quando debeat reſtitui.*

Tutor aut tutrix tenetur ſibiipſi ſatisfacere de pecunia hæreditaria, vel vſufructu, quemadmodum à ſeipſo debeba exigere, ſi fuiſſet debitor.

10 *Donatio ſi fiat purè omnium bonorum præſentium & futurorum, valitura tamen poſt donatoris obitum, eſt donatio inter viuos ſub qua comprehenditur actio de dote repetenda donatrici competens, præſertim quando fuerunt donata etiam iura & actiones.*

11 *Hypothecata habens certa bona ſi domino illa hipothecanti alteri conſenſerit, vel ſe ſubſcripſerit huiuſmodi inſtrumẽto, videtur ius illud hypothecæ remiſiſſe.*

CONSILIVM. LXXV.

PROPOSITVM eſt, ꝙ dñs Iacobus de Media
no, in ſuo teſtamēto inter cætera dominā Ioā
nā vxorē ſuam reliquerit dominā, vſufructua
riā, potentē, & maſſariā omniū bonorū ſuo-
rū, in ampla forma, inſtitutis & ſubſtitutis re-
ſpectiuè eius filijs, & filiabus, & eandē reliquit etiā dictorū
filiorū ſuorum tutricē. Et inſtituto, vt eſt præmiſſum, Dal
matio filio ſuo primogenito hærede vniuerſali, ſubſtituit
eidem in hæc verba: Quòd ſi d. Dalmatius filius meus de
ceſſerit quādocunq; ſine filijs legitimis, de legitimo & car
nali matrimonio procreatis, dicta mea hæreditas reuertatē
Ludouico de Meya filio meo, ſi tūc vixerit: & ſi d. Ludo
uicus obierit, prędicta mea hęreditas reuertatē poſthumo,
ſi maſcul', vel maſculi fuerint: & de vno ad aliū ſub forma
prædicta decedēti: & ſi oēs filij mei obierint, ſic forma p̄-
dicta, tali caſu volo ꝙ hęreditas mea reuertatur dño Ludo
uico de Mediano, dño de la Sentiu, nepoti & manumiſſori
meo prædicto, ſi vixerit: & ſi d. Ludouic' de Mediano ne
pos meus obierit quandocunq; ſine filijs legitimis maſcu-
lis, & de legitimo & carnali matrimonio procreatis, tali ca
ſu volo, ꝙ d. hæreditat non reuertatur dictę Ioannę filiæ
meę ſi vixerit, & ſi nō vixerit filijs, ei' ad ſuas voluntates.

Extat præterea conſtitutio Regis Petri tertij in curijs
Perpigniani ędita, quæ incip. hac noſtra, &c. diſponens, ꝙ
vxor præmortuo marito teneat & poſsideat bona ſui ma-
riti pro ſuis dote & augmēto, donec fuerit ſibi plenariè de
eiſdem ſatisfactum.

Præſupponitur vlterius, ꝙ d. dom. Ioanna ex capitulis
nuptialibus, inter pręfatū quondā Dalmatium de Media-
no, & honorabilē Elphā de Toralle celebratis, contempla
tione dicti matrimonij fecit donationē omniū bonorum
ſuorū pręſentium & futurorum, puramq; & irreuocabilē,
quæ dicitur inter viuos, valituram tamen poſt eius obitū,
& non ante, prædicto Dalmatio, & liberis ex dicto matri
monio naſcituris, cū expreſſa retentione quadringentarū
librarum, ad teſtandum, & cum retētione vſusfructus bo-
norum donatorum, & cum clauſulis conſtituti.

In quibus etiam capitulis nuptialibus promiſſa fuit per
d. Dalmatium dotis d. Elphę, & augmenti illius, in euentū
ſoluti matrimonij, reſtitutio. Quæ etiam capitula nuptia-
lia per d. Ioannam approbata fuerunt & iurata.

Contigit Ludouicū 1. loco ſubſtitutū, & deinde poſt-
humum præmori ſine liberis, & poſtea pręfatū Dalmatiū,
relicto ex pṛędicta Elpha Peroto filio, qui poſtea in pupil
lari deceſsit ætate, ſuperſtitib. Elpha eius matre, Ioāna præ
dicta auia paterna, Ludouico dño de la Sentiu, eius patruo
magno ſubſtituto, & Ioanna vxore magnifici do. Ioannis
Franciſci Morello iurium doctoris, eius auieta: ex quo qui
dem caſu difficultates plures, nec quidē vulgares oriuntur,
ex quibus duntaxat ſequentes examinabimus.

Primò, an d. magnifico Ludouico domino de la Sentiu
competat ius aliquod in hæreditate quondam Iacobi de
Mediano, & quo iure admittatur ad illam.

Secundò, vtrum d. dn. Ioanna relicta præfati quōdam
Iacobi ex ipſius teſtamento ſit vſufructuaria, attentis his
quæ præſupponuntur in themate.

Tertiò & vltimo, attenta donatione per d. Ioannā facta,
vt eſt præmiſſum, & approbatione & firma eiuſdem Ioā
næ de capitulis nuptialibus Elphæ. Quoniā omittatur tan
quam notoriū, tum ex iuris communis diſpoſitione, cum
ex conſtitutionibus Cataloniæ, quę iura conſequatur d. El
pha in bonis Peroti eius filij in ætate pupillari defuncti
quęritur vtra iſtarū duarū ſit potior in hypotheca bono-
rum quondam Dalmatij, pro ſuit dote & augmento, vtrū
Ioanna prædicta, vxor Iacobi teſtatoris: an verò dicta El
1 pha vxor Dalmatij ipſorū Iacobi, & Ioannæ filij. † Omiſ
ſis Phylacterijs, quoniam à me conſilium deciſiuum peti
tur, in cuiuſmodi conſilijs Specu. optimus practicus, in tit.
de alleg. & diſput. §. porro. verſi. in ſumma. & in tit. de ſen
tentijs. §. qualiter. verſic. verum, &c. ait eſſe reſpondendū
abſq; iurium rationum allegationib. Reſpondeo, ꝙ dixe-
rit Bar. quicquid voluerit conſ. 147. inc. ſuper ſecundo pun
cto. & dom. Iaſ. in l. in ſubſtitutione. col. 3. ver. ego omiſsis
illis quæſtionibus, &c. ff. de vulg. & pupill. vbi multa pro
hac opi. adducit, ꝙ præfatus dñs Ludouicus non vocatur
ex fideicommiſſo. Quoniam ſubſtitutio quæ per dictum
Iacobum teſtatorem facta fuit Dalmatio eius filio, ſine li-
beris decedenti, euanuit d. Dalmatio decedente, ſuperſti-
te ſibi d. Peroto eius filio, licet poſtea d. Perotus abſq; libe
ris deceſſerit, vt not. Oldr. conſi. 21 inc. thema tale eſt Io.
And. in addi. ad Spec. tit. de teſta. §. in primis. in vltima q.
Refert, & ſequitē Pau. de Caſ. in l. ex facto. §. pen. ff. ad Tre
bell. & cōſ. 130. inc. ne improprijs vtamur terminis & vo
cabulis. col. pen. Alexā. conſi. 31. inc. ponderatis his, &c. in
princ. vol. 3. Abb. conſ. 40. inc. venio ad primum &c. in 1.
dubio. vo. j. Quos pro maiori parte refert, & ſequitur Phi
lippus Decius conſil. 218. inc. in caſu ad me tranſmiſſo de
Italia, in ſecundo dubio. vol. 2. vbi hanc ſententiā plurib.
auctoritatibus & rationibus comprobat. Quam etiam tan
quam indubitabilem, aut ſaltē iuridicam ſecutus fui in cō-
tingentia facti ſuprà conſi. 68. ver. 4.

In caſu aūt noſtro poſsit dici pręfatum magnificū dñm
de la Sentiu ex tacita & pręſumpta teſtatoris mēte vocari.
Quādoquidē prætulit eum omnino teſtator filię ſuę Ioan
næ & ipſius liberis. Si ergo teſtator maiorem affectionem
ad d. dom. Ludouicum eius nepotem ſiue conſobrinum vā
detur habuiſſe, quàm ad d. Ioannam eius filiam & liberos
eiuſdem, quod vel ex eo patet, ꝙ ipſa poſt d. dom. Ludoui
cum, & eius liberos maſculos ſubſtituta fuit, & per conſe
quēt minus dilecta, per tex. notab. in l. Publius. §. Titia. &
ibi Bar. & doct. ff. de condi. & demon. Idem Bar. & omnes
in l. Gallus. §. et ſi parēte. ff. de lib. & poſth. vbi Bart. & oēs
notāt, ꝙ teſtator veriſimiliter plus dilexiſſe videtur quos
prius ſubſtituit, quam quos poſterius. ita quòd ordo ſubſtā
tutionis ordinē denotat affectionis & dilectionis, vt not.
idem Bar. in l. quidam. §. ſi tibi. ff. de rebus dub. Raph. Ful.
in l. generaliter. in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit.
factis. & in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. quod etiā ip-
ſum not. Bal. in c. 1. de natura ſucceſ. feudi. in vſibus feudo
rum. & Oldr. cōſi. 141. cū alijs allegatis ſupra cōſi. 20. ver.
3 44. † Vnde ad propoſitū in caſu noſtro Pau. de Caſt. conſi.
77. incipiente, caſus iſte frequenter contingit. & conſilio
180. incipiente, videtur dicendū, quòd dicti hæredes, &c.
& conſilio 355. aliàs ſecundum impreſsionem Mediola-
nenſem eſt conſilio 357. incipiente, viſo dicto teſtamen-
to, &c. ſcripſit multum notabiliter, quòd vbi conſtare po-
teſt de mente teſtatoris: puta, quia filias fœminas excluſit,
præferendo maſculos ſubſtitutos, quòd veriſimiliter cre-
dendum eſt, ꝙ minus dilexerit prolem fœmininam. Et in
caſu noſtro multò magis, ex quo prętulit dictum Ludouā
eum dominū de la Sentiu, qui erat ſibi extraneus (dico ve
rò extraneum, qui non eſt de deſcentibus) præfatæ Ioan-
næ filiæ ipſius teſtatoris. Et ſic de iuris ſtricto rigore vide
tur inconueniens, & valde abſurdum, ꝙ dicta Ioanna, quę
vltimo loco ſubſtituta de iuris ſtricto rigore ſuam ſucceſ
ſionē fundaret ab inteſtato: Et ſic plus conſequeretur, quā
dictus Ludouicus prius vocatus, & ſic prædilectus. Quo
genere arg. Ang. & Io. de Imo. vtuntur in præalleg. §. etiā
ſi parente. per l. Caio. in princ. & ibi Bar. ff. de alim. & ciba.
leg. Quo etiā genere argumenti fuit vſus Pau. de Caſ. vbi
ſuprà, vbi dicit voluntatē defunctijmagis eſſe ponderandā
ad mitigandū iuris rigorem procedentem ex verborum
proprietate. qui rigor, ſm eum ibi, de facili ſuccūbere de-
bet, vbi per aliquas cōiecturas conſtare pōt de voluntate,
mente, & intentione teſtatoris in contrariū, vbi latius per
eū. Verba enim debent intētioni deſeruire, & non econ-
tra. can. humanæ aures. 22. quæſt. 5. Ita etiam præponenda
eſt ſententia verbis, ſicut anima corpori. tex. eſt notab. in
cap. ſedulo. 38. diſtin. Quoniā verba ſe habent vt corpus
& ſuperficies, & mens ſe habet vt ſpiritus & anima. Et
ſicut

ſicut homo conſiſtit ex anima & corpore, ita legis aut te-
ſtatoris diſpoſitio ex mente ſeu ratione, & ex verbis. Et
ideò magis dicunt reſtringi verba. tanquã ſuperficies, quã
mens coniecturata. quæ licet omnino nõ ſit expreſſa, tñ
debet cõiecturari ex eo, quod quilibet vir ſapiens feciſſet.
Ita not. Anch. in c. canonum ſtatuta. extrà, de conſtitut. &
in terminis noſtris Abb. conſi. 1. & conſi. 75. vol. 1. Ita di-
cebam ad hoc propoſitum ſuprà, conſi. 68. verſiculo. quin
to. vbi etiam monſtro, quando dicatur de teſtatoris appa
rere voluntate. & de hoc eſt bon. gloſſ. in l. tale pactum. §.
4 fi. ff. de pactis. †Sic ergo ad propoſitum meum, cum Iaco-
bus vocauerit Luduuicum eius filium, ſi Dalmatius ſine
filijs maſculis moreretur, nullus ſanæ mentis negauerit, quod
teſtator ſi fuiſſet interrogatus reſpondiſſet, quòd ſuæ intẽ
tionis erat, quod dictus Ludouicus ſuccederet ex teſtamen-
to, nedum Dalmatio abſque maſculis decedenti: verum-
etiam ſi Dalmatius maſculũ relinqueret (pro vt fecit) &
ille poſtea in pupillari decederet ætate, & hereditas ſua nõ
deueniret ad inteſtati ſucceſsionem. quia aliàs Ludouicus
filius in caſu, qui locum habuit, ſi viueret non ſuccederet
ab inteſtato inſolidũ dicto Peroto: ſed etiam poſthumus
ſi ſuperſtes eſſet, & dicta Ioanna, quæ eodem gradu dictũ
perotum contingerent, licet huiuſmodi ſucceſsio eſſet cõ
tra expreſſam teſtatoris intentionem, qui voluit ſucceſsio
nem ſuam ad vnum ſolũ deuenire, & fœminam per ma-
ſculos excludi. & ita etiam in terminis noſtris reſpõdiſſet
indubiè, quòd nedũ ſuccederet dictus dominus de la Sen
tiu, eius ex fratre nepos, ſiue conſubrinus, morientibus di-
ctis eius filijs abſque liberis maſculis, verumetiam ſi ali-
quis illorum maſculum reliquiſſet, & ille poſtea impubes
deceſsiſſet. & non quòd illo caſu (in quo non prouidit ex-
preſsè) dicta eius hæreditas per viam inteſtati ad dictam
Ioannam eius filiam, excluſo dicto domino de la Sentiu
deueniret. Ita concludit in terminis Franciſc. de Curte cõ
ſilio 75. incipiente, dominus Ludouicus, &c. col. 8. verſicu
lo, præmiſsis tamen, &c. vbi ex cõiecturata mente teſtato
ris, reſoluit filios inſtitutorum excludere ſubſtitutum. Ita
etiam conſuluit dominus meus Philippus Decius conſi-
lio 238. incipiente, proponitur, quòd nobilis domina. in
primo dubio. vol. 2. Idem Franciſ. de Curte conſi. 51. inci
piente, ſuper teſtamentis. col. 12. vbi latiſsimè hanc mate-
riam proſequitur. & ibi reſpondet ad contrarium magis
vrgens: quod in caſu noſtro fieri poſſet de dicto Anchar.
conſi. 356. incipiente, ex ſerie teſtamẽti colligere, &c. Qui
col. 2. dicit, quòd caſus qui præter ordinationem teſtato-
ris contingit, nõ includitur ſub diſpoſitione ipſius teſtato
ris, etiam ſi in eo maior eſſet diſponendi ratio. ad quod al-
leg. Cin. in l. quod fauore. C. de legibus. & in l. commodiſ
ſimè. ff. de lib. & poſth. & dominus meus Decius vbi ſu-
prà, dicit hoc contrarium locum non habere in fideicom
miſſo. quia in illo ſucceditur, licet caſus eueniat præter or-
dinationem teſtatoris. Quam etiam opinionem ſequun-
tur Bar. & moder. in l. quandiu. ff. de acquir. hæred. Alexã.
con ſi. qui in fine approbat opin. Bar. licet aliter ſe reſoluat.
quia non erat in caſu ſuo fideicommiſſaria ſubſtitutio. Idẽ
not. Pau. de Caſt. conſi. 152. incipiente, præſens, dubiũ, &c.
& nouiſsimè Soci. conſi. 52. incipiente, vt ad veram. ad fi.
vbi refert Bal. Ang. Ioan de Imo. & Pau. de Caſt. & vtrun
que Raphaelem ita conſuluiſſe. Quod etiam conſilium
Soci. refert, & ſequitur Philippus Cor. conſil. 298. vulum.
3. Cui etiam cõſil. Socini ſe ſubſcripſit dictus Cor. & ante
eum Ioannes Baptiſta de Caccialuppis. Ita etiam voluit
idem Soci. in l. prima columna. vigeſima quarta. ff. de vul-
gari & pupillari. vbi etiam ita tenet Raiuereſort, in ſuo
tract. ſucceſſ. ab inteſtato.

Clarum eſt enim quòd prouiſio teſtatoris facta in vnũ
caſum, ad alium caſum extendatur. in quem teſtator veriſi
militer prouidiſſet ſi cogitaſſet, vt notat Bartolus in l. Ti-
tius. §. Lucius, per illũ textum. ff. de liberis & poſthumis.
Quem textũ etiam Pau. de Caſtro, & moder. ibi inducũt
ad hoc quod ſtatutum debeat etiam extendi ad caſum in
quo veriſimiliter ſtatuentes prouidiſſent. vt eſt ſingularis
tex. in l. tale pactum. §. fi. quem ibi poſt Bal. & Pau. de Caſ.
põderauit Frãciſc. de Curte, qui ad hoc multa accumulat.
ff. de pact. & idem & plenius dicto conſilio 51. columna
duodecima. verſi. confirmãtur præmiſſa. vbi etiam multa
ſimilia ad hoc adducit. & omnino dominus meus Philip-
pus Decius, præallegato conſil. 227. incipiente, in caſu ad
me tranſmiſſo de Italia. per totum. volumine ſecundo.
Quod conſilium omnino videatur. quoniam (præter id,
quod remiſsiones & cõcordantes adducit ad ſatietatem)
nullus melius eo locutus eſt in hac materia, de his quos vi
derim, nec apertius hanc difficultatem explicat. cuius etiã
opinionem ſecutus ſui in conſulendo, vt patet ſuprà conſi
5 lio 6. verſic. 5. †Nec id quidẽ mirum, quoniam in vltimis
voluntatibus, præſertim in fideicõmiſsis prædomina-
tur mens & voluntas teſtatoris. l. in conditionibus pri-
mum locum. & dicta l. Publius. ff. de conditionibus & de-
monſtrationibus. & l. ſi mihi & tibi. & l. penultima. vbi
bonus textus. ff. de legat. primo. Ita quòd non curamus
de verborum qualitate, dummodo conſtet de mente &
voluntate teſtatoris etiam ex iudicijs & cõiecturis. l. quo
niam indignum. & ibi Bal. in 2. notabili. C. de teſtam. Ad
quod bene facit textus, quem Angel. ſemper habebat in
ore in l. 3. C. de lib. præter. vbi dicit text. cum maniſeſtiſſi-
mus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nun-
quam tantum valet vt melior ſenſu exiſtat. de quo memi-
nit Angel. conſi. 340. incipiente, totum dictum ſtatutum.
Ita etiam in arduo valde caſu, pluſquam triginta mille
ducatorum in annno reditu, reſoluebam ſuprà conſilio
20. verſiculo vigeſimoquinto, & ſequẽtibus. & verſiculo
50. & quinquageſimoſecundo.

Hinc fit, quòd ex coniecturata mente teſtatoris dici-
mus fideicommiſſum induci, quamuis expreſsè verbis nõ
appareat. l. fideicommiſſa. §. hæc verba. & l. quoties. ff. de
leg. 3. l. cum proponebatur. & l. vnum ex familia. de leg. 2.
Ita Pau. de Caſt. per text. cum ratione gl. ibi, in l. filiusfam.
§. cum quis decedens. ff. de lega. 1. & in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. per illum textum. ff. ad Trebellianum. & ad hoc
ſolet allegari melior text. de iure, in l. pater filium. §. penul.
ff. de lega. 3. vbi gloſſ. colligit, quòd licet ex verbis non re-
ſultet fideicommiſſum, tamen reſultat ex mente & conie
ctura teſtatoris, & meritò. quia in ſubſtitutionibus fidei-
commiſſarijs, præſertim inducendis, prædominatur mens
coniecturata teſtatoris. dicta l. quiſquis. & l. tertia. C. de
lib. præter. Ad hoc ſunt boni text. vnus in l. ex facto. §. re
rum. ibi, facit quidem totum voluntas defuncti. ff. de hæ-
red. inſtit. & in l. cum quidam. ibi, quia teſtator nõ voluit.
ff. de neceſſa. ſeruo. manu. & apertior in l. tertia. §. condi-
tio. ibi, ſed melius eſt ſenſum magis, quam verba ample-
cti. ff. de adi. lega. Quinimò licet nonnunquam offendere
verba teſtatoris, vt deſeruiamus eiuſdem menti: vt dicit
Bald. conſilio 68. incipiente, Martinus Ioannes de Flo-
rentia, &c. inter conſilia. Angel. & adducit bo. text. in lege
pater Seuerinam. in princip. & §. conditionum. ff. de con
di. & demonſt. & eſt etiam text. in præalleg. §. conditio.
6 †Similiter attendatur, quòd teſtator deprehenditur voluiſ
ſe in eius bonis rationem habere conſeruandæ agnatio-
nis & familiæ maſculinæ. argu. l. prima. §. penult. ff. de ven.
inſpi. & notant Cin. & doct. in lege prima. C. de adult. &
Bald. & Angel. in præalleg. conſilio. Martinus Ioannes. Et
iſta ratio finalis teſtatoris porrigitur ad caſum noſtrum.
Vbi enim in quauis non ſcripta diſpoſitione eſt ratio
ſcripta, tunc extendimus diſpoſitionem ad metas ratio-
nis ſcriptæ. l. milites agrum. ff. de re milit. & l. his ſolis. ff. de
reuo. dona. cum ſimilib. Pari etiam modo vbi poteſt vni-
ca tantum ratio aſsignari, vt eſt gloſſa. quam ſequuntur
Bald. Paul. de Caſtro, & alij in lege quamuis. C. de fidei-
com. & Bald. in lege maximum vitium. C. de liber. præ-
ter. Attamen iſta ratio conſeruandæ familiæ & agnatio-
nis maſculinæ, cum ſola colligatur ex verbis teſtatoris, &
ex lege cenſetur eſſe perinde ad literã, ac ſi in teſtamento,

vel lege scripta esset, vt colligunt Bal. & Ioan. de Imo. in l. fin. præalleg. ff. de hæred. instit. & abundè dominus meus prealleg. consilio. 227. & Anchar. consilio. 22. incipiente, diligenter. Roman. consil. 32. incipiente, visa municipali constitutione. Bolog. consi. 60. ad principium. Francisc. de Curte consi. 1. col. 3. consi. 40. col. 3. consi. 50. & 55. col. 10. & consi. 80. col. 10. dominus meus Hippoly. de Marsi. in sua practica criminali, in §. diligenter. versi. 107. idē Socinus cons. 47. incipiente, facti narratione. col. 2. vol. 3. & dominus meus Franciscinus de Curte cōsil. 6. col. 7. in fi. & consilio. 9. incipiente, circa præmissam facti contingentiam, &c. col. 2. versiculo, præmissis tamen. vbi etiam dicunt hanc solam posse rationem assignari, quando statutum, existentibus masculis, fœminas excludit: vel quando in dispositione testatoris fœminæ excludūtur propter masculos. Quandoquidem masculorum substitutio, est fœminarum exclusio, vt omnino per Guido. pap. cons. 28. in 3. dub. vol. 1. Et his addantur, quæ scripsi infrà consi. 93. ver. 19. & 20. & consi. 120. vers. 49. & 50.

Apparet autem dicta ratio & voluntas præfati Iacobi ex testamento ipsius, in quo cum plures substitutiones fecisset, & in omnibus vocasset filios masculos, tam dispositiuè quā conditionaliter: & tā filios suos, quam etiam ipsius domini de la Sentiu, quem post filios suos substituit, & in casu quo dictorum filiorū suorum & ipsius domini de la Sentiu non extarent filij masculi, vocauit vltimo loco dictā dominā Ioannam filiā suā, vxorē dicti magnifici Ios. Francisci Morel. quā viderat: & quam, licet dilexisse præsumitur, exclusit attamen illam vniuersali sua hæreditate, media persona nedum filiorum suorum: verumetiā dicti domini de la Sentiu, eius agnati: qꝫ esset dicti testatoris ex fratre nepos, vel cōsobrinus, & de cognitione ipsius testatoris de Mediano, siue de Meya. Vnde videtur ipsum indubiè filiæ suæ, & descendētibus fœminabus ex prædictis eius filijs, prætulisse, ratione & fauore domus & agnationis cōseruandæ, quæ per solos masculos cōseruatur & nō per fœminas, quæ caput, aut princeps suæ familiæ non dicuntur: sed finis illius. l. pronuntiatio. §. fi. ff. de verborum significationibus. & declarat Bal. in l. 1. col. 3. ver. per quam bonorū possessionem, &c. C. quando nō pet. par. & Alex. qui latè prosequitur cōs. 41. incipiente, cōsideratis his, &c. vol. 3. & Soci. consi. 3. incipiente, quāuis ex his. col. 3. vol. 1. & latius prosequor in consi. illustrium fratrum Cardonę contra illustrem ducem fratrem eorum. 4. dub. versic. 25. vbi etiam monstro, posse hanc solam rationem assignari, quando fœmina statuto, vel ab homine excluditur per masculos eiusdē, vel subsequentiū graduū, de quo suprà, ver. præcedenti dicebamus. Et ideo, quāuis euanescat substitutio, sub qua vocabatur expressè dictus dominus de la Sentiu, ex quo decessit Dalmatius, superstite sibi Peroto eius filio, licet postea decesserit impubes, vt suprà versi. 1. dicebamus: attamen non cessat ratio per quā à testatore vocabatur ante Ioannam prædictam eius filiam. Vnde nimirū si dictus dominus de la Sentiu ex rationis idētitate debeat ad hæreditatem prædictam admitti, extendendo dispositionem testatoris ad casum istum, qui præter ipsius ordinationē accidit, cōcurrentibus maximè supradictis, & qꝫ non fiat extensio de persona ad personā, quo casu loquuntur iura cōtraria: sed fit extensio duntaxat de vno casu ad alium casum, accedēte nedum testatoris voluntate tacita, sed etiam expressa, vt est suprà demonstratū. & in his terminis intelligatur loqui Ial. in d. l. in substitutione. vbi in hoc conuenit nobiscū, qꝫ concurrentibus alijs coniecturis in terminis nostris, cōcludens fideicommissariā substitutionem non euanuisse. Vnde cum non sit quærendum cum quo testator de suis bonis loquatur, sed in quem suæ voluntatis intentionem dirigat. l. cum pater. §. donationis. & l. miles ad sororem. in princ. ff. de le. 2. consequens est in terminis nostris locum nō habere casum intestati, licet ex multis posset notarius argui de dolo, aut testator de imprudentia, per ea, q̄ dicit Ial. in l. ex filio. in 1. notab. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit testatorē esse prudentē, qui testat de cōsilio sapientis, & non cōfidit de imperitia notariorū, qui semper apponunt verba inepta, vel clausulā, si non valet iure testamēti, &c. cuius significatio ait quandoq; operatur cōtra mentē testatorū. Et in casu nostro præter clausulā illam voluit & ordinauit, qꝫ hoc sit eius vltimū testamētū, qꝫ valeat iure testamēti nuncupatiui, &c. quæ vt credo, cōtra notarij & non contra testatoris intentionē effectū habet. Q̄m ex illa cōstat voluisse testatorē decidere testatū & nō intestatū, vt in simili resoluit Fran. de Curte, consi. 74. incipiente, Andræas, &c. in fine, vbi dicit effectus clausulę codicillaris quæ solet in testamentis cōmuniter apponi inter alios effectus quos habet etiam hunc parit, qꝫ etiā si locus esset successioni ab intestato: nihilominus grauari videretur dicta domina Ioanna de restituendo hæreditatē illam isti domino de la Sentiu, vt not. Bar. in l. posthumus. §. fi. ff. de iniusto testamento, &c. & in l. 1. q. 5. ff. de iure codicil. no. Bal. in authen. ex causa. q. 7. C. de lib. præter. & Alex. in l. certi. ff. de testam. milit. & consi. 26. vol. 1. ex quibus in vnum congestis, & his quę maturiori examine possent adduci, resoluendo hoc primum dubium concludo præfatum dominum de la Sentiu, ex testamento pręfati Iacobi admitti debere, licet casus præter ordinationē testatoris acciderit. & his accedant omnino quę scripsi suprà consi. 20. ver. 10. & 11. de persona magis dilecta super exi
8 stēte. Secūdi dubij resolutio facilis est: quoniā in proprijs nostris, scilicet quando institutis & substitutis filijs vel descendentibus vxor à testatore relinquit dn̄a potens & vsufructuaria omniū & singulorū bonorū suorū mobiliū & immobilium toto tp̄e vitę suę. ¶ Ipsa tn̄ (in viduitate permanente) indubitata est omnium sentēna. qꝫ vxor per huiusmodi verba cōsequatur duntaxat alimenta cum quadā præeminentia in domo testatoris, pro vt eam marito viuēte habebat. Ita not. Bar. in l. qꝫ omnes. & in l. Titia. §. Titia. ff. de le. 2. Idem & omnes post gl. in l. 1. & in authen. qꝫ locum. C. si secundò nupserit mul. & ibi etiam plenè Alb. de Ros. Bar. Bal. Imo. & Fran. de Are. in l. & si contra. ff. de vulg. & pupill. Bald. in l. fin. in lectura antiq. C. de indicta vid. toll. & hanc opi. tenuit in consulendo Bartol. consil. 9. incip. super eo quod quæritur. & consilio. centesimo sexagesimo quinto. incip. Nicolaus. Angel. consilio centesimo trigesimo tertio. incip. reuocatur in dubium. Idē cons. centesimo quadragesimo quarto. incip. donatus. Paul. de Castr. consilio. 112. incipiente, super primo quæsito. & consilio. 390. incipiente, quòd vxor, &c. Alexander consilio. centesimo octuagesimo quarto. incipiente, viso processu. & consilio. 421. incipiente, perlectis verbis testamenti. & dicto consilio. 184. plura consilia citat, & inter cætera plura consilia Bartol. vltra suprà alleg. quam etiam opinionem tenuit vt communem Philippus Corn. consilio centesimo decimo secundo. incipiente, quanquam videatur, &c. in litera g. volumine secundo. & consilio. 187. incipiente, circa præsentem consultationem, &c. in princip. eodem volumine. & consilio centesimo septuagesimo tertio. incipiente, circa primum, &c. in litera c. volumine tertio. Francisc. de Aretio. consi. quarto. & consilio. 210. incipiente, diligenter & maturè. Roman. consilio. 516. incipiente, circa suprà positæ consultationis, &c. columna secunda. versiculo. sexto. quia videmus. Panor. consilio vigesimo quarto. incipiente, punctus quæstionis. in secundo dubio. volumine secundo. Soci. consilio sexagesimo octauo. incipiente, Ioānes, &c. per totum. volumine tertio. vbi etiam dicit se ita aliàs consuluisse. & in fortioribus concludit Francisc. de Curte consilio decimo quarto. incipiente, nobilis testator. & sequent. ita etiam in facti contingentia semper tenui, vt patet suprà consilio. vigesimo primo. versiculo primo. & secundo. & consilio 24. versiculo. sexto.

Præter quæ attendatur, quia ēt in huiusmodi casu esse opiniones, attamen huius audientiæ Regiæ sententiæ stylus hāc opinionem & sententiam firmauit declarando secundum

cundum conclusionẽ suprà factã. Qui quidem stylus est ius quoddã, licet ex facto veniat. vt in simili not. Rota. in stylo palatij apostoli decis. 710. incipiente, nota, ꝙ stylus, &c. & probatur in c. ex literis. extrà, de consti. & c. venerabilis. extrà, de consit. vti. vel inutili. & Feli. oĩno in c. quod super his. extrà, de fide instr. vbi dicit, ꝙ stylus Curię põt allegari in decisionibus causarũ, si ius nõ reperit. ad ꝙ est tex. sing. & ibi Bar. & And. de Barulo in l. fi. C. de cano.
9 largi tit. de quo dixi latius suprà consi. 20. versi. 30. † Ex cõstitutione aũt Regis Petri, in curia Perpigniani ædita, quæ inci. hac nostra. quæ cõstitutio, ꝙ mulieris præmortuis eorũ matribus teneãt & possideãt bona sui matri pro dote, augmento illarũ, & dictorũ bonorum fructus faciãt suos, donec plenè fuerit eis de dote, & augmento, quæ est donatio propter nuptias, prædictis satisfactum. quamuis Ioanna sæpedicta bona quondã sui mariti Iacobi possidere videatur, & facere fructus illorũ suos: attamẽ in casu nostro contrarium puto verius. Quoniam certò certius est, ꝙ dos quæ in bonis immobilibus consistit (qualis esse mihi præsupponitur dos d. dom. Ioannæ) immediatè, & quę in bonis mobilibus infra annũ debet restari, vt dicit Salic. in l. 1. ver. quęro. 2. C. de rei vxo. actio. not. Doct. in l. diuortio. §. interdũ. ff. solut. matr. & Ias. in §. fuerat. Instit. de actio. Cũ ergo d. dom. Ioanna relicta fuerit in testamẽto eius mariti pręfati tutrix filiorũ suorũ, (vt mihi prę supponitur:) & psupponatur etiã plures pecuniæ quãtitates ex hæreditatis prædictę administratione recepisse, ex quib. nedũ potuit, verũetiã ad pupillorũ vtilitatẽ debuit satisfieri de augmẽto prædicto, cum dos eius in immobilibus cõsistebat, ipsa tãquã tutrix fuit obligata sibi ipsi satisfacere de dicto augmẽto, & dotẽ suã recuperare, & sic exonerare d. hæreditatẽ dicitur vsufructu sibi per dictã constitutionẽ debito, donec esset soluta de suis dote & augmẽto, vt not. Bar. in l. videamus. in 4. oppo. & ibi Alex. col. 2. ff. de in litẽ iur. & in l. tutor. la 2. §. 1. de admit. tut. & voluit Roma. singulari, inc. tutor. & est casus expressus in l. diuort. ff. de neg. gest. Et si nõ fecit, sibi imputet. quoniã debuit, stãte vtilitate pupillorũ, sibi ipsi soluere: sicut debebat à seipsa exigere si fuisset debitrix: aliàs cõstituta fuisset in mora, pro vt resoluit Franciscus de Aretio consi. 105. aliàs conf. 115. incipiente, in præsenti dubitatione, &c. & per Socinũ aliquid consil. 2. incip. sequendo ordinem, &c. vol. 1. Idem Socinus melius consi. 126. in 2. dubio. eodem volũ. 1. vbi loquitur in matre, quæ propter dotẽ non solutam percipit aliqua commoda, &c. Ex quibus hoc dubium resoluendo dico dict. dominam Ioannam, nec ex dicti mariti sui testamento, nec ex d. cõstitut. hac nostra. fecisse fructus hæreditatis prędictæ suos à tempore quo commodè potuit de augmento prædicto
10 satisfacere sibi ipsi. † Tertium dubium aggrediendo, quanuis clara sunt iura per quæ dicta domina Elpha lucratur ex supplicatione dicti quondam Peroti & filij sui, & prænominati Dalmatij mariti sui: Attamen ad maiorẽ eorum demonstrationem, quæritur de validitate, effectu, & qualitate donationis, quam suprà in themate præmisimus factam fuisse à domina Ioanna, dicto quondam Dalmatio, & suis filijs, qui ex eo & dicta Elpha procrearentur. Et licet in huiusmodi donatione facta fuerit mortis mentio: attamen eam fuisse inter viuos sub die incerta, non dubito: etiã si illa verba, quę in themate præmisimus, videlicet donationẽ purã, & irreuocabilẽ, quæ dicitur inter viuos, &c. in donationis prædictę instrumento apposita nõ fuissent, vt est casus legis expressus in l. cum maritus. §. fi. ff. de pact. dotal. & tenet Bar. in l. quæ dotis nomine. ff. solut. matri. & in l. fi. ff. de pact. & in l. Seia. ff. de dona. causa. mor. Ita resoluens in fortioribus terminis consuluit Franciscus de Aretio. consi. 45. incipiente, diligenter & maturè. col. 2. versiculo, sed tamen his vltimis, &c. qui loquitur in donatione, quæ ex pacto expresso valere debet post donatoris obitũ, & si sine liberis moriatur, & sic sub conditione, & die incerta. Nos autem non sumus in terminis in quibus loquitur Areti. in quantum donatio super qua consuluit est conditionalis, quia illa, de qua hic agitur, fuit pura, quãuis executio illius dilata fuerit vsque ad donatricis obitum, vt notat dominus meus Iason in l. stipulatio. §. si quis ita. versi. 8. ff. de verbo. obligationibus. Ita resoluendo concludebã suprà consi. 60. versi. 12. Et sic cessat examinatio clausulæ cõstituti. quoniam illa clausula ex tunc operata suum effectum, transferendo possessionem veram (si illa dicta domina Ioanna habebat) & traditionem factam, vt notat Signerola de Homed. consi. 75. Albe. in l. post contractum. columna. 4. ff. de donat. licet dici posset, quòd est Paul. de Cast. quòd in hac donatione, quæ in diem celebrata est, traditio possessionis non requirebatur. & de hoc videatur dominus Didacus de Segura in repeti. l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possess. fol. 76. colum. 2. versi. nec obstat secundum. vbi hoc late prosequitur.

Effectus aũt donationis prædictæ fuit, vt sub sola donatione omnium bonorum, & rerum pertinentium dictæ donatrici comprehendatur etiam actio de dote, quę dictę Ioannæ competebat, pro vt abundè monstrat Barba. cõsi. 36. in primo dubio. vol. 1. etiam in terminis nostris scrupulo caret, quoniam dicta domina Ioanna addidit in donatione prædicta, vt donaret etiam iura, & sic donauit ẽt iura, dictum creditum dotis, & donationis propter nuptias, si tunc non fuerat exactum, pro vt abundè monstrat Alexander consi. 105. & consi. 108. vol. 6. & Franciscus de Aretio consi. 148. incipiente, in quæstione proposita c. Et multò magis, quoniam dicta domina etiam donauit omnes actiones sibi competentes. Et sic etiam actionem pro dote recuperanda, & hypothecæ quam habebat ad bona quondam Iacobi & Dalmatij pro dictis dote & augmento. l. si à creditore. & ibi Bal. & l. si in solutione. C. de actionib. & obligationib. Et per hæc cum appareat, quid in hæreditate pupilli veniebat, præter bona auita, ad quę (vt suprà dicebam) magnificus dominus de la Sentiu admitti debet, facilè est discernere, pro quibus bonis, & pro qua portione succedat dicta domina Elpha in bonis pupilli eius filij prædicti, iuxta constitutionem Regis Petri tertij, quę Inc. impuberibus, maximè quia pater pro dicto filio suo testatus non fuerat.
51 † Sed superest scrupulus, cum dicta dña Ioanna prætendat donationem effectum non habuisse, cum donatarij sint præmortui, aut saltem illam hypothecam non relaxauit, nisi adueniente eius obitu. & per consequens non obstante cõclusione suprà facta, ꝙ habet hypothecam in bonis, quæ fuerunt dictorum eius mariti, & filij, & postea Peroti nepotis sui pro dote & augmẽto suis, & signanter in loco & castro de Beusa, & pro eisdem dote & augmento d. dom. Elpha prætendat etiam in illis bonis hypothecam. Quæritur vtra illarum præferatur in dictis bonis pro dicta hypotheca? Respondeo, ꝙ cum d. do. Ioanna nedum præsens fuerit quando Dalmatius prædictus eius filius assecurauit & assignauit d. dom. Elphæ dotem, & augmẽtum suum super omnibus eius bonis. & sic super dictis loco & castro de Beusa, verum etiam dicta domina Ioanna dicto instrumento assignationis hypothecę subscripsit, videtur ius illud hypothecę (si quod habebat) remisisse, per casum legis expressum, quem ad hoc not. doctor. in l. sicut re corporali. §. non videtur. ff. quibus modis pig. vel hyp. soluitur. Ad hoc videtur casus etiam in terminis fortioribus, in l. 2. C. de remiss. pig. & not. Bar. & doct. in l. fideiussor. §. pater. ff. de pig. & in d. l. sicut. §. si debitori. & de hoc videatur præall. dominus Didacus de Segura in repeti. l. si ex legati causa. ff. de ver. oblig. fol. 113. col. 2. ver. 5. facit vbi multa ad hoc alleg. & inter cætera d. l. sicut. §. vẽditionis. quam ad hoc dicit esse singularem, &c. Quare hoc dubium resoluendo, dico pręfatam dominam Elphã potiorem esse in hypotheca super bonis quondã eius mariti, quàm sit d. do. Ioanna. Et ita vt suprà dictum est, & conclusum, decidebam & resoluebã, saluo, &c. Barchinonæ 1525. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus:

SVMMARIVM.

1 *HAereditas defuncti ante aditionem, vel priusquam sit adita, propriè nō dicitur hęredis hæreditas, licet post aditionem secus sit. hinc fit quod renuntians hæreditati paternæ & maternæ, succedere non prohibetur fratri suo, qui successit eisdem, & eorum adiuit hæreditatē. Et dicitur hæreditas iacens si hæres esset infra tempus adeundi, cū tunc repræsentet personā defuncti & non hæredis. & quando hæres donat huiusmodi hæreditatē priùs adiuisse præsupponitur, & posteà donasse, licèt sit secus in repudiatione: qa repudiatio nō præsupponit aditionē. nu. 2.*

2 *Repudiatio hęreditatis quando dicatur fieri remissiuè. et quo modo discernatur à donatione. nu. 3. & in additione. nu. 7.*

3 *Successorium edictum procedit gradatim, id est, de gradu in gradum, ita quòd sequēs in gradu non potest ex illa admitti, nisi primo repudiante.*

4 *Contrarietates inter doctores vnde proueniant, & quandoq; reprehendit vnus alium absque iniuria. & data contrarietate indissolubili, quid debeat sequi iudex.*

5 *Consensus patris in iudicio præstitus in his quæ sibi non vult acquiri, repudiationē operatur in filiū, & non donationē.*

6 *Donatio de facili non præsumitur, præsertim inter patrem & filium in potestate. & quot debent cōcurrere ad hoc quòd præsumatur donatio. nu. 7.*

7 *Adiudicatio hæreditatis quid sit, & qualiter fiat.*

8 *Fictiones duas, vel duo specialia simul concurrere non posse, ostenditur.*

9 *Liberatio quando dicatur esse legata, Et si fiat sub conditione, vel die incerta, non tollit obligationem naturalē, sed ciuilē duntaxat, licet effectum non sortiatur nisi purificata conditione, vel aduenente die prædicto.*

10 *Hæredum multorum si grauetur vnus soluere certam quantitatem Titio, non repetit solutum, si alij cohæredes etiā non grauētur. & si res alicuius, etiam hæredis legata fuerit, valet huiusmodi legatum, nec repetit à cohæredibus illius rei æstimationem.*

11 *Expensas quas grauatus in re subiecta restitutioni fecit, an & quales repetat. & an compenset fructus pro rata cum illis.*

CONSILIVM LXXVI.

NOn attingunt difficultatem præsentem quæ in fauorē Christofori Raymondi Caronita per quendā celeberrimū doctorē (mihi tamē ignotum) fuerūt adducta. Est.n. clarū, ꝙ ante aditionē hæreditatis defuncti semper dicitur illius hæreditas: postquam verò adita est, non dicitur propriè (nisi forrè largo modo) hæreditas: eò quia vnitur patrimonio hæredis. & totum vnitum dicitur hæredis patrimonium. l. sed & si plures. ff. filio. ff. de vulg. & pupil. l. 1. §. præterea. ff. de sepa. & melior tex. de iure, Insti. de hæredū quali. & diffe. in princi. & insti. quibus manu. licet, vel nō. §. 1. cum alijs concord. & iuribus per Ias. allegatis in l. quoniā nouella. col. 2. C. de inof. testa. & Insti. de actio. §. actionum. vbi per illa & alia iura, quæ allegat, tenet, quòd qui paternæ & maternæ renuntiauit hæreditati, non prohibetur fratri succedere, qui dictis patri et matri successit. Quoniam ex quo frater adiuit parentum suorum hæreditatē, desijt esse hæreditas eorū, & factū est ipsius hęredis (vt ꝓdixi) patrimoniū, & ipso fratre defuncto ipsius fratris hæreditas, & non patris, aut matris: & ita notant Alex. Rom. Fran. de Aretio, & do. Ias. in l. eius qui. §. stipulat. ff. si cert. pet. ita ēt suprà cōsi. 37. vers. 73. & ita in facti cōtingentia tenebam. Sic ego ad propositum, cū nō appareat pręfatū do. Raymondum Caronita iurisperitum Petri fratris sui hæreditatem adiuisse. certè dicti Petri hæreditas dici non potest Raymōdi pręddicti hæreditas. imò dicitur propriè in casu nostro hæreditas iacens, præsupposito, ꝙ dictus quondā Ray. erat intra tempus adeūdi, vt per Bar. & alios in l. si quis hæres instituatur. la grāde. ff. de hæred. insti. Talis enim hæreditas tunc personam defuncti, non aūt hęredis futuri repræsentabit. l. si Titio. §. si eo. & ibi Bart. ff. de leg. 2. Idem in l. nam & Seruius. §. qui negotia. ff. neg. gest. & in l. hæreditas. ff. de acquir. rer. dom. & in l. cum hæreditas. C. de pos. Et Bal. not. in rubr. C. de success. edicto. Nec enim dicitur in bonis alicuius esse priusquam ipsi adiuerit vt suprà dicebam) & not. Bar. in l. pupillorum. C. de repud. hæred. per. l. pretia. ff. ad legem Falcid. not. Ias. in l. filiusfam. nu. 112. & 114. ff. de leg. 1. & in l. Gallus. §. & quid si tantū. nu. 123. ff. de lib. & posth. & Philip. Cornæus consi. 11. inc.
2 in præsenti, &c. ad princ. vol. 3. † Nec dicatur (pro vt pręfatus do. consultor dixisse visus est) ꝙ d. Raymundus prius hæreditatem prædictā adiuerit, deinde actū prædictū assignationis fieri fecerit, & ꝙ pręsumatur pro aditione pręcedēte, quæ solo animo & nuda volūtate fit, vt not. Spec. tit. de litispē. 2. ver. nota. Et sic in casu nostro, ꝙ dictus Ray. cēseatur prius hæreditatē dicti quondā fratris sui Petri acceptasse, & demū donasse iura, q̄ nō habebat, nisi mediātibus dictis acceptationib. pro vt & prosequit̄ d. d. cōsultor ex aduerso. & in hoc fundamēto & motiuo totā suā spēierit. & de hoc est tex. in l. fuit quæstionis. ff. de acqui. hæred. & est casus ſm vnā lecturā in l. si actionem. C. de pact. Respōdeo etenim vnicu verbo, dictū contrariū tollēdo; quia aliud est renuntiare, & abdicare à se per viā repudiationis, quo casu renuntiatio non ꝑsupponit acquisitionē: & aliud est renuntiare per viā donationis, quo casu pręsupponitur acquisitio, nisi aliud appareat, pro vt habet̄ in d. l. fuit quæstionis. vt not Pau. de Cas. in d. l. si actionē. C. de pact. & ita in proprijs terminis distinguit Soci. consi. 183. inc. allegan ter sunt omnia discussa. col. 3. vesic. sed tū præmissis nō obstantibus. vol. 2. Quòd aūt dictus quondā Raymundus hæreditatē prædictā repudiauerit, patet ex not. per doct. in l. si. maior. C. de repud. hæredit. Not. Spec. tit. de pact. §. 2. col. 1. vbi ponit formā instrumentorū renuntiationis, & repudiationis. & per Bal. in l. 1. in 3. oppo. vbi etiā Moder. C. qui admit. Frā. de Aretio in l. gerit. ff. de acquir. hęred. & Philippus Cornæus consi. 310. incipiente, principaliter in litera g. vol. 3. & demonstrat ad oculum series instrumenti dictæ assignationis, repudiationē fuisse, & nō donationē.
3 †Est. n. apertissimum, ꝙ mortuo dicto quondā Petro Caronita ab intestato sine filijs, aut descēdentibus, succedere debuit illi d. quondā Raymondus eius frater, cū ascendētes non haberet, nec alios fratres, aut ex fratribus cōsobrinos. l. si auię. & ibi Doct. C. de success. edict. & notat Din in suo trac. success. ab intestato. & sic si d. quōdā Raymōdus hæreditatē huiusmodi nō repudiasset, aut ab eadē abstinuisset, non potuisset illa d. Raymondo Christophoro eius filio assignare. Quoniā successoriū edictū, ꝙ hodie locū habet ēt in capite agnatorū, procedit gradatim, hoc est, de gradu in gradū, sicut erat de iure præterito in capite cognatorum, incipiens à fratre: non examino vtrinq; cōiuncto, vel præmortuorū filijs. Quoniam vt prætenditur solus Raymundus prædictus superfuisse mihi pręsupponitur dicto quondā Petro eius fratri, & nulli alij fratres, aut sorores, aut eorūdem filij: & dicto Raymōdo repudiāte, vel abstinente, ad filios & filias eius, per tex. in §. placebat. inst. de legi. agna. succes. vt declarat Bar. in rub. C. de succes. edicto. & dn̄s meus Ias. in l. qui se patris. col. mihi 7. versi. in capite aūt agnatorum. C. vnde lib. Cum ergo ad præfati quondam Raymundi supplicationem facta fuerit adiudicatio hæreditatis dicti quondam Petr. Caronitæ intestato defuncti, & quæ ad ipsum quondam Raymūdū supplicantem pertinebat (vt ipsemet vtrunque fatetur in dicta suppplicatione (& per cōsequens dicto Raymondi Christophori prædicti quondā Raymondi filio cōpetere non poterit: nisi abstinente, vel repudiante dicto quondā Raymondo patri. Et sic cū dictū actū fecerit, quia alias fieri nō potuit citra 1°, & nomē abstinētis, aut repudiātis: cōsequēs est fateri,

est fateri, quod dictus quondam Raymundus per dictæ
supplicationis porrectionem & actũ subsecutiuum, hęre
ditatẽ dicti quondã fratris sui Petri repudiauerit. quę post-
ea potuit adiudicari præfato Raymõdo Christophori ei'
filio (si dictus quondam Raymundus alios filios tunc non
haberet, qui in dicti Raymundi Christophori personam
impedirent successorium edictum insolidum.) vt est text.
in l. t. §. sed videndum. & §. Largius. ff. de success. & in l. 1.
§. 1. ff. quis ordo in bon. poss. seruetur. Ex his tolluntur cõ
traria suprà per dictum dominum consultorem. facta. quo
niam nedum de precedenti additione præsumendum nõ
est verumetiam de contrario apparet, vt suprà deduxi.

Ex quibus resoluẽdo concludo dictam assignationem
tanquam non legitimè, nec rectè factam, non obesse quo
minus succedant alij filij dicti quondam Raymondi Ca-
ronira in bonis dicti quondam Petri fratris sui, & postea
dicti quondam Raymondi fratris sui, patrisque cõmunis
dictorum filiorũ. Ita pro vt est suprà dictũ & conclusum,
decidebam & resoluebam Barchinonæ, saluo, &c. 1525. ad
laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

Additio.

4 † Cùm nuper in fauorem filiorum quondã magn. Ray
mundi Caronira Iurisperiti Barchinon. cõsuluissem cõtra
Christophorum Raymõdi primogenitum, pro quo cele
berrimus Iurisconsultus (vt postea ex ipsius additione co-
gnoui) dominus Stephanus Saluerdenia, vt ad consilium
præmentionatum, cui subscripsit, fateor maior mihi vene
randus consuluit, magnifici arbitri quibus est dicta contẽ
tio, quæ inter fratres vertitur, commissa decidenda, super
vtorum in contrarias sententias resoluentium determina-
tione, vt audio, non parum admirati fuerũt, ancipites quid
in huiusmodi causa deberent arbitrari & laudare, salua cõ-
scientia & timore Dei. Et certe nõ est nouum si doctores
inuicem dissentiant. quot enim capita, tot sententiæ, vt Co
micus ait. Oritur huiusmodi contrarietas & opinionum
diuersitas ex conflictu rationũ hinc inde vrgentiũ. Quod
nunc nouum non videtur, quoniam sancti viri nedum ali
quãdo inter se contrariari visi sunt, verumetiã vnus alterũ
reprehendisse legitur, vt Petrum Paulus apostolus de cir-
cuncisione, & Hieronymũ Augustinus, vt patet in toto
volu. decreti, vbi plenè de contrarietate canonum. Sic etiã
Iurisconsulti inter se contrariantur, & quandoque alter al-
terum corrigit, vt Celsus adolescens Labeonem, vt in l. do
minus. ff. de testa. & idem Celsus eius patrẽ etiam Celsum
corrigere non dubitauit, vt patet in l. dedi. §. sed si seruus.
ff. de condi. ob causam. Nec quidem reprehensibile debet
iudicari. capitulo non debet. extrà de consanguin. & affin.
Et stante contrarietate indissolubili iudex medius peccare
nõ dicitur. si elegerit quod iuri & æquitati crediderit cõue
nire. vt in capitulo literas. extrà, de rest. spol. Et si aliq vnã,
aliqui aliã, & alij mediã viã eligunt, in tanta contrarietate
oẽs ab imperitia excusant. vt ibi patet. & fac. qđ not. in l. cũ
prolatis. ff. de re iudi. & c. per venerabilẽ. §. rõnibus. extrà,
qui filij sint legi. Stante. n. veritate & opinionum cõflictu,
qui eligit vnam opinionem, quam secundum bonam con
scientiam credit verã esse etiã si per habentem auctorita-
tem postea contrarium declaretur, excusatur apud Deum
& homines. c. 1. extrà, de postul. præla. Hoc enim est hu-
mani iudicij proprium sæpe falli, in quo differt à diuino iu
dicio, quod nunquam fallitur. c. cum nobis. ext. de sentẽtia
5 excom. cum simil. † Quicquid igitur fuerit dictũ per Iuris
consultum dominum Stephanum Saluerdenia, perseuero
in conclusione in præcedẽti consil. facta, & resoluo, vt ibi:
ius videlicet competere alijs d. Christophori Raymundi
fratribus in dicti quondam Petri eorum patroni ab inte-
stato defuncti hæreditate, per rationes & iura, quę in di-
cto meo consil. allegabam, & quibus non fuit (pace dicti
celeberrimi Consultoris dixerim) satisfactum per ipsum,
vel responsum. Nec glo. in l. fi. §. necessitate) quem habeo
pro versiculo) in ver. imponenda. C. de bo. quæ liber. per
ipsum vtroque suo consil. allegata, probat id ad quod per
ipsum allegatur, scilicet quòd consensus patris iudicialiter
præstitus, & his quæ sibi non vult acquiri, donationem
operetur in filium. Hoc enim dicit gl. mea, (nisi fortè eam
mancam, aut corruptam habeam) etiam si vellemus (vt di
cunt) sensum illius extrahere per capillos, imò loquitur
apertius in fauorem dictorũ filiorum. Illa. n. in finalibus
verbis dicit, ꝙ vbi in iudicio filius fa. maior annorũ 25. in-
teruenit, vel agẽdo, vel defendẽdo, si est contẽtio de bonis
in quibus patri potest vsusfructus quæri, si pater illũ vsum
fructum nõ vult, potest aduersarius dicere filio agenti, vel
descendenti, Volo quòd pater tuus consentiat iudicio in si
gnum repudiationis dicti vsusfructus, ne possit postea ve
nire, & dicere iudicium nullum, quia sibi competat vsus-
fructus, & exercitium, cũ repudiatione in iudicio nõ con-
stet. Et deciditur ibi in tex. quòd illo casu pater cogitur di-
cto iudicio consentire, & ille consensus operabitur repu-
diationem vsusfructus. Sic ergo ad propositum, ex quo pa
ter consensit in iudicio, ꝙ dicto Christopho. Raymondo
eius filio, dicti quondã Petri hæreditas adiudicaretur (vt
est sæpedictum,) certè d. Raymundi consensus non dona
tionem (vt prætenditur) sed repudiationem ipsius patris
apertè demonstrat, vt voluit. gloss. in contrarium allegata.
quam ad hoc notant ibi Bar. Bal. Alber. de Rosate. & Sali.
post antiq. Et sic (etiam ex his quę in contrarium allegata
sunt) roboratur conclusio noua suprà in precedenti consil.
facta. † Nec videre possum qualiter ex dictæ adiudicatio-
nis actu donatio possit induci, pro vt cum tanto conatu
voluit ostendere magnificus consultor prædictus, dicens
ideò pręsumi donationem, cũ nulla alia coniectura, quàm
donationis inde colligi possit. Sed certè dico, per verba sup
plicationis dicti quondam Raym. patere lippis & tonsori
bus, quòd dicta verba repudiationẽ operantur. Igitur non
debent interpretari donationem. Quoniam, vt in simili
not. Soci. consilio. 73. incipiente, circa primum. colum. 2.
versi. operantur ergo, &c. vol. 1. inserens, quòd donatio de
facilis non præsumitur, nisi pluribus cõcurrentibus, de qui
bus in l. Procula. ff. de proba. not. doct. in l. quæ dotis. ff. so-
lut. mat. Cum donare sit perdere, & species sui oris. l. cum
de indebito. ff. de probatio. & traditur in l. cum quid. si cer.
pet. Et quod non possit actus iste de quo agitur præsumi
donatio, præter id, non præsumitur donatio. d. l. cum de in 6
debito. ff. de proba. & maximè inter patrem & filium in
potestate inter quos est regulariter prohibita, vt no. Franc.
de Aret. & ali. in l. si pater. C. de inoffi. dona. & in auten.
Vnde si parens. C. de inoffi. testa. & not. Io. And. in c. si. su
per gloss. in ver. tertia. extra, de dona. inter virum & vxo.
Pręsertim vbi patris non interuenit iuramentum, quo etiã
casu dubitauerunt, vtrum confirmatur donatio huiusmo
di iuramento (licet communis opi. sit pro affirmatiua, vt
notat Bal. in l. 1. ad fi. versi. ex prędictis apparet, & c. C. de
vsucap. pro donato, cũ alijs similibus, quę ponit do. Ale-
xan. in l. si donatione. colum. 3. C. de colla. Quod vel ex eo
corroborat, quia ex quo dicta donatio (si hanc possumus
vocare donationem) cũ facta esset certæ personæ, scilicet
dicto Christopho. Raymundo, requirebat vtriusque con
sensum, scilicet donatoris, & donatarij, vt no. Bart. in l. ꝙ
Seruius. in fi. ff. de stipula. ser. & Alex. in l. à Titio. ff. de ver.
oblig. Ita resoluebã suprà consi. 64. in addi. versicu. 7. Ita
etiã obseruat patriæ huius Cataloniæ stylus, qui in omni-
bus fuit omissus, nec mirum, cum dicti Raymundi, & mi
nus iudicis, aut notarij fuerit intentio, quod dictus actus
sonaret in donationem, sed repudiationem simplicem. ꝙ
apertè monstrant verba supplicationis & adiudicationis,
vt prædixi. & his accedant quæ scripsi consil. 60. versi. 21.
7 in fin. † Et certè assignatio dicta, nedum omnẽ donationis
stylum refugit (vt sæpe dixi) verumetiã clarè demonstrãt
tum illius cum dictę supplicationis verba, repudiationem
esse, & non donationem. Quid enim opus erat, (si d. quõ-
dam Raymundus fratris hæreditatẽ filio suo Christoph.
donare

donare voluisset)exponere vicario Barchinonen.quòd d.
quondam Petrus frater suus paulo antequã diem obijsset
sibidixerat, quod volebat quod hæreditas eius prædicta
ad præfatum Christopho.Raymund.consobrinum suum
perueniret, & quod in crastino volebat ita per suum testa
mentum disponere.super quibus verbis, instante d.quon
dam Raym.testes auctoritate d.vicarij fuerunt recepti.Sa
tis enim fuerat(si donare voluisset)donationem qualem-
cunque facere.Similiter, si attendimus quòd adiudicatio-
nes & assignationes ex stylo d.vicarij fiunt solum illis,qui
ex testamento, vel ab intestato succedunt. Et sic vbi non
est aliàs certum si competat illi cui adiudicãtur, ideò si ex
prin.donationis titulo succedebat Christo. Ray. non vi-
deo causam,quare debuisset ei d.hæreditas adiudicari,nec
stylus dicti iudicij hoc patitur. Fuisset clarum, hæredita-
tem quæ fuit d. quondam Petri ad ipsum Christor. Ray.
ex d.donatione pertinere, non autem vbi ab intestato,vel
ex testamento. Ideò tunc fit adiudicatio, quæ nihil aliud
est,quàm iudicatio & declaratio quod ad talem spectat il
la,vt est text.in c.abbate.in prin.ibi, petijt adiudicari eidẽ
monasterio locum ipsum. de re iudi.lib.6.& facit c. cum
dilectus.ext.de consuet.Hinc fit adiudicatio propriè in iu
dicijs diuisorijs.l.si quis putans.§.si fundus.§.officio.aliàs
est versiculus.ff.cõmuni diuid. & l.sed. & si res.& vtrobi-
que doct.post glos.ff.de public.act. & insti.de offi. iudi.§.
familiæ ercifcundæ.

Sed quid sequor ambages? Attendamus adiudicationis
verba,& apparebit notoriè donationis habitam non fuis-
se rationẽ.Iudex etenim recepta informatione de d. quõ
dam Petri obitu ab intestato, superstite d.quondam Ray.
eius fratre, vt proximiore, & de dicti quondam Ray.de-
claratione voluntatis ipsius quondam Petri.s. quod vole-
bat quod d. Christo. Ray. eius consobrinus in suis bonis
succederet,ponderaus d.declarationem,& expressum cõ-
sensum dicti quondã Ray. patris adiudicauit hæreditatẽ
dicti quondam Petri dicto Christo.Ray. per mediam ta-
men personam dicti Ray.Caronira d. quondam Petri fra
tris,& ipsius Christopho.Ray.patris,quæ verba quantum
à donationis stylo abhorreant, nullus est qui non videat.
Cùm enim adiudicatur hæreditat dicti quondam Petri,
tollitur id ꝙ magnificus consultor ex aduerso dicit,aditũ
scilicet fuisse,per ea quę suprà in precedenti consilio dice
8 bamus. †Postremò contra do. consultorem præd.obstat,
quod si esset donatio facta per quondam Ray. patrem d.
Christ.eius filio, sequeretur vnum valde absurdum,quòd
quæ fictiones simul concurrerent, & ex eod.fonte,quòd
esse non debet,vt probat gl.in l.1.C.de dotis.pro.& in l.is,
qui.ff.de vsuca.& not.Bal.in l.super longi.ad fi.C.de pręsc.
longi tempor. & ego suprà. cõs.1.n.15. & Ias.inst.de act.
§.fuerat.col.11.dicit per gl.in d.l.1.quòd duo specialia nõ
possunt vnà concurrere.Sed sic est quòd ad hoc,quòd do-
nare potuerit, erat necesse aditionẽ præcessisse, vt suprà.
cons.præced.monstrauimus.Ideò do.cõsultor voluit pre-
sumi fictã aditionem, vt hic etiam excogitari non potest,
nisi facta donatio ex assignatione huiusmodi,& per conse
quens sumus in term. contrarij, absurdi prędicti cõcursus
duarum fictionum,& duorũ specialium,contra iura pręal.
Ex quibus resultat conclusionem suprà præcedenti consi.
factam, esse verissimã.Quæ etiã ex verbis supplicationis
præd.corroboratur,licet illa pro se, & ad suam intentionẽ
9 ponderauerit magn.consultor sæpedict. †Super dote autẽ
centum librarum solui restantium de dote dominæ Bene
dictæ vxoris primæ quondam do.Raym.& matris sæpe-
dicti Christoph.Ray.non videtur esse dubitandum.Quo
niam certum est, quòd per illa verba testator legauit Ioan
næ Oliba socrui suæ & Hieronymo,& Nicolao Oliba,fi-
lijs dictæ Ioannæ liberationem,si tamen illi vel eorum ali
quis cum filijs naturalibus & legitimis decederent. aliàs
voluit repeti posse à d.Christopho. Raym.ad quem dictę
Benedictæ matris suæ dos reuerti debuit. & sic hoc lega-
tum fuit(vt prædixi) liberationis, vt per Bar.plenè in l.3.
ff.de lib.lega.& per Bal.in l.cum necessitatem.C.de fideic.
vbi inter alios modos volunt legari liberationem,quando
hæres grauatus est nõ petere, sed cum factũ fuerit huius-
modi legatum sub conditione, si decesserint filij d.Ioãnæ
Oliba cum filijs,liberatio prædicta perpetuo in suspensa fuit
per effectum conditionis, quæ obligationem & actionẽ
suspendit.l. cum in secundo.ff.de iniust.testa.nos. Bald.in
rubr.C.de insti.& subst. sub cõdi.Moder.in l.quęcunque.
ff.de verb.obliga.& Iason in l.interdum.eodem titulo.Ita
resoluebam consilio.43. versiculo quarto. & consilio 54.
vbi latius hanc materiam ventilaui. Durante autem tem-
pore quo dicta cõditio purificari potest,interim Christo-
phoro Raymun. silentium imponitur dictas centũ libras
petere posse.l.Aurelius.§. centum.& ibi Barto.ff. de libe.
lega.& cum d. liberatio pura non fuerit, sed cõditionalis,
& sub diem incertam, certè non tollit interim obligatio-
nem naturalem.sed solum ciuilẽ.vt not. Bart.post gl.in l.si
non sortem.§.adeò.in ver.condicere.ff.de cõdi.inde.Ad
quod est gl.in l.1.ff.de cond.& dem.quæ dicit,quòd con-
ditio non impleta, naturalis & ciuilis obligationis ortum
impedit.de quo est text.in l.grege §.1.ff.de pig.& in l.bo
uem.§.si sub conditione.ff.de ædil.adict. & in d.l.cum in
secundo.ff.de iniust.testa.& not.Bal.in rub.C.de instit.&
substit. Cum ergo d. liberatio conditionalis, & sub diem
incertam non sortiatur effectũ ante purificatam condi-
tionem, vel incertæ diei aduentum, vt per Cor. cons.75.
vol.4.& moder.in l.ita stipulatus.ff.de verb.oblig.videtur
peti non posse similiter quantitatem de bonis hęreditarijs
dicti quondam Raymondi. Quoniã certò certius est, ꝙ
testator potest quæcunque grauamina suo hæredi appone
10 re, vt sunt iura vulgaria. †Et ꝙ d. Christoph. non habeat
actionẽ cõtra alios eius cohæredes pro simili quantitate,
eius interesse, pondero quòd ipse solus est grauatus speci-
ficè d. quantitatem & interesse non petere. Sicut quando
vnus hæredum tantum grauatus est specialiter soluere ter
tio certam summam,tunc solutam nõ repetit à cohęredi-
bus,qui grauati non fuerunt, vt voluit Bald.in l.si tibi ho-
mo.§.1.vbi ad hoc est bo.gl. in ver.ab omnibus.ff.de leg.
1.Nec facit aliquid, quòd d.dotis exactio soli Christoph.
Ray.competebat, cum sit indubium rem hæredis legari
posse,vt in dicta l.si tibi homo.& probatur Institut.de le-
gatis.§.non solum.& notat Baldus in l.cum alienam.col.
penultima.versiculo,dubitatur etiam.C.eodẽ titulo.Imò
nullam æstimationẽ repetere potest ab alijs cohæredibus
dictus Christophorus. vt est glossa.& Doct.not. in d.l.si
tibi homo.§.1.per illum text.vbi gloss.ad hoc cõcordãtes
adducit.& Barto.l.ibi per dictos textus, & gloss.se resoluit
11 in terminis fortioribus. †Illa verò contentio, quæ inter di
ctas partes est super expensis magnis factis in domo qua-
dam, quam dictus quondam Petrus Caronira fideicom-
misso subiecta dicitur habuisse,& ad quã successũt omnes
filij dicti quondam Raymondi,nõ indigebat examine,cũ
suprà resoluerimus hæreditatem dicti quondã Petri æqua
liter ad omnes filios Raymundi præfati deuenisse. Quare
si quę pro dictis expensis competebat actio Petro sæpedi
cto in personas dictorum hæredum pro hęreditarijs eorũ
portionibus, est confusa. Quinimò si ad dictũ Christoph.
Raymundum solum dicti quondam Petri hæreditas per-
tineret, vt præsupponit pro constanti magnificus consul-
tor prędictus,& cuius suprà tamen in hac causa,in pręce-
9 denti consilio monstraui cõtrarium, nihilominus nõ pro
cederet dicti magnifici consultoris decisio,vt probatur in
l.vbi purè.§.fi.vbi bo.glos. in ver. hæredi.ff. ad Trebel.&
in l.domus hæreditarias exustas. per dictum magnificum
dominum consultorem allegata.ff.de lega.1.In refectione
etenim expensarum per hæredem grauatum factarum at-
tenditur, vtrum . ad perpetuam, an verò ad temporariam
factæ sint vtilitatẽ,vt gl. præall.in ver. hæredi. distinguit,
& an necessariæ, an verò voluntariæ fuerint, & si magnæ
fruct⁹ absorbẽtes,& postremò si culpa hæredis inciderint,
vt per Docto.in locis præalleg. & in l.mulier.§. sed enim
si quis

si quis cogat.ff.ad Trebel.& not. Bar. & alij in l.patronus. §.fi.ff.de lega.3.& an l.fundi Trebatiani.ff.de vsufr.legato. Ex quibus tum in hoc cum in alijs dubijs prædictis resoluo, pro vt est dictum, pro iustitia aliorum fratrum, Ita pro vt est suprà dictum & resolutum, decidebam & concludebam saluo, &c.Barchinonæ 1525.ad laudem & gloriam Dei.ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus si pluribus sub nomine collectiuo cõcedatur, illi habentur pro vno, & faciunt duntaxat vnam vocem. Et si cum illis pluribus ita vocatis, vocetur vnus specialiter, ille solus tantã vocem habebit, quantam alij omnes simul.*

Patroni vnus si fuerint plures hæredes, omnes habentur pro vno, & faciunt duntaxat vnam vocem.

2 *Præsentatione vel collatione beneficij attenditur quasi possessio, inquantum quod præsentatus ab eo qui est in quasi possessione præsentandi, præfertur præsentato à vero patrono, si tamen sit bonæ fidei possessor. & nisi in illo iudicio petitorium intentetur cum possessorio, in quo appareret de proprietate iuris præsentãdi veri patroni. & ista quasi possessio acquiritur ex vnico actu, & consideratur immediata quasi possessio.*

Præsentatus ab eo qui est in quasi possessione iuris præsentandi, non debet institui, quando ante institutionem appareret de defectu proprietatis iuris præsentandi. & nu. 1.

3 *Ius patronatus transit ad hæredes extraneos, & acquiritur ex præscriptione etiam contra veros patronos. & licet æstimationem non recipiat, transit nihilominus ad illum cui hæreditas aliqua, cui iurispatronatus annexum erat, data fuit insolutum, vel aliàs alienatur. & numer. 4. & quale censebitur esse ius patronatus si vnus clericus ratione suæ ecclesiæ præsentet ad aliquod beneficium vnà cum pluribus laicis.*

5 *Derogari potest iuri patronatus laicorum.*

6 *Gratificari quamuis illi debeas, qui est de genere fundatoris, attñ quãdo iura sunt dispariа, locus non est gratificationi.*

7 *Hæreditas ascendentium non adita ad descendentes transmittitur.*

8 *Patronus vnus ex pluribus si præsentet ad aliquod beneficiũ conferatur quasi possessio aliorum qui non præsentauerunt, nisi ille præsentans in huiusmodi præsentatione dixisset se solum patronum esse.*

9 *Ius præsentandi si competat operarijs. qui præsentauerunt vnum in quorum locum succedunt alij operarij, non prohibentur isti noui operarij (si sint infra quadrimestre patronis laicis datũ ad præsentandum) alium accumulare, vel vnum ex præsentatis.*

10 *Oeconomum, potest deputare Episcopus ad collectionem fructuum beneficij litigiosi, etiam vnũ ex litigantibus, nisi essent patroni ecclesiastici, qui vacantis ecclesiæ custodiã debent habere.*

CONSILIVM. LXXVII.

Rosequar in præsenti cõsultatione dubiorum ordinem, in qua tamen, cum decisiuum consilium petatur, procedam citra iurium & rationum allegationes ad vtranque partem Speculatoris doctrinam insecutus, qui in tit. de disputa. & allegat. §. porro. versi. in summa, & in tit. de senten. §. qualiter. versi. verum. ita fieri debere scripsit. Itaque mihi præsupponatur venerabilem Dimasium Olms, per Sebastianum Olms tanquam hæredem quondam Guliel. Pellicer præsentatũ, & illi præsentationi adhæsisse Sebastianum Olms seniorem, & Ioannem Pladiure seniorem, ac etiam iuniorem tanquam hæredes, seu succedentes in hæreditate Petri Morato, qui fuit vnus ex fundatoribus beneficij, de quo agitur. In contrarium autẽ dicatur quidam Balthasar Griner præsentatus esse ad dictum beneficium per operarios, qui tunc erant ecclesiæ, loci de Arguilaguer, & quendam Petrum Morato præmentionati Morato hæredem. Cette cũ ex themate mihi transmisso, dicti operarij, & Petrus Morato, siue illi à quibus causam habet, sint in pacifica possessione, vel quasi præsentandi ad dictum beneficium, quando vacationi locus occurrit, & non illi per quos fuit Dimasius prædictus præsatus, licet multa in ipsius Dimasij fauorem possent adduci, qualia sunt, quòd operari prædicti qui ad ius illud patronatus sub nomine collectiuo sunt appellati, habeantur pro vno, & faciunt vnam tantum vocẽ, per ea quæ no. Bald. in l.si quis Titio.ff. de vlusfr.accresc. Ang. in l.interdũ in princip. & in l.liber homo. §. Titius. per illũ text.ff.de hæred. insti. & in isto iure, vel facultate dandi vocem in notabili casu consuluit Roma.consi.99.incip. viso proposito quæstionis themate. in princip. vbi ad hoc plura similia inducit, quæ breuitatis causa non refero. Quoniam regula communis est, quod quãdo plures sunt nominati, vous specialiter, & alij sub nomine collectiuo, illi omnes pro vno habentur. dicta l.interdũ.in princ. & l.fi.C.de impub. & alijs substi. Et tñ debet habere cõmodi vel incõmodi secundũ naturã dispõnis, ille vnus specialiter nominatus, quantum illi plures, qui sub nomine collectiuo cõprehendũtur, vt in præalleg. iuribus. vt not. Bal. in l.quoniam iudices. C.de appel. & in authen.causa, quæ fit cũ monacho. colum.a. vers. vlterius notandum. cum similib. C.de episc. & cle. Alex. in l.si pater filio, per illum tex.ff. de vulg. & pupill. & in casu notabili tradit Fulgo.consi.31. Et his addãtur quæ scripsi suprà consi.28. versi.8. & consi.54. versic.9. Hinc sit etiam, quòd plures hæredes vnius patroni habentur pro vno, & vnam tantum vocem habent, vt est tex. expressus in cle. plures de iure patro. & comprobant Inno. & alij in cap.1. ext.eo. & not. Rochus de Curte in tract. de iure patro. in ver. ipse, vel is à quo causam habuit. Et potest etiam dici, quòd quãdo apparet de defectu iuris patronatus respectu proprietatis ante institutionem, præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, non debet institui, quia proprietas absorbet causam possessionis. c. cũ dilectus. extrà, de causa possess. & proprie. & cap. consultationis. vbi Abb. post alios. versi. vltimò quæritur, &c. extrà, de iure patron. Et hoc certè est vnum stabilissimũ fundamentũ quoad Petrũ Morato, nisi cum illo concurrerent operarij,

2 qui non negantur esse veri & indubitati patroni. Attamẽ quia in præsentatione, vel collatione beneficij quasi possessio attenditur. capi. consultationibus & not. Fede. de Senis. consi.334. incip. super primo, &c. Oldr. consi.312. incip. thema quæstionis, ad fi. Cal. consi.6. sub. rubr. de iure patr. & Rota decis.14. eod. tit. incip. vtrũ præsentibus. io antiq.

Præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentãdi præfertur præsentato à vero patrono (si tamẽ sit bonæ fidei possessor.) vt per Anto. de Butr. & Doct. in alleg. cap. consultationibus. Felin. plenè in tract. quãdo literæ aposto. præiudicent. & c. colum. pe. versi. limitatur. nonò. Rochus in tract. prædicto, in ver. competens alicui. quæst.19. & Philip. Decius consi.127. incip. plura dubia, &c. cum pluribus seq. volũ.1. quod tamen intelligo nisi appareat de proprietate iuris præsentandi veri patroni, vt suprà proximè dicebam. & ita tenui suprà consi.44. ver.5. Et ista quasi possessio ex vnico actu acquiritur, consideratur quæ quasi possessio, vt per eundẽ Dec. vbi suprà, & cõsi.126. & Oldral. & Fede. etiam in locis præalleg. ita notant notabil. Calde. consil.12. sub. tit. de iure patro. Abb. consil.54. incip. videtur. volu.1. Rochus in dicto versi. competens alicui. quæst. 16. Vnde videtur esse dicendum in casu nostro dictũ Balthasarẽ, qui est præsentatus à dicto Morato, & operarijs qui sunt in quasi possessione etiã antiquissima præsentãdi, præferri debere dicto Dimasio, quamuis illi à quibus ipse Dimasius est præsentatus, sint veri patroni, nisi etiam in hoc iudicio petitorium intentaretur cũ possessorio. Quoniã essemus

eſſemus in caſu limitationis, ſoprà verſi.præcedēti,in fine,
& hoc eodem ver.ad principium facta,prout etiā ita limi-
tāt domini & præceptores mei Philip.Decius,& Rochus.
3 †Nec facit quòd dictus Morato non ſit hæres, vel deſcen
dens dicti quondam Petri Morato alterius ex fundatori-
bus ſæpedictis.Etenim ſi de illius ſucceſsione conſtat, vel
hæreditate,clarum eſt ad hæredes etiā extraneos tranſire
ius patronatus, vt decidunt communiter omnes Doct. in
alleg.cle.plures.poſt glo.ibi, ſuper verbo, hæredes.glo. in
cap.conſiderandum.6.q.7.& cap. piæ mentis.ead.cauſa &
quæ.& not.Inno.& Cardin. in rubr. extrà, de iure patro.
Rochus vbi ſuprà in ver.ipſe,vel is,à quo.quęſt.7.Et po-
tuit etiam dictus Morato,medijs perſonis ſuorum præde-
ceſſorum,dictū ius patronatus,certè ius præſentandi pre-
ſcripſiſſe etiam contra hęredes Guliel. Pellicer. vt abunde
proſequitur Philip.Decius d.conſi.127. & Rochus in glo.
in ver.ipſe.vel is à quo.quæſt.36. vbi cōcordāt opiniones
4 contrarias ſuper hoc articulo. †Non autem dubito, quòd
per adiudicationem hæreditatis dicti Pellicer factā Seba-
ſtiano Olms, vt præſupponitur, probetur ipſe hæres dicti
Gulielmi, quanuis bona dicti Pellicer data fuerint in ſolu
tum creditoribus ipſius, Quoniam ex quo ius patro.ęſti-
mationem non recipit, licet tranſeat cum vniuerſitate,&
de iure.extrà,de iure patro.& decidit Abb.per illum text.
in cap.querimoniam. verſi. & pro hoc aliàs dixi eod. tit.
& refert,& ſequitur Feli.cap. cum Bertholdus.extra, de re
iudic.ad fin.& Rochus vbi ſuprà,quæſt.23.& in terminis
noſtris decidit Bald.conſil.32.incipiente, quædam nobi-
lis,&c.volum. tertio. vbi dicit, quod cum vniuerſitate po
teſt dari in ſolutum ius patronatus, ſecus autem ſi res parti
5 culares dentur. †Ad id autem quod dicto primo quæſito
petit,dico,quod in inferioribus eſt inter Doctores nō par-
ua contentio,vt oſtendit Feli.in dicto tracta.quādo literæ
apoſtol.præiudicēt,&c.colum.7. & 8.vt per Feli.ibidem.
Et not.Philip. Decius conſi.129. incip. & pro tenui, &c.
6 †Et licet allegetur conſuetudo, quod in præſentatione ad
huiuſmodi beneficium admitteretur operarius clericus,at
tamē quia ex propoſitis apparet præſentationes factas di-
uerſimodè,& quod Epiſcopus quandoque præſentationē
factam à ſolis operarijs,& Morato, vel prædeceſſoribus il
lius,admiſit,quandoque etiam aliter,cū interu.dicti opera
rij clerici,& ſic diuerſimodè ſe habuit cōſuetudo,concur-
rendum eſt ad ius commune, vt per Bar.in l.1.in princ.ff.
ſolu.matr.Bal.not.in l.non ſolum.ff. de iure.dot.videretur
intentio operariorū nominatorū in fundatione dicti Mo-
rato,etiam de iure communi fundata:

Nec facio magnam vim in gratificatione per Epiſcop.
facta. Quamuis enim debeat regulariter gratificari ei, qui
eſt de genere fundatoris, qualem ſe dicit eſſe dictus dom.
Dimaſius,vt not.Rochus vbi ſuprà, in ver. honorificum.
quæſt.57.attamen gratificationi non eſt locus,quoniam iu
ra ſunt diſparia. ſecundum Abb. & alios in c. cum autem.
per illum text.in fi.extrà, de iure patro. & latè decidit,vbi
7 proximè,allega. Rochus quæ.15. †Ad ſecundum quæſitū
reſponſum fuit ſuprà verſic.4. Nec eſt verum quod ſit lo-
cus præſcriptioni,quanuis immiſcēdi.vt not.Doct.moder.
ſignanter Iaſon in l.licet.in 2. principali dubio.C. de iure
deli.qui ad hoc multa iura,& rationes allegat(loquor autē
in ſuis hæredibus.)& ſi locum haberet iſta præſcriptio,cer
tè, vt ibi ſubdit, illa eſſet longiſsima. & excluſus à iure
adeundi ex capite ſuitatis habet idē tempus, infra quod po
teſt adire tanquam agnatus. & poſt illud idem tempus, in-
fra quod tanquam cognatus poteſt adire, vt docet abunde
idem Iaſ.poſt alios in l.qui ſe patris.C.vnde liberi.

Nec obſtat ꝙ d. Margarita vxor Sebaſt. Olms, neptiſ-
que ex Narciſſa filia dicti quōdam Guliel.Pellicer matris:
ſed nec etiā cui ſui prędicti adiuerit hæreditatem.Quādo-
quidem in dubium eſt hæreditatem aſcendentium ad de-
ſcendentes(etiam non aditam)tranſmitti,vt not. Doct. in
l.ſi infanti.vbi etiam Iaſon.C. de iure delib.& in l.emanci
8 pata.§.emancipata.C. qui admitti. †Ad id autem quod in
teruo dubio petebatur in fine, dico talem Morato,nō per
hoc priuaſſe patronos,qui d. dominum Dimaſium præ-
ſentauerunt, quaſi poſſeſsione iuris pręſentādi. Quinimò
per præſentationem factam per ipſum Morato, & alios
patronos conſeruatur quaſi poſſeſsio aliorum patronorū,
etiam ſi non præſentauerit,vt cōcludit Abb.præalleg.cōſ.
54.Quem refert,& ſequitur do.Rochus.vbi ſuprà.in ver.
cōpetēs alicui.q.17.dicēs exemplicari,quando pręſentans
non dicit ſe ſolum eſſe & vnicum patronum.Et hanc etiā
concluſionum ponit Fede. de Senis conſ.mihi 102.incip.
nobilis quidam genere,&c. in vltimo dubio.dicens, quòd
licet vbi vnus ſolus eſt in poſſeſsione iuris eligēdi, & per-
mittat alium eligere, ſuam poſſeſsionem amittat,ſecus ta-
men(ait)ſi ius habeat eligendi cum alijs:quia illi ſi eligunt
vtuntur ſuo iure, nec prohiberi poſſunt,& idem ſentit ex-
preſſe Cald.cōſ.15.ſub tit.de iure patro. incip.duo bis præ
ſentant. Quam etiam concluſionem ſentit Ioan. Andr.&
Geminia.in cap.vnico.ad fi.de iure patro.lib.6.poſt.Iofre.
9 quæſt.28.†Ad id autem,ꝙ quæritur, vtrum noui operarij
variare poterint præſentando Dimaſium,niſi obſtaret de-
ciſio Rochi,vbi ſuprà in ver. honorificum.q.2. reſoluētis
Epiſcopum poſſe derogare per ſuas literas edicti,termino
dato patronis laicis de iure, ad præſentandum, pręſertim
quando patroni non contradicunt. Ita etiam reſoluebam
ſuprà conſ.70.verſi.2.credere nouos operarios poſſe varia
re pręſentando vnum ex litigantibus, vt reſoluit idē Ro-
chus,vbi ſuprà,in ver.honorificum.q.23.ad fi.vbi concor
dat opiniones contrarias,& allegat inter cætera Card.in c.
paſtoralis.q.vlt.ext. de iure patro. & ſubſiſtente dicta va
riatione concludit ibi Rochus illum pręferri debere, qui
10 plures voces habet,dūmodo ſit idoneus.cap.3.eo.tit.†Ad
ſextum quæſitum dico Epiſcopum vel eius vicarium cō-
mittere poſſe d. Dimaſium vt œconomū ad colligendū
fructus dicti beneficij, lite huiuſmodi duranti, ſecundum
quod not.Hoſt.quē refert,& ſequitur Ioan. And. ad me-
diū.& Abb.ibi in fine.per illum tex.in c.cum vos.ext.de of
fi.ordi.per rationem illius tex.nec eccleſia ſtet tanto tem-
pore ſine gubernatore.de quo per Ancha.& Paul. de Lea-
za.in cle.plures.eo. tit. Fateor autē, quod ſi eſſent patroni
eccleſiaſtici, haberent dictæ vacantis eccleſię cuſtodiam,
vt in d.c.cum vos.in his autem qui ſunt patroni laici ſecus
eſt,vt ibi.Nec ob id mutat ius patronatus iſtud naturam,
vel deſinit eſſe laicum, ſi operarius eccleſiaſticus in illo cō
curreret.Quoniā licet clericus ſit alicuius beneficij patro-
nus,ſi tamen ius illud non habet ratione ſuæ eccleſiæ,non
ius patronatus eccleſiaſticum, ſed laicale, iuxt.gloſ.& no-
tata in dicta cle.plures.in ver.præſentare.Quinimò etiam
ſi diceremus dictum operarium clericum eſſe patronum
ratione alicuius eccleſię, quam haberet, attamen ex quo
plures patroni laici ſunt, cenſebitur laicale, ſecundum ꝙ
voluit Io.de Ligna. in c.dilectus.3.ext. de prębend.quem
refert,& ſequitur Feli.in c.ex literis.ext.de cōſti. Ad quod
eſt doct.notabilis Bar.in l.2.ff.de colle.illicitis.Hoc tamē
vltimum dictum non confirmo, cum plures huic deter-
minationi reſiſtunt, & ſit extra caſum noſtrum. ideò non
proſequor.Ita,&c.Barchinonæ 1525.Celſus.

SVMMARIVM.

1 *PRæſentatio eſt fructus iuris patronatus, ideò præſen-
tare non poteſt qui non poſſidet.*
2 *Renuntians beneficio non perdit dominium, aut pro-
prietatem dicti beneficij, nec etiam poſſeſſionem, donec ſu
perior ratam habuerit d.renuntiationem.*
3 *Poſſeſſio beneficij collati non poteſt accipi ſine prouiſione,ſed
poteſt retineri ſine titulo.& nu.4.*
4 *Poſſeſſio beneficij facit quem dici beneficiatum,ita quod dici
non poteſt alicuius beneficij beneficiatus, qui illud non
poſſidet*
5 *Præſentare poteſt malæ fidei, aut violētus poſſeſſor,imò etiā*
ille

ille cui mota esset quæstio super beneficio, cuius prætextu competis sibi dicta præsentatio & quid si fuerit ei mota quæstio super possessione dicti beneficij, vel super quasi possessione præsentandi.

7 *Patronus ecclesiasticus potest etiã post litem motam à præsentatione recedere, accumulando præsentare aliquẽ, quẽ alter ex patronis præsentauit. & si vnus patronorum præsentet alium compatronum, valet huiusmodi præsentatio, & potest iste suam præsentationem prosequi. & num. 8.*

9 *Excommunicato, nedum maiori, sed etiam minori excõmunicatione beneficium conferri non potest. & non valet collatio, etiam si postea absoluatur. & num. 11.*

11 *Absolutio ab excommunicatione non restituit excommunicatum ad iura lapsu temporis deperdita, præsertim quando ius erat alteri quæsitum.*

CONSILIVM LXXVIII.

QVIDAM Ioannes de Furno præsupponitur simplex habens beneficiũ N. qui constituerit procuratorem ad renuntiandum dicto beneficio (purè, vel in fauorem infrà nominandi, non habeo pro cõperto) in manibus papæ. Cuius quidem mandati vigore dictus procurator dicit beneficium prædictum renuntiatum fuisse, & quendam Bernardum prouisum fuisse de eodẽ (licet de renuntiatione & prouisione dicti Bernardi aliter non appareat, quàm per dicti procuratoris attestationem, quamuis etiam lapsus sit annus quo dicta procuratoris cõstitutio facta fuerit) & dictus Bernardus non habet bullas apostolicas, aut dictæ suæ prouisionis literas, sed iure dicti beneficij N. cõsecutus est possessionem. Quinimo præfatus Io. de Furno est in pacifica dicti beneficij possessione, & illam nunquã deseruit, sed percipit ipsius beneficio fructus, & emolumenta. Cum autem prætendatur superuenisse mors Titij, qui quoddam simplex beneficium B. possidebat, cuius quidem beneficij B. dicuntur esse patroni ecclesiastici beneficiati d. beneficij simplicis N. Qui sunt duo, adnumerato d. de Furno renuntiante, vel eo qui suum beneficium debet habere, & alter quidam cum expressa in dotalia clausula, quod nisi ipsi duo beneficiati d. beneficij N. concordent in d. beneficij B. præsentatione infra dies 30. illo casu quidã C. tertius, possit ad d. beneficium B. quando vocanerit præsentare, & aliàs pro vt in dotalia, siue fundationis instrumento continetur.

Quæritur ergo, quis in hoc casu, cum altero in dubitato beneficiato d. beneficij N. præsentare debeat an d. beneficium B. dictos Io. de Furno, an verò d. Bernardus. & si dicto de Furno competat pro hac vice præsentatio, quæritur si ipse renuntiet d. beneficio N. in fauorẽ Caij, si ille Caius poterit ipsum de Furno ad d. beneficiũ de B. præsentare, cum dicatur alter ex beneficiatis N. quendam Semproniũ ad d. beneficium B. præsentasse. quod quidem beneficium
1 vocare dicitur iam à decem diebus. † Omissis in vtranque partem disputationibus, quoniam Spec. in tit. de alleg. & disp. §. porro. versic. in summa. voluit in consilijs decisiuis (quale est hoc quod à me petitur) esse respondendum etiã absque iurium & rationum allegationibus. Ideò omisso multiloquio dico, quoad primum quæsitum, quod cum præsentatio ad aliquod beneficium sit fructus iuris patronatus, vt not. gl. in c. cum olim. & ibi Feli. in princ. extr. de ma. & obedi. & do. Rochus in suo trac. iuris patro. in gl. in ver. ius. q. 3. & in vers. cõpetẽs alicui. q. 14. & ita suprà, cõs. 23. vers. 5. resoluebamus, nõ potest d. Bernardus, qui d. beneficiũ N. nõ possidet, ad præfatũ beneficiũ B. præsentare. Sed dictus de Furno, qui ipsum beneficiũ possidet. Ita determinat Rota deci. mihi 141. in no. Quãquidem fructus ad possessorẽ pertinẽt. c. grauis. extrà, de resti. spol. & Inst. de rerũ diuisio. §. si quis à non domino. & vtrobiq; Duct.
2 † Nec obstat allegata renuntiatio per procuratorem dicti de Furno, siue in fauorem d. Bernardi facta fuerit, siue nõ. Quoniam per huiusmodi renuntiationem (etiam si facta fuerit, vt prætenditur) non perdidit dominium, aut proprietatem, sed nec possessionem dicti beneficij, donec superior ipsam renũtiationẽ ratã habuerit. extrà, de renunt. c. quod in dubijs. & ibi Inno. & doct. & not. Io. And. in c. ex ore. extrà, de his, quæ fiunt à ma. parte. cap. & in regula, qui tacet. lib. 6. Ad quod est text. in l. legatus. ff. de off. præsid. & in l. fi. C. de desenso ciuit. cum simil. Ita resolui in facti contingentia in beneficio cõtentioso suprà consil. 43.
3 vers. 4. & 5. † Sed nec tribuit huiusmodi renuntiatio possessionem d. Bernardo: & abunde monstrat dominus meus Iason in l. postquam liti. C. de pact. & in d. cons. 43. vers. 4. & 5. præallegatis amplius corroboro. Quamq́ue (etiam si fingamus prouisionem subsecutam) non potuit d. Bernardus, qui prouisiones nõ habet, auctoritate propria adsequi possessionẽ illius, præsertim ex quo dictus de Furno est in dicti beneficij possessione, vt not. Abb. Sicul. post alios in c. trãsmissa. ext. de elect. Gemi. & Phil. Francus in c. eũ qui. de præben. lib. 6. Aliter enim esset spoliare dictum de Furno dicta sua possessione. auctoritate propria, quod nõ licet. vt in d. c. eum, qui. Quinimò secundum Archi. & Gemi. ibi, caderet ipse Bernardus. & ita tenent. domini Tolosani in suis decisio. quæst. 443. incip. item fuit quæsitum, an habens canonicum titulum, &c. & Feli. c. veniens col.
4 fi. vers. adde quod intrans possessionem. ext. de accus. † Ex quo itaque d. Bernardus possessionem non habet d. beneficij, etiam si fingamus eum fuisse prouisum de illo, vigore dictæ renuntiationis, non potest dici beneficiatus dicti beneficij N. Nam qui solum titulum sine possessiõne habet, non dicitur huiusmodi beneficium obtinere. c. si tibi concesso. de præbend. libro 6. not. Bald. cap. 1. in tit. quid sit inuestitura. in vsibus feud. & in l. venditor. § peruenisse. ff. de hæred. vel actio. vendi. Et solo animo beneficij possessio non acquiritur, vt abunde Panor. ca. literis. extrà, de resti. spol.

Nec etiã obstat, quod dictus de Furno, subsistente dicta renuntiatione, titulum non habet. Quoniam possessionẽ alicuius beneficij etiã absque titulo adsequi posse, & multò magis posse retineri tradidit Paul. de Leaza. in ele. 1. vt lite pend. Panor. in alleg. c. literis. ext. de resti. spol. Pro quo est text. in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. posses. & in l. 1. §. deijcitur. ff. de vi & vi ar. vbi probatur, quod possessio rei potest acquiri, quamuis acquisitio dominij interdicatur à iure.
5 † Præterea plusquam notorium est, quòd collatio vel præsentatio facta per violentum aut malæ fidei possessorem (de cuius tamen violentia, aut mala fide, nõ constat) valet & tenet, pro vt decidunt domini de Rota, decis. 268. incip. collatio siue præsentatio, &c. in nou. Sufficit etenim in terminis nostris probare possessionem, & communẽ reputationem. arg. l. Barbarius. ff. de offi. præsid. & not. Spe. tit. de proba. §. 1. versic. qualiter autem, &c.

Nec obstat etiã, quod d. Bernardus dicatur vltimò de dicto beneficio prouisus. Quoniã etiã si per d. Bernardũ esset mota quæstio dicto de Furno super d. beneficio N. (cui ius patronatus, vt est dictum, est annexum) possit nihilominus ad dictũ beneficium B. hodie præsentare præfatus de Furno, cum hodie possideat illud, pro vt abundè Feli. deducit in c. cum Bertholdus, ad fi. extrà, de re iudi. do. Rochus vbi suprà, in ver. competens alicui. q. 23. maximè quod super possessione dicti beneficij non mouetur quæstio, vt enitem contrariũ Car. Flo. in c. ex literis. ext. de resti. spol. Vel quia non verteretur quæstio super iure, seu quasi possessione, etiã iuris præsentandi, vt dicit præallegatus do. Rochus, vbi suprà resoluemus. Igitur primò hoc dubium concludendo dico dicto de Furno, & non Bernardo competere ius præsentãdi ad sæpedictum bene-
6 ficium. B. † Dum autem secundo loco quæritur, si dictus de Furno præfato beneficio N. in Caij fauorem renuntiauerit, an Cai⁹ poterit ipsum de Furno ad dictũ N. beneficium, B. præsentare. Certè d. quæstio scrupulo caret. Quoniam ne-

niam nedum donatarius iuris patronatus poteſt donato-
rem ad beneficium tunc vacans præſentare, pro vt reſol-
uit Ioan.And.quem Abb.& communiter doct.inſequun-
tur ibi in c. ex inſinuatione. ext. de iure patro.& do.Ro-
chus proſequitur,vbi ſuprà in verſi.ipſe,vel is, à quo q.20.
Quinimò etiam ſi ſolum exercitium iuris patronatus do-
cuiſſet,poſſet donatorem præſentare,vt not.in c.illud.eo.
titu.& in c.conſtitutus, & vtrobique Doct. ext.de conſi-
ceſ.præben.Loquor autem quando exercitium iuris patro
natus,vel ius præſentandi conceſſum eſt magis,quam pro
vna vice,vt not.Card.Feli.poſt.Io.Cald.in c.fi. vbi etiã Io.
de Imo.extrà,de inſtit.

Poteſt itaque dictus de Furno,vel is, cui reſignauerit d.
beneficium N. præſentare ad ſæpedictum beneficium B.
vacans:In quo ſibi non oberit,vel ab eorum aliquo pręſentare,quòd aliter ex beneficio N.qui iam præſentaſſe di
citur,ſit pacificus poſſeſſor dicti beneficij N. quandoqui-
dem in huiuſmodi pręſentationibus non attenditur ſanio
ritas,vt abundè probat dom.Rochus,vbi ſuprà,ver. hono
rificum q.5.Sed cõſulerem, quòd dictus de Furno potius
alium quẽuis præſentaret, qui poſtea ei reſignaret, & ipſe
dicto beneficio N.cederet & poſtea ab illo præſentaretur.
Et ſunt inconuenientia paria, ſiue ipſe alium præſentet,
ſiue ipſe ab alio,cui ceſsiſſet,præſentaretur. Quoniam cũ
alter ex beneficiatis,alium(vt præſupponitur)præſentaue
rit, ſi iſte de Furno, vel is cui ceſſerit, alium præſentaue-
rint,erimus in caſu dotaliæ.quo C.poterit alium quemuis
(vt in themate dicebatur)præſentare. Dubitarem tamen
de validitate renuntiationis huiuſmodi, vel ceſsionis,quã
faceret dictus de furno de di.beneficio N.propter autho-
ritatem Barba.conſi.48.ad princ.vol.4.& Philip.Cor cõſ.
84. volumine ſecundo vbi voluerunt eum,qui conſtituit
procuratorem ad renuntiandum ſuo beneficio in mani-
bus domini Papæ,non poſſe poſtea illi renuntiare in ma-
7 nibus ordinarij.† Poſſet etiam quilibet illorum poſtquam
præſentauerunt à prima præſentatione recedere, quamuis
eccleſiaſtici patroni ſint,& accumulando præſentare vnũ,
quem alter præſentauit etiam poſt litem motam,vt deci-
dit amplè Rocbus vbi ſuprà in ver.honorificum. q.23. &
in 9.quæſt. in dicto verbo, in prima quæſtione acceſſoria
dictæ quæſt.9.Similiter poteſt dictus de Furno infra dict.
30.dictum tempus,alium(vt prædixi)præſentare, & ha-
bere infra dictum tempus à reuer.domino legato (qui in
vicinia eſt bullam nouæ prouiſionis, cum derogatione iu
ris patronatus eccleſiaſtici,cui ex poteſtate quam habet,ac
etiam de iure poteſt legatus de latere derogare vt abundè
proſequitur Feli.in ſuo tract.quando literæ apoſto.præiu-
dicent,&c.& cap.eam te.colum.mihi.t 2.verſicul. quarta
8 declaratio,&c.extrà,de reſcript.† Et ſi dictus de Furno ab
altero ex beneficiatis,qui (vt prædixi) eſt compatronus,
præſentari poſſet, non dubito quominus dictus de Fur-
no dictam ſuam præſentationem proſequi poſſet, vt not.
Spec.tit.de iure patro.ad fi.arg.l.vbi abſunt.§.magiſtratus.
ff.de tuto.& curat. datis ab his. Ita concludit Abb.in c.per
veſtras.ext.de iure patro. Doct. in cap.cum in iure.ext.de
elect..Archid.in c.exactum.8.q.1. & Barthol. Cæpola in
ſuo tract.cautelarũ cautela 12.in c.vidimus pridie. Et ſi di
ctus de Furno nullũ pſentet,& ipſe à cõpatrono præſente
tur, valebit præſentatio per dictum conbeneficiatum,&
compatronum de ipſo facta.quoniam tacitus cõſenſus di-
ctam præſentationem,& quæ ſubſequeretur,inſtitutionẽ
cõfirmaret,vt reſoluit do.meus Rochus vbi ſuprà in.ver.
competens alicui.q.22. Barchinonæ 1525.ad laudem &
gloriam Dei.Celſus.

Additio

Super vacatione ſimplicis beneficij ſub inuocatione S.
Petri in eccleſia parrochiali ſancti Petri de Auro,diœce-
ſis Vicẽſis reddidi,quamuis ſub nominibus fictis, conſiliũ
pcedens,in quo ſaltẽ implicitè decidi ſubſcriptas qſtiones.

In primis decidi, eum qui renuntiaſſe dicitur dicto be-
neficio,ad cuius præſentationem, vnà cum rectore prædi
cto,debet inſtitui præſentandus,debere cum dicto recto-
re ad d.beneficium vacans præſentare: & non eum in cu-
ius fauorem dicitur eſſe renuntiatum, cum illa non poſſi-
deat:& per conſequens dici non poſsit beneficiatus be-
neficij,per Iacobum de Noguerijs inſtituti,(quòd bene-
ficium ſuprà conſilio præceden. dicebamus beneficium
N.)ſed ille qui dicitur huiuſmodi beneficio renuntiaſſe.
De qua concluſione non dubito, cum fuerit rationibus
& auctoritatibus optimis roborata in dicto præceden-
te conſilio.

Secundum quęſitum, quod nunc formatur, etiam fuit
in d.conſi.deciſum,dum concludebam, quòd ſi rector,&
ille in cuius fauorem dicitur eſſe facta renuntiatio d.bene
ficij de Noguerijs,præſentaſſe dicuntur vnum,& iſte qui
renũtiaſſe dicitur,indubiè ſunt diuiſi, cum ius patronatus
iſti qui renuntiaſſe dicitur competat, ex quo poſsidet: &
non illi in cuius fauorem dicitur eſſe renuntiatio facta,etiã
ſi de d.renuntiatione conſtaret.Et per conſequens R. do.
Abb.S.Benedicti de Bages, quem in themate C.appella
bamus, ex fundatoris prouiſione poterit alium quemuis
præſentare.Quoniã ex quo duo fuerunt præſentati(vnus
videlicet per rectorem, & alter per d.verum patronum)
contrauentum fuit diſpoſitioni fundatoris, dum diſponit
quòd per illos duos patronos vnus presbyter debeat præ-
ſentari,&c. pro vt in ſimili not. Moder. poſt Bald. in l.ſi
9 plures.ff.de lega.3.& in rubr.Inſti. de actio. poſt gl. † Præ
terea mihi præſupponitur, quòd præſentatus p d.rectorẽ
& alium, qui ſe prætendit eſſe beneficiatum d.beneficij
de Noguerijs,ſiue (vt in conſi.ponebamus) beneficij N.
vnde ſe compatronum cum dicto rectore prætendit,ex-
communicationis maioris ſententia innodatus eſt & ſic
eſt inhabilis,vel indignus.Quoniam excommunicato(et
maiori excommunicatione) beneficium eccleſiaſticum
conferri non poteſt.vt eſt doctrina textualis in c. ſi cele-
brat.vbi etiã Abb.& Moder.ext.de cleri.excom. miniſtr.
Felin.c.dilecti.ext. de except. Card.cle.1.§.1.q.4. & 5.de
religio.dom.& de hoc eſt decl.Rotæ.148.incip.accepta-
10 tio,&c.in no.† Ex hoc ſequitur vnum correlarium, quod
tum rector, cum ille alter qui ſe pręte ndit eſſe patronum
eccleſiaſticum poſito pro ficto, q legitimus fuiſſet com-
patronus)fuerunt per illam litem priuati facultate pręſen-
tandi.ex quo maximè erant patroni eccleſiaſtici, quibus
erat inter dicta variatio:niſi,vt in præcedenti conſi.verſi.
6.dicebatur, pro vt in fortioribus terminis concludit Bar
ba.conſil.mihi 33.colum.5.verſi.capio modo aliam dubi
tationem.vo.2.quem refert,& ſequitur do.Rocbus in ſuo
tract.de iure patro.in verſi. honorificum.in 4. q. princip.
11 in illa quæſtione acceſſoria,quis dicatẽ indignus,&c. † Nec
obſtat abſolutio ſubſecuta. Quoniam illa nõ reſtituit ab-
ſolutũ ad iura lapſu temporis de perdita, præſertim cum
abſolutionis tempore ius eſſet alteri iam quęſitũ.ſi Ita no.
doct.in c.1.& ibi Abb.col.4.ext.de præſcri.& Feli. c.cum
inter priorem.col.9.verſic. vtrum excommunicatus poſt
abſolutionem,&c.ext.de except.Et cum iſte pręſentatus
totos illos 30.dies,quos ſuprà diximus datos eſſe patronis
ad pręſentandum,remanſerit in excommunicatione,cõ-
ſequẽs eſt abbatem prædictum S. Benedicti de Bages,po
tuiſſe legitimè alium ad huiuſmodi beneficium præſenta
re,cum infra dies illos 30. duo illi patroni nullum (ſaltem
legitimè) præſentauerint: quia tempore præſentationis
debet interuenire in præſentato habilitas, vt per doct. in
lege qui Romæ.vbi etiam Alexander.in princip.ff.de ver
bo.obligationib. & Aret. omnino conſil. ſeptimo. incip.
ponderandum eſt, &c.verſicul. Sed dicendum eſt.& pro
his facit,quod ſuprà dicebamus conſilio quinquageſimo-
nono verſic.primo.Barchinonæ 1526.ad laudem & glo-
riam Dei.Ego Celſus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus in aliqua ecclesia non dicitur quilibet qui capellaniam, vel habitum habet in d. ecclesia.*
Distributiones quotuplices sint, & quibus debeãtur, & quare. vbi etiam an illa quæ dantur pro anniuersarijs dicuntur esse distributiones.

2 *Beneficium quantuncunque minimum de iure communi residentiam habet annexam, super qua & nequis residere teneatur, Episcopus & consuetudo dispensare possunt.*
Beneficiatus qui tenetur ad residentiam, dicitur, esse in loco sui beneficij domiciliatus, aliàs non.

CONSILIVM LXXIX.

IN diœcesi Gerundẽsi est vna ecclesia in qua duo tantum clericici curati residentes vsque in diem pręsentem fuisse dicuntur, quorum vnus qui sacrista, & alter qui habdomadarius dicitur, curę deseruiunt animarum. Et in ecclesia prędicta præsupponitur ab immemoriali tempore fundatum esse vnum beneficium. Beneficiatum autem illius residentiam aliquando fecisse nõ extat memoria. Nec etiam præsupponitur ad residentiam obligatus ex constitutionibus episcopalibus, propter redituum dicti. Beneficij tenuitatem, & paruitatem. Qui quidem beneficiatus dicitur nunquam fuisse in possessione partem, aut portionem aliquam percipiendi anniuersariorum, quæ in d. ecclesia fundantur. Nec etiã fit in dotalia mentio, quòd dederit aut contulerit aliquid pro dic. anniuersarijs habẽdis: sicut in alijs eccles. dicitur esse consuetum per alios beneficiatos fieri.

Quæritur ergo, si dictus beneficiatus nunc resideat cõtinuè, verũ debeat habere partem fructuũ anniuersariorũ dictæ ecclesiæ, præsertim illorũ quæ post dicti beneficij fundationem instituta fuerunt, cum regulariter in fundatione illorum consueuerint fundatores aut testatores apponere clausulam sequentem: Item dimitto pro anniuersario celebrando in tali ecclesia per clericos eiusdem quinque
1 solidos, &c. † Et omissis philacterijs & in vtranq; partẽ disputationibus respõdeo, dictũ beneficiatũ malè inniti etiã anniuersarijs, quæ post dicti beneficij fundationẽ fuerunt instituta in d. ecclesia, etiam admisso citra veri præiudiciũ, quod ipse sit in dicta ecclesia beneficiatus, quod nõ credo quia non omnis capellania facit quẽ beneficiatum, vt no. Felí. post alios. c. ex parte. secundo. in princip. extrà, de rescript. Similiter non dicitur quis simpliciter in aliqua ecclesia beneficiatus, qui habeat in eadẽ habitum, vt no. glossator pragmaticæ sanction. in titu. de his, qui tẽpore diuini officij vagantur per eccles. in princ. in ver. beneficiatus:

Ad cuius quidem determinationis suprà factæ demonstrationẽ, considero post Henr. Bohich. in c. cum omnes. extrà, de consti. distributiones manuales in triplici considerari differentia. In quibusdã etenim ecclesiis, in quibus præbẽdæ nõ sunt distinctæ, sed omnia sunt cõmunia solẽt dari singulis canonicis tot libræ panis, vel mensuræ vini, siue præsentes fuerint officio diuino, siue non: & huiusmodi distributiones sunt potius præbendæ, quàm distributiones. vt est gl. tex. in extrauag. Io. 22. incip. cum nonnulli. aliàs essent (ait) in talibus ecclesiis canonici sine prębenda. quod esse nõ debet. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. & ca. relatum. extrà, de præb. Cuiusmodi distributiones nihil ad casum nostrum faciunt. In alijs verò ecclesijs, præbendę sunt distinctæ, & postea est mensa cõmunis grossa ex qua dantur distributiones quotidianę etiã illis qui diuinis non interfuit, dum tamen sint pręsentes. & de huiusmodi distributionibus idem iuris est, quod de superioribus dicitur, de quibus Archid. loquitur in c. 1. de cler. non resid. lib. 6. & Host. in sua summa. tit. de magistris. §. fi. de quibus etiam nihil ad propositum nostrum. Sunt autem tertiæ, siue illarum tertia species, vt sunt denarij, qui distribuuntur his duntaxat qui horis, diuinis intersunt, quæ sunt verè distributiones quotidianæ, in d. extrauaganti, cũ nonnulli. & in alia extrauag. d. Io. 22. quæ incip. dilecto. aliàs in quibusdam libris incep. postulasti. & illæ delato eorum vocabulo & appellatione comprehendunt anniuersaria, vt no. Gemi. Anchar. Moder. in c. 1. in versi. de distributionibus. aliàs est §. de. cleric. non resid. lib. 6. Et certè siue fructus sint illa, quę dãtur pro anniuersarijs, siue simpliciter distributiones, siue etiã quędam quarta est & separata species, pro vt visus est voluisse Card. Flo. in c. vt hi, qui. extrà, de æta. & qual. indubium est, vtcunque sit, quòd d. beneficiatus excludi possit ab aliquarũ distributionũ perceptione, quæ dentur alijs, quòd non admittatur etiam ad distributiones, quæ pro anniuersarijs dẽtur, secundum suam prætensionem, per tex. in d. c. 1. in versi. præall. de distributionibus. vbi cum ęquiparentur distributiones, quę dantur pro anniuersarijs, alijs distributionibus manualib⁹, volunt Io. And. & alij, ibi, quod qui de quotidianis distributionibus pcipere nõ põt, ita ẽt nõ pcipiet de illis quę pro anniuersarijs dantur. & ita intelligit c. licet. & c. dilectus. extrà, præb. & c. de cætero. de cler. nõ resid. & de sent. exco. c. alma. §. adijcimus. li. 6. vbi priuilegiati nõ percipiunt hmõi distributiones. quod etiã no. doct. in c. cum M. Ferrarien. in ver. vltra numerum. extrà, de consti. resoluentes, quòd canonicus supernumerarius, licet ex priuilegio sit canonic⁹, nõ tamẽ debet habere distributiones quotidianas, quia illę debent veris canonicis, & non habitis pro canonicis:

Quinimo Genzel. cle. vt hi qui. de æta. & qualitat. voluit, quòd pręlatus capituli, puta decanus, vel alius, non debeat habere distributiones quotidianas, contra solis canonicis debentur, quia ille non est de capitulo, prout voluit Feder. de Senis consi. 125. vbi dicit, quod clericus habens aliquod altare in aliqua ecclesia pro qua debet celebrare & esse in choro sicut & canonicus, non tamen habebit distributiones quotidianas: quam decisionem refert & sequitur glos. prag. sanct. in titu. quo tempore quisque debeat esse in choro. glo. in ver. decani.

Nec coadiuuatur dictus beneficiatus ex testamentis de quibus in themate. Quoniam (vt prędixi) non potest admitti ad certas distributiones & à certis repelli, & aliũde licet testatores voluerint anniuersaria prędicta celebrari per ecclesię prædictę clericos, non tamen prouiderunt in clausulis, quarum tenor est mihi transmissus, quod eisdem daretur portio anniuersariorum huiusmodi. Et sic habet locum suprà allegata iuris determinatio, quod solis canonicis, vbi sunt canonici, & solis veris beneficiatis, vbi sunt beneficiati, debeantur, vt prædixi. Et admisso, quod testatores mãdent dictos quinque solidos distribui clericis ecclesiæ ięprędictę, dici possit quòd dictus beneficiatus non comprehendatur sub illa clericorum appellatione, cum illi propriè dicantur esse alicuius ecclesiæ clerici, quos indubiũ est alios non esse, vt not: Ioan. And. & Mod. c. fi. de vita & ho. cleri. lib. 6. licet forte, sub ampla & larga clericorũ appellatione venire posset huiusmodi beneficiatus, per ea, quę not. Abb. in rubr. extrà, eod. & cap. cum tibi. extrà,
2 de verb. signif. † Pręterea considero, quod licet iure communi etiam beneficium quantuncunque minimum residentiam habeat annexam. cap. quia nonnulli, ibi, quia intãtum, &c. & quasi per totum. extrà, de cleri. nõ resid. & c. 1. de offi. vicar. lib. 6. attamen in simplicibus beneficijs, causa subsistente, (qualis est tenuis valor, & in casu nostro) episcopus, imò etiam ipsa consuetudo dispensare potest super ipsa residentia, & quod beneficiatus ad residentiam non teneat, vt not: Henri. Bohic. & alij in præalleg. c. omnes. de consti. & prosequitur Abb. latè in repet. c. extirpandæ. §. qui verò. extrà, de pręb. Redeũdo igitur ad propositum dico, quòd beneficiatus alicuius beneficij, residentiã habet annexam, dicitur esse domiciliatus ibi, etiam ad effectum vt ibidem forum sortiatur, secundum Felin. cap. dilectus filius. secundo. vers. secunda conclusio. extrà, de rescrip. Et ẽ diuerso, si quis habeat beneficiũ aliquod, propter quod ad residentiam

ad residentiam non teneatur: nec dicitur ibi domicilium habere, nec potest ibi conueniri, pro vt concludit Feli. vbi suprà. versic. de domicilio clerici, &c. Cum itaque distributiones quotidianæ tum primo, cū secundo modo sumpto debeantur propter residentiam. & iste beneficiatus ad residentiam non teneatur. non est dicendum testatores in suis dispositionibus prędictis istum beneficiatū includere voluisse, quam etiam ignorabant, cum non viderent eum residere. Et sic sumus in casu qui præter voluntatem testatorum acciderit: & per consequens ipsum non includit sub antedictorum testatorum dispositione, etiam si in eo esset æqua, imò etiam maior disponendi ratio, vel causa, secundum Ci. in l. quod fauore. C. de legib. quē refert, & sequitur Petr. de Anchar. consilio mihi 357. incip. ex serie testamenti. colum. 3. Maiorem etenim affectionem præsumūtur habuisse testatores prædicti ad dictos habdomadarium & sacristam, qui alternatis hebdomadis, ex suorū beneficiorum institutione curæ animarū necessaria mihi præsupponuntur administrare, quàm ad solum istum beneficium, sorte & illius institutionem, cum non resideret, vt sępedictū est, qui ad solas missas ex onere sui beneficij tenētur, præsertim q̄ huiusmodi dispositioni ius adsistit.

Et pro consilij huius cōplemento dico, quod cum presupponatur beneficiatū sæpedictum nunquā fuisse in possessione percipiendi portionē aliquam ex dictis anniuersarijs, agenti possessorio cōtraria obstabit possessio, vt sunt iura vulgaria, & petitorium imin fuerit (nec. n. do. consulens me reddere potuit certiorem, quale fuerit iudiciū intentatū) ex quo de ipso possessorio prius apparebit quòd induci potuit ipse iudex, suspenso petitorio, etiam si prius fuerit inchoatum, super ipso possessorio sententiare, dilata quæstione super ipso petitorio, secundum theoricam doctorum, quam ponit Feli. post Abb. & alios in c. suborta. ext. de sent. & re iudica. Barchi. 1526. ad laudem & glor. Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones annuæ vsuræ (quæ fructus ciuiles dicuntur) ex eodē contractu quo fuerunt stipulatæ, natiuitas obligationis & actionis etiam quoad dictas pensiones annuas fuit in esse producta etiā ad totā pensionem totius temporis, quamuis illi non debeantur effectualiter ante lapsum termini, infra quem nedum pro sorte principali verumetiā pro pensionibus quæ in futurum debebuntur, erit prior tempore, & potior in hypotheca alijs creditoribus, quibus intermedio tempore constituctur hypotheca.*

2 *Dotis priuilegia nedum ad hæredes, verum etiam ad cessionarium transeunt.*

Cessionarius an & quando locum prioris creditoris intret.

Vicinitas contractuum solutionis & cessionis præsumi facit conuentum fuisse prius quod fieret cessio.

CONSILIVM. LXX.

MANIFESTA est iustitia magnifici Raphaelis Agullana ė iuridica sententia Regia, quæ per Regiam maiestatem in dicti Raph. Agulla. fauorē, ad magnifici Martini Iuannis Sumiet doctoris Regij consilij in principatu Cataloniæ relationē lata fuit. Pro qua casum legis expressum habem⁹ in l. Lucius. ff. q pot. in pig. hab. & in l. qui balneū. & vtrobiq; doc. eo. t. Nec quidē mirū est (& sic de inepta restitutionis in integrū ex aduerso petitione cōstat.) quoniā ipso realiter cōtractu quo fuerūt stipulatę pensiones dicti censualis, obligationis & actionis natiuitas, etiam quoad dictas pensionis, in esse producta fuit, & statim orta est actio & obligatio ad totam pensionem totius temporis, vt per Bar. in l. si à colono. per illum text. ff. de fideiuss. & per d. l. Lucius. Et per cōsequens omnes pensiones totius temporis debentur ab initio creationis dicti censualis, vt abundè not. doct. in l. diuortio. post glo. in ver. quartā portio, vbi omnino do. Iason colum. 11. versic. pro clara intelligentia, &c. ff. solu. matr. licet verum sit, quòd dictæ pensiones annuæ quoad illarum exactionem effectualiter nō debeantur ante lapsum termini, quia obstaret exceptio per regulā positam in l. 1. in fi. ff. quando dies vsufru. lega. ced. & l. cedere diem. ff. de ver. sig. Et sic hoc respectu verum est dicere, quod tempore creationis dicti censualis quoad executionem effectualiter. non debebatur, vt not. Bal. & Io. de Imol. in d. l. diuortio. & gl. & doct. in l. ædem. C. locati. & Bart. & doct. in lege ita stipulatus. colum. 12. ff. de ver. oblig.

1 †Similiter annuę pensiones, vel vsuræ, quę fructus ciuiles dicuntur, vt not. gloss. in l. fructus. iuncto tex. & ibi no. ff. de rei ven. Et ideò quamuis actionum cumulatio, quādo absolutoria sententia rei iudicatæ parit exceptionem in alia, prohibeatur attamen possunt istæ pensiones siue vsurę cum sorte principali peti, vt no. Din. in reg. nullus pluribus, lib. 6. quam refert & sequitur Pau. de Cast. in l. 1.
2 C. de iudi. †Nec credo ambigi dotis priuilegia nedum ad hæredes trāsire. vt in l. 1. ff. sol. matr. & not. Ias. in §. fuerat insti. de act. colum. 9. verumetiam ad cessionarium, maximè si actio directa cessa fuerit, vt dicit Alex. in l. post dotem. ff. sol. matr. vel quando dotis priuilegium ex legis, vel hominis dispositione merebatur executionem. quo casu dicit Bar. in d. l. post dotem. quod etiam si diabulus esset cessionarius transiret ad eum cum suo priuilegio. quem refert, & sequitur Iason in præall. § fuerat. & idem not. Bal. nouellus in tract. de dote.

Nec obstat, quod tempore quo creatum est censuale prędictum, actio de dote non competebat filiabus d. Eufrasinæ, cum essent iam satisfactæ de dictis quingentis libris. Præter id enim quod dici potest, quod ex quo facta fuit solutio prædicta de illa pecunia censualis, quòd etiam absque aliqua cessione transiuerint in emptorem dicti censualis actiones prædictę, sicut & aliæ multæ leguntur transire absque cessione. vt not. in l. mulier. ff. qui pot. in pig. hab. Possumus etiam respondere, quia per solutionem huiusmodi non fuerunt extinctæ actiones contra ipsum Ponsium principalem debitorem cōpetentes. vt not. Bar. in l. Modestinus. colum. 3. vers. quarto casu. ff. de solut. vbi ad hoc allegat l. Stichū. §. si mandato. eo. tit. l. si res obligata. §. fi. ff. de leg. 1. Cessionarius etenim soluendo priori creditori videtur in omnibus locum prioris creditoris intrare. vt not. Salic. & Alber. de Rosate in l. si à creditore. C. de actio. & obl. quos refert, & sequitur Philip. Decius cōl. 104. incip. diuino, &c. colum. 2. vers. sed prędictis, &c. vol. 1. maximè quod actum fuerat, quòd pecunia per quam vendebatur dictum censuale daretur priori creditori, & de hoc est casus expressus in l. si potiores. C. de his, qui in locum prio. credi. succedūt. Et aliunde, ex quo ante cessionis prædictæ actum, prior contractus, scilicet venditionis censualis non fuerat absolutus, sed nec facta solutio, cum in ipso, & ante ipsum fuisset actum inter partes, quòd prędicti censualis cederent actiones prædictæ, vt per d. cessionis instrumentū constat expresse. Ad hoc est tex. cū gl. in l. 1. in ver. nou accepisse. & ibi doct. C. de his, qui in priorum credi. locum succe. Contractus etenim priusquam sit perfectus, & absolutus semper dicitur in l. herit. contractus. cū sua materia. C. de fide instr. & in ipso venditionis censualis prędicti instrumēto, voluit Franciscum Alphonsum dicti do. Agulla prędecessorem & successores illius succedere, & esse in illis prioritate temporis & iuris potioritate, alijsque iuribus & prerogatiuis, in quibus erant do Eufrasina, & eius filię, prętextu dotis prędictę. per quę verba indubiè, & quia etiam facta est cessio ex causa onerosa, scilicet ratione solutionis prædictæ, locū habet dicta cessio etiam cōtra cedentem, vt abundè monstrat Philip. Decius cōs. & ver. suprà allegatis. ad quod est tex. in l. si cui pa. vbi Bar. Bal. Ang. & communiter doct. ff. de rei vendi. maximę cūm censuale pro cuius tuitione & securitate cessa

sę sunt

sæ sunt actiones prædictę cõsistat in prætio, seu forte principali & pensionibus annuis.

Nec omitto, ꝙ vicinitas contractuũ, scilicet solutionis & cessionis actionum, facit præsumi, ꝙ prius facta fuerit cessio, quam solutio, vt in simili not. Bal. in l. per diuersas. C. mand, vbi dicit, ꝙ promissio de retrouendẽdo facta incontinenti, facit præsumere ita prius fuisse conuentũ: prout & dicit Frãc. de Curte cõs. 54. de qua & conuentione cõstat per instrumentũ venditionis, & cessionis antedictæ.

Similiter attendatur, ꝙ actio de dote prædicta nõ fuisset omnino extincta, per solutionẽ dictarum librarũ quingentarũ: imò supererant adhuc libræ ducente, & censuale quoddam dotale dictæ Eufrasinæ. & aliàs constat ponderando verba dicti instrumenti venditionis censualis prædicti: ibi, in solutũ, & pro rata. Aliàs enim (si cum dictis quingentis libris soluisset ex toto dictam dotem) dixisset pro residuo, vel reliquu. & hoc est plusquam clarum.

Nec etiã omitto, ꝙ iste dominus Belloch. qui prætẽdit hypothecã priorem, pro dote Ioannæ Siga, socrus suę matrisq; vxoris eius, non probat debitum, nisi in viginti duobus mille solidis, quos constat solutos fuisset dictam tabulæ. In alijs non statur confessioni d. Guliel. Pontij mariti præfatę Siga, maximè in præiudicium creditorum, vt no. Alex. & doct. in l. si diuortio. ff. sol. matr. vbi etiam Bar. Idẽ not. cum præsumatur aliàs d. confessio facta in fraudem creditorum, & animo donandi. l. qui testimonium. ff. de prob. l. cũ quis decedens. §. Titia. ff. de le. 3. & not. omnino Soci. cons. 61. col. 3. & consi. 66. vol. 1.

Ex quibus resultat clarè decisio pro validitate d. Regię sententiæ, & originali iustitia dicti magnifici Raphaelis Aguiiana. Ita resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *HAEres fideicommisso grauatus prodigaliter dissipans bona restitutioni subiecta, vtrum cogi possit ante conditionis euentum fideicommissum restituere.*

Qualitas quę est causa, quòd quis admittatur vel audiatur, debet ante omnia probari.

2 *Prodigus quis dicatur: & quòd notoriè & manifestè prodigo interdicitur ipso iure administratio, & illa notorietate cessante debet et interdici iudicis ministerio. & cessante dicta notorietate potest interdici patri bonis à iudice instante filio. & nu. 3. etiam venia non petita à patre, nec ipso citato. & nu. 13.*

4 *Alienationis probibitio an, et quãdo fideicõmissum inducat, & an priusquam alienet probibitus.*

5 *Liberis nondum natis an possit stipulari.*

6 *Contentionem aut quæstionem si quis probibeatur alteri mouere, quid in huiusmodi probibitione veniat.*

7 *Probibitio qualibet etiam expressa, & obligatio de non contrauenĩẽdo, intelligi debet, nisi ex iusta causa, & lege permittente moueatur: & etiam rebus sic stantibus. 8.*

8 *Renũtians omni iuri sibi competenti & competituro, intelligitur ex causa de præterito, non autem ex superueniente noua causa: quia causa à principio verisimiliter incogitata videtur in quacunq; obligatione & promissione excepta.*

9 *Exceptio facta specialiter in aliquo casu, licet videatur firmare regulam, non tamẽ excludit aliam exceptionem quæ reperitur ex alio capite.*

10 *Dominum & possessio rerum an & quando transeat in hæredem absque apprehensione.*

11 *Possessio ex legis, vel statuti dispositione, si trasferatur in aliquẽ, non impeditus ille talis, quominus adsequi valeat postea corporalem & actualẽ dictorum bonorum possessionẽ.*

12 *Cõfessio dotis per maritum facta donationem facit præsumi. quando est inæqualitas personarum.*

CONSILIVM. LXXXI.

DVPLICI (vt video) capite pretendit egregius dñs Christophorus de Mila possessionẽ Comitatus Dalbaida in Regno Valentiæ situati deberi, siue ꝙ illustr. eius pater, qui dictũ Comitatũ possidet sit in eodem fideicommissarius, quem ipse prodigaliter destruit, & extirpat imponendo censualia mortua & violaria, ac alia onera permulta, quorum prætextu vassalli d. Comitatus creditoribus oppressi solũ mutant, & quotidie se trãsferũt. Et aliunde pretẽdit d. do. Christophorus dicti comitatus possessione deberi sibi tanquã Illust. quondã Eleonoræ de Aragonia matris eius hæres, quæ d. comitatũ iure & titulo hypothecæ pro quindecim mille florenis auri possidebat. Super quibus quidẽ dubijs cum fuerit latè per quendã iuriscõsultum (cuius nomẽ ignoro, ꝙ illius cõsiliũ subscriptione sua careat) in facto & iure responsum, & nũc à me queratur determinatio mea, iudicaui, quam potero breuioris, quæ tamen ad resolutionis meæ corroborationem sufficiant, respondere, cum vis tota consultationis non in dicendo multa, sed multum, consistat.

Et dum resoluit præfatus do. consultor patrẽ cogi restituere d. do. Christophoro Comitatũ prædictum, qui sibi fuit in capitulis nuptialibus dictorum patris & matris eius stipulatus, ex capite quo dictus illust. Comes præsupponitur dictum comitatũ, vt præmittitur, prodigaliter dissipare & aliunde bona propria, & ipsius etiã do. Christophori prodigaliter consumere iuridicè se resoluit, cum habeat casum legis expressum, quam alleg. in l. Imperator. vbi est expressa casus nostri decisio. ff. ad Treb.

Sed cum dictus dñs consultor (vt mihi dicitur præsupponatur fideicõmissum in persona d. do. Comitis, & in eodẽ prodigalitatem, supererit ostendere in casu nostro, præsupposita quæ facit, extare. Et certè fideicõmissum apertissimè mõstratur appositũ fuisse in huius do. Christophori fauorem. Quod quidem conditionale est, ac sub die futuro, certo tñ: & cõditiones nõ dicunt hactenus purificatæ, sicut nec dies obitus ipsius do. Comitis euenit. Vnde licet videatur prima facie, d. do. Christophorum ante diei prędicti euentũ, vel priusquã conditionũ prædictũ tempus aduenisset, non posse admitti ex dicto fideicõmisso: tñ secus est in nostro casu: quia nos sum⁹ in casu exceptuato, per d. l. Imperator. ff. ad Trebel. Et ita etiã in effectu resoluit Bal. in rubr. C. de his quæ in fraud. cred. & clarissimus doctor Didacus de Segura in repet. d. l. Imperator. post Alex. ibi, ad fi. Quę quidã prodigalitas cũ sit causa agẽdi dic. nobilis Christophori, de illa ante omnia probari. cũ sit regulare, ꝙ qualitas quæ causa est ꝙ quis audiatur, vel admittatur, debet (vt prædixi) ante oĩa probari. l. ait prætor. §. docere. ff. vi bonorũ rapt. l. pe. §. docere. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. est, &c. Not. Bar. in l. id ꝙ pauperibus. C. de episc. & cleris. Ioã. Andr. in rubr. ꝙ c. 1. extrà, de homicid. Hippoly. in sua pract. criminali. §. quoniã. versi. 12. & Franc. de Curte prosequitur consi. 17. col. 4. ver. nam regula est, &c. Et latius prosequor supra consi. 1. in addi. ver. 19. Et certè, præsupposita facti veritate, constat abundè de d. do. Comitis prodigalitate. Quoniã, vt Ang. ait in auct ea. vt determi. sit nu. cleri. §. cum verò prodigus ex factis cognoscitur, non ex verbis. Quoniã in factis est insipiens, dilacerãs & dissipans bona sua, nõ habens tẽpus, aut finẽ expensarũ. vt dicit Bar. in l. is, qui. §. Diuus. ff. de tut. & cur. dat. &c. Et Bal. in l. vbi adhuc. col. antepe. ver. quærit gl. quomodo probetur ꝙ vir vergat ad inopiam, &c. C. de iure dot. dicit, ꝙ ad probandum quem esse prodigum sufficit, quòd testes in casu scientiæ assignẽt rationem quia vident illum quotidie dilapidare, & valde vltra exponere quam suæ facultates portent. Et huic diffinitioni prodigi concordat Aret. insti. de curato. §. furiosi.

Quinimò (quantũ ex præsuppositis apparet) nedũ est illius comitis prædicti probabilis prodigalitas: verũ est notoria. vnde succedit not. theorica gl. quam ibi sequuntur

Petrus de Bella pertica cōpatriota meus, Ioannes de Imola,& Raph.Cuma.in l.is cui l.ff.de test. Vbi volunt,ꝙ notoriè & manifestè prodigo, interdicitur ipso iure administratio à lege:nec requiritur interdictio bonorum iudicis ministerio.Quam etiam opinionē tenent Alexander,Modernior.in d.l.is cui lege.Io.Fab.in d.§.furiosi. Fede.de Senis.consi.51.inc.minori 25.ann.& Baldus in cōs.259.inc,quæritur, vtrum iuramentum notoriè prodigi,&c.vol.2, Pro quibus sunt tex.quos allegat,qui dicunt,quòd lege interdicitur administratio absque iudicis interdictione,scilicet in l.1.in prin.ibi, lege duodecim tabularum interdicitur,&c.ff.de cura.fur.& al,vbi Alexā.dicit ibi tex.esse pro illa sententia,nisi cauilletur.ad idem est text.in d.l.is cui l.& in d.§.furiosi.& in l.mutū.§.1.in ver.l.ff.de acquir. hæred.licet bene verū sit,ꝙ vbi dictus Comes.notoriè prodigus non esset,administratio deberet illi iudicis auctoritate interdici,aliàs nō esset ei bonis interdictū. Et ita hoc casu intelligantur loqui Doct.qui contrariā opinionem tenēt, quorum(fateor)aliqui etiam in notoriè prodigo volunt iudicis ministerium necessarium esse: & inter eos ita not. dominus meus Ias.in l.is cui bonis.lęgeall.ff.de ver.oblig, Quibus addatur præfatus dominus Didacus de Segura in suo trac.de bonis lucratis cōstāte matrimonio.col.58.ver,5.dico,&c.fol.147.col.2, vbi etiā dicit quòd prodigo qui bona administrat aliena, respectu bonorū alienorū,interdicitur ipso iure administratio allegat Bal.in l.1.ff.de curato.prodigi.vbi etiam allegat alia multa.

Vtcunq; sit, apertissimum est quòd etiam ad dicti do. Christ.instantiam prædicto domino Comiti ratione prodigalitatis prædictæ, bonorū interdici administratio potuit,etiā si notoriè aut manifestè prodigus non esset,quanuis etiā dictus Comitatus non cōpeteret ratione præmentionati fideicommissi,vt not.Bal.in l.2.col.1.vers.sed pono,&c.C.si quid in fraudem patroni. Nec quidem mirū: qm̄ dictus do. Christ. etiam circunscripto fideicommisso pōt quodammodo dici comes præfati Comitatus,etiā illustri eius patre viuente.c.cępit Ermigildus rex.24.q.1.qui tex.licet.loquatur in filio regis,idem tn̄ erit ſm Doct.ibi, in aliorū principum filio, & ita sentit ibi glo.Quinimo in alijs bonis quæ regales dignitates non sunt (inter quas annumeratur Comitatus,vt not.Bal.Alua.& Iac.de Beluiso, & alij Feudistę in c.1.de feudo Marchię & Comitat',&c.) filij dicuntur esse quodāmodo domini bonorum patris.l.in suis.cum materia.ff.de li.& posth. in qua l. dicitur filius creditor,et pater debitor.l.Papinianus.§.Quarta aūt.C.de inof.test.Sed creditor dicitur pignus possidere.not.Bar.in l.si de eo,ff.de acqui.pos.& Bal.in l.cū notissimi. & ibi gl. C.de præscrip.30. vel 40.annorū.Vnde regulariter in Frācia & dominijs d.regno suppositis,& in plurib.Italię partibus,est consuetudo,quòd defuncti possessio absq; apprehensione aliqua transeat, nedum in filios, verumetiam in extraneos hæredes,vt dicit Io.Faber practicus & cancellarius Franciæ.insti.de hæredū quali.& diffe.§.fi. cuius meminit Io.de Imo.consil.16. Fran.de Aretio,consi.161.in finalibus verbis.& Bal.in l.fi.C.de manu.vind.vbi dicit ꝙ in dicto casu mortuus dicitur aperire viuentis oculos,sine aliquo actu etiam ficto:de qua quidē possessione & illius effectu dixi latissimè suprà consilio.1.versic.14.& 16.& in pluribus alijs passibus. quam etiā materiam prosequor in consi.illustrium fratrum Cardonæ contra Illustrem ducem fratrem eorum.4.dubio versi.28,Et prædicta multò magis habent locum in dicto domino,cum sit patri substitutus(licet post eius obitū)ex quo ratione dictæ prodigalitatis non est expectādus vitæ ipsius terminus,per casum
4 d.l.imperator.cū sua materia.† Considero præterea quòd in dictis matrimonialibus capitulis,dictus illustris Comes prohibitus fuit expressè dictū Comitatū onerare censualibus,violarijs,aut alterius generis debitis.Dicuntur autem violaria,certi reditus annui ad alicuius vel aliquorum vitā duraturi,& post illorum obitum extinguuntur, ita quòd ille qui soluit ea, pretium quod recepit, illiusve partem restituere non tenetur,si sub illa conditione facta fuit eidem de dicto Comitatu donatio. Et reuerendissimus Cardinalis donator,nō contentus illa simplici prohibitione,recitauit omnia quę in dicti fideicommissi præiudicium per sæpedictum Comitem, & eius in eodē Comitatu successores fierent. Verumetiam antedictæ prohibitionis causam declarauit subdens, quòd volebat integrum Comitatum prædictū,& sine aliqua diminutione ad præfatum dominum Christophorum, & posteros dicti Comitis deuenire. quo etiam casu nedum inductum est fideicommissum secuta alienatione, vt Doct. communiter resoluunt in l. filiusfa.§.diui vbi etiam dominus meus Ias.in l.1.ff.de leg. 2.& Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb.obliga. post Bar.in l.pater filium.§.filiam.ff.de lega.3. verumetiā ex solis illis verbis etiam antè alienationem,vel impositionem censualium,& aliorum debitorum, & onerum,quæ in magna quantitate per sæpedictum Comitem præsupponuntur imposita, in terminis nostris inductum est fideicommissum in personā dicti domini Christophori, in cuius fauorē facta est dicta prohibitio,vt not. Pau.de Cas. consi.232.inc.visis & consideratis his,&c.col.2.vbi declarat verba Bart. in d.l.pater filium.§. fundum.ff.de lega.3. & ita etiam tenet Franc.de Aretio in l.qui Romæ.§.cohęredes.ff.de verbo.obliga. & omnino Ferdi.Boazes Hispanus in repetit.§.diui.col.36.& ita etiam consulendo resoluit dominus meus Philippus.Decius consi.mihi ducentesimodecimooctauo.versic.54.& hanc opi.secutus sum in consulendo in arduo valde casu suprà consilio 20. versicu
5 lo 41.† Nec obst.l.seruitus.§.futuro.ff.de serui.vrba.præd. vbi futuro ædificio seruitus imponi non potest.& l.si quis operas.ff.de ope. liber.cum simil. vltra enim illa quæ respondendo illis dicuntur per Doct.in l.Labeo.ff.de serui. rustic.pręd.licet tunc natus nō esset dictus dominus Christophorus,casus est hodie clarus quòd valet dicta conuentio, etiam citra fideicommissi vinculum, licet etiam nullus fuisse stipulatus pro liberis & descendentibus dicti domini Comitis, per text.in l.quotiens.C.de dona.quæ sub modo fiunt.& possunt etiam qui nati non sunt institui.l. placet.ff.de lib.& posthu.& aliàs in omnibus actibus fauorabilibus habentur pro iam natis.l.si quis ita dederit.§.j.ff. de testa.& l.qui filiabus.§.1,ff.de lega.1.& l diui.& vtrobique Doct.C.de natu.lib.cum simil.& hoc contrariū multò magis cessat in terminis nostris, ex quo reuerēdissimus Cardinalis donator voluit facere donationem prædictā, adhibito in eadem fideicommisso ac pactis & cōditione, quòd succederet iste dominus Christophorus: quod ei licuit,cum possit donator in donatione pacta & fideicommissa quæ velit apponere, vt sunt iura vulgaria, & visum fuerit tam ipse quam notarius prædicto domino Christophoro, & descendentibus illius stipulari, pro vt resoluit dominus Guido papæ,consi.suo 12 versiculo quinto.vol. 1.& dominus meus Philip.Decius consi.239.versi.6.vol.
6 2.& probo infrà consi.100.versicu.2.in fine.† Nec obstat quominꝰ simus in dispositione d.l.Imperator. ꝙ donator in fideicommissi ac ipsius etiā donationis actu cauerit expressè,ꝙ per hunc dn̄m Christophorum(quē primo loco vocauit,)aut per descendentes nō fieret aut moueretur d. do.Comiti donatario quæstio aliqua de facto, nec de iure in dicto Comitatu, nisi in casu quo dictus do.Comes religiosus fieret:qui casus non præsupponitur,& exceptio firmat regulā in casibus nō exceptuatis,vt not.Panor.c.qm̄ frequenter.col.3.& seq.vbi etiā Moder.extrà. vt lite non constet.& Alexā. consil.28.inc.visis & accuratè ponderatis,&c.col.5.vol.1.Respondeo etenim post Bal.in l.s.col. 5.ver.Item quæro si testator, &c. vbi etiā Petrus de bella Pertica compatriota meus.C.de his quę pœnę nomine.ꝙ nō dicitur inferri cōtentio aut quęstio per sępedictū dn̄m Christophorū eius patri,petēdo dicti comitatus possessionē cōtra donatoris volūtatem qm̄ huiusmodi prohibitio intelligitur de illa quæ fit malo modo, & malo animo, vt dicūt præall.Doct.& not.Bal.in l.j.C.de nūdinis.not.Bar.

tn l.1.

in l.1.§.non autem.ff.si quis in testamento liber esse iussus sue.& in l.si proprias.in 5.oppo.ff.de ope.nou.nuntia.Ioã. de Imo.post glo.in l.l.ucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel. Roma.in l.si seruus.§.fi.ff.de acquir.hęred.& plenius in l. 1.§.fi.ff.de publi.& his addatur Feli.in c.causam quæ col. 1 t.versi. quinimò etiam pluribus. vbi ad hoc accumulat
7 multa.extrà.de rescript.† Præterea cõsidero ꝙ ex dicti re uerendissimi Cardinalis donatoris prohibitione minus astringitur dictus dominus Christophorus, quã si promisisset expresse quæstionem non inferre dicto illustri Comiti patri suo, sed ego habeo quòd promissio & obligatio quælibet de nõ cõtraueniẽdo, debet intelligi, nisi quis ex legitima causa (cuiusmodi e:t ista cui) innititur dictus dominus Christ.) & lege permittente contrauentat, pro vt nor. Di.Bar.Alber.de Rosate, & alij in l.quidam cum filium.ff.de verb.oblig.& est tex.in l.si libertus. ff.de ope.liber.& in c.Quintauallis.& vtobique Doct. extrà de iureiur.Ergo dici pòt ꝙ huiusmodi prohibitio in casu nostro locũ nõ habeat:& ad hoc facit ꝙ notat Bartolus in l.Aut facta.§.fi.ff.de pœn.& per Bal.in l.cũ ꝓponas. C.de pact.
8 †Similiter considero quòd quælibet obligatio & promissio debet intelligi rebus sic stantibus. l.quod seruus. ff. de condi.ob causam.& l.quæro.§.inter locatorem.ff. locati. & non extenditur ad causam de nouo superuenientẽ, vt Bartolus & Baldus vbi suprà allegati dicunt. & dñs Anto. & alij in c.peruenit.extrà, de iureiurãdo.sicut in simili dicimus de renuntiatione quæ (cum facta videatur rebus sic stantibus) nõ cõprehendit ius quod postea superuenit.c. cum inter.extrà, de renuntiat.& dicta l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati.& l.si.& vtrobiq; Doct. ff. qui satisd.cogantur. Quinimò etiam si in renuntiatione fuisset appositum, quod renuntiant omni iuri sibi competenti & competituro, in & super certis bonis, huiusmodi verba quæ in futurum competere possunt, intelliguntur ex causa de præterito, non aũt ex noua causa superueniente, pro vt dicit Baldus in l.pactũ quod dotali. C.de colla. allegat Bartolũ hoc dicẽre in l.si vxor.§.diuus.ff.de adulte. & in l.qui Romæ.§.duo fratres. in prima quæstione.ff.de verb. obliga. & ita in consulendo dominus & præceptor meus Philippus Decius consi.430.incipiente, proponitur quòd ex Petro, &c.in secundo dubio, vol.2. tenuit Franciscus de Aretio consi.95.& Guido papæ in decisio.Delphi.q.328. Sic ad propositum cum forte donationes tempore subessent aliquæ iam iuris tum facti causæ, propter quas moueri poterat quæstio dicto domino Comiti, reuerẽdissimus Cardinalis donator illas solum visus est considerasse, & non futuras præsertim hanc prodigalitatem, quã si præuidisset in dicto domino Comite, voluisset indubiè locum esse fideicommisso, etiam ante diei vel cõditionis euentũ, quas in dicta donatione appofuerat, cum ex illius tenore constet voluisse Comitatum prædi.integraliter & absque diminutione aliqua etiam aliquarũ quartarũ, ad substitutos ordine suo deuenire. Quandoquidẽ causa à principio verisimiliter incogitata, videtur à quacunque promissione excepta:& multò magis in huiusmodi prohibitione, per id qđ habetur in l.qui cum tutoribus.in fin.& in l.cũ Aquiliana. ff.de transactio.& in l.mater decedens.& vtrobique Doctores.ff.de inofficioso testamẽto.& notat Bartolus et Moder.in alle.§.duo fratres.
9 † Nec obstat cõtrariũ.suprà vers. 6.factũ, ꝙ exceptio firmat regulã in casibus nõ exceptuasis. Dico enim ꝙ licet exceptio specialiter in aliquo casu facta videatur regulã firmare, nõ tñ excludit aliã exceptionem, quæ ex alio capite reperitur. Ita concludit Bal.in l.generali.§.vxori.per illum tex.ff.de vsufr.lega.& in l.Lucius. §.pluribus.ff.ad Trebel.Not.Abb.c.in nostra.per illũ tex. extrà, de sepult.& remissiuè dñs meus Philip. Decius.cõs. 251.col.3.versi.non obstat quòd suprà dicebatur, &c.vol. 2.Ex quibus constat ex hoc prodigalitatis capite (qualis in dicto illustri Comite in facti cõtingentia præsupponitur) ſpediẽtũ dñm Christophorũ petere posse dicti Comitatus possessionem, cum simus in casu ſpeall.l.imperator.

10 ff.ad Treb.†Ex capite aũt hypothecę maternæ ꝓ quinde cim mille florenis de Aragonia, pro dote & augmẽto præfatæ quondã illustris dominæ Eleonoræ de Aragonia, dicti domini Christophori matris, si in regno Valentię iure aliquo municipali ius scriptũ nõ fuerit emendatũ vel immutatũ, est verũ ꝙ dominiũ hęreditariarũ rerũ dictę quõdam illustris Eleonoræ fuit acquisitũ dicto domino Christophoro eius hæredi, & in ipsum absque actuali possessionis apprehensione transiuit. Et sic quoad dictũ Comitatũ ius hypothecæ quod in eodẽ præsupponitur habere, l.cũ hæredes.ff.de acquir.poss.vbi tex.cũ gl. non tñ per ipsum fuit dicti Comitat' ius acquisitum sine facti possessione, vt volunt tex.& gl.& Doct.in præall.l.cũ hæredes & omnino dñs meus Ias.in l.si infanti.C.de iure delib.& ita etiã resoluit dictus dñs consultor. Vbi autẽ in dicto regno Valentiæ esset forus aut lex municipalis, qualis est in principatu Catalonię dicto regno cõtiguo, ꝙ vxor teneret & possideret bona sui viri pro suis dote & augmẽto, donec esset illi plenariè satisfactum, (de qua constitutione & eius materia tractatur suprà diffusè consi.1.& in add.& eius duobus seq.consilijs) hoc casu dicta possessio matris in dictũ dominum Christophorum continuaretur, etiam aliàs nõ apprehensa per dictam quõdam illustrem eius matrem, ex dictæ legis vel constitutionis beneficio, pro vt in simili casu ponunt Sali.Pau.de Cast.Alex.& dñs meus Ias.& alij in l.cum antiquiorib. C. de iure deli.Idẽ dominus meus Ias. post Bal.in l.si arrogator.col.7.ff.de adopt.& ibi Bar.in repeti.d.l.& Alex.consi.150.inc.viso themate, &c.vol.1.& ita etiã resolui suprà in dicto cos.1.versi.14. vbi examinatur quæ & qualis sit huiusmodi possessio & effectus illius.
11 †Et huiusmodi possessio causata à lege municipali (vbi esset lex constitutio qualem suprà præsupponimus) ex illustris eius matris persona absq; corporali præsentia translata, nõ impediret quo min' assequi valeat dictus dñs Christoph. corporalẽ & actualẽ possessionem d.comitatus, vt resolui Bal.in rubr.extrà, de causa poss.& proprie.idem in rubr.extrà, de consue.versi.sed pòt consuetudo. Sali: post Pet.in l.1.vbi etiã Cinus.C.de dona. quæ sub modo fiunt & ita etiã resoluit dñs meus Philip.Decius qui hoc dictũ iuribus & rationibus multis corroborat in suo consil. 84. inc.excellentissimi doctores.& ita etiam tenet Alex.cõsi. 37.inc.in causa mota, &c.vol.1.Barba.consi.58.inc.sapienter, &c.col.10.versi.capio aliam dubitationem, &c. vol.2. vbi latissimè hanc materiam examinat. Ad quod est tex. In l.apud.Iulianum.§.1.ff.ad Trebel & melior in l.1.§.necessario.ff.si mulier ventris nomine in poss.mitt.& ita etiã in facti contingentia resolui suprà d.consi.1.vers.16. Quã determinationem dico veram esse, etiã si dictus illustris Comes, aut alius quiuis, qui naturalẽ dicti Comitatus haberet possessionẽ, resisteret, per tex.in l. Creditores.& ibi Bar.versi.& prædicta. C.de pignor. Circunscripta autem lege municipali prædicta, quæ mihi non fuerit in facti cõtingentia præsupposita, sumus in resolutione quã facit dictus dominus cõsultor, quæ sicut est iuridica, ita etiam indubitabilis: ideò omisi super ista vlterius insistere, ne Solem mensis Augusti (pro vt Itali dicunt) viderer vendere.
12 †Nec dicatur solutam non fuisse dotem per dictam quondam illustrem dominam Eleonoram: quoniam præter pid quòd sola mariti cõfessio de dote recepta, vbi est personarum inæqualitas, facit præsumi donationem, & valebit huiusmodi confessio, vt plenissimè per Alex.& dñm meũ Ias.in l.si diuortio.quam legit me audiente.ff. solu. mat. & omnino dominus meus Franciscinus de Curte cõl.6.col. 16.versi.præmissis tñ Guido papæ consi.112.vol.2.& ita in facti cõtingentia not.Bal.in l.2.§.fi.ff.si cert.pet.& in c. super eo extrà, de testi.cog.vbi allegat pro singulari, & latius prosequitur Did.Segura in repeti.l.cohæredi. §.cum filię.ff.de vulg.& pupil.col.27.col.2.ver.facit in simili, &c.
13 †Tutius autamẽ erit (nõ obstãtibus his quæ suprà dicebã) ꝙ dictus dñs Christophorus, auctore præside, faciat interdici bonis d.do. Comiti patri suo, quod potest facere declarare

clarare ipse etiam domino Comite non citato, vt pulchrè
docet dominus meus Philip. Decius cós. 274. inc. viso de-
creto balliæ. in fine, vbi rationes adhuc assiguat & iura.
sed nec tenetur dictus dominus Christophorus petere ve
niam à patre, vt not. Doct. in præall. l. Imperator. & in l. fi.
C. de sententiam passis. & not. And. Siculus in c. venerabi
li, ad fi. extrà, de offi. deleg. Cui quidē dñu Comin sæped.
dñs Christophorus potest assignari curator. l. 1. §. fi. cū l. se
quenti. ff. de cura. furiosi. cum pluribus alijs quæ faciunt ad
propositum. Et licet hæc consultatio posset alijs rationib.
& iuribus corroborari, attamen quia rei demonstratæ fru
stra adijcit demonstratio, ne super indubitabili videamur
immorari cōtra theoricā capituli, cum in iure peritus ex-
trà, de offi. deleg. prædicta sufficiant ad decisionū suprà fa
ctarū demonstrationē, qua resoluimus sæpedictū do. Chri
stophorum ex dictis capitibus, & eorum singulis, esse mis
sendum in possessionem dicti Comitatus, & illius admini
strationem sibi decernendum esse. Et ita vt suprà dictum
est & conclusum, decidebā & resoluebam, saluo, &c. Bar-
chinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *APpellare potest pro suo interesse ab aliqua sententia, etiam is qui causæ non assistit, constito (saltē semi plenè) de suo interesse.*

2 *Falsitas etsi contra agentem ad executionē instrumenti operatur, spectat nihilominus dicta causa principaliter ad notarium, qui dictum instrumentum recepit, cui fit ex dicto processu præiudicium licet non plenum.*

Negatiua an et qua possit per testes probari, & qualiter debeant super illa deponere.

Falsa causa si exprimatur in sententia (etiam per relationē ad acta) reddit huiusmodi sententiam nullam.

4 *Falsitas instrumēti ī accessorijs nō reddit illud ex toto nullū.*

5 *Testis descriptus in instrumenta si negat, se præsumitur fuisse, non redditur ex eo falsum instrumentum.*

6 *Falsi prolatio contra instrumentum qualiter fieri debeat. Et an in causa falsi sola suspicio falsitatis habeatur pro concludenti prolatione. nu. 7.*

8 *Testes qui contra instrumentum deponunt, debent esse omni exceptione maiores, aliàs non sunt idonei testes.*

CONSILIVM. LXXXII.

INDVBITATI iuris est quòd discretus Anti-
cus Dodena ciuis & notari' Barchinon. iudi-
cio quod inter certos debitores & dominam
Ysabellā relictā quōdā honorabilis Bernardi
Ioannis Cerca in curia magnifici iudicis Re-
troclamorū agebatur nō solū interuenire potuerit, verū-
etiam si dictæ liti non astitisset præfatus Anticus possit ni
hilominus pro suo interesse appellare à sententia iudicis
Retroclamorū prædicti, & aliàs dictæ sentētię executio-
nem impedire, ratione interesse quod dicto Antico ex di-
cta sentēntia causabat. Vulgata est de hoc theorica doctorū
in l. à sententia. ff. de appella. & c. cū super. extrà, de se iudi.
& not. omnino Feli. post gl. in c. veniens. in ver. audiendus.
extrà, de testi. Vnde constat de ritu appellationis & recur-
sus d. do. Antici à præfati iudicis Retroclamorū sententia,
cū appareat nedū de semipleno d. Antici interesse (quale
iura præallegata sufficere volūt) verūetiā plusquā plenè de
2 illo cōstat. † Quinimò si rectè attendamus, licet principali
ter causa prędicta fuerit agitata inter dictā dom. Ysabellā,
& certos pręnominatos debitores in executionē certo-
rum instrumentorum, cuiusmodi causarum dictus iudex
Retroclamorū est iudex specialiter deputatus, in quo suis
actū incidēter super dictorū instrumentorū, falsitate, spe
ctat nihilominus hæc causa principaliter ad dictū anticū
notariū, qui dicta instrumenta confecit, pro vt ostēdit per
multa Phil. Cor. cōs. 261. inc. de duobus, &c. vol. 15. in lite
ra. g, ver. sed hoc nō obstante. vol. 4. vnde sequit ꝙ ex quo
fit d. do. Antico ex huiusmodi processu & sententia præ-
iudicium, licet non plenum, potuit Anticus sępedictus ne
dū ab huiusmodi appellare sentētia verū etiā nouā incho a
re instantiam, vel ab incœpta desistere, ſm dominū Ant.
in d. c. cū super. vbi etiā Feli. extrà, de re iudi. & nor. Doct.
3 in l. si à quo. ff. de rei vendi. † Demōstremus ergo dictę sen
tentiæ nullitates, & in consequentiā legitimitatē appella-
tionis dicti Antici, cui etiam immiscuit nullitatis & recur
sus remedium, vt constat ex processu. Et insequendo ma-
gnifici Francisci Romen (quē non minus ac fratrē maio-
rem colo) vestigia, qui tantis dictam sententiam rationib.
& auctoritatibus confutauit, vt nullus superaddendi locus
relictus esse videat: sufficeretq; nuda mea subscriptio, quā
in dicti magnifici consultoris condescendisse sententiam
ostēderem, nisi me docuissent maiores, illud vnumquodq;
scire iudicandum esse, quod optimis rationibus & auctori
tatibus demonstraret. Vnde colligēs spicas ex optimi mes
soris collapsas, vel potius neglectas manibus, pauca hæc
subdā, quibus me in præfati magnifici cōsultoris & fratris
opinionem non iniuria condescendisse demonstrabo.

In primis dū sępedictus dominus consultor causas pon
derans, quas ex constitutionibus Cataloniæ tenentur iudi
ces in suis assignare sententijs, licet secus esse dicat Barto
lus de iure communi in l. qui testamēto. §. itē quæro. col.
12. ver. itē ex isto textu. in lectura Nicol. de Neapo. & ibi
Ang. ff. de excusa. tutorū. & cōs. 67. ver. 1. dicebat. resoluit
dictus dñs cōsultor pro nullitate dictæ sententię, ꝙ iudex
in dicta sententia pro causa assignauerit, nōn cōstare ex te
stiū depositionibus, ꝙ Franciscus Castillo principalis, tpe
obligationis cōtractę, nec aliàs, fuisset in dicta ciuitate Bar
chinon. vbi celebratus est contractus obligatorius, & in-
strumentū prædictū, cōcurro cum d. do. Consultore, qm
vt ipse deducit eleganter, huiusmodi testes non probāt ne
gatiuā illam quā iudex præsupponit in sua sentētia. Testis
etenim ad hoc vt concludenter super negatiua deponat, re
mouere debet actū à sensu non contra sensum ab actu, se
cundum theoricam Bar. in l. diē proferre. §. si plures. ff. de
arbi. vbi dicit, ꝙ testis super negatiua deponens, debet ēt
ad hoc vt probet dicti sui rationē reddere, ēt nō interroga
tus, dicēdo, talis homo vel res tpe cōtractus de quo quæri
tur, nō extabat aut erat in dicta ciuitate, & hoc scio, qa ha
beo notitiā omniū qui erant tali tpe, & nullus extare pote
rat quē nō nouissem, & sic, vt pbari posset huiusmodi ne
gatiua, oporteret ꝙ coarctaret re, loco, vel tpe aliàs testis
videret deponere velle super his, q in sensum corporeū
cadere nō possunt, quo casu nedū non probaret, verūetiā
tāquā falsarius puniri deberet, vt not. Inn. in c. licet. vbi Io.
de Imo. & alij. extrà, de proba. & abundè Lanfrā. de Oria.
in repeti. c. qm contra falsam. in proœ. in 3. notab. eo. titu.
Franc. de Curte, cōs. 72. inc. magnificus vir, &c. dñs meus
Philippus Decius cōs. 37. versi. 3. dato, &c. præsertim quia
in causa appellationis dictus Anticus (vt deducit præfatus
dominus consultor) probauit ꝙ tempore celebrati contra
ctus viuebat in dicta Barchinon. ciuitatē Franciscus Ca-
stillo mercator, in vico vulgo denominato de la Canuda.
Ex quibus resultat concludenter dictam sententiam latā
fuisse ex falsa causa, cum etiā (cessante dicta contraria pro-
batione) illa negatiua super qua fundatur dicti iudicis Re
troclamorum sententia (scilicet ꝙ tempore celebrati con
tractus, &c. vt suprà dicebatur) prolata non fuerat legiti-
mè, in cuius cōsequentia sequitur, quòd dicta sentētia lata
fuit expressa falsa causa, siue per relationem ad actū, vtro-
que enim casu sententia prædicta est nulla, vt remissiuè
probat Feli. in c. sicut. col. 11. in 6. & 7. fallē. post Abb. ex-
trà, de re iudi. Et ita in facti contingentia per iura multa
4 quæ allego tenui suprà consi. 66. versi. 1. † Impugnat etiā
sententiam illam dictus magnificus consultor alio nullita
tis defectu & causa, ꝙ in eadem dicatur quòd tempore ce
lebrati contractus, nullus erat beneficiatus in ecclesia Bar-
chinon.

chinon.vocatus Ioannes Trull,licet esset vnus qui diceba tur Iacobus Benedictus Trull, qui tñ nõ fuit testis adhibi tus in contractu,& non cognoscebat,Ioannem Stephani, in cuius firma fuit appositus dictus Ioães Trull in instru mento.Nam,vt dictus duminus cõsultor dicit,(& bene) non constat q ille Trull. qui fuit in testamẽto productus, esset ille testis qui descriptus est in instrumento.Vnde nõ obstat q neget se præsentẽ fuisse in his quæ descripta sunt in instrumẽto quod tñ erat necessariũ,vt per multa fundat dictus dñs consultor: quibus addo ita resoluisse in termi nis dominũ meũ Philippũ Deciũ cõs.1 t t.inc.diuino,&c. & pro tenui.col.2.versi.bene facit quod dicit dñs Card.& ver.3.principaliter,&c.vol.j.vbi allegat inter cętera Card. & Abb.in c.cum Ioannes.extrà, de fide instr. quos dictus dominus consultor allegauit.

Et aliunde placet mihi sua consideratio subtilis & plena succi,q iste Trull, non fuit principaliter descriptus in in strumento:vnde infert q etiã si fingamus in illo capite fal sum esse instrumẽtũ,ex quo falsitas illa esset in accessorijs, non redderetur ex hoc in totũ dictũ instrumentũ falsum. Et ad hoc videatur dñs meus Philippus Decius cõs.317. inc.visis q̃ acutissimè scripta sunt, &c.ad fi.vol.2.vbi fir mat conclusionẽ illã dñs meus,nedũ vbi falsitas in accesso rio cõmissa,esset,verumetiã in principali,dum tñ essent
5 aliqua separata. † Consideratio ẽt dicti domini consulto ris contra instrumentum , scilicet q licet dictus Trull, & quidã Antonius Queralt in dicto instrumento descripti, & in firma aliquorum ex fideiussoribus negẽt se dicto cõ tractui præsentes fuisse,non reddi ob id instrumentũ fal sum,iuridica est.Quã ẽt authoritatibus & rationibus mul tis firmat & cõprobat dñs meus Philippus Decius consil. præall.a 10.& per totũ.Et sic iuridica est d.do.consultoria conclusio , in qua conuenio cũ eodẽ,q dicta sentẽtia de beret per audientiã Regiã reuocari,aut saltem reformari,
6 dictarũ nullitatũ & iniquitatũ prætextu.† Cuius etiã sen tentiæ nullitas colligitur aliunde nullitas, inquẽtum declarauit in strumẽtum prædictũ esse falsum, per theoricã Pau.de Cas. quando dicit q ad hoc q declarari possit aliquod in strumẽtũ esse falsum,debet prius vocari notarius si viuat.

Insuper attendatur q falsi prolatio , quæ fit per conie cturas nõ est sufficiens:sed nec illa quę fit per pręsumptio nes,sed debet necessariò concludere,vt est gl.notab.quam ibi not.ad hoc Bal.in l.iurisger.tium. §.quod ita.in ver cõ trariũ approbatur.ff.de pact.& not.Sali.in l.de tutela.C.de in integr.resti.minorũ.sequit Alex.cons.69.inc.viso pro cessu inquisitionis.&c.vol.1.Card.in consi.56.inc.in elu cidatione,ad fi.refert & sequitur do.meus Philp. Deciua in præalleg.consi. 101.in 2.dub.qui ad hoc propositũ alle-
7 gat multa.† Nec obstat si dicatẽ esse speciale in crimine fal si,q sola falsitatis suspicio pro concludenti probatione ha beatur,vt voluit Archid.& sequit Gem.in c.in memoriã. 39.distinct.per tex.in l.iubemus:ibi, taoquã falsarios esse detinẽdos.C.de proba.q dictum Archid.approbat Io. de Ana.in rub. ext.de crimin.falsi.ad fin.& ad hoc ponderat Abb.tex.in c. porrecta.in 3.notab.extrà,de confirm.vtili vel inutili.dum dicit: puniat eosdẽ tanquã falsitatis aucto res.quod etiam.videtur Hosti in sua summa tenere,in tit. de crim. falsi.§. qualis probatio. vbi allegat d.l.iubemus. quã etiã sententiã videtur sequi Francis.de Curte,cõs.55. & hoc præsertim videtur esse magis expeditũ in casu no stro , in quo plures concurrere videntur falsitatis præsum ptiones,per iudicẽ primitiuũ in sua sententia sæpeallegata relatæ. Respõdeo etenim q nullo modo dicto antico pòt crimen falsi prædictum impingi:quod sic probatur:pręter id enim q falsitatis probatio debet necessariò cõcludere, vt suprà dicebamus,& tenet Alex.consi.24.inc.viso testa mento,&c.vol.t.& consi.93.col.1.vol.5.Anch.consi.23. inc.visa inquisitione.Fulg.cõs.173. inc.in causa inquisitio nis,&c. pro vt refert & sequitur dñs meus Philip. Deciua cõsi.575.inc.in causa falsitatis,&c.2.dubio.vol.j.attendẽ de bet q in dubio fieri debet interpretatio, q falsum exclu-

datur,vt not.Bal.in d.§.quod ferè. & in l.Imperator.ff.de statu ho.Bar.in l.quoties.C.de hæred.inst.Alex.vbi suprà. Io.de Imo.consi.504.inc.visis, &c. & dñs meus Decius præall.cõsilijs 505.& 575.vbi ad dictũ cõtrariũ multiplici ter respõdet.idẽ consi.189.inc.lætatus sum,&c.in 1.dub.
8 eo.vol.& ita tenui suprà consi.36.versi.9.† Accedat q te stes qui cõtra instrumentum deponunt,debent esse maio res omni exceptione , aliàs non reputantur idonei contra dictũ instrumentũ.l.optimã. C.de contrah.& cõmit.stip. Bar.in l.1.§.si quis rogatus.ff.quemad.testa.aperi. Ful.con silio.79.incip.quidam nomine,&c.Raph. Fulgo. Cuma. consi.537.inc.ad primũ.quod consiliũ videatur.& refert, & sequitur dominus meus Decius pręall.consi. 105.ver.3. ad confirmationẽ,&c,vbi etiã dicit q testes qui ad impu gnandũ instrumentũ adducuntur,non probant, nisi sui di cti rationem(etiam non interrogati)adducant.de quo per Bal.in l.si actor.col.3.C.de proba. Ang.in l. 1.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. & qualis exigatur ratio docet Ang.in §.hinc nobis.ad fi.in auth.de hæred.& falcid. Cũ ergo Ri bas,qui contra dictum notariũ deposuit sit partis alterius procurator,& aliàs dicti sui rationem sufficientẽ non ad ducat, sequitur instrumentum prædictum impugnari nõ posse,& multò minus de fallo argui,vel falsum esse.

Ex quibus in vnam massam digestis,concludo cum pręfato magnifico domino consultore sententiã prædictam nullã esse, aut saltem iniquam debere per audientiam Re giam declarari, & ideò bene fuisse recursum, præfatamq; sententiam annullandam esse,aut saltem in melius debere commutari.& ita,vt est suprà dictum & conclusum, deci debam & resoluebam,saluo,&c.Barchinonæ 1526.ad lau dem & gloriam Dei. Ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *INterlocutoria sententia quæ dicatur, & in quo à diffini tiua discernatur: & quòd mandatum de sequestro fien do, & omnis iudicis comminatio vel prohibitio,est in terlocutoria sententia.*

2 *Sententia alimentorum , vel super alimentis reddita , an & quando sit interlocutoria, & quando diffinitiua.*

CONSILIVM. LXXXIII.

NEc ex maritis causę & processus, nec ex teno re sententiæ & eius narratione, vel aliàs,cõstat 1 q sentẽtia prædicta, de qua agitur,diffinitiua sit,sed interlocutoria. Nã per verba sententię constat apertè, q propter emparam Ioannes Florenca prætendens se non posse restitutione facere ca ptiuorum Antico de Bona,nec teneri ad prestandum illis alimẽta,voluit illos in posse curiæ deponere:& fuit proni sum q interim,donec empara cãcellaretur,dictus Florẽca seruos prædictos penes se teneret pro manifesto curiæ,& donec esset eidem satisfactum in alimentis.

Ex quo primò cõsidero,q dictę emparę causa interlo cutoria est,cũ nihil aliud sit empara,quã iudicis prohibitio & comminatio de vendendo, vt dicit Iacob. Marquilles, in vsat.magnates.ver.quæro quo iure procesit empara.& in vsat.rusticos si desamparauit.omnis enim iudicis com minatio,vel prohibitio interlocutoria est.C. cõminat.vel epistto.Bal.in l. t.col.3. C.de hered. insti.Ita etiam Feli.in rub.extrà,de re iudi.Laufran.de Oriano.in repe.c.quoniã contra falsam.in ver.interlocutiones,appellationes.extrà, de proba.dominus meus Iason in l.properandum,ad prin cip.C.de iudi.& in l.à diuo Pio. §.in venditione.versicul. 30.ff.de re iudi.domini Tolosani q.48.& 129.& Fran.de Aretio consilio.20. Cotsetus in suis singularibus.in ver. præceptum,&c.

Insuper empara nihil aliud est quàm sequestrum, vt di cit Idem Marquilles in vsat. simili modo.in ver.empara mentũ. Sequestrum aũt est quoddã præparatoriũ ad meli

nu, vt dicit Frãc. de Curte in l. vnica. C. de prohib. sequest. pecu. meritò ergo sequestratio interlocutoria est, vt dicit Spec. tit. de sequest. propriet. & fruct. cum speret sententiã super proprietate, sicut sperat empara. Si ergo principale est interlocutoriũ, & causa principali est interlocutoria, quic quid ex ea descẽdit erit & interlocutoriũ: qm̃ accessorium sui principalis naturã sequatur, vt sunt iura vulg. Et in termi nis nostris apparet, q̃ dicit in sententia, tãdiu donec empa ra fuerit cãcellata: ex quo rescisso principali, recisa erit alimẽtorũ pstatio, & depositũ p curiã factũ, q̃ sunt accesso ria, vt dicit gl. in l. si patron⁹. §. parui. ff. si quid in fraudẽ pa tro. & dñs me⁹ Phil. Dec. in regula l. cũ principalis. ff. de re. iur. & nedũ cõstat per prædicta dictã alimẽtorũ sententiã interlocutoriã esse, cũ sit accessoria ad emparã, & sunt pstãda donec sequestrũ duret, q etiã sequestrũ suprà mon strauimus esse interlocutoriũ, verumetiã omnes doctores admittunt, q vbi agitur super alimentis incidenter, senten tia lata super illis est interlocutoria, & non diffinitiua. Ita not. Philippus Francus. Præpo. & doctor. in c. cum cessan te. extrã. de appell. ex sententia aũt prædicta constat alimẽ ta venire incidenter. nam principalis petitio fuit deponere velle seruos in posse curiæ: sententia similiter principalis fuit q deponatur, & incidenter declarat q alimententur donec depositum durauerit, & empara nõ fuit cancellata: Concludendum ergo erit indubiè sententiam prædictam fuisse simpliciter interlocutoriã. †Bar. insuper in terminis his decidit casum illũ in l. si q̃s ex liberis. §. si q̃s ex his. ff. de li. agno. dicens, q tũc demũ est sentẽtia alimẽtorũ dif finitiua, qñ fuit ordine iudiciario processum, quanuis de se causa sit summaria: videlicet quia fuit pars debito modo citata, lis contestata, & dilatio data: & hoc si non fuerit fa ctum, sed cum sola citatione, & absente parte declaratum præsertim quia causa maior est quinquaginta solidorum, tenebantur iudices talem ordinẽ seruare. Sed quia videba tur huiusmodi declarationem leui esse præiudicij, eò quia mandabatur prestari alimenta (donec esset impedimentũ emparæ) per dictũ Floreca, & quæstio non erat principali ter super alimẽtis, sed super proprietate & possessione ser uorum, fuit (vt est dictum) declaratum: & sic sumus in ter minis & dispositione gl. in d. l. si q̃s à liberis. §. si vel parẽs. quæ facit dictam sententiam interlocutoriam. & doct. ibi sequuntur eã. Et ita vt est dictũ, & cõclusũ, dicebã, saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laudẽ & gloriã Dei Ego. Celsus.

SVMMARIVM.

1 Annui redditus quasi possessio probatur ex bina, vel terna solutione illius, vel præstatione. Et potest agi possessorio iudicio pro annua præstatione. nu. 2.

3 Collatio facta per ordinarium, spreto laico patrono, non est nulla, sed annullanda.

4 Regulam iuris habens pro se, dicitur suam intentionem habe re probatam.

5 Spoliato petenti restitui ante omnia, non põt obijci de titulo spoliatoris: sed nec alterius, quando est ita connexum: quòd opponi non potest, quin commodum inferat spolianti.

7 Literæ manutenẽtia Regiæ, per quas mandatur quòd quis manuteneatur in possessione in qua repertur, si sunt super re spirituali, nõ impediunt ecclesiastici iudicis processum.

CONSILIVM LXXXIIII.

Paritis recolo me iuuenẽ Philosophiã au dienre legisse apud Aristotelem in 2. Ethico rum, q duobus existentibus amicis prçhono rare veritatem sit sanctum. Consulius igitur in quadã causa, quã honorabilit Sebastianus Costa presbyter contra Franciscũ Monells habet, nõ du bitabo veridicam resolutionem exprimere, licet in dicti Monells causa præstantissimus iurit vtriusq; doctor do. Hieron ymus Fermes canonicus Vicen. vt pater mihi ve nerandus, se præstiterit defensorẽ, ratione interesse q ha-

1 bet. † Et cum rem apud doctissimos tum iudicem, tum par tem agatur, ero contentus paucis, quoniam viros cõsilbt non in dicendo multa, sed multum. Et (vt semel incipiã) præsupposita solutione dicti redditus annui 15. solidorũ, per dictum Monells facta domino consulenti, dici põt q ipse dñs Costa consuleos, sit in quasi possessione dictum annuum redditum percipiendi à prænominato Monells, vt resoluit in terminis Petrus Iacobus de Aurelio in suo tract. libellorũ, in tit. super pensione seu redditu. versic. itẽ credo, &c. vbi dicit q ad hoc q quis dicatur esse in quasi percipiẽdi possessione annuum redditum, sufficit bina vel teroa præstatio: quòd dictũ refert & sequitur Guido papç in suis decis. Delphinal. q. 407. incip. quia suprà proximè. Quinimò voluit Roma. consil. 31 1. inc. in casu propositæ quæstionis, &c. ad fi. q probata soluttione pensionis vnius ecclesiæ facta per quondam emptorem, probetur dictæ ecclesiæ quasi possessio, in tantum: quod potest ecclesia cõ tra talem cessantem soluere, intentare possessionẽ recupe randæ, tanquam contra spoliantem. & ita in contingentia facti resolui pro monasterio beatæ Mariç de Montesserra to contra quondam nobilẽ, suprà cons. 13. versi. 19. & seq.

2 † Nec credo in dubium refricari, an possit agi possessorio iudicio pro annua præstatione: quoniã licet olim de hoc fuerit dubitatum, attamen hodie communior est opi. pro affirmatiua, secundum q not. Roma. in d. consi. 311. & la tius examinat. Io. Fabri. insti. de actio. §. præiudiciales. col. 9. & in §. retinendæ. in 5. & 6. col. insti. de interd. & ita etiã tenent do. Tolosani decis. 59. & do. meus Philipp. Decius. cons. 136. inc. in causa reuerendi ac præstantissimi viri. col. 1. vers. pro resolutione, &c. vol. 1. vbi monstrat nedũ non fuisse necesse huic domino Costa possessorium intentan ti causam allegare vel titulũ, quare sibi data pensio annua 15. solidorũ debeat: quod etiã tenet Bal. in c. querelã. ext. de elect. idem & doct. in l. soleni. §. fi. in vlt. q. ff. de off. pro con. & leg. verumetiã (quod est multò plus) q si in tali pos sessorio fuerit allegata causa, nihil oberit licet non probe tur. Ita not. Innoc. in d. c. querelã in fi. quẽ refert, & sequitur Angel. in l. 1. col. 2. ff. de edendo. vbi dicit q si dico q me spoliasti possessione annui census, mihi debiti ex tali cau sa, quãuis nõ probetur illa causa, sufficit ad victoriã spolia tionẽ probare. & dicit se ita obtinuisse illo anno in facti cõtingentia. & idẽ tradit in l. fi. cõl. 1. versi. & præmitto. C. de annali excep. quem refert, & sequitur dñs meus Philip. Decius, vbi suprà, qui ad hoc allegat multa: de quo etiam per Feli. in c. sicut. in princip. post Panor. & alios ibi, ext. de re iudi. licet Io. And. in c. peruenit. ext. de cẽsi. videatur alã ter sentire. cui satisfacit Feli. & do. meus Phil. Decius, vbi suprà. & ita etiam resolui in prealleg. consi. 13. ver. 14. Ideò videtur esse sublatum dicti Monells fundamentũ, s. de nul litate tituli. Quoniã si in hoc iudicio non teneat causam aut titulũ probare, ex quibus dicit sibi deberi pensionẽ illã annuam. 15. solidorũ, licet allegauerit titulũ, scilicet q sibi tãquã beneficiato sanctæ Mariæ in ecclesia sancti Iuliani de Cacorba debeatur, non potest (vt dixi) de tali nullitate allegari, cum nõ esset necessario allegandus, aut probãdus, vt suprà dicebamus. vt not. Cald. in cõs. 1. sub rub. de causa pos. & pp. Et tenet Rota decis. 679. inc. not. q i causa, &c in antiq. Et maximè, quia in præsentiarum non agitur su per ipso beneficio, sed super iuribus duntaxat ipsius, non est necessaria tam plena probatio, qualis si super ipso bene ficio, ageretur principaliter, vt not. Inno. & doct. in c. liter ris. ext. de rest. spol. et est gl. pragma. sanctionit, in tit. de pa cis. post. in §. ordinarij. in ver. inquirãt. Et si dicamus esse necessariò probandum titulũ, sufficeret probare colora tum (vt omnes in hoc iudicio admittunt) qualis vltro ap paret titulus d. domini Costa, secundum gloss. pragmat. sanct. in præall. tit. in princip. in gl. in ver. coloratum. Nulli tas etenim tituli etiam proueniens ex statuto, non impedit acquisitionem possessionis, vt deducit Alex. consi. 103. ad fi. volum. 6. †

3 Præterea iste dominus Costa prouisus fuit per ordinarium de dicto beneficio, quod quidem bene-

ficium quamuis esse dicatur de patronatu laico, & per d. lai
cum patronō dicatur, esse præsentatus d.do. Hieronymus,
vt præsupponitur vtrunque verificatum esse in processu
quodam in hac causa producto (quē tñ non vidi) certè col
latio dicti Costi, ēt si facta esset spreto d. patrono laico, nō
est ipso iure nulla, sed anuullanda, dicto tñ patrono suum
contemptū prosequente. vt firmant Abb. & Feli. in c. cum
Bertoldus. ext. de re iudi. & in c. illud. per illum tex. ibi, irri
tanda, & c. ext. de iure patro. & not. omnino do. meus Ro-
chus de Curte in suo trac. iuris patro. in ver. honorificū &
aliàs d. regula (q instituttio facta per ordinariū spreto laico
patrono sit nulla) limitatur per dictos Abbatē, Feli. & do.
meū Rochū nouē vel decē fallentijs: & aliàs cum ordina-
rius, qui d.do. Costa prouidit de huiusmodi beneficio, præ
tendit ius tūc fuisse ad ipsum deuolutū: & sic dicti Costa ti
tulus, non est tam notoriè nullus, vt prætenditur ex aduer
4 so. † Vlterius iste dñs Costa regulam iuris habet pro se, q
scilicet spoliatus debet ante oĩa restitui, vt est gl. Io. Andr.
in rubr. de reg. iur. lib. 6. in Mercurial. not. Bal. in c. 1. col. 3.
ext. de alie. iudic. mut. causa facta. not. Abb. in rubr. ext. vt li
te nō cōlter. Bar. in l. quotiens. ff. qui satisd. cog. & est tex. in
l. suus quoq;. §. puto. ff. de hæred. instit. & in c. venerabilib.
§. pōt quoq;. de sentētia excom. li. 6. & ita in consulēdo te
nui, vt patet suprà consi. 65. ver. 10. vbi ad hoc multa accu
5 mulo, & latius hāc materiā prosequor, † Dico ergo q per
istū dñm Costa Intētatur iudiciū præsens cōtra dictū Mo
nells: & considero q aut iste Monells dictū Costa spolia
uit dicta quasi possessione percipiendi dictos 15. solidos
annuos: & certè ille non posset allegare d.do. Hieronymi
Ferreres titulū. c. in literis. ext. de resti. spol. aut verò dici-
mus d.do. Hieronymū sępedictū Costa spoliasse: & hoc
ēt casu non posset dictus Monells, contra quē agitur, prę-
fati do. Hieronymi titulū allegare, ex quo ius dicti Mo-
nells est ita cōnexū cū iure do. Hieronymi, q opponi nō
pōt quin inferat ipsi do. Hieronymo spolianti cōmodū.
Ita not. Inn. c. veniēs. ext. de sponsal. quē refert, & sequitur
ibi do. Antonius in d. c. in literis ext. de resti. spol. Nec etiā
video causam, quare in hoc iudicio præfatus magnif. do.
Hieronym' Ferreres, intantū velit suū titulū colorare, de-
presso sępedicti Costa titulo, quoniā (vt ipsemet do. Hie
ronimus fatetur) fuit ēt prouisus ordinarij authoritate. &
sic titulus illius eodē vitio laboraret, quo titulus dicti Co
sta: & præsentatio patroni nō cōfert ei ius, cum sit laicus
patron', vt not. abundè do. meus Rochus, vbi suprà in ver.
6 ius. q. 3. & 4. † Postremò non obstat q d.do. Hieronymus
visus est dictā spoliationē sępedicti Costa in factum iudi-
cis reijcere, dicēs q præfatus Costa fuerit spoliatus per li
teras manutenentiæ Regiæ, vnde nō veniat ante omnia re
stituēdus, vt est gl. ordi. in c. in præsentia. 7. q. 1. & tenet Ar
chid. in c. quis præsulatus. 1. q. 4. Præter enim ea quæ ma-
gnificus do. Romęus de Olleis, vti pater mihi venerādus,
in prosecutione respondit, dicere possumus, q vbi constat
de spoliatione iudicis iniusta, vel q iudicialiter non spolia
uit, sed extraiudiciariè processit, vel etiam si iudicialiter,
sed non habeat iurisdictionem, debet ante omnia restitui,
ac si à priuato spoliatus esset, vt monstrat abundè Feli. in
c. cum causam. in princ. extrà, de off. deleg. & in terminis
nostris decidit Anch. cons. 249. inc. ad prædicta dubia, &c.
vbi voluit quòd quando aliquis de foro ecclesiastico pos-
sessione priuatur (etiā per sequestrum) authoritate iudicis
secularis, dicitur spoliari, & tanquam spoliatus restitui de-
bet: & subdit quod ille tenetur, ad cuius instantiam eccle-
siastica persona fuit per secularem iudicem, vt est præmis-
sum, spoliata. Et certè mirum est, quòd voluerit dictus do
minus Hieronymus allegare, quòd in hoc principatu Ca
taloniæ cognoscat curia secularis de simplici iudicio pos-
sessorio in beneficialibus: quoniā, quicquid sit in Regno
Franciæ, in quo Regia serenitas prætendit suos officiarios
ex priuilegio cognoscere posse, cōtrarium hic obseruatur,
vt docet experientia rerum magistra.

Ex quibus in vnū cōgestis, resoluamus d. dom. Costa iu
stissimè inniti: & ipsum debere tanquā spoliatū ante oĩa
restitui, non obstantibus ex aduerso deductis. Et ita vt est
suprà dictū & cōclusum, decidebā & resoluebā, saluo, &c.
Barchinonæ 1526. ad laudē & gloriam Dei. Ego Celsus.

Subscriptio magnifici domini Hieronymi Franch ad præcedens consilium

7 † Attētis meritis processus mihi ostēsi, & informatione
mihi transmissa per dominū officialē Vicen. & quia ma-
nutenētia Regia non impedit ecclesiasticū iudicē suā iuris
dictionē exercere, propter verba d. manutenētiæ Regiæ,
ibi, Et ducet d. manutenētia Regia, donec per ecclesiasticū
iudicem fuerit aliter declaratū, &c. & aliàs non constat de
canonica institutione d.do. Ferreres, nec de eius quasi pos
sessione recipiendi à dicto Monells: nec è contra de quasi
possessione dicti Monells soluendi sępedictis d. Ferreres: Nec
obst. not. per Bar. in l. si vrbana. & ibi Ias. ff. de cond. ind. &
cano. in c. nihil. de elect. Respōdeo enim ad illa pro vt ma
gnificus do. Celsus suprà in consil. præcedenti dicebat, &
maximè q de canonica institutione sæped. domini Ferre
res non apparet: & ita dico esse iuris, pro vt idē dominus
Celsus suprà scripsit, et eiusdē intentionis sum ego Hiero
nymus Franch, iuris vtriusque doctor.

SVMMARIVM.

1 *DElicta quæ cōmisit aliquis in alieno territorio, de qui-
bus iudex cognoscere non potest, vel de quibus fuit
punitus, vel de quibus abolitionē obtinuit à prin-
cipe accumulantur ad effectum aggrauandi delictum po-
stea commissum. Quinimo delicta, de quibus fuit absolu-
tus per iudicis diffinitiuam sententiam.*
2 *Sententia absolutoria non tollit actionem ipso iure, quæ con
tra absolutum competebat. & nu. .*
3 *Absolutus per diffinitiuam iudicis sententiam, an & quan-
do possit super eodem casu vel facto conueniri. Et quid in
iudicio naturali. Et si huiusmodi absolutoria sententia su-
per delictis lata fuerit in ecclesiastico iudicio, an poterit
iteratò super eisdē corā laico iudice cōueniri. et nu. 4. et 5.*
5 *Iniustitia manifesta & notoria, reddunt sententiam semper
nullam, ita quòd potest dicta sententia semper retractari.*

CONSILIVM. LXXXV.

TITIVS mihi præsupponitur de pluribus cri-
minibus, de quibus tamen per accusatores cū
fisco ēt corā ecclesiastico iudice (cum esse di-
catur simplicis tonsuræ clericus) processum
fuit, & per eundem iudicē ecclesiasticum, tū
specificè tum generaliter per diffinitiuam sententiā suam
absolus. Quæritur à me si d. crimina de quibus (vt est prę-
missum) fuit absolutus, possint in hoc iudicio contra d.
Titium corā laico iudice opponi, (corā quo contra ipsum
proceditur super alijs delictis & criminibus, per ipsum Ti
tiū, vt prætenditur per d. sententiā, comissis) ad effectū vt
per d. iudicem secularem possit puniri, saltē d. crimina, de
quibus (vt est dictū) fuit absolutus, accumulando: maximè
cum dicti iudicis ecclesiastici absolutoria sentētia in rem
non trāsiuerit iudicatam, imò per appellationē sit suspēsa,
& tēm fatale non sit elapsum: quod etiā si maioribus dene
gari posset, attamē vni coappellātium, qui est minor, saltē
restitutionis in integrum beneficio denegari non posset.
1 † Et omissis verborū anfractibus, considero quòd delicta
etiam de quibus cognosci non potest, siue quia in alieno
territorio commissa fuerunt, siue quia ex condemnatione
secuta fuit punitus pro illis, siue etiā delinquens ex præ-
scriptione vel abolitione principis saluetur, accumulātur
nihilominus ad effectū aggrauandi delictū postea cōmis-
sum, vt not. Bart. Bal. Alb. & doct. in auth. q semel. C. quo

& qñ iudex.& in auth.sed nouo iure.vbi etiã Moder.C.de
seruis fugi.not.Alex.in apostil.ad Bar.in l.si cui.§.fin.ff.de
accus.not.Ias.in l.si idem cum eo.col.2.versi.3.quia deli-
cta,&c.ff.de iurisd.omniũ iudi.not.Anch.remissiuè in re-
pet.c.canonũ statuta.versi.format alibi idẽ Bal.ext.de cõ-
stit.Aret.in suo tract.malefi.in gl.in ver.& vellem cęlestẽ.
quamuis Franc.de Aret. senserit aliter de illo qui iam puni
tus fuit,in c.cũ non ab homine.ext.de iudi.& ca.sicut.col.
2.eo.tit.& Feli.in c.cũ contingat.col.2.ext.de foro cõpet.
cõtra quos attamẽ est cõmunis opi. vt suprà dicebã. Sic ẽt
dicendũ est post Bal.in præall.auth.qui semel.ꝙ delicta de
quibus diffinitiuè quis fuit absolutus, aggrauẽt subsequẽ-
tia delicta,vt ibi cõcludit per illũ tex. vbi prima cõtuma-
cia euacuata per refectionẽ expensarũ,est proficua ad aug
mentationẽ pœnæ inducendã in cõtumaciã secundã:& lo
quitur in sentẽtia, quæ transiuit in rẽ iudicatã:qm̃ pro sen
tẽtia quæ per appellationẽ est suspensa,iura nõ præsumũt.
Rationẽ huius dicti assignat idẽ Bal.in quodã suo cõs. inc.
in Christi nomine,amẽ.quẽ refert,& sequitur Anch.in re
gu.ea quæ fiũt.li.6.vbi sententiã absolutoriã æquiparat cũ
sentẽtia condẽnatoria post satisfactionẽ secutã,l.si quis cũ
totũ.§.planè.ff.de excepi.rei iudi.& ibi doct.& in c.Feli-
cis,de pœn.li.6.Si ergo absolutoria sentẽtia & cõdemnato
ria,qñ fuit secuta satisfactio sint eædẽ, sequitur ꝙ sicut cri
mina de quib. fuit aliquis mediãte sentẽtia punitus, aggra
uant subsequẽtia delicta(vt suprà dicebamus:)sic ẽt dice-
mus de illis delictis,de quib. fuit absolutus, præsertim qñ
veraciter de priorib.delictis fuerat annotatus, vt est tex.
2 & doct.in l.2.ff.de pœ.† Et ad prædictorũ corroboratio-
nem, considero ꝙ absolutoria sententia nõ tollit ipso iure
actionẽ,quæ contra absolutũ competebat, vt not.Bar.in l.
cum à te.ff.de dolo.& in l.eleganter.§.si dolo.eo.tit.& in
l.Iulianus verũ debitorẽ.vbi Alex.& moder.ff.de cõdi.in-
deb.vbi Bar.Bal.& alij volunt, ꝙ licet absolutoria sentẽ-
tia perimat instantiã,non tñ perimit actionem: quod etiã
tenuit Pau.de Castr.cons.345.qui quidẽ doct. loquuntur
in sententia à qua non fuit appellatum,& quæ alias in rem
transiuit iudicatam, & sic in fortioribus terminis quam si
mus,cũ præsupponatur ab absolutoria prædicta fuisse ap-
pellatũ,& secundum fatale nõ expirasse, vt in themate di-
3 cebamus.†Similiter attẽdamus distinctionem quã facit gl.
in d.l.Iulianus verum debitorẽ.quam etiam gl.distinctio-
nem Bar.Bal.Alber.& alij communiter doct.(solo Fulgo
sio dempto)cõmuniter approbant dum volunt ꝙ qñ reus
fuit absolutus eo quia nihil debet,tunc non possit amplius
per creditorẽ conueniri, etiã per instrumenta vel proba-
tiones de nouo repertas:quia illud est speciale fauore pupilli
& rei publicę.l.Imperator.cum gl.ff.de re iudi.& l.sub spe
cie.C.eo.secus aũt(aiunt) si fuerit absolutus reus,quia ple
nè non probauerit actor,vel quia nihil probauit : quia tũc
poterit de nouo agere creditor,& de nouo probare,sm̃ gl.
prædictam:cũ qua(vt suprà dixi)oẽs doct.solo Fulg.exce
pto,trãseunt. Quã etiã gl.distinctionẽ ampliat Ias.in repet.
l.admonendi.col.36.ver.eodẽ modo.ff.de iureiur.vt pro-
cedat nedum quando dictum fuit expressè in sententia
absolutoria,quia non fuit probatum , verum etiã vbi istud
colligeretur,habita relatione ad acta,per l.aït Prætor.§.iu
dex.ff.de re iudi.siue etia simus in dubio,quia tunc præsu-
mitur lata sententia quia nõ fuit probatũ, l.si quis ad exhi
bendum.ff.de except.rei iudi.& in dictis casibus non ob-
stante d.sententia.poterit(vt subdit ibi Ias.præd.)de nouo
agere quãdocunq;:pro quo allegat gl.1.suprà alle.& doct.
in d.l.Iulianus verum debitorẽ. ad ꝙ etiã videatur Ang.
Io.de Imo.& Frã.de Are.in l.ex duobus.ff.de duo.reis.&
Feli.in c.de his.in secunda restrictione 6. fallentiæ. ext.de
accusa.Sententia etenim iudicis absolutoria,sicut facere nõ
põt quin ille qui in veritate est debitor non sit adhuc ve-
rus debitor,sic etiã facere non põt quo minus criminosus
absolut⁹(quia delicta probata nõ fuerũt) remaneat adhuc
criminosus.Ad quod est tex.in spe.in d.l.Iulianus verũ.de-
bitorẽ.ibi,licet.n.absolut⁹ sit,&c.p quẽ tex.Ang.& doct.

ibi,post Inn.in c.cum cõtingat.ext. de dolo.volunt quòd
per sententiã non possit immutari restitutio naturalis ve-
ritatis,ita ꝙ si quis condẽnetur iniustè ad aliquã rem resti-
tuendũ,dato ꝙ illã restituere posset,non tñ condemnabi-
tur si nõ restituit. Quantò ergo magis in proposito casu,
in quo d. sententiã absolutoriã nedum apparet latã fuisse,
quia iudex in d. sententia referat plenè probata non fuisse
dicta crimina,verumetiam constat illam per appellationẽ
4 fuisse suspensam,vt suprà diximus,†Nec obstat ꝙ præal-
leg.gl.distinguens, & doct. qui eam sequuntur:& appro-
bant, loquãtur in ciuili iudicio, & non in criminali:quo-
niam etiam in criminalibus est procedendum more priua
torum iudiciorum.l.absentem.ff. de pœn.& in iudicio cri
minali eandem faciunt distinctionem Guliel.de cugno.&
Alber.de Rosate in l.licet.§.possumus.circa mediũ. versi.
quæro si aliquis erat diffamatus. ff. naturæ caupo. stab. &
Inn.c.cum dilectus.ext.de purga.cano.quòd etiam voluit
Abb.in c.s.eo.tit.vbi not. quòd absolutio ex probationi-
bus non integris non obstat,si de nouo reperiatur proba-
tio,per l.admonendi.C.de iudi.& not.in c.fi.ext.eod. in c.
propositum.& vtrobique doctor.ext.de proba.not.etiam
Feli.in suprà alleg.c.de his.in 3.fallentia septimæ limitatio
nis principalis.ext.de accusa. & Fran. de Aretio qui dictã
fallen.& alias etiam quas Felin.vbi suprà,cumulauit,ponit
consi.58.incipiente,diligenter, &c.

Præterea si attendimus absolutionẽ prædictam in foro
ecclesiastico factam, consequens erit ꝙ etiã in foro secu-
lari de eisdẽ delictis punire non prohibetur,vt per Bal.in l.
placet.C.de episc.& cler:not. Anch.in regul. ea quæ fiunt.
col.37.versicu.9.quærit.dicens Bal.l.ita consuluisse.idem
Anch.Card.& Io.de Ana.in c.qualiter & quãdo.§ ad cor
rigendos.ext.de accusat. Abb.c. tuæ.ext. de procur.idem
5 post Imo.c.s.ext.de offi.ordi.†Postremò dicitur ex meri-
tis dicti processus, corã ecclesiastico iudice actitati de cri-
minibus,de quibus d.Titius accusabatur , apparere,de qui
bus etiam fuit absolutus , adiecto in sententia , quia suffi-
cienter non apparet, &c. & sic apparet de nullitate d.sen-
tentiæ , quòd falsa causa adiecta etiam si per relationem
ad acta lata sit vt suprà in simili resoluebamus consili. 67.
versi. s.saltem non inficiabimur, quo minus ex illo capite
de manifesta & notoria iniustitia d.sententiæ constet,quę
illam semper reddit nullam, vt not.Bal.in l.1.ad fi.C. sen-
tentiam rescindi nõ posse.doct.in c.inter cæteras.extrà,de
re iudi.Card.in cle. 1.§.pen.de fo.compet. & not.abundè.
& remissiuè dominus meus Philippus Decius consilio.8.
post princip.ex quo si & vbi opus esset hodie,posset retra
ctari, vt per eundem dom.meum Philip. Decium consil.
306.incip.in casu proposito,&c. vol.3.& ita in facti cõtin
gentia resolui suprà consi.67.versi.19. vbi monstro idem
operari manifestam aut notoriam iniquitatẽ in sententia,
quantum ipsam nullitatem, vbi etiam latius hoc discutio:
præter quæ (vt mihi præsupponitur) Titius non fuit de
omnibus criminibus specifice absolutus,quæ etiam ad ple
num discussa non fuerunt.

Ex quibus videtur esse dicẽdũ ꝙ audientia Regia non
prohibetur hodie d.Titium punire de delictis , de quibus
ipse fuit in iudicio spirituali absolutus & multò minus ac-
cumulando crimina prædicta cum illis, quæ post dictam
absolutionem dicitur commisisse , præsertim quòd dicta
absolutoria sententia,etiam si legitimè lata fuisset, per di-
ctam appellationem suspensa fuit,cum sint appellantes in-
fra secundum fatale,quod etiã maiori iustè impedito non
denegatur, vt no.in l.fi.C.de tẽp.appell. & in caso illo mul
tò magis, in quo pupillus est vnus appellantium , & habet
causam cum alijs appellantibus communem.de quo Feli.
c.decernimus.col.pen.versi.vtrum causa, &c. extrà,de re
iudi. Et ita dicebam generaliter & in confuso ad factum
propositum respondendo,saluo,&c.Barchinonę 1526.ad
laudem & gloriam Dei.Ego Celsus.

SVMMARIVM.

2 *Merum & mixtum imperium habens in aliquibus villis, aut locis potest illa dicere sua.*

3 *Vassallus vassalli mei tenetur mihi homagium & iuramentum fidelitatis prestare ratione iurisdictionis, & multo magis meri & mixti imperij, quod in ipsum habeo. Et in dictis casibus, dicitur etiam vassallus meus.*

4 *Dominus superior potest cogere vassallum vassalli sui, ad prastandum ei seruitia per substractionē beneficij praesertim si fuerit in quasi possessione nu. 9.*

5 *Fraudibus vt obuietur, potest dominus habens merum, & mixtum imperium, sub pœna prohibere ne homines illius territorij colligāt messem, aut vindemiam, priusquam per suū inspectorem recognoscantur, quia dubitat fraudes per subditos committi.*

Iudex ecclesiasticus pōt tum directè, tū indirectè laicos punire qui corrumpunt species, et prohibere nequis in speciebus immisceat farinam fabarum, vel aliud simile.

6 *Pœna pecuniaria seu mulcta quantumcunque leuis, de iure communi est de mero imperio.*

7 *Iurisdictio si per principem, vel alium dominum concedatur alicui in certo loco, concessa nō videtur esse priuatiuè sed accumulatiuè. Et potest successor illius qui iurisdictionem huiusmodi concessit, illam reuocare. num. 8.*

CONSILIVM. LXXXVI.

CVM superioribus diebus spectabilis do. Vicecomes de Rupebertino, fraudibus quæ circa lanam frequenter hic committuntur, obuiare vellet, fecissetque in omnibus dicti sui Vicecomitatus locis per præconem inhiberi publice: Ne quis (sub certis pœnis) auderet oues suas, quas in dicto Vicecomitatu per totum annū, aut illius partē maiorem alunt extra dictum Vicecomitatū tondere. Et præter id cum soliti fuerint aliqui parum syncerae conscientiæ viri, terram immiscere lanæ, siue ante siue post eodē præcepto iussit ne quis id attentaret, & ne aliquam lanarū speciē à dicto suo Vicecomitatu extraheret, priusquam recognita fuisset per officialem à sua dominatione deputatum, pœna contra facientibus in dicta præconizatione apposita. De quo quidē præcepto Vniuersitates de Molleto & de la Garriga, cum se grauatas esse prætenderent, exhibuerūt domino Vicecomiti prædicto supplicationē quandam, dicentes præconizationem prædictam nullam esse, cum factum merè ciuile respiciat, in quibus quod de Molleto & de la Garriga locis dictus do. Vicecomes iurisdictionē non habeat (saltē ciuilē.) Quare petebāt dictā præconizationē, tanquā nullā aut saltē tanquā iniustā ex pluribus causis (quas in huius cōsilij præsentatione examinabimus) reuocari. Vnde firmantes de iure (secundum leges & municipalia iura dicti principatus Cataloniæ, infra quem dictus Vicecomitatus continetur) dictæ præconizationi pro quinque solidis cum augmento, dictam præconizationem cassari petierunt & annullari, aut saltem supersederi, donec aliter fuisset cognitum. Et cum desuper factus fuerit magnus processus, qui paucioribus absolui poterat, quærit à me de validitate dictæ præcōizationis.

2 †Et omisso verborum multiloquio & anfractu, dico Vniuersitates prædictas malè contradixisse præconizationi sæpedicti Vicecomitis & pœnalibus præceptis, & prætee id quod non obseruata fuit firma & theorica in dicta iuris forma, quæ fieri debuit pro decem solidis & augmento super ipsorum firmantium bonis, ex quibus prætermissis, aut potius neglectis, nec non & omni alia theorica, quam assignant Doct. practici in vsat. omnes homines, qui est vsat. a 3. in 2. notabili. vnde posset dicta iuris firma de nullitate impugnari, quo existēte militarēt dicta pœnalia præcepta, deueniendo nihilominus ad iustitiam naturalem, di co dictarum Vniuersitatum homines malè se opposuisse dictis præceptis & præconizationi.

Ad quod ostendendū præmitto, non reuocari in dubiū quod Vniuersitates prædictæ, aut illarū loca sint de ipso Vicecōitatu de Rupebertino, & de territorio ipsius. quod vel ex eo constat, quod sint dicta loca intra fines dicti territorij, secundum Bald. in rubr. C. de contrah. empt. q. 22. & Pau. de Cast. in l. prima. per illum tex. ff. de acquir. possess. Qui quidem dominus Vicecomes habet in loco de Molleto omnimodam iurisdictionem criminalem, & merum & mixtum imperium, & in loco de la Garriga, & instrumento transactionis super illius loci iurisdictione, cōstat ipsum dominum Vicecomitem in illo loco merum & mixtum imperium habere, secundum theoricam domini mei Iaso. post alios in l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudi. & in l. 1. eodem titu. Ita quod dominus loci prædicti de la Garriga, solum deprehenditur habere ciuilem iurisdictionem, & criminalis partem minutam, quæ Bassa dici potest, secundum Doct. vbi suprà. Cuius quidem iurisdictionis, & meri ac mixti imperij (vt est dictum) reseruatorum prætextu, potest sæpedictus dominus Vicecomes dicere loca illa sua esse, secūdum Feli. in c. examinata. extrà, de iudi. in c. 2. extrà. de iureiur. Card. consi. 30 Federic. de Senis consi. 129. Fran. de Aretio consil. 156. intantum quod licet Bald. in l. 1. colum. 2. C. cōmunia de lega. voluerit quod vassallus vassalli mei non teneatur mihi præstare iuramētum fidelitatis, aut homagium, hoc tamen fallit vbi dominus ille prior iurisdictionem haberet in dictum vassallum vassalli, & multo magis si merum & mixtum imperium, pro vt voluit Cardi. Alex. in proœ. feud. colum. 21. & dominus meus Iacobinus de sancto Georgio in tract. etiam feudorum, in glo. in ver. dictique vassalli promiserunt recognoscere dictum feudum. & in suo tract. homagiorum. Quibus accedant notata per dictum Car. Alex. in cle. 1. in fine. de Iudæis. & in cle. 1. §. terra. ibi, tertio quæro in eo quod interdicitur. de Pœnis.

3 †Et per hoc responsum est ad hoc quod posset dici, quod vassallus vassalli mei non sit meus vassallus, vt voluisse visus est Bal. in præalleg. l. 1. C. communia de lega. quod fuit originale dictū Spec. titu. de feud. §. quoniam. versi. 14. per l. Modestinus. ff. de ver. signi. & per text. & glo. ibi, quam allegat in c. nullus primas. 9. q. 3. & in c. Romana. & in c. pastoralis. extrà, de offi. ordi. Hoc tamen (vt prædixi) fallit, vbi dominus inuestiens sibi reseruasset merum & mixtum imperium, (pro vt in vtroque loco constat dictum do. Vicecomitem fecisse.) & ita loquitur Bald. in l. 1. q. 43. ff. de rerum diuisio. & in commento extrauag. de pace Constantiæ. in ver. hæc sunt nomina. sequit præallegatus do. meus Iacobinus in suo tract. de roydis. colū. pe. versi. nunc. formo aliquas quæstiones. pro quo facit tex. in c. imperialem. §. illud quoque præcepimus. de prohib. feudi. alie. per Fede. in vsibus feud. vbi vassallus vassalli feudo priuatur, si dominum domini sui offenderit, & ad dominū priorem feudum reuertitur. de quo per do. meū Iaso. in titu. qui feudum dare poss. col. 12.

4 †Et per hoc nō videtur esse repugnans, aut iuri contrariū, si dict' do. Vicecomes huiusmodi (de quibus disceptatur) præcepta fecerit, quoniā dominus superior potest cogere vassallum vassalli sui ad præstandum ei seruitia, per substractionem beneficij, secundum Bal. in c. 1. §. fi. de cōtro inuesti. quem refert, & sequitur do. meus Iacobinus in sæpealleg. tract. feudorum. in glo. in ver. Ita etiam quod ipsi vassalli, &c. columna tertia. versiculo, Item quæro de pulchra quæstione. Quinimo præall. dominus meus Iacobinus in dicto. tract. in glos. in ver. & cum molendinis, &c. ostendit (quamuis ad aliud propositū) præceptorum huiusmodi validitatē. & in præalleg. suo tract. de operis & roydis. fol. 7. columna 3. versic. ex præmissis infero. &c. maximè ad abutandum fraudibus, quas multipliciter committi demonstrat, ibidem. columna finali. vbi resoluit (& dicit se consulente fuisse ita iudicatum) quod dominus habens merū & mixtum imperium, potest sub pœna prohibere

ne colli-

ne colligant messem aut vindemiam, nisi prius per suũ in-
spectorem recognoscantur, quia dubitat in illis fraudes cõ
mitti. ad quod allegat Baldũ in l. si ita. §. domin⁹. ff. de vsu
5 & habitu. & Angel⁹ in auth. ẽ. vt heredes. C. de litig. †Plus
dico, quod etiam si ad huiusmodi præceptorum obseruã-
tiam de iure, vel pacto, non tenerentur dictarum vniuer-
sitatu homines, ex quo tamen illa ex rationabili causa (ob-
uiandi videlicet fraudibus) sunt facta, possunt dicti vassalli
ad illorum præceptorum obseruantiam per dictum do. Vi
cecomitem dominum supremum compelli, per ea quæ
not. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & Angelus cõsi.
ducentesimosexto. incipiente, inter ordinamenta. qui di-
cunt quod ex iusta causa potest dominus à vassallis (etiã
inuitis) extorquere debita seruitia. de quo latè per sæpedi-
ctum dominum meum Iacobinum in suo tract. de operis
seu roydis, col. 10. Et hoc multo magis vbi onera prædi-
cta sunt iusta & rationabilia, vt per Spec. titu. præall. de feu
dis. §. quoniam. versi. 14. & notant Doct. in c. cum aposto
lus. ext. de censi. post Ioan. And. ibi. ad cuius quidem dicti
corroborationem memini vnius decisionis Romani, sin-
gulari 526. incip. sui interrogat⁹, &c. vbi determinat, quod
iudex ecclesiasticus potest tũ directè tũ indirectè punire
illos qui corrumpunt species, siue prohibendo in genere
ne aliqui vendant species iniustas, siue violatas, vel prohi-
bendo ne aliqui in speciebus immisceant farinam fabarũ.
Attamen delictum illud à notorio constat non esse eccle-
siastici fori, nec est iudex laici delinquentis, sed quia ver-
satur vtilitas publica, & fraudibus obuiat, illud toleratur.
Et ita etiam notauit multum singulariter do. Stephanus
Aufrerij in titu. de potestate ecclesiæ contra laicos, casu, 3.
fo. 125. & seq. & ad hoc videatur Guido papę consil. 151.
6 in 2. dub. vol. 2. †Præterea abbas sancti Quirici, qui dicitur
esse dominus de Molletu, & in eo iurisdictionem ciuilem
duntaxat habere ex pacto & conuentione in instrumẽto
infeudationis. & pręter id ex dicto pacto & cõuentione
tenetur obseruare omnia banna generalia, & sic quoad
eum, res est extra omnem aleam. Sed quoad dominum de
la Garriga, qui pręter iurisdictionem ciuilem, quam in di
cto suo loco habet, ex pręmentionato transactionis instru
mento, habet etiam portionem criminalis iurisdictionis,
limitatam tamen (vt pręduxi,) supradictę conuentioni, de
obseruando generalia banna, non astringitur expresse; qua
re videtur quoad illum maius esse dubium. Quo non ob-
stante, dico pertinere d. dn. Vicecomiti facere huiusmodi
præcepta in loco prædicto de la Garriga, & non domino
loci prædicti, quoniam illa non conueniunt iurisdictionẽ
ciuilẽ habenti simplicẽ, nec & criminalẽ, si merũ & mixtũ
imperium non haberet de iure communi. Fundatur illa
decisio auctoritate Bar. quem cõmuniter Doct. (excepto
Baldo) insequũtur in l. imperium. ff. de iurisd. omnium iu-
dic. vbi volunt pœnam pecuniariam, seu mulctam quan-
tumcunque leuem, esse de mero imperio. cuius Bar. opi.
comprobat do. meus Iacobinus in sæpeall. tract. feudorũ.
in glos. in ver. & cũ mero & mixto imperio. & omnimo-
da iurisdictione. col. 2. versic. sed an pœnæ pecuniarię, &c.
secundum autem iura Cataloniæ constat id ipsum, per
theoricam doctorum in vsat. in bauilia. vbi quædã Regiæ
sententiæ verba inferuntur, declarantia quæ sub iurisdi-
ctione ciuili veniant, & quæ sub simplici criminali, vbi
resoluitur per nullum huiusmodi iurisdictionem habentẽ
imponi posse pœnam in maiori quantitate quàm decem
solidorum. & ita etiam resolui suprà consi. 40. versi. *. &
præter punitiones in contemptum do. factas, cognoscere
non posse, nisi de leuioribus criminibus & furtis, quæ cẽ-
tum vel ducentorum solidorum valorem non excederent
quæ tamen (& longè maiora) committi possunt per eum
qui dictis præceptis & præconizationi vellet cõtrauenire.
7 †Vlterius si dicim⁹ huiusmodi præcepta sub iurisdictione
locorum dictorum dominis concessa venire, illud etiam
non obstaret, quoniam iurisdictio huiusmodi, quam ipsi à
dicti do. Vicecomitis prædecessoribus habuerunt, cõcessa
fuit eisdem accumulatiuè, & non priuatiuè ad ipsum do.
Vicecomitem, vt not. Alex. in l. Gallus. ff. de lib. & posth.
Fran. de Aret. in l. quod in rerum. §. si quis post: vbi etiam
do. meus Iason, ad fi. vers. pro ista parte, &c. ff. de leg. 1. &
plenius in l. Titiæ textores. in 8. notat. ff. eo. tit. not. do. me⁹
Iacobinus in l. cum pretor. ff. de iudi. & Feli. c. pastoralis.
extrà, de of. ord. Rom. cons. 393. incip. pręsens consultatio
in hoc reincidit. & Franc. de Aret. cons. 102. incip. specta-
bilis dominæ collateralis, &c. & ita etiam in facti contin-
gentia resolui. suprà. consi. 50. versic. 35. vbi diffusius hanc
8 materiam per multos versiculos prosequor. †Et vbi ces-
sarent prædicta, certe clarũ est quod spectabilis dom. Vi-
cecomes possit à dictorum locorũ dominis auferre iuris-
dictionem, quam prædecessoribus eorundem concesserũt
dicti do. Vicecomitis prædecessores, vt dicit Bald. in cons.
161. incip. proponitur quòd per commune, &c. colum. 2.
vol. 3. quam etiam iurisdictionem princeps aliquis nedũ
alienare, sed etiam obligare prohibetur, nisi ex causa ar-
dua, vt omnino per Feli. in c. ad audientiam. versi. de alijs
verò, &c. extrà, de pręscr. & ita resolui in dicto consil. 60.
9 versi. 40. †Cum autem dictus spectabilis do. Vicecomes
sit in quasi possessione huiusmodi pręcepta faciendi (vt
testis est processus) debet in illa quasi possessione tueri
(etiam si prędicta non haberent locum) c. audiuis. extrà,
de pręscrip. l. finibus. & vtrobiq; doct. C. de agri. & cẽsi. lib.
11. cum similibus. Et ita resoluit (etiam in terminis fortio
ribus) do. meus Iacobin⁹ in pręall. trac. de homagij. col. 12.
ver. sed pone, domin⁹ est in possessione, vel quasi, vbi hãc
quæstionẽ decidit, & colum. 9. versicu. iuxta prędicta for-
mo vobis quęstiones, &c. ex quo non pręteditur, & mi-
nus ostenditur dictum do. Vicecomitẽ aut eius prędeces-
sores fuisse prohibitos huiusmodi pręcepta facere, & tali
prohibitioni acquieuisse, secundũ Panormit. cap. fi. extrà,
de restitut. spoliat. cum concor. quas ibi alleg. & Alexan.
consi. 136. col. 6. volu. 2.

Ex quibus redactis in vnũ concludo pro dicti spectab.
do. Vicecomitis iustitia & pręceptorum, de quibus hic agi
tur, non obstantibus dicta firma, & suprà in contrarium
allegatis, quæ (vt prædixi) non habent locum. Et ita vt est
suprà. conclusum, resoluebam & decidebam, saluo, &c.
Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *AB executione sententiæ, vel mandato de exequendo,*
an possit appellari & nullitatis, aut iniquitatis
euidẽtis, aut notoriæ, de quibus per ipsius sententiæ
vel actorum inspectionem constat, nedum impedit huius-
modi sententiæ executionem, verumetiam perimit dictam
sententiam. Ita quod iudex executor iustè poterit huius-
modi sententiæ executionem denegare, absque hoc quod re
mittat exceptionem nullitatis, vel iniquitatis prædictorũ
contra dictam sententiam allegata ad cognitionem iudicĩ
à quo. nu. 2. & sequen.
3 *Nullitatis, vel iniquitatis notoriæ, vel iniustitiæ exceptio,*
de quibus per inspectionem actorum constat, nedum senten
tiæ executionem impedit, verumetiam perimit ipsam sen-
tentiam, etiamsi de trium conformium sententiarum age
retur executione. & quod si de nullitate, & iniquitate nõ
constat ex actis sed allegans offert se illas in promptu pro
baturum. Et huiusmodi exceptio potest semper opponi,
etiam si Statutum huiusmodi exceptionem excludat, &
pręcipiat, etiã si allegetur nullitatis exceptio, quod nihilo
minus executioni mandetur sententia. Et si ex dispositio-
ne statuti vel aliàs nõ possint allegari, iudex tamen ex suo
officio illam allegabit. 4.
4 *Iniustitia vel iniquitas euidens idem operatur in sententia*
quod nullitas notoria.
Sententia quæ continet euidentẽ iniquitatem, vel iniustitiã,
in rem

in rem indicatam non transit de iure canonico, ita quod victor poterit in foro ecclesiæ denuntiari. Et iudex ecclesiasticus ratione peccati iudici seculari præcipiet, ne huiusmodi sententiam exequatur,

5 *Notaria vel euidens sententiæ nullitas, vel iniquitas quæ dicatur.*

6 *Nulla est sententia ipso iure, quæ continet errorem iuris expressum. & quando dicatur errorem iuris expressum continere? Et si sententia fuerit nulla, ita etiam erunt nullæ secunda & tertia sententia confirmatoriæ illius. num. 7.*

CONSILIVM LXXXVI.

AGITVR in præsentiarum præstantissime domine iudex. de appellatione mandati executorij per Vicarium generalem multum reuerendi ac magnifici domini Toletanensis archidiaconi facti. Est enim in iure expeditum, quod iudex condemnato præcipiẽdo quod soluat, dicitur exequi. l. à diuo Pio. §. exequũtur. ff. de re iudicata, cum similibus. ideò videtur esse supernacaneum inquirere, vtrũ huius Andreæ Montero repellenda sit appellatio, ꝙ post tres conformes sententias appellare sit prohibitum, iuxta textum vulg. cle. vt calumnis. de re iudica. & l. prima. C. ne liceat in vna eademque. causa tertiò prouo. cum similibus. Sed est q̃stio de appellatione à dicto mãdato executorio, vt est dictum, à quoquidem mandato siue quia vim habet diffinitiuæ, vt notat Baldus in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. & doctores in l. ab executore. ff. de appellationibus. siue quia per dictum mandatũ iudex Vicarius prædictus (vt infra numero quinto ostenditur) excessit modum, potuit ab ipsa etiam executione appellare dictus Andr. Montero, vt probatur in cap. nouit. extrà, de appella. & in capitulo, quod ad cõsultationem, extrà, de re iudicata. & in præallegatis legibus, ab executore. & l. ab executione. & docet Frãciscus de Aretio cõsil. mihi 75. in-

2 cip. diligenter, &c. in 1. dub. † Et attẽdat vestra præstantia, quod cum huic Andreæ, fuisset intimatum dictum mandatum executorium, per quod dictus Vicarius præcipiebat eidem, quod infra triduum sub excommunicationis latæ sententiæ pœna solueret aduersario decem & septem mille & tot denarios (quos morabetinos dicũt) ex illis triginta mille & ducentis & septuaginta sex morabetinus, in quibus fuerat dictus dominus Andræas per eundem Vicarium condemnatus, præfatus Andræas contra mandatũ executorium prędictum & sententiã, & sententias huiusmodi, allegauit nullitatis euidentis & iniquitatis ac iniustitiæ notoriæ exceptionem, quarum quælibet est potens nedum executionem illarum sententiarum impedire, verũ etiam quod retractentur, non obstante quod in rem transiuerint iudicatã. de primo dicto, quod videlicet exceptio nullitatis euidẽtis & notorię (intelligo de ea quæ per actorum inspectionem appareat) impediat executionem sententiæ, etiam quæ in rem transiuit iudicatam. notat. in l. quarta. §. condemnatum. vbi etiam Moder. ff. de re iudicata. Baldus. in l. vnica. C. ne liceat in vna eademque causa, &c. & in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. refert, & sequit̃ Roma. consilio mihi 51. incipiente, attentis his. vbi addit, quod huiusmodi exceptio notoriæ nullitatis nedum impediat executionem sententiæ, quę in rem transiuit iudicatam, verum etiam totaliter perimat dictã sententiam: ita ꝙ iudex executor iuste denegare poterit executionem prædictã, absque hoc quod remittat iudici à quo nullitatis quę opposita est exceptionem, quando illa est qualem suprà diximus. allegat inter cætera Baldũ in l. ab. executione. C. quorum appell. non recip. columna tertia. versiculo, sed nunquid exceptio nullitatis suspendit, &c. & cum his allegat alia multa. quod consilium videat (oro) vestra præstantia. & idẽ Roma. in l. si seruis tis. post Barto. ff. de ser. al-

3 legat. etiam l. fin. C. si ex falsa causa. † Quod verum est nedum in vna sententia verumetiam vbi de trium conformium sententiarum executione ageretur. vt notat Salicetus post eundem Baldum in dicta l. vnica. C. ne liceat in vna eadem causa tert. prouocare. notat Ioannes de Imola in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui operis nuntiatione. & in l. si expressim. de apell. ff. Raphel. Cumanus & Modern. in præallegato §. condemnatum. & ita etiam in terminis fortioribus cõsulendo resoluit Philippus Corsetus consilio mihi ducentesimooctauo. incipiente, quanquam in hac cõsultatione, &c. volumine tertio, vbi ampliat hoc dictum etiam si de huiusmodi nullitate non constet ex actorum inspectione, si tamen allegans & proponens eam offerat se illam probaturum incontinenti. Quod etiã voluit esse verum vbi dicta nullitas etiam incidenter deduceretur coram iudice, corã quo petitur executio. & ad hoc allegat quã plurima. Quibus addatur Andræas Barba. cõs. mihi. 38. incipiente, pręclare scripsit Psalmista celebris. &c. primo dubio, & quasi per totum. volumine secundo. vbi dicit, quod illa dicitur esse euidens nullitas, vel iniquitas, de quibus ex actorũ inspectione appareat. cuiusmodi (ait) exceptio semper opponi potest etiam in executione sententię, quę in rem iudicatam transiuit, etiam si per statutum prohibeatur contra huiusmodi sententiam nullitas aliqua opponi. allegat ad hoc propositum Abb. consilio. centesimoquinquagesimo incipiente, in causa quę ad prẽsens vertitur, &c. vbi concludit, quod statutum quod nullitatis excludit exceptionem, intelligatur de nullitate quę non est euidens, vel quę non potest incontinenti probari. & ita limitauit Roma. in suis singularibus secundũ meũ numerum 291. incipiente, clem. vt calumnijs. dictam clẽ. dicens, quod licet dicta clement. disponat, quod post tres sententias conformiter latas opponi non possit exceptio, nullitatis, nisi prius executioni demandetur, attamen quoniam allegatur huiusmodi nullitas, non retrahatur calũniosę executio sententiæ. quod tamen pręsupponit dicta clem. vt calumnijs. & dicit hoc fuisse singulare dictum Oldraldi, cõs. 106. & Baldus in sępe dicta. l. vnica. C. ne liceat tertiò prouocare. quẽ Sal. ibi sequitur, & alij doct. in princ. huius versi. allegati. pro quo etiam est text. in c. cum Bartoldus. extrà, de re iudi. quem ad hoc allegat Abb. d. consi. 150. pro singulari. cui addo gl. in l. 1. §. pen. ff. de tab. exhib. Et quòd statutum excludens nullitatis allegationem, non intelligatur de illa, de qua cõstaret ex actis, tenui consulẽdo suprà consi. 48. nu. 3. & consi. 64. nu. 6. vbi etiam dixi ꝙ desertio non impedit huiusmodi nullitatem prosequi.

stro quoad istos mãsos non est penes corpus vniuersitatis,
sed penes directos dominos. Tertium est bonorum domi
nium, quod est penes singulas personas, vnde si ipsa vni-
uersitas, pro vt est corpus, sit obligata, non tamen singuli
homines illius sunt obligati vt singuli,l. in tantum.§.vni-
uersitatis.& ibi doct.ff.de rerũ diuisi. & l.sed si hac.§. qui
manumittitur.ff.de in ius vocan. & ita etiam resolui in d.
cons.34.in 2.add.vers.40.& 41.vbi post lõgam altercatio
nem resoluo, quòd vniuersitas quæ legis condendæ non
habet potestatem, singulares illius aut eorum bona obli-
gare non possit. Ita quòd vniuersitas huiusmodi quamuis
syndicum faciat ad obligãdum, & ille faciat obligationẽ
generalem, attamen solũ obligabuntur consentientes: &
in casu nostro multò magis, ex quo munus hoc fuit rea-
le,cum imponatur super rebus, & de certis bonis quæ ex
dictis mansis procedunt:ex quo dicimus obligationem il
lam fuisse realem, & ipsam rem duntaxat(videlicet man-
sos istos)obligari ad huiusmodi munerũ solutionem. Nec
enim dicendum est,quòd si dominus illorum mansorum
illis relictis se transtulisset aliò, quòd fuisset obligatus ad
huiusmodi munerum solutionem: imò contrariũ volunt
doct.in l.si se non obtulit.§.actor.ff.de re iudi.Bart.Bald.
& alij in l.1.§ quod si nemo.ff. quod cuiusque vni.nomi-
ne,&c.& in l.prima.§.fi.ff.de mune. & homo.& ita deci-
dit Pet.Iaco.de Aureliaco,in suo tract.libellorum,in titu.
4 de mu.quod imponitur personæ pro rebus. †Considero
etiam quòd ista munera nõ sunt propria, sed redimibilia:
vnde infero quod illa munera inter mobilia computantur
secundũ Bal.in l.hac edictali.§.his illud.C.de secund.nupr.
ad quod est tex. in l.fi.ff.quorum bo. & idem tenent in l.
si certis annis.C.de pact.& cap. ad audientiam.ext. de re-
scrip.& in c.1.§.fi.de feud.cog.& resoluit Feder.de Senis,
cons.12.incip.fratres prædicatores.

Ex quibus infero quòd dicti mansi sunt absoluti ab hu
iusmodi debito temporario,cùm dicta vniuersitas non sit
d.loci,nec mansorum domina, nec etiam singularium per
sonarum: vnde reputatur tanquã quilibet alius priuatus,cu
ius indubiè debitũ esset purgatũ rõne dictæ vẽditionis per
executionem curiæ, per iura præallegata. Et ita vt est di-
ctũ suprà & conclusum,decidebã & resoluebã, saluo,&c.
Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus

SVMMARIVM.

3 *MAioricatus solius principis authoritate creari po-
test & erigi, & creatus diuidi non debet,sed in-
tegre ad vnum solũ debet peruenire, & quare?*
*Arguere licet à ratione nedum expressa, verumetiam conie-
cturata. Quinimò etiam potest argui à dicta ratione ces-
sante. & nu. 19. & 20.*
4 *Fœmina non dicitur esse caput, aut princeps familia,sed finis
illius,præsertim quãdo nuptui tradita fuit. Et regulariter
non est capax feudi. & nu. 16.*
*Maioricatus regularis debet secundum naturam feudi rega-
lium dignitatum,in quibus primogenitus tantum succedit
& numero. 16.*
5 *Ablatiui absoluti prolati ab eo qui potestatem habet dispo-
nendi,ius inducunt fideicommissi. & nu. 21.*
*Fideicommissum reciprocum videtur iniunctum, quãdo fa-
cta est vltimo morienti substitutio in tota hæreditate.
& numero. 21.*
6 *Descendentiũ linea quamuis in filios, & nepotes, & vlterio-
res diuidi consueuerit, attamen eiusdem gradus,scilicet fi-
liorum vel nepotum,sunt plures alia species,scilicet linea
primogenitorũ,secundo genitorum,& aliorum quæ diui-
sio solet attendi de consuetudine nobilium. Et secundum
hanc diuisionem linea primogenitorũ est magis priuilegia
ta,quam secũdo vel tertio genitorum, etiam si isti primo
geniti sint à stipite remotiores.*
7 *Primogenituræ ius ex principis vel testatoris ordinatione
statutum in successione, vim habet & effectũ hæreditarij
tituli,& est quadam qualitas; quæ inest, sicut esse vtrinq;
coniunctum,& effectum illius.*
8 *Argumentum ab absurdo locum habet in contractibus, &
testamentis,& statutis ac etiam in rescriptis.*
9 *Testatoris dispositio facta in vno casu, extenditur ad alium
in quo verisimiliter testator prouidisset,si de eo cogitasset.*
10 *Fideicommissum quando inducatur ex coniecturis,si ex ver
bis non appareat expressè.*
*Linea illius qui fuit ad successionem admissus, debet omnino
euacuari,priusquam ad aliam lineam successio deueniat.*
11 *Filiorum appellatione in fauorabilibus veniunt nedum filij
primi gradus,sed etiam nepotes & pronepotes, quãdo fit
dispositio cum incerto futuro euentu, in quo filij substituun
tur alteri. & nu. 13.*
Linea dicitur propriè illa quæ est recta sursum & deorsum.
14 *Filia ex masculo venit appellatione descendentium per li-
neam masculinam.*
15 *Suprascripti, dictio refert res de quibus in scriptura referẽte
fit mentio.*
16 *Fœmina etiam in feudo regalium dignitatum succedere non
prohibetur,quãdo masculi eiusdem lineæ non extant, præ
sertim vbi pro dicto feudo nullum seruitium præstatur.*
17 *Exclusio alicuius est perpetua,ita quod nõ admittitur,licet
illi à quibus fuit exclusus postea moriantur,sed admittun
tur illi qui post eosdem vocantur.*
19 *Casus omissus in verbis testamenti, censetur ex tacita illius
voluntate comprehensus, quando militat eadem charitas
in illis & in alijs casibus qui ponuntur.*
20 *Expressum quod non fuerit in materia exclusiua, vel priua-
tiua, vel punitiua,non inducit priuationem, vel exclusio-
nem,sed nec punitionem.*

CONSILIVM XCIII.

TENOR priuilegij creationis maioricatus du-
dum per illustrem d. Petrũ de Acumina crea
ti & erecti,facit vt decedente illustri Ioanne
de Acumina comite de Buendia,ipsius do.Pe
tri ex filio primogenito nepote,cum suis filia
fœmina,dubitetur,perueniat ne dictus maioricatus ad ip-
sam filiã do.Catherinam,an verò ipsa exclusa, debeat ad-
mitti do. Petrus de Acumina dicti comitis illustris frater
natu maior.aut aliquis ex ipsius comitis patruis, qui præ-
supponuntur extare, vel descendentes, iuxta maioricatus
prædicti & geniturę ordinem. Cùm enim in dicti maiori
catus erectione (quem de licentia Regiæ serenitatis præ-
supponitur erectum fuisse) voluerit dictus illustris consti
tuens,vt post eius obitum do.Lupus Vazquez primogeni
tus eius(si viueret)in dicto maioricatu succederet, aut ip-
so prædefuncto,vel quandocunque decedente,succederet
ipsius Lupi Vazquez primogenitus naturalis & legitimus
quem moriens relinquere (qui fuit dictus illustris comes

Ioannes)

Ioannes)& post ipsius primogeniti ex primogenito mor
tem, voluit quòd succederet ipsius primogeniti ex primo-
genito filius maior masculus, &c. quæ verba in personam
dictæ illustris filiæ, propter defectum sexus, verificari nó
possunt: ita quòd nisi ex alijs dicti maioricatus instrumẽti
verbis aliunde cadiuetur, videt indubiè repelli. Sed dictus
illustris constituens, volens suam intentionem & volun-
tatem circa successionis ordinem & formam exprimere,
subdidit verba sequentia, super quibus & eorũ intellectu
pars nostræ huius consultationis est facta. Inquit enim,
*Es nostra intention, que ande y decienda este dicho maioradgo de
padre a hijo, & que assi ande y se herede, e vaya, y decienda este
dicho maioradgo por todos los decidentes varones del dicho don
Lopez Vazquez nostro hijo, e de los nostros hijos aquien el dicho ma
ioradgo viniere, segun la disposicion y ordenanca del. E falleciẽn-
do el dicho don Lopez Vazquez e todos los decendientes del legiti
mos varones queremos, y es nostra merced que heya y here de este
dicho maioradgo pro su vida su hija maior de dicho don Lopez
Vazquez & dispues de su vida su hijo maior*, &c. Et postea si
dictam filiam contingeret absque filijs aut descendenti-
bus masculis decedere, vacauit Petrũ Ferdinandũ & Ludo
uicũ d. d. constituentis filios. & eorundẽ filios & descen-
dentes masculos ex linea masculina (qualẽ tamen descen-
dentiam masculorum ex linea scilicet masculina, non con
siderauerat do. constituens in descendentibus Lupi primo
geniti sui) seruato inter ipsos descẽdentes ex filijs domini
constituentis ordine geniture, & in defectũ prædictorũ
vacauit alias filias dicti Lupi, & eorum masculos secundũ
ordinem prædictum, & sub certis conditione & grauami
nibus, de quibus (cum casus ille non acciderit) in præsen-
tiarum non agitur. Post quas quidem Lupi filias, inuitauit
filios & descẽdẽtes masculos naturales & legitimos Ma-
riæ & Eleonoræ dicti do. cõstituentis filiarum: post quos
etiam inuitauit illegitimos ex suprà dictis: & nouissimè
quosdam alios. Defuncto autem dicto do. constituente,
superstitibus sibi dictis quatuor filijs masculis, Maria &
Eleonora filiabus, successit in dicto maioricatu Lupus pri
mogenitus, primo loco etiam vocatus. &, eidem cum Ioã
ne, Petro, & Federico filijs decedẽti, successit in dicto ma
ioricatu illustris comes Ioannes maior. Qui quidẽ illustris
comes, cum vnicam filiam habeat do. Catherinam (vt est
præmissum) scire desiderat vtrũ ipsa excludat à dicto ma-
ioricatu per dictum dn. Petrum eius fratrem, & Lupi præ
dicti secũdogenitũ, an verò admittet ipse do. Catherina
1 ad maioricatus præfati successionem? †Et ex dictorũ pri
uilegij & instrumenti maioricatus verbis, prima fronte vi
detur prædictam filiam succedere non posse, ex quo do.
constituens prædictus eam non vocauit, l. Labeo. ff. de su-
pel. lega. l. in ambiguo. ff. de reb. dub, Quinimò etiam si ha
buisset in proposito & mente eam vocare, ex quo tamen
non fecit, hinc non releuat. l. quidam cum filiumfam. ff. de
hæred. insti. cum simil. Cum enim vacauerit dictus do. cõ
stituens filiam maiorem Lupi, si ipse Lupus siue filijs aut
descendentibus masculis decederet: & ipsam prætulit eius
dem do. constituentis filijs masculis, secũdo, tertio, & quar
to, masculisque descendentibus ex ipsius, etiam per lineã
masculinam, ita videtur dictum do. cõstituentem vocare
potuisse d. do. Catherinã, si voluisset, vbi d. illustris comes
eius nepos sine filijs aut descendentibus masculis obijsset,
cum præuideret potuit d. illustrẽ comitem sine filijs, aut
descendentibus masculis diẽ fungi posse. vnde videtur ca-
sus iste in quo sumus, à dicto do. constituente omissus, &
in eo standum communis dispositioni, l. commodissimè.
ff. de li. & posth. in l. si extraneus ff. de condi. ob causam. &
l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. a. cum similibus. Quandoqui-
dem notum est quòd in substitutionibus habet locum re
gula hæc. Non loquitur hoc substitutio: & ideò qui dicit
substitutionem includere casum aliquem, debet hęc ostẽ-
dere, vt voluit Io. And. in add. ad Spec. tit. de testa. §. t. vers.
occruit, &c. in fine. Oldra consi. 21. incip. thema tale est,
& do. Abb. cons. 140. incip. facti contingentia, &c. vol. 5,
Seu inspecto toto tenore dicti maioricatus & substitutio-
num (quæ plurimæ sunt) in ea facturum, nó apparet d. do.
Cathe. vocari, prẹsertim casu illo, in quo etiã videtur ex-
presse d. do. Petrum vocatũ. & sic accedente casu illo, vide-
tur non esse dubitandũ quòd admitti debeat d. do. Petrus.
2 †Preterea si attendamus maioricatus prædicti verba præ-
inserta, & signanter illa: *y que assi ande y decienda pos los de-
cendientes varones del dicho Lopez*. & alibi: *Et fallecido el dicho
don Lopez Vazquez nuestro hijo y sus hijos*, &c. constabit ex
dispositione constituentis expressa, dictum do. Petrum se
cundo genitũ Lupi vocari, maximè cùm in dictis verbis
solos masculos ex nepote Lupi vocasset: & vbi sunt verba
clara, nõ oportet ab illis recedere, l. nõ aliter. ff. de le. 3. l. pe
diculis. §. argento. cum glos. ff. de auro & argen. lega. glo. in
l. voluntatis. C. de fideicom. not. Din. & Bar. in l. t. in t. op
po. ff. de iure cõdicil. Ita Bart. in proposito respondet præ-
allegatæ l. non aliter. in l. ambiguo. de rebus dub. Sic in pro
posito cùm mens constituentis maioricatum videri non
possit, nullum est maius testimonium quàm verborum
qualitas expressa, vt not. Bald. in l. cum quidam. colum. pe.
versi. quomodo possumus esse certi de mente testatoris.
C. de impud. & alijs subsit. &c. super literis. colum. 3. extrà,
de rescrip. & sic cum dominus constituens apertè locutus
fuerit, casum exprimendo, & se restringẽdo, nõ possumus
allegare constituentis ipsius voluntatem, ad detrahendũ
verbis l. si alij. ff. de vsus. lega. & notat Bal. in l. cum virum.
C. de fideicom. quoniam vt idem Bald. ait in l. precibus. C.
de impub. & alijs subst. propter nimiam subtilitatem sæpe
erramus in coniecturando defuncti voluntatem, cùm ip-
sius animum non videamus. & ideò dicit idem Bal. in au-
then. nisi rogati. C. ad Trebel. quòd quando testator seip-
sum glossat & mẽtem suam declarat, nunquam itur ad in-
terpretationẽ & glossam legis: sed tunc voluntas eius pro
lege modis omnibus est seruanda. Quãdoquidem in casu
claro omnis interpretatio dicitur calumniosa, vt no. glo. &
Doct. in l. quicquid adstringẽdæ. ff. de verb. obli. & ita etiã
dicebam suprà consi. 51. versi. 15. †Præsupposito autem
3 dictum maioricatum ex Regiæ maiestatis priuilegio &
concessione fuisse erectum, cùm illi soli potestas illa com-
petat, secundum Oldr. cõs. 23 a. incip. vt eius de quo quę-
ritur. ad fi. Pau. de Cast. consi. 164. incip. in causa maioriæ
Hispalen. Ludo. Bolog. cõsi. 62. incip. Martinus & Maria.
colum. 2. versi. primò igitur dico, &c. & Soci. consi. 47. in-
cip. facti narratione, &c. volum. 3. & ita etiam tenui in ar-
duo valde casu in consi. illustrium fratrum Cardonæ con-
tra illustrem ducem Cardonæ fratrem eorum, in 2. dub.
versi. 17. & hoc disponit expresse l. theori. 42. quæ vult quod
maioricatus constitui non possit, nisi cum expressa princi
pis licẽtia & facultate, quæ dictam creationem præcedat.
ita quòd non esset satis quòd illa licentia sequeretur, nisi
in huiusmodi licentia decerretur expresse, quòd valeret di-
cti maioricatus constitutio. Constituitur autem dictus ma
ioricatus communiter, secundum quod docto. prȩallegati
dicunt, vt bona vnita conseruentur in familia. Et ita etiam
declarat Ioan. And. in add. ad Spe. in titu. de success. ab inte-
stato. & Bal. in l. maximum vitiũ. C. de libe. præter. Tanta
enim vis est & ius cõsolidationis inseparabilia huiusmodi
maioricatus, vt diuidi non possint aut separari, sed debent
integrè deuenire ad eos quibus cõuentum est in actu ere-
ctionis. Quandoquidem per diuitias dignitas familiarum
conseruatur. l. 1. ibi, vt dignitas familiarum salua sit. ff. de
ven. inspi. quam etiam rationem Cin. assignant in leg. 1. C.
de adult. quam solam rationem videtur posse in creatione
maioricatus assignari, sicut statuto vel testatore fœminas
excludenre propter masculos vt Roma. voluit in consi.
17. incip. visa municipali constitutione, &c. 2. dub. conside
ratione 5. & antea consi. 16. incip. viso themate consulta-
tionis, &c. colum. 2. versi. secundum autem principaliter
considero, &c. vbi voluit ideò fœminas à statuto vel testa
tore excludi, quod per masculos cõseruet agnatio & agnatio
& familia per diuitias conseruet. & latè prosequitur Bal. &
alij sub-

alij subscribentes inter consi. Ang. cõs. 67. incip. Martinus Ioan. de Florentia. & idem Ange. consi. 340. incip. totum dictum statutum, &c. vbi pulchrè loquitur. & ita etiam te nebam in dicto consilio illustrium fratrum Cardonæ, 4. dub. versi. 25. vbi latius hoc examino. Si ergo in terminis nostris sola causa creandi maioricatũ hũc, fuerit cõseruãdæ familiæ, & agnationis illorũ de Acuña (vt supra dice bamus) & apparet ex dispõne cõstituentis expressa, siue alia rõ fuerit expressa, siue cõiectùrata, licitũ est ab hõi rõ neargnere, secũdũ Bal. in l. maximè vitiũ. C. de lib. pręt. & in l. quoniã. C. de fideicõ. & lequitr Pau. de Cast. & Raph. Cuma. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. Imò etiam argue re licet à dicta ratione cessante d. l. quãuis. & ibi Doct. in l. milites agrum. ff. de re millit. Sed si fœmina admitteretur, filia videlicet illustris comitis prędicti, videretur cessare in casu nostro ratio prędicta, conseruationis videlicet familiæ & agnationis, quoniam fœmina non dicitur esse caput aut princeps familiæ, sed finis illius, l. pronuntiatio. §. fi. ff. de verb. signi. Ita Bal. declarat in l. pater. col. 3. versi. quæro per quam bonorum possessionem. C. quando non pet. par. & Pau. de Ca. in l. maritus. C. de procur. vbi etiam dicit ꝙ fœmina est caput & principium lineæ fœmininæ & non masculinæ quia linea & familia incipit à masculis, & conseruatur per eos. & prosequitur Alex. in l. Gallus. §. nunc de lege Vellesa. ff. de lib. & posthu. & consi. 41. incip. consideratis, &c. vol. 1. Soci. consi. 30. incip. quamuis ex his, &c. versiculo 3. nec obstare videtur, &c. volum. 1. vbi etiam dicit, quod ex quo fœmina nuptui traditur, trãsit in alienã familiam, vnde videtur inferri posse ad exclusionem dictę dominæ Catherinæ. In simili ita concludebamus in consi. illustrium fratrum Cardonæ, 4. dub. versi. 25. ad medium.

4 † Quinimò Soci. præall. consi. 47. colum. 3. versi. tertia ratio est, &c. voluit quòd regulari debeat maioricatus quoad successionem, secundum naturam feudi regalium dignitatum, & eorum in quibus primogenitus tantũ succedit. quod etiam voluit Bolog. consi. præall. 62. columna 6. in 2. dub. principali. Sed in successione feudi regulariter fœmina non est capax, vt est tex. in c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Iac. de Beluisu. Albe. Bal. & omnes feudistæ cõmuniter, in titu. qui feudum dare pos. in vsi. feud. notat Roma. cõs. 35. & melius consilio 364. & plenissimè dominus meus Franciscinus de Curte in suo tract. feud. par. 3. q. 1. principali.

5 † Postremò si ponderentur illa verba maioricatus, *Et fallecido el dicho don Lope Vazquez nuestro hijo, y sus hijos, y todos los decendientes del legitimos varones*, &c. quod Latine dicere possumus, defuncto aũt dicto Lupo Vazquez filio nostro, & eius filijs, & oĩbus descendẽtibus ex eo legitimis masculis, &c. certè verba ulla dispositionem importãt, per quam nedum filij masculi dicti Lupi, sed etiam descendẽtes masculi à dicto Lupo vocari videntur, quandoquidẽ ibi sunt ablatiui absoluti, qui secundum Bolog. vbi suprà, 4. dub. prolati ab habente potestatem, in ducunt ius fideicommissi. Allegat l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg. 3. iuncta theorica Anchar. consilio 70. incip. contra Philippum. & Ro. præall. consi. 32. incip. visa municipali constitutione. colum. 2. versi. clarum est enim, &c. vbi ad hoc allegat l. si seruus. §. qui Margaritam. ff. de lega. 1. & l. qui in ratione. §. nam & si. ff. ad legem Falcid. & his addãtur quæ suprà dixi consi. 34. versi. 6. Ex quibus verbis in ferri videtur necessariò, quòd dominus cõstituẽs filiam primogenitam dicti Lupi substituendo, si filij masculi dicti Lupi. & ex eis descendentes masculi deficerent, & sic quandocunque linea masculina dicti Lupi fineretur, vltimo masculo ex dicto Lupo descendente substituerit dictam filiam Lupi primogenitam, visus sit in consequentia dictos filios & descendentes ex Lupo inuicẽ substituisse, & grauasse onere fideicommissi. sicut quando facit aliquis vltimo morienti substitutionem ex pluribus hæredibus & substitutis, videtur eos inuicem tacitè substituisse. argum. leg. si pater impuberes. & ibi gloss. & docto. & le. qui duos. ff. de vulgar. & pupill. & leg. penult. cũ ibi not. per doctor. C. de impuberis. & alijs substitut. & est casus singularis in leg. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legatis secundo. & hoc maximè videtur in hoc casu, in quo facta est substitutio in tota hæreditate, seu in omnibus bonis, secundum Bart. in l. quidam testamentum. ff. de vulg. & pupil. & in l. Marcellus. §. quidam. & in leg. hæredes mei. §. cũm ita. ff. ad. Trebel. & not. Alexand. & Moder. in præalleg. l. si pater impubere. Ex quibus iuncta finali dicti domini cõstituẽtis ordinatione in his verbis. *y que precede el mayor al menor*, &c.) videtur indubiè dicta domina Catherina repelli à dicti maioricatus successione, ad quem è diuerso præ-

6 factus do. Petrus videtur expressè vocatus. † Veruntamen his non obstantibus, quantuncunque colorata sint, resoluo me in dictæ dominæ Catherinæ fauorem, & præmitto in primis, quòd sicut in linea descendente cõtinentr filius, nepos, pronepos, abnepos, & vlteriores descendentes, vt in l. stemata. & l. fi. ff. de gradi. & ca. ꝙ dilectio. & c. fi. extrà, de consang. & ca. primo gradu. 35. q. 5. sic etiam de communi nobilium in regno Castellę, & omnibus fermè Hispaniarum prouincijs. consuetudine, diuiditur illa descendentiũ linea in plures species, videlicet in lineam primogenitorũ descendentium, & lineam secundo genitorum, & in lineã descendentiũ tertiò genitorũ, & sic de singulis, quæ cõsuetudo in talibus ius cõmune vincit, c. vnico. de alie. feudi, in vsibus feudor. & illas species attẽdere solet (vt prędixi) cõsuetudo nobilium, signãter in regno Castellæ, & alijs Hispaniarum regnis & prouincijs, & ita considerabam linearum istarum diuisionem suprà consi. 49. versi. 17. quam etiam attenduut in dictis regnis & prouincijs vt plurimũ testatores. Ita quòd magis est priuilegiata linea descendẽtium primogenitorum, vel ex primogenitis (etiamsi remotiores sint à stipite, puta si sint ex dicto primogenito nepos, vel pronepos) quàm lineã descendentiũ secundò genitorum, etiã gradu proximiorum, pro vt experientia facti magistra docet. & abundè prosequitur Guliel. de Monteferrato, in suo tract. de succes. regũ Franciæ. par. 1. ad princip. Quę consuetudo velut conformis iuri diuino tenet, vt habetur Genisis c. 25. & ca. quàm periculosum. 7. q. 1. & hęc etiam consuetudo plures species siue lineas descendentium inducens, tãquam conformis iuri canonico, valet, c. grandi. de sup. negli. lib. 6. & ca. licet. ibi: ordine genituræ priuandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem suũ appellatione postposita deuoluendum. extrà, de voto. Hinc fit quòd in huiusmodi successionibus, nepos ex primogenito vel vlterior descendẽs ex eo, præfertur patruo in successione aui vel proaui, vt doct. resoluunt vbi suprà, & in l. maximum vitium. C. lib. præter. cum similibus. etiam si ius tali primogenito ante mortem suam quæsitum non fuisset, & ita supra resoluebam consi. 49. versi. 26. & inter minis nostris est lex theori expressa, secundum meum ordinem l. 40. disponens filium nepotem vel ex primogenito excludere patruum, vel patruum magnum in successione maioricatus. Et hanc consideratioẽ diuisionis in plures species lineæ descendẽtium (vt suprà dicebamus) apparet dictum dom. constituentem maioricatum attendere voluisse, ex dicti maioricat' tenore, vt docebimus infrà vers. seq. & alibi.

7 † Vnde dico, postquam voluit expressè dictus do. constituens in lineis filiorum suorum & descendentiũ ab eis, ordinem primogenituræ & secundogenituræ ponere, secundum quem suam successionem voluit ordinari & regulari, & illã deferri, ipsa primogenitura, siue linea proueniens ab ea, procedens à domini & principis auctorizãtis maioricatum ordinatione, vim habet & effectum hęreditarij tituli, pro vt Oldr. consuluit cons. 94. incip. eleganter circa negotium, &c. col. 4. & 5. & not. Fran. de Aret. consi. 164. incip. diligenter & maturè, &c. colum. 5. vers. sed tamen his non obstantibus. & Soci. consi. 252. incip. visis instrumentis, &c. colum. 6. vers. ponderanda est, &c. vol. 2. vbi resoluunt, ꝙ ius primogenituræ, vel maioritatis, (quæ sunt idem, vt no. Barba. cons. 50. colum. 10. versi. item est ponderandũ, &c. vol. 2. vbi allegat Bal. in l. cum antiquioribus. C. de

lib°.C.de iure delib.& tex.in cap.lex est.1.dist. & alia multa)sit quædam qualitas quę inest,sicut esse vtrinque coniūctum, per tex.singularem, quem ad hoc ponderant in auctēn.de hæred.quæ ab intesti t.defe.§. reliquorum. quē text. etiā ad hoc induxit Ioannes Andr.in add.ad Spec.in rubr. de feudis. & ita etiā resoluo suprà in dicto consi.49. versi. 26.prosequor abundè.In consequentiam cuius videtur in ferendum, quòd qualitas hæc & effectus primogenituræ operabuntur,quòd ista domina Catherina patruum excludat,sicut eum excluderet vtrinque coniunctus,per text.in auctent.cessante.C.de legi.hæred.qui solet ad hoc allegari communiter,quo tamen melior est text. & in iure nullus est melior,in auctēn.itaque.C.cōmunia de success. & huic determinationi stipulatur d.l.thori 40.

Quòd autem dictus dominus constituens habuerit considerationem ad primogeniti lineam, & descendentes ex eo primogenitos, secundū distinctionē prędictam primogenitorum,& secundogenitorum(etiam quoad fœmininam successionem) vel ex eo patet, quod post decessum filiorum Lupi sine masculis, substituit, ordine prædicto seruato,filiam primogenitam ipsius Lupi, & descendentes ex ea masculos,quos etiam Petro, Ferdinando,& domino Ludouico dicti domini constituentis filijs,secundò tertiò & quartò genitis filijs pręulit, cum tamen ad eos vt filios proprios & viuentes præsumendus est maiorem habuisse affectionem quàm ad Lupi prædicti filiam primogenitā (& fortè non natam)neptem ipsius domini constituentis (nisi dictæ primogenituræ,& secundò & tertiò genituræ consideratio ipsum dominum constitutionem mouisset vt suprà dicebamus.)ad quod est tex. in l. si viua matre.C. de bo.mater. de quo Io.Andr.in add. ad Spec.in rubr. de testa.meminit. & Pau.de Cast. cōs.77. incip. casus iste frequenter contingat.ad princi. sicut etiam vocauit filios filiarum secundò & tertiò genitæ dicti Lupi ante filios dictarum Mariæ & Eleonorę filiarum ipsius domini constituentis,qui tamen erant sibi gradu propinquiores(cū nepotes eius essent) quàm dictarum filiarum Lupi filij masculi,qui erant eisdem futuri pronepotes. Quinimò eadē ratione qua ipse do.constituens filiam primò genitā Lupi filij sui primogeniti prętulit ipsius constituentis secūdò & tertiò genitis filijs,ratione maioritatis & lineæ primogenituræ, videtur etiam prætulisse mares & fœminas ex ipsa linea primogenitorum,quamuis ipsi substituti sint de descēdētibus testatoris, quia isto casu videt se confirmasse cōi iure communi,secundum Alex.cōs.5.colum.1.& 1.vol.3. vbi multas adducit auctoritates. Ad quod bene. facit quod not.idem Alex. in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb. allegando gl.in l.1.C. de dona.caus.mor. cū alijs de quib. ibi per eum . Licet.n.secundum ordinem charitatis filius præcedat in dilectione filiū filij,si tñ apud testatorē fuerit in ordine charitatis maiori, præsumitur eādem affectionē ad nepotē ex eo descēdentē ad effectū succedēdi habere, secundū Bal.in l.cùm acutissimi.C.de fideic. pro quo dicto est tex.vulg. licet eū Bal. ibi nō allegetin l.cùm auus.ff.de cōdi.& demon. maximè quia in casu nostro nō sunt oīno exclusæ fœminæ, vt in casu de quo loquitur Pau.de Cast. in l.generaliter.§. cū autē.C.de insti.& subst. vbi loquitur quando fœminæ à statuto excludūtur.In quo etiam casu loquitur Barba. in commento d.l. cùm acutissimi. charta

8 pe.& in c.Raynaldus.ad fi.ext.de testā.†Ne sequatur ergo istud absurdum & inconueniens, quòd sicut in defectum filiorum & descendentium masculorū dicti Lupi primo genita, vocata fuit eiusdem Lupi primogenita(etiam ante secundò, tertiò, & quartò genitum filios dicti do. constituentis, & masculos ex eis descendentes)si ita non vocaretur illustris Comitis filia primogenita (vbi dictus do.Comes nullos masculos filios aut descendentes relinqueret) etiā ante d.Comitis secundò & tertiò genitū fratres,dicemus ex mente coniecturata d.do. cōstituentis factā fuisse hmōi substitutionē,& nō amissam in occurrēti casu: quia valet.ar.ab absurdo,vt euitetur inconueniens, sine loquamur in cōtractibus, siue in statutis, siue in testamētis, siue etiā in scripturis,l.nā & absurdū.ff. de bo.lib.l. scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tut.l.furti.§.pactus.ff. de his qui no. infa.no.Bar.& Mod.in l.cei populi.ff.de iusti.& iure.Cin. & Bal.in l.cp verò.ff. de legi. & in l.non dubium.col.4.co. tit.& in l.qm sororem.C.de his quibus vt indig.& no.Cano.in c.dudū.§.1.de præb.lib. & omnino dñs meus Fran.

9 de Curte consi.5.col.26.post tract.suū feudorū. † Quemadmodum.n. extenditur prouisio facta per testatorem in vnū casum, ad aliū in quo testator verisimiliter ,puidisset, si de eo cogitasset,vt est tex. notabilis, quē ita sumat Bar. in l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& posth.& Alex.consi.129. volu.2.& consi.102.volu.3.& illū text.in dicto §.Lucius, Pau.de Ca.& Moder.inducunt,quòd etiam statutum debeat extendi ad casum in quo statuentes verisimiliter prouidissent,si fuissent interrogati & de eo cogitassent,vt est glo. singularis in l.tale pactum.§.fin.quam Bal.& Pau. de Cast.ibi ponderant ad hoc.ff. de pact. vbi etiam Franc. de Curte accumulans multa,dicit illud ,pcedere siue per modum statuti,siue per modum rescripti,siue per cōuentiones,aut alterius dispositionis modū,per quam glo.Salic.in repe.l.2.C. de noxa.multa decidit ad hoc proposit um. Ad quod videatur Roma.consi.105.& 334.Alex.cōsi.75.col. 2.volū.5. & Franc.de Curte, qui multa ad hoc accumulat cōs.5 t.incip.super testamentus Alberti de Curte, &c. col. 2.& seq.& dixi plenissimè suprà consi.68.versi.5.& cons. 75.versi.4.& prosequar inferius versic.18.

In fideicommissis autem clarum est induci ex coniecturis illud,si ex verbis non apparet expressè.l. cum proponebatur.in fine.l.vnum ex familia.§.si.de leg.2.l. fideicommissa.§.hæc verba.l. Pamphilo.in princip. & melior tex.in l.pater filium.§.pen. cum gl.ff.de leg.3.& melius in l.ex facto proponebatur.§. si rerum.ibi : & facit quidem totū voluntas defuncti.ff.de hære.insti. & l.cùm quidā.in fi.C.de necess.seru.hære.insti.& in l.pe.ff.de lega.1.Quinimò licet quandoque verba testatoris offendere, vt illius deseruiamus intentioni & menti,vt dicit Bald. in suprà al leg.consi.67.inter cōs.Ang.incip. Martinus Ioan.de Florentia,&c.vbi allegat l.pater Seuerinam.in princip.§.cōditionum verba.ff.de condi.& demon.& melior text.in l. 3.§.cōditio.ibi,sed melius est sensum quàm verba amplecti.ff.de ad.lega.& refert,& sequitur Fran.de Curte, præalleg.consil.51.ad princ.& colum.8. versi. conualidantur, &c.& in simili Paul.de Cast. sæpeallegato cons.67.incip. casus iste frequenter contingit.& cons. 190.incip. videtur dicendum quòd dicti hæredes.& consi.355. incip. viso.dicto testamento. Verba etenim sicut intentioni deseruire debent, & non intentio verbis. cap. humanæ aures.22.q. 5.ita etiam præponenda est sententia verbis, sicut anima corpori.ca.sedulo.35. dist.& prosequitur Abb.corroborādo hanc materiam consi.1.& consil.75.volum.1. & dominus meus Philippus Decius consil.23.inci.& pro tenui, &c.colum. 1.versi. sed tamen prædictis non obstantibus. volum. 1. & ita in facti contingentia in arduo valde casu resoluebā suprà consil.20.versic.25. & consi.41.versi.4.&

10 in suprà allegatis cōs.& vers.68.& 75.cōs.41.†Consequens igitur erit dicere, quòd etiam expressè vocata sit illustris Comitis prædicti filia dom.Catherina per illa verba, *Et no stra intention que a todey dicendia este dicho mayoradgo de padre a hijo*: Quę Latinè sonant, Vadat & decedat iste maioricatus de patre in filium:Ex quo enim d. maioricatus deuenit ad d.illustrem Comitem, debet primitus ipsius do. Comitis euacuari linea,antequam ad aliam lineam deueniatur, pro vt sonant illa verba de patre in filium. quod etiam est iuri conforme,vt not.Bal.Paul.de Cast.Ioan.de Imol.& Soci. in l.cū ita.§.in fideicōmisso. per illum tex.ff.de leg.2. vbi Bal.in 2.notabili.& post eum dicto. præallegati notant quod ad fideicōmissum relictum familiæ,non admittuntur omnes simpliciter, sed ordine quodam,vt prius vocati singulariter veniāt, & qui ex eis descendunt: quibus deficientibus,vel extinctis, recurratur ad alios qui reperiuntur in or

dine pro-

dine proximitatis. Et expresſius loquitur idem Bald.conſ. 32.incip.præmiſsis verbis ſtatutorũ.col.pen.vbi ſingulariter decidit caſum noſtrũ, dicens, quòd ſi teſtator diſponat quòd res aliqua vadat de liberis in liberos,ſi vnus ex liberis decedat,relictis pluribus filijs aut liberis,donec ſupereſt aliquis de vna linea, ſuccedunt ſuperſtites illius lineæ, & finita illa linea,tunc demum ad alios alterius lineę ſucceſsio deuoluitur,per text. in cap.1.de natur. ſucceſ. ſeudi. & ita etiam in conſulendo tenui, vt patet ſuprà conſi.5. verſi.9. & latius & diffuſius conſi.49.verſi.22.& infrà. conſi.120. verſ.22.& quotidie ſeruatur in practica ꝙ in emphyteuſi ſuccedunt in portione patri delata, liberi eius:ad quod eſt l.cùm auus.cum concor.ff.de condi. & demon.refert, & ſequitur Cor.conſi.233.incip.in hac cõſultatione.in litera n.volumi.4.Soc.preallegato conſi.252.incip. viſis inſtrumentis: in primo dubio.volu.2.& in terminis noſtris videtur iſta concluſio minus habere difficultatis. Quoniam ad hoc quòd ſuccedatur dicto illuſtri Comiti ſecundum conſtituentis diſpoſitionem,oportet quòd ſit filius,aut filia,vel deſcendens alius (ſi extent) propter illud verbum deſcendat,ſuprà relatum,l.1.an per alium cauſ.appel. & 2. q.7.cap.plerunque.§.his ita.& dictionem illam, *hijo*, id eſt filio,quæ verificari non poteſt in iſto do.Petro reſpectu dicti Comitis,cuius eſt frater, & de cuius ſucceſsione tractatur,cum deuenerit maioricatus ad ipſum Comitẽ,iuxta d. l.40.legũ thori.& prout not. Soci. vbi ſuprà. Cùm igitur appareat fundatorẽ maioricatus attẽdere voluiſſe ad diſtinctionem lineæ primogenitorum & ſecundogenitorum, etiam in deſcendentibus ex Lupo filio ſuo primogenito, nõ videtur eſſe incõueniens (imò debemus ita dicere) ꝙ dicta domina Catherina vocetur expreſſè ad dictum maioricatum poſt dictum illuſtrem Comitem patrem ſuum, per illa verba ſupradicta: Vadat iſte maioricatus & deſcendat de patre in filium, etiã ſi per hoc impropriaremus dictionẽ illã,filio,preſertim qa iuri nõ repugnat,nec volũtati fundatoris,vt infrà verſ.12.ꝓbaĩ,& not.Ale.in l.3.C.de lib.præt.& doct.in l.cũ virũ.C.de fideico.cũ vulga.& minor vis fit in hoc verbis d. maioricat⁹,ꝗ ſi illa verba & alia infrà ponderanda de nihilo ſeruirent , contra l.ſi quando. C.de inoffi.teſta.& l.ſi quando.de lega.1.& cap.ſi papa.de priuileg.lib.6.minus etenim reſiſtit dicta interpretatio tũ iuri,tum vſui communi loquendi,quàm ſi verbum vendidit,in contractu locationis appoſitum,exponatur pro locauit,quod eſſe permiſſum non diffitetur Bal.in l.2.C.cõmod.& in l.id quod pauperibus. in princi.C. de epi. & cle. vbi dicit, ſi teſtator aliquem conſtituat bonorum ſuorum dilapidatorem, quòd intelligitur executorem teſtamentarium deputaſſe, & multa ad hoc propoſitum allegat dominus meus Iaſon de verborum impropria interpretatione, in authent. nouiſsima. colum.10. C. de inoffic.te-
11 ſtam.de quo dixi ſuprà conſi.49. verſic.21.† Et certè dominus conſtituens ita viſus eſt in dicti maioricatus conſtitutione & creatione prouidiſſe , & ordinaſſe , dicendo vadat & deſcendat iſte maioricatus de patre in filium,per quæ verba(iuncta alia clauſula immediatè ſequente, *aquiẽ el dicho maioradgo viniere*) deſignauit apertè ꝙ ſucceſsio deſcenderet de perſona illius ad quem veniſſet,ſi extarent ex illo deſcẽdẽtes.Illa etenĩ dictio,filiũ,in caſu noſtro cõprehendit & filios, & nepotes, quandoquidem eſt determinatio indubia,quòd quando diſpoſitio ſit erga filios cũ incerto ſuturo euentu, in quem filij ſubſtituuntur alieri, tunc filiorum denominatio comprehendit etiam nepotes & ita etiam tenui ſuprà in præallegato conſi.49. verſi.25. quia tunc cùm teſtator conſiderare potuerit, quòd fortè tempore purificatæ conditionis non extarent verè filij vltimi ſuccedentis in dicto maioricatu, videtur ſub nomine filiorum, etiã de nepotibus ſenſiſſe , & illis deficientibus, de vlterioribus,ſecundum Ioan.de Imol.in l.Gallus.§.inſtituens. vbi etiam Soci. & mod.ff.de lib.& poſth. vbi ita intelligit dictum Bal.ibi, & declarat text.in l Lucius.ff.de hęred.inſti.refert,& ſequitur Franc. de Aretio, qui multa accumulat conſi.146. incip. reſpondendo ſummatim per totum.ꝙ etiam voluit Bar.bene intellectus in l.liberorum ff.de verb. ſignifica. & voluit dictus dominus conſtituens inter dictos(vt poſtea declarauit)ordinem geniturę in forma ſuprà mentionata ſeruari, tradens formã ſucceſsionis fœminarũ(cùm prius appoſuiſſet inter maſculos ordinẽ) dicẽs, *E por eſta miſma orden ſe guarde*,&c.& ſequitur, *E den de adelante ſe guarde de linea en linea la orden ſuſo dicha*, &c. Ponderando.n.verba illa, & per hũc ipſum ordinẽ, & dictionem illã ſuprapoſitã, quæ ſunt relatiua præcedentiũ, vt de primo tradit Soci.conſi.250. incip. in caſu Bonon. col.2.vol.2.& de ſecundo not.Bar.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulg. & pupil. videtur dñs conſtituens diſpoſuiſſe,quòd in ſucceſsione filiorum & deſcendẽtiũ Lupi, ſeruetur ordo quem ipſe præmiſerat in ſuccedendo dicto Lupo , declarando quòd priuſquam deueniretur ad nouã lineã,euacuaretᷣ penitus linea illius qui ſucceſsiſſet vltimò (pro vt ſupra dicebam.) & hoc denotant verba illa ſuprapoſita,quę Latinè ſonant, & deinceps cuſtodiatᷣ & ſeruetᷣ de linea in lineam ordo ſupra poſitus. Proprie etenim linea intelligitur illa quæ eſt recta ſurſum & deorſum,vt dicit Bald.conſi.272.incipiente, teſtamento cauetur.lib.3. allegat d.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vul. & pup.& facit l.iuriſconſultus.§.parentes.ff.de grad.refert,& ſequitur dominus meus Philip.Decius conſi.375.incipiente,requiſitus,&c. colum.2. verſic. ſed tamen his non obſtantibus. volum.3.& ſecundum hanc cõſiderationem egregius dominus Petrus,licet ſit frater illuſtris comitis,qui nunc dictũ maioricatum tenet & poſsidet,nõ tamẽ eſt de ipſius linea,pro vt voluit Nellus in ſuo trac.bannitorum. quæſt. 3.primi temporis, dicens quòd coniuncti nobis non ſunt ex linea noſtra,quamuis ſint ex linea patris aut aui,allegat Bart.conſi.55.incipiente.quia factum,&c. & in ſimili caſu tradit Soci.cõſi.33.incip. circa præſentẽ conſultationẽ. col.6.vol.3. vbi dicit, ꝙ licet auus maternus, aut proauus ſint de linea materna.l.2.C.de bo.mat.attamẽ deſcendentes ex eis non dicuntur eſſe de linea materna: allegat Bart. conſi.56.incipiente,in quæſtione prædicta,&c. Si ergo in hoc maioricatu ſuccedi debeat de linea in lineam , certè prius debet euacuari iſtius domini Comitis linea , in qua cùm non ſint filij,nec deſcendẽtes alij maſculi, ſed iſta domina Catherina dũtaxat,debet ipſa poſt patrem ſuum admitti & poſt eam deſcendentes illius maſculi , per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Quibus addatur Phil. Cor.conſi.190.incip.pluries ſuper hac cõſultatione.in litera d.volum.3.vbi refert Bald. conſi.32. incip. præmiſsis verbis ſtatutorum. col.pen. dum dicit, quòd ſi pater diſponat quòd res aliqua vadat de liberis in liberos,ſi decedat vnus ex liberis pluribus relictis liberis,quamdiu ſupereſt aliquis de vna linea, ſuccedunt ſuperſtites illius lineæ in portione quę deuoluta ſuit ad eorum patrem , aut aſcendentem in mediatum: & finita linea illa, tunc res illa deuenire debet ad alios alterius lineæ.& his accedunt quę infrà verſi.ſeq. & verſi.18.
12 in fine dicuntᷣ.† Nec eſt impertinens,imò valdè cõueniẽs dicere,ꝙ dicta domina Catherina ſuccedat patri in dicto maioricatu ex diſpoſitione & verbis expreſsis illi⁹,ſcilicet, *de padre a hijo*, ratione abſurdi. vt ſupra verſi.8. interebamus,propter quod(vt dicebam)quatenus euitetur , licitũ eſt nedum à propria verbi ſignificatione recedere,verum etiam permittitur ipſa verba offendere & impropriare,vt menti proferentis deſeruiatur , vt latius dicebamus ibi. Quanto ergo magis in caſu noſtro debet admitti, quòd ſub hac dictione filius,ſit vocata & effectualiter comprehenſa dicta domina Catherina , cùm filiorũ appellatione veniunt fœminæ etiam in ſubſtitutionibus,l.ſi quis ita.in princ.ff.de teſta.tutela.l.ſi ita ſcriptũ.ff. de lega.2.& l.iuſta. & vtrobique docto.ff. de verbo , ſignifi. de quo latè per And. Siculum poſt Ioan. And. do. Anto. & alios in cap. Raynaldus.extrà,de teſta.& Alex.omnino conſ.53.incipiente,inuocato.colum.4.verſi.& primò non eſt dubitãdum.vol.4. & hoc maximè quando ſit extraneo & eiua

filijs

filijs,vt infrà consi.120. versi.46. etiam si statuti vel con-
suetudinis dispositio resistât, vt ibi versi.51. †Nec obstare
13 videt quòd in pluribus locis dicti maioricatus, dominus
constituens semper loquatur de masculis: quoniã satis esse
videt, quòd in huiusmodi substitutione vel dispositione,
scilicet quòd succesio descenderet de patre in filium, lo-
quatur simpliciter de filijs, vt not. in l. non aliter. ff. de leg.
3. & in l.1. §. sin aût ad deficiẽtis. C. de cad. tol. & permul
ta corroborat Soci. consi.14. incip. sequendo ordinem pr̨
dictarum quæstionum, per totum. volumine primo. & re-
ctè alibi dictus dominus constituens ita comprehendit
sub masculino fœminum, dum dixit, *Es a saber assi & co-*
mo per esta forma que entre los varones ha de ser preferido
el decendiente varon maior por la linea masculina del dicho
don Lopez Vazquez nostro hyo, y despues por el conseguiente
falleciendo aquella linea, ha da passar y passa la linea de los
otros nuestros hijos don Pedro, don Fernando, y don Luys, y
en defetto de todos estos. y de las hijas, y decẽdiẽtes del dicho
don Lopez Vasquez hade passar y passe alos decẽdientes de
la dicha dña Maria y dña Leonor, &c. Certè cum præ-
fatus dñs constitués vocauerit expressè ante dictos Petrũ,
Ferdinandum, & Ludouicum filios suos, primogenitam
filiã dicti Lupi, & descendẽtes masculos ex ea, consequens
est dicere, quòd dum dicit quòd debet præferri descendẽs
masculus maior per lineam masculinam, quòd etiam voca
ret suo casu qui existere poterat descendentem masculũ
ex filia d. Lupi primogenita: aliàs subsistere non posset ꝙ
subdidit in medietate, dicens, *E falleciendo aquella linea, ha*
de passar, y passe ala linea de los otros nuestros hijos, &c. quoniã
(vt est præmissum) ante dicti domini constituentis filios
extremos, vel natu minores, aut eorum lineam, vocabatur
14 dicti Lupi filia primogenita, & eius linea masculina. †Et
sic cùm non præsupponitur immediatè se corrigere l. nã
ad ea. ff. de condi. & demon. necesse est dicere, vt voluntas
& expressa dicti domini constituentis dispositio serue-
tur quòd etiam possemus impropriare dictionem illam,
varon, quæ masculum denotat, vt etiam fœminam com-
prehendat: aut clausulam illam, per lineam masculinam,
vt etiam comprehendat masculos ex primogenita filia di
cti Lupi: quoniam aliàs esset contrarietas in dispositione
circa succedendi formam & ordinem, quod non est præ-
sumendum. Et si dicamus illam dictionem, *varon maior*,
etiam fœminã comprehendere, vt suprà dicebamus, certè
stabiliret mirum in modum dictæ Catherinæ successio-
nẽ. quoniã si testator instituit filios suos masculos, adijciẽs
quòd hæreditas eius vadat de vno in alium descẽdentem
per lineam masculinam, si vnus decedat cũ filia fœmina,
superstitibus fratribus, vt suprà, inuicem substitutis, con-
sultũ fuit per solennes doctores, quòd illius defuncti qui
successit filia, patruos suos excludat, quia dicitur esse de de
scendentibus per lineam masculinam, pro vt refert, & se-
quitur Bartho. Soci. consi.51. incipiente, visa facti narra-
tione, &c. post princ. volum.4. pro qua opinione vel sen-
tentia est tex. in l. lege duodecim tabularum. versi. huius-
modi itaque. C. de legit. hære. & in §. item vetustas. insti.
de hæred. quæ ab intest. desc. & in l.2. §.1. ff. de suis & legi.
iuncto text. in §. cæterum. inst. de legitima agna. success.
ad quod videatur do. meus Philip. Decius cõs.319. per to-
tum. volum.3. Idem dom. meus Philip. Decius consi.95.
2. dub. volum.1. & consi.287. num.6. & consi.291. num.8.
volum.2. Philip. Cor. consi.97. in litera n. vol.1. & Paul. de
Cast. consil.49. colum.9. versic. fortiter. & consi.51. col.
2. & Soci. consil.227. colum.9. versi. quartò ad idem. volu.
2: Quod magis est verum in casu nostro: licet fortè sit se-
cus in priuilegijs & immunitatibus & alijs materijs, iuxta
not. per Bart. in l. quotiens. C. de hæred. institu. & in cap.
vbicunque. de pœ. lib.6. & maximè propter illã dictionẽ,
maior, quæ d. do. Catherinæ, & non alteri congruit, per ea
quæ not. abunde And. Barba. præall. consi.10. volum.2. &
consi.27. versi.33. volum.1.

Potest etiam dici (& credo hanc esse puram veritatem,
& domini constituentis intentionem) quòd disposuerit
per illa verba, quòd pluribus existentibus masculis vnius
lineæ, vocetur maior illorum: quod apertè videtur expri
mi dum dicit, *entre los varones*, &c. & anteà dixerat, *que an*
de y decienda este dicho maiorazgo de padre a hijo &c. vsque ibi,
a quien el dicho maiorazgo viniere, vt suprà fuit ponderatum:
ita quod dictis masculis in aliqua linea primogenitorum
deficientibus, admittatur filia primogenita ex illo qui in
dicto maioricatu succesit, & per consequens ista domina
Catherina, illustris Comitis prædicti filia vnica, & post il-
lius obitum filij & descendentes masculi, quod patet ex
verbis suprà proximè appositis: *y passa a los descendientes de*
la dicha dona Maria & dona Leonor nostras hijas segun la orde
pãza deste nostro maiorazgo, y segun y por la forma que en el esta
declarado. Sequeretur enim aliàs (vt prædixi) quòd dicti
Lupi deficientibus masculis, & Petrus, & Ferdinan-
dus, & Ludouicus dicti quondam domini constituen-
tis filij, sed & Maria & Eleonor pr̨ferrentur dictæ filiæ
primogeniti Lupi, cùm tamen illam primogenitã Lupi,
& descendentes ex ea masculos, prætulerit dictis Petro,
Ferdinãdo, & Ludouico, & Mariæ & Eleonoræ. Quin-
imò aliæ filiæ dicti Lupi (excepta dicta primogenita) sint
prælatæ dictis Mariæ & Eleonoræ filiabus ipsius domini
constituentis, (de quibus tamen dicta clausula declaratiua
successionis dominus constituens nõ meminit, nisi verba
15 ipsius impropriemus, vt est prædictum.) †Coadiuuantur
præmissa, quia (vt pr̨dixi) voluit dominus cõstituens eun
dem ordinem in successione fœminarũ ex filiabus Lupi,
& Petri, & Ferdinandi, & Ludouici, atque Mariæ & Eleo
noræ, qualem prius apposuerat inter descendentes mascu
los ex eisdem. Quod apparet ponderãdo verba illa, *por esta*
mesma orden: & verba illa, *la orden suso scrita*. quoniam illud
verbum, suprà scriptas, positum post illam clausulam, ser-
uetur de linea in lineam ordo suprà scriptus. denotat or-
dinem similem appositum fuisse in descendentibus ex fi-
lijs dic. Lupi (de quorũ antea successione modo succedẽ-
di disposuerat) qualis in eiꝰ filijs est appositus, vt (scilicet)
si is, in quem dictus maioricatus deueniret, decederet cũ
masculis, ꝙ maior scilicet primogenitus excluderet mi-
norem, & illis deficientibus, fœmina maior, illius qui suc-
cessisset filia, & post eam eius masculi succederẽt: quibus
deficientibus vel nõ existentibus, patrui dictæ filię. Aliàs
verba illa, secundum ordinem suprà scriptum, ad id quod
iunguntur verificari non possent, cùm tamen illa similem
ordinem pr̨cedentem denotant ad oculum noscibilem,
vt suprà consil.61. versicu.2. & in hoc consil. suprà dice-
bamus. versic.11. & probatur in l.1. §. legi. ff. de his quæ in
testa. delentur. & not. in l.1. §. deinde. ff. de postul. & ita re-
fert, & sequitur Soci. consi.24. incip. visis, &c. colum.5.
versic.2. ex illis verbis. volum.1. Quod etiam designant
16 illa verba suprà põderata de patre in filiũ, &c.† Nec enim
fœminas exclusit in totum vel omnino d. dominus con-
stituens, sed suis casibus, scilicet vbi ęssent masculi ex illo
qui successisset, aut succedere debuisset. Quemadmodum
iuri etiam non repugnant, si in regalibus dignitatibus etiã
feudalibus fœmina succedat. Quandoquidẽ legitima suc-
cesio in Ducatus & Comitatus & Marchionatus digni-
tate, verificatur etiam in filiabus, vbi masculi non extant,
secundum Abb. consi.3. incip. nitar, &c. colum.4. versi. ex
his infertur, &c. vol.2. cuius dictum refert, & sequitur, &
corroborat Philip. Decius cons.169. incip. consultus ab
illustri domino Marchione de Trans. &c. in primo dub.
vol.2. & hoc pr̨sertim quando pro dicto feudo nullum
seruitium præstatur, secundum Bal. in l. quotiens: C. de suis
& legi. & in cap.1. in ver. descendente. col.3. versi. quærit
glo. nunquid, &c. in tit. qui feudum dare pos. in vsi. feud.
refert, & sequitur pro dicto singulari Rom. singulari.580.
incip. hodie fœmina. & ita in valde arduo casu dicebam su
prà consi.20. versi.6. & per consequens in terminis maio-
ricatus ex natura illius fœmina est capax, (nisi fortè ex-
pressè fuisset in illius constitutione exclusa) etiã si maio-
ricatus in succedendo æquiparetur successioni regalium
dignitatum,

dignitatum, secundum Socin. d. consil. 47. colum. 3. versi. tertio ratio est, &c. Bolog. præalleg. consi. 62. colum. 6. versi. circa verò quartam, &c.

Et cùm sæpedict. dominus constituens antea dixisset, ꝙ iste maioricatus iret & descenderet de patre in filium & poterat esse ꝙ ille qui in dicto maioricatu succederet plures haberet filios (pro vt in Lupo eius primogenito cõtigit) ne propter illa verba, *de padre a hijo*, vellent patrui excludere nepotem aut pronepotem ex fratre primogenito qui successisset subdidit. *a qui en el dicho maioradgo viniere*, ac si dixisset expressè, filij illius qui vltimò dictũ maioricatũ tenebit succedant patri, seruata inter eos sexus & geniture prerogatiua. & declarauit idẽ dominus cõstituẽs per illa verba: *es asaber asu & commo por esta forma & regla*, &c. Quæ clausula dat ordinẽ succedendi, & formã descẽdentibus ex filijs, & vlterioribus descendentibus Lupi, qualem in ipsius Lupi successione pręmiserat. Aliàs enim nihil esset ad quod referrẽtur illa verba, *asu e commo por esta forma*, prouidendo per eadem verba, quòd inter masculos illi⁹ qui successisset, maior pręferret minori, & in defectũ masculorum admitteretur fœmina, aliàs sequeretur (propter ea quæ de huiusmodi clausula diximus) vnum valde absurdum, quod dato (citra tamẽ veri pręiudicium) quòd Petrus & Federicus admitterentur ad successionem post illustrem comitem, & vbi nullis relictis liberis masculis decederent vnus post alium, superstite filia primogenita Lupi, quę etiam masculos haberet, quòd ista primogenita filia Lupi post Federici fratres iunioris absque masculis obitum, nõ admitteretur, sed Petrus domini cõstituentis filius maior post Lupum, propter illa verba, *E despues por al consiguiente, fallesciendo aquella linea ha de passar y passe a la linea de los dichos nostros hijos, don Pedro*, &c. post quem etiã Petrũ Ferdinandus, & nouissimè Ludouicus fratres ipsius Petri admitterentur, cùm tamen ante eos vocata fuerit filia primogenita dicti Lupi, & descendẽtes illius masculi,
8 feudo. † Pręterea si diceremus pactum huiusmodi de quo agitur, aut donationem, fieri potuisse, attamen adhuc viribus non subsisteret, cùm liberam testandi facultatem auferat, tanquam factam de omnibus bonis præsentibus & futuris, in qua veniunt indubiè nomina & actiones, quicquid dictum fuerit suprà versicul. 2. ex quo deuentum non est ad particularem expressionem, seu restrictionem mobilium & immobilium, vel ad specialem designationem locorum in quibus consistere dicuntur: in quibus casibus fateor secus esse. Ita not. Bar. Alex. & moder. in l. fin. C. de pact. Ita etiam distinguendo Feli. concordat. vbi suprà, in contrarium allegatus in proœ. decreti, colum. 8. versic. illud dicitur. Socr. consi. 112. incip. viso testamento. colum. 2. versic. sed his non obstantibus. vol. 1. sequitur Francisc. de Aretio. consil. 54. incip. in causa magistri Blasij. & dominus meus Philippus Decius consi. 30. incip. & protenui facultate. per totum. vol. 1. vbi etiam concludit bonorum omnium donationem præsentium & futurorum non valere, quãuis donator vsumfructum sibi reseruauerit. Allegat ad hoc remissiones infinitas in consi. 251. incip. in causa magnificæ do. Claudiæ. in princip. vol. 2. & Cor. consi. 252. inc. primò videndũ est, &c. volum. 3. & ita semper in consulendo tenui, vt patet suprà consi. 95. vers. 2. vbi refero alia consilia in quibus ita tenui. Et de hoc non videtur esse dubitandum, præsertim si ponderemus verbum succedere: quod quidem verbum hoc proprie designat, successionem vniuersam, l. quidam. §. is autem. & ibi not. doct. ff. de edendo. & ita refert, & sequitur Soc. consi. 102. inc. visis scriptura cõpositionis, &c. volum. 2. vers. secundum probatur. volum. 3. & bene facit l. nihil aliud est. ff. de verbor. signific. & l. hæreditas. ff. de reg. iur. de quo verbo videantur quæ dixi suprà in verb.
9 hereditat. consil. 58. versi. 1. † Sed ad vrgentiora deueniamus; præsupposita dicti pacti siue donationis validitate, restat inquirendum an potuerit dictus Bernardus cognominatus Antiquus, vel alius quicunque, vt suprà dicebatur, in aliũ disponere de d. Baronia de Luca, quàm in antedictum Petrum de Castro eius primogenitum, vel descendentes illius. Et licet fuerint suprà multa quæ vrgere videntur pro parte negatiua deducta, attamen illis nõ obstantibus

ftantibus, teneo quòd potuerit dictus quondam Bernar-
dus variare, & donare, seu alio titulo transferre in quéuis
d. Baroniam. Nam si dicamus hanc donationē esse mortis
causa, certum est quòd illa, pœnitentia reuocari potuit,
l. nō omnis. ff. si cer. pet. l. quæ mortis. & l. senatus. §. mor-
tis causa. ff. de dona. caus. mor. Quòd autem sit donatio
causa mortis, videtur, quia collata est post dictorum con-
iugum obitum, propter verbū illud succedere: quod ver-
bum Soci. in d. consi. 102. dicit esse idem cum verbo hæ-
reditare, cùm viuentis nulla est hæreditas, sed post eius
mortem, vt Franc. de Curte docet abundè consi. 73. col. 2.
de quo est tex. in l. qui superstitii. ff. de acqu. hær. & in l. 1.
ff. de hær. vel act. vend. & melior in l. 1. iuncta gl. & viro-
biq; doc. ff. de vsuc. pro herede. & dixi suprà consi. 58. pre-
alleg. versi. 1. vbi prosequor naturā dictionis huius here-
ditare. & latius in cōsil. illustrium fratrum Cardonæ con-
tra illustrem ducem fratrem eorum, 3. dubio. ad fi. & 5.
dubio. versi. 28. vbi resoluo, ponderando verbum illud
hæredita. donationem esse causa mortis: & aliàs quando
confertur aliqua donatio simpliciter post mortem donan-
tis, aut aliàs, tunc præsumitur esse causa mortis, vt not. do-
minus meus Iason post alios in l. fin. C. de impub. & alijs
substi. præsertim quia in huiusmodi donatione nō est con
uentum quòd illa reuocari non possit: Nec etiam inter-
uenerunt alia quæ in facti contingentia suprà pondera-
bam, consi. 53. versi. 1. & 4. & consi. 60. versi. 13. ad inferen-
dum donationes de quibus ibi, esse donationes inter vi-
uos, quāuis illarum executio esset dilata vsq; post obitum
donatorum, & aliàs quælibet dispositio regulariter, cùm
dicatur secūdum tempus in quod differtur effectus illius,
C. de dona. ante nupt. l. quod sponsæ. & tenet Bart. consil.
10 76. † Et si fingamus hanc donationem esse inter viuos (de
quo valde dubito) clarū est attamen quòd illa non ince-
pit à traditione, sed à cōuentione, & promissione (scilicet
quòd primogenitus ex huiusmodi matrimonio & eius
descendentes, &c. succederent in omnibus bonis, &c.) &
non apparet d. Baroniam aut alia bona tradita fuisse do-
natario, cùm etiam nondum esset natus. Ex quo sequitur
quòd dictus Bernardus donator, ante traditionem potuit
res illas donatas nedum alteri obligare, vel hypothecare,
sed etiam donare, ita quòd si secundo donatario prius tra-
dita fuerint aliqua ex donatis antea, dominium in secun-
dum transfertur, per text. expressum in l. quotiens. C. de
reuoc. dona. vbi res donata si ante traditionem donetur
alteri & tradatur, trāsfertur in secundum donatariū do-
minium: & est ratio, quia donator ante traditionē rema-
net dominus. Ideò potest res donatas non traditas alteri
obligare, vel donare: & si postea ad donatarium primum
transferātur, transibunt ad illum cum onere obligationis
illius, per text. in l fi. §. Lucius. ff. de dona. & in l. 3. vbi hoc
not. Bar. per illum tex. ff. de ter. expor. & in l. qui Romæ:
§. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. & ibi moder. Idem
Bart. in l. 1. C. si manci. ita fue. alie. ne prostit. & in l. 1. ad
fin. C. de iure fisci. post glo. ibi, in ver. perfectam. li. 10. vbi
allegat tex. in d. §. Lucius & its in facti contingentia sem-
per tenui, vt patet suprà consi. 58. vers. 6. & 8. & consi. 60.
versic. 13. & intrà cōsil. 104. versi. 2. & in casu nostro mul-
tò magis, quia nec dominiū, nec possessio exierunt à per-
sona dicti quondam nobilis Bernardi donatoris, cùm nul-
la interuenerit possessionis traditio ficta, nec actualis per
11 clausulam cōstituti, vel retentionis vsusfructus. † Insuper
attendo quòd verba conuentionum prædictarum præ-
supponunt subsequentem tractatum, quo mediante pri-
mogenitus succedere debeat, cùm sit conceptus tractatus
ille per verbum futuri temporis, debeat succedere: & sic
quòd hic fuerit conuentio, seu promissio quædam de fa-
ciendo succedere primogenitum. Sed doctores omnes in
l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco. admittunt quod
aliud sit hæreditare, vel hæreditatem transferre, & aliud
promittere de hæreditādo, vbi dominus meus Iason hoc
probat per tres text. & quinq; decisiones. Ex promissio-
ne etenim de donando, oritur duntaxat actio personalis
contra promissorem, & non est nata actio hypothecaria
in rem, vt not. dominus meus Iason prædictus in l. si ante
nuptias. ver. ego autem. ff. sol. mat. dicēs se ita in facti con-
tingentia consuluisse. & not. Ludouicus Gomis in §. su-
perest. nu. 9. & in §. in personam. nu. 41. in Insti. de actio. &
ita etiam in consulendo tenui suprà, consil. 64. vers. 11.
12 † Attendatur insuper quòd in terminis nostris Guido pa-
pæ consilio suo 60. incip. ad dubia elicita, &c. in fine 1. du-
bij. volum. 5. & consi. 194. incip. Iacobus de Molena. per
totum. vol. 3. resoluit paciscentes à dicta conuentione, in
totum recedere, vel variare posse: quod etiam voluerunt
domini Tolosani in suis decisio. quæst. 453. incip. itē fuit
quæsitum. allegant l. Titia. §. Lucius. ff. de lega. 2. vbi text.
est, quod ille cui facta est immēsa donatio, fideicommisso
grauari potest, ex quo potuit illa reuocari, sicut filiæ cui
vltra legitimam datum est in dote, potest fideicommisso
grauari quatenus legitimam excedit, l. finali. §. filiæ. & ibi
Bar. & doc. ff. eo. tit. de leg. 2. & in proprijs terminis, quòd
paciscētes variare possint, & alteri bona dare (etiam si di-
ctum pactum factum non fuisset de tota vel vniuersali
hæreditate, sed de illius parte (tenuit vltra præallegatos
dominus meus Philippus Decius post Bal. in l. pactū do-
tali. C. de colla. Ioan. Fab. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. &
in l. fi. C. de pact. vbi etiam dominus meus Ias. colum. 4. &
colum antepen. & dominus meus Iacobinus de sancto
Georgio in finalibus verbis, vbi dicunt quòd licet huius-
modi pactum super successione certę partis bonorū con-
trahētium matrimonium, fauore matrimonij valere pos-
sit, hoc tā inteligendum est si paciscētes vsq; ad mortem
perseuerauerint, aliàs non: & ita not. Io. And. in regula ac-
cessorium, in mercurial. li. 6. And. de Yser. & Card. in c. 1.
§. itē sacramēta in tit. de pace iura. firmāda. in vsib. feu. vbi
Bal. ponit quęs. de Aragonū Rege, qui duos filios habēs,
vni Aragonū, alteri Maioricarū regnum assignauit, iura-
ueruntque dicti fratres dispositionē illam perpetuò ob-
seruare authoritate dicti Regis & cōsensu interueniente.
Postea successu temporis cùm rex inter dictos filios sub-
stitutiones aliquas fecisset, resoluit quòd ista assignatio
cùm sit quædam ordinatio à patre facta supremi iudi-
cij dispositionem præueniens, & inde naturam mutabi-
lem assumens vsque ad supremum vitæ exitum, l. paren-
tibus. C. de in offic. testa. l. si filia. §. Papinianus. C. famil.
ercisc. d. l. fi. C. de pact. Sic ergo Rege volōtatem mutan-
te, iuramentum quod inter se præstiterunt dicti Regis filij
viribus est vacuatum, & moderatum prout Regi placuit:
& ita etiam resoluit dominus meus Iacobinus de sancto
Georgio in tract. feud. in gloss. in ver. & vnus ex dictis
vassallis, &c. ad fi. dominus meus Iason in repet. l. filiusfa-
miliás. §. diui. vers. 32. ff. de lega. 1. Ioan. Lupus de Caccialu-
pis in repeti. l. frater à fratre. q. 21. ff. de condict. indebi. &
Philip. Cor. cons. 228. per totum. vol. 4. & ita tenui in præ-
alleg. consi. illustrium fratrum Cardonæ, in 3. dub. vers. 9.
& 4. dub. versic. 56. & suprà d. consi. 58. versi. 5. Ex quibus
quoad hoc primum dubium videtur intrepidè cōcluden-
dum, pactum illud quòd primogenitus succedat in omni
bus bonis, &c. vt ibi dicitur, nullum esse & inualidum: &
data pro ficto validitate illius, esset intelligendum, si dicti
paciscentes perseuerassent vsque ad eorum obitum, ita quod
si dicto pacto per ipsus aut eorum aliquem (quoad bona
quæ ab eo proueniūt) fuerit contrauentum, valet transla-
13 tio in alium facta. † Secundi dubij resolutio dependere vi-
detur à decisione quæstionis cuius sit electio in alterna-
tiuo legato: & certè videtur esse clara determinatio, cùm
in vltimis volūtatibus legatarij sit electio, quāuis in con-
tractibus debeat esse debitoris. Ita not. dominus meus Ia-
son post alios in l. quæ de legato. ff. de lega. 1. & in l. cùm
res. & in l. si ex toto. §. si ita legatum. & in huiusmodi. §. si
Titio Stichus. eo. titu. sed certè (nisi fallor) ista dubitatio
cessare videtur in casu nostro. quandoquidem vbi verba
testatoris ad hæredē directa fuerint, electio videtur hæ-
redis

redis esse, secũdum glo. in l. Lucio. ff. de lega. 2. Et è diuerso vbi testatoris verba essent ad legatarium directa, esset electio legatarij, vt not. dominus meus Iason post alios in l. planè. §. si ita Titio, in finalibus verbis. ff. de lega. 1. & in l. huiusmodi. pręal. §. si cui homo ad fi. eo titu. Cessantibus autem præmissis esset in dubiè legatarij electio, vt suprà dicebamus, quæ videntur prima facie decidere præsens dubium attenta legati forma. Sed consideratis legati verbis & forma, constat relictum hoc de dandis decem mille florenis, casu quo dictus Galcerandus Galcer. hæres baroniam de Luca non recuperaret, vel si illam recuperaret, & nun traderet, aut transferret in dictum nobilem Franciscum fratrem suum.

Et hic videtur illa alternatiua in fauorem dicti legatarij apposita, quo casu est electio illius. Ita singulariter not. Guliel. de Gugno, quem Bal. ibi sequitur in l. quanuis. in princip. per illum tex. ff. de pig. act. vbi Bal. infert quòd si promisisti mihi dare centum in festo Paschæ, vel dare pignus, quòd ego possum agere præcisè ad illa cētum, vel ad pignus: quoniam illud de dãdis pignoribus appositum fuit in mei fauorem. Ideò nõ debet electio debitoris esse, quoniam aliàs illud quod in meum fauorem appositum esset, in meum præiudicium resultaret, contra d. l. quanuis. & contra l. quod fauore. C. de legi. per quã rationem motus do. meus Iason in §. huic autē. Colum. 3. inst. de actio. decidit valde notabilem quæstionem, de illo qui ex concessione domini potest vnum vel duo plaustra lignorum ex aliquo nemore accipere, ꝙ est in electione ipsius cui facta est promissio. Sic ergo ad propositum, videtur quòd ista adiectio legato de decē mille florenis, in fauorem dicti legatarij filijque testatoris fuerit apposita, quia testator in hærede voluntatem & noluntatem, potentiamque & impotentiam soluendi legatum baroniæ de Luca considerauerit: proinde videtur quod sit nobilis legatarij ele-
14 ctio. † Et si dicimus hæredis fuisse electionem, & dictum ius eligendi transmisisse ad suos hæredes, vt doct. vidētur admittere in l. si stipulatus fuerim. ff. de verb. oblig. Respondeo ꝙ dato quòd ius eligendi potuisset dictus Galcerandus ad hæredem transmittere (de quo valde dubitos quoniam doct. in præall. l. si stipulatus fuerim, nõ loquuntur in terminis nostris) attamen dicta domina Guiomara non posset de dicto iure tertio competenti opponere, vt not. Oldral. in sæpedicto cons. 139. inc. ad habendam, &c. in 6. dub. de quo est gloss. notab. in l. 2. ff. si ager. vectig. vel emphyt. & in l. indebiti. §. si nummi. ff. de condict. indeb. & in l. his cõsequenter. §. 1. ff. famil. ercisc. & not. in l. cùm seruum. C. de ser. fugit. Bart. in l. 2. C. de execu. rei iudi. & Abb. post alios. c. conquerente. ext. de offi. ordi. Archid. c. 1. de rescript. lib. 6. cum alijs multis relatis per And. Siculum. consil. 41. incip. illud afferam in medium quod Prophetæ gloriolissimo, &c. colum. 11. versi. si dicatur quòd dicta loca, &c. vol. 1. Barba. c. mandatum. versic. 41. ext. de rescrip. Abb. consi. 47. volum. 2. Francil. de Aretio consi. 74. 4. dub. Cæpola consi. 64. & dominus meus Philippus Decius consi. 247. incip. in causa magnifici domini Baronis, &c. ad fin. volu. 3. Et si dicta domina Guiomara interetur vt hęres, aut ius habens ab hærede Galcerandi prædicti, adhuc non credo ius illud eligendi (posito pro ficto ꝙ d. Galcerando competijsset) fuisse ad eam vel hæredes ipsius Galcerandi translatum. Moueor quia licet in contractibus, lege, vel statutis, dictio hæres, etiã de ipsius hęredis hærede infinitum ſm subiectam materiã possit intelligi, attamen quãdo ab homine (& in testamentis præsertim) est prolata, solũ de primo hærede intelligitur, vt ostendit abundè dominus meus Iason l. qui liberis. §. hęc verba. in 3. notab. ff. de vulg. & pupil. & in l. paterfamilias. ad princip. eo titu. & in l. fina. C. de hæred. insti. & §. actionum. colum. 31. insti. de actio. & ita tenui in facti contingentia contrarias opi. concordando suprà consi. 6. vers. 2. & consi. 61. versi. 1. Et hæc procedunt magis indubitatè in casu nostro, in quo testator non dixit simpliciter hæres meus, sed adiecit hęres meus Galcerãdus: qua
15 re videmur esse extra oēm dubitationē. † Scrupulus autē restat, etiã posito ꝙ nobilis huius do. Bernardi prædecessores petere potuissent illos decem mille. florenos, qñ & quo tempore d. Galcerandus, & qui ius haberet ab eo dici possunt fuisse in mora. Et breuiter dico quòd cùm ius eligendi (posito pro ficto quòd d. Galcerando competijsset) morte illius finitum fuerit, quanuis testator non specificauerit in quibus terminis solui debuissent, quos tamē solui iussit in quatuor solutionibus, debet intelligi, in quatuor annis subsecutiuis. Ita singulariter no. Bar. in l. 3. ad fi. ff. de annuis lega. mouetur per illum tex. ibi, in versi. sed si ita, &c. quam decisio. Bar. sequuntur Roma. & Alex. in l. qui bona. §. fi. ff. de danno infecto. idem Alex. & mod. in l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig. licet Raph. Cuma. in l. 3. præalleg. de annis lega. voluerit arbitrio iudicis remittendum esse, & sic videtur interesse integrum peti posse post quartum annum ab obitu dicti nobilis Galcerandi Galcerandi. Dixi integrum, quoniã vsque ad tempus illud non fuerunt illi decem mille floreni debiti integrè (si præsupponimus electionem illi competijsse, vel interpellatum non fuisse) licet statim post illius obitum deberi cœperunt tria millia, & elapso anno alia tria millia (cùm testator ita solutionem pecuniæ destinauerit) & secũdum
16 lapsum temporis habēdam esse rationem interesse. † Nec obstat ꝙ d. Galcerandi hæredes non probantur interpellati, & sic dici nõ possunt in mora fuisse. Cùm. n. decedente dicto nobili Galcerãdo, qui d. baroniam de Luca si voluisset tradere potuisset, apparet, illã tradi amplius nõ potuisse, ſcd̃m testatoris prædicti voluntatē, qui voluit eam tradi per d. quon. Galcerãdũ. Vnde statim post ipsius Galcerandi obitũ cessit dies legati, vt in simili not. Bal. in c. cũ in veteri. ad fi. ext. de elect. vbi ad hoc propositum tex. inducit in l. in illa stipulatione. ff. de ver. oblig. cœperũt enim hæredes & bona tenentes d. Galcerandi post eius obitum obligari. Aut enim dictus nobilis Galcerandus debuit illos decem mille florenos, casu quo d. baroniam nõ daret: & illo casu legatum illud de decem mille florenis dicitur esse factum sub modo: & tunc eo ipso quo modus impleri non potest, committitur mora etiam absque interpellatione, vt not. omnino Fran. de Aret. cons. cl. incip. visis diligenter & maturè, &c. per totum, vbi secernit optimè modum à conditione. Aut verò fuit legatum illud conditionale, quo etiam casu defecta conditione fuerunt hæredes, vel bona tenentes dicti nobilis Galcerãdi constituti in mora, vt voluit. Alexã. in l. quotiens. colum. 2. vers. inducitur, &c. ff. de verb. oblig. & ita etiam sensit Salic. in repeti. l. semel mora. ff. solu. matri.

Ex quibus in vnam massam cõgestis (per quæ etiam satisfactum est ad contraria suprà lacta) concludo non obstare dicto nobili do. Bernardo agenti, præmentionata capitula nuptialia Bernardi & Aldonciæ coniugum: & recte & ritè petere decem illos mille florenos, qui deberi cœperunt à die obitus dicti quondam nobilis Galcerandi, & successiuè post triennium completum debiti sunt integrè, & exinde moram contrahi & interesse deberi. Et ita vt dictum est suprà & præmissum, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barcinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Minor prætextu solius minoris ætatis (nisi læsus fuerit) restitui non debet, sed requiritur vtrunque copulatiuè, scilicet quòd minor sit, & quòd dolo aduersarij, vel sui facilitate læsus sit. Et probata etiam læsione, non restituitur indistinctè aduersus defensiones, vel probationes omissas, sed aduersus necessarias omissas. & num. 2.*

3 *Falsitas instrumenti probatur, imo etiã ipsum instrumentum*

esse

esse falsum per duos ex quatuor testibus de essentia dicti instrumenti descriptis in eodem.

4 *Pater administrationem habet bonorum filij sui actu & habitu, tantum quod in illis præiudicat filius suus (præsertim si fuerint aduentitia,) & in illis per se, vel procuratorem quem suo nomine constituit, litigat.*

5 *Restitutionem in integrũ petens, tenetur expensas soluere.*

CONSILIVM CI.

MAGISTER Ioannes Sola ciuis & chirurgus Barchinonensis, tanquam pater & legitimus administrator Iacobi Ioãnis. Sola filij sui, & quondam Hieronymæ Beneta vxoris suæ filiæque quõdam Laurentij Riubrages, tum corã arbitris, tum in audientia Regia Cataloniæ iudicium intentauit contra Petrum Torres, etiam patrem & legitimum administratorem personarum & bonorum filiorum eius & Ysabellę filiæ dicti quondam Laurentij Riubrages vxoris suæ. A quo quidẽ Petro Torres dicto nomine pręfatus magister Ioannes Sola petit: quòd adiudicetur sibi dicti filij sui nomine dimidia pars bonorum dicti quondam Laurentij ab intestato defuncti, vnà cum portionibus quæ sibi competunt in & super bonis filiæ dicti Laurentij coniugis, & Ioannis Angeli Riubrages eorum filij & donatarij ab intestato etiã defunctorum, cùm nullus eis superfuerit qui succederet eisdem ab intestato præter eius filium & dictam Ysabellam, dicti Iacobi Ioannis materterã, sororemque vtrinque coniunctam dictæ quondam Hieronymæ eius vxoris. Et post euocatam causam ad audientiam Regiam prędictam, pupillaritatis prætextu, secundum iuris communis & constitutionũ patriæ dispositionem, mortuoq; d. Iacobo Ioanne ab intestato, præfatus magister Ioãnes cùm successisset eidem, iuxta dispositionẽ authenticæ, defuncto. C. ad Tertul. causam prædictam in audiẽtia hmõi (licet ex aduerso fuisset cõtradictum) cõtinuauit cõtra d. Petrũ Torres nomine prædicto. In quo quidem iudicio sæped. magister Ioannes deduxit & probauit cuiusdam testamenti (quod per dictum Petrum dicebatur esse dicti quondam Laurentij Riubrages) falsitatem. Et post hinc inde multa proposita & allegata, postq; propositas ex aduerso & repulsas exceptiones aliquas litis ingressum & progressum impedientes, post conclusionem in causa (quam denuntiationem processus dicunt) antedictus Torres ab humanis est sublatus. Vnde pro parte filiorum dicti Torres (qui præsupponũtur esse minores) fuit in audientia Regia supplicando petitum, vt non obstante processus huiusmodi denuntiatione, dicti pupilli restituerẽtur in integrum aduersus quasdam probationes, quę dicuntur omissæ fuisse per tutorem, vel auctorem dictorũ pupillorum: ex quarum (aiunt) omissione ipsi pupilli multum læderentur, & petunt admitti certos articulos quos exhibent, per quos in summa corroborare nituntur dictum falsum testamentum, & quosdã ex testibus instrumentarijs (qui contra illud deposuerunt) impugnare allegantes eos fuisse capitales inimicos dicti quondam Petri Torres, & alia in effectu, quæ contra appositam falsitatem dicti testamenti faciunt. Super quibus quidem restitutione in integrum petita, & articulorum huiusmodi admissione, cùm debeat per audientiã Regiã declarari, petitur à me quæ sint partes illius, & boni cuiusuis iudicis in dictis casibus.

1 † Et nõ laborando in verborum multiloquio vbi maximè non est necesse, dico post dñm meũ Iason. in l. si is qui temporali. §. si minor. per text. & ibi not. ff. de iureiur. ꝙ sola minoritas nõ sit sufficiens vt restituatur minor, sed duo copulatiue requiruntur, quod. s. minor sit, & lęsus, vt probatur in dicto §. si minor. & in l. minoribus. & in l. fin. C. de in integ. resti. minorum. & cap. audius & ca. coram. ext. eo. Ita etiã not. Ioan. Fab. insti. de actio. §. rursus. & ibi dominus meus Iason, col. 16. & seq. & ita tenent domini Tolosani in suis decis. q. 369. incip. item an ecclesia vel minore petente se restitui, &c. Quinimò præfatus d. meus Iason voluit in dicto §. si minor. quòd requiratur quod minor lęsus sit aduersarij dolo, aut sui facilitate. per tex. in l. sciendum. §. verum. cum. §. seq. ff. de mino. quod tamen non

2 præsupponit actus prędictus. † Similiter attendatur quòd etiam probata læsione, non restituitur indistinctè minor aduersus defensiones aut probationes omissas, sed aduersus necessarias omissas tãtum, prout not. Cardin. & Abb. in c. auditis. & ca. suscitata. extrà. de in integ. rest. qualis tamen omissio non prætenditur, aut allegatur ex aduerso. sed nec restituitur (vt dicebam) indistinctè aduersus omnes defensiones omissas, quoniã restituitur propter obiectiones, vt not. Specu. in præallegato tit. de resti. in integ. §. 1. vers. sed pone ecclesia litigabat, &c. not. Inno. in c. coram. præall. eo. titu. Compostel. in c. ꝙ sicut. ext. de elect. ad quod est glo. in cle. non potest. in ver. grauiore. de procur. sicut etiã non restituitur propter interrogatoria omissa, cum nõ sit necessaria probatio vel defensio (prout suprà dicebam requiri) & not. doct. pręalleg. & ita etiã decidunt domini Tolosani in suis decis. quæst. 53. inci. item fuit quæsitum an minor possit, &c. & per cõsequens posito quòd esset probata læsio dictorũ minorum, vel aliàs de illa constaret, non tamen sunt admittendi articuli prædicti qui obiectionales sunt.

3 † Vidẽda est ergo lęsio quam prętendunt dicti pupilli, & qualis sit, & certè eorum articuli quos admitti petunt, non tendunt, nec ad aliud in effectu fabricati sunt, nisi quòd testamentum dicti Laurentij (ꝙ falsum esse probauit dictus magister Ioannes in hoc iudicio) demonstrent esse validum. Et certè de falsitate dicti testamẽti constat apertè in processu, quoniam tres ex quatuor testibus descriptis in eodem (cùm quartus defunctus sit) testificati fuerint se non vidisse, quòd scriptura, quam notarius dicebat esse testamentum dicti quondam Laurentij, fuisset ipsi notario per dictũ Laurentium tradita, aut vidisse testari dictum Laurentium, vel quòd notarium rogasset dictus Laurentius de continuando, vel testificando, vel etiam publicãdo sæpedictam scripturam quam testamentum dicunt, prout hæc omnia falsò asserit dictus notarius. Vndę sequitur quòd nedum incidit ille notarius in caput legis Corneliæ de falsis, ex quo pœna ordinaria debet puniri secũdum Bal. in rub. C. de fide instru. colum. 3. ibi, circa primum dico. per tex. notabilem in §. si verò adsint. ibi: & insinuãdum testamentum dicentium se affuisse his quę gesta sunt, & vidisse quæ tunc gerebantur. in authent. de hæred. & falc. d. coll. 1. verũetiam probatum esse dictum testamentũ esse falsum. Quoniam sequitur indubitata & firma in iure nostro cõclusio, quòd per tres (imò etiam per duos) testes de essentiali numero quatuor testium in aliquo instrumento, contra dictum testamentum deponentes, nedum reprobatur instrumentum huiusmodi, sed etiam creditur esse falsum. Ita decidit Bart. in l. prima. §. si quis neget. versi. quæro quid si testes dicunt, &c. ff. quemad. testa. ape. & cum illa doctrina transeunt omnes. Idem etiam voluerũt Cin. Bart. Bald. Salic. in l. in exercendis. C. de fide instrum. no t. Innoc. Anton. de Butr. & Panor. in c. cùm Ioannes eremita. vbi etiam Feli. extrà, eo. titu. Refert, & sequitur Francisc. de Curte qui multa ad hoc allegat in consi. 45. incip. super processu quæstionis, &c. colum. 1. & maximè quando testes sunt bonę famæ, vt confitentur de Gabrele Montisonis in suis articulis, & cõtra alios duos nihil fuit hactenus obiectũ,

4 quòd eorum fidei detraheret. † Attẽdatur etiam ꝙ actor dictorum pupillorum in sua supplicatione dicit, probationes ad quas restitui petit suos pupillos, omissas fuisse per tutorem seu auctorem dictorum pupillorum, cùm veritas in cõtrarium existat. Causa etenim prædicta fuit actitata per Petrum Torres, dictorum pupillorum patrẽ, qui cùm decessisset anno 1523. vt prætenditur, & articulatur ex aduerso, superstes erat tempore denuntiationis processus, cùm fuerit denũtiatio illius facta anno 1522. 13. mensis No-

sis Nouembris. Et sic cùm litis motæ & denuntiationis prædictæ tempore viueret dictus Ferres pupillorum pater, non potuit pro illis, qui etiam adhuc perhibentur esse hodie pupilli, tutor interuenire, vel actor. Quandoquidem dicit text. in l. cùm oportet. §. non autem. & ibi Bal. C. de bo. quæ lib. quòd pater habet administrationem filij & bonorum eius habitu, & actu licet eam non accipiat per decretum iudicis. intantum, quòd pater filio præiudicat in illis, vt est gl. notabilis in l. de re. & ibi doct. de transact. & maximè in bonis aduentitijs, quæ cùm in totum patri acquirebantur de iure antiquo, hodie tamen de iure Codicis habet solum vsumfructū in eis. d. l. cùm oportet. C. de bo. quæ lib. cum similibus. Ideò pater in illis & super illis suo proprio nomine litigat, & cōstituit procuratorem. quemadmodum in præsenti causa constat dictum Ferres fecisse: ita not. Bar. in l. 1. C. de bo. mater. Ro. cons. 241. inci. spectabiles domini collaterales. colum. 3. & domini Tolosani decisio. 105. incip. item fuit quæsitum, an pater pro filio, &c. Et sic apparet nos nō esse in casu in quo locum habeat restitutio in integrum, petita, cùm dictorum pupillorum nō fuerit actum nomine: sed præfati Ferres, qui (vt dixi) poterat eis præiudicare in dictis bonis aduentitijs, & maiorem habebat potestatem, quàm tutor aut curator, cùm possit immobilia pupillorum, etiam sine iudicis authoritate, vel decreto alienare: quod est tutori & curatori denegatum. Ita not. Azo in summa. C. de bo. quæ libe. in rubr. ibi, nec puto, quòd exigatur. not. Bal. in l. 1. ff. de rebus eorum, &c. & Ang. in d. l. de re. ff. de tranlact.

5 † Et si fingamus locum esse restitutioni petitæ, attamen dicti pupilli tenentur expensas soluere, vt not. Hosti. in sua summa. titu. de in integ. resti. §. fin. vbi allegat multa ad hoc. & inter cætera l. non est ignotum. C. de admi. tutor. & ita no. Bar. in l. si finita. §. si fu ttè. & ibi mod. ff. de dam. infecto. Vnde cùm dictus actor supplicando prædicta in integrum restitutione non obtulerit illas soluere: consequens est, quòd illa cōcedi non debeat, cū malè petat ipsam.

Ex quibus dico non esse concedendam dictis minoribus in integrum restitutionem, quam petunt: ad eum scilicet effectum dico, ad quem petitur, etiam si probassent læsionem, cùm non possint obiectionales articulos producere. Ita cōcludebam: saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *TEstator debet ore suo proprio nominare hæredem, quem instituit, aut saltem respondere alteri interroganti si vult talem esse suum hæredem, aliàs testamentum non valet.*

2 *Testamentum ad sui validitatem legi debet & publicari coram testatore, & testibus ab eo rogatis, aliàs non est perfectum, etiam si testator illi subscripsisset, vel ipsum testamentum scripsisset.*

3 *Testamentum inter liberos non publicatum quando valeat, & quod si filij non fuerint æqualiter instituti.*

4 *Legatarius an possit testamentum impugnare in quo factum erat eidem legatum, quod antea simpliciter acceptauit.*

CONSILIVM. CII.

SCripsi anno prædicto in fauorem magistri Ioannis Sola, chirurgi Barchinonensis, resoluens licet incidenter, (cùm super alio esset quæstio) quòd testamentum Laurentij Riubrages in quo dicitur fuisse hæres instituta vniuersalis Ysabella eius filia, & Petri Ferres vxor, relictis decem libris Hieronymæ Benedictæ alteri filiæ suæ vxori dicti magistri Ioannis, nedum erat nullum, verumetiam falsum. Quoniam tres ex quatuor testibus in eodē discripti (alio iam præmortuo) deponunt ipsis præsentibus non fuisse traditum per dictum Laurētium notario scripturam illam, quā dictus notarius dicit esse præfati Laurentij testamentum, negantque ipsis præsentibus fuisse rogatum dictum notarium per ipsum Laurentium, vt assertum illud testamentum publicaret, aut testificaretur (quod in Catalonia continuari vocant) prout attamen vtrunque falso asserit dictus notarius. resoluens ibi, quòd in viam iuris nedum fidei derogatur instrumenti, vel testamenti, quādo duo ex quatuor testibus instrumentarijs necessarijs instrumēto prædicto contradicebant: verumetiam falsum esse reputabatur. & multo magis in casu nostro in quo tres ex illis quatuor testibus cōtradicūt ipsi testamēto, & quartus sit præmortuus, à quo veritas sciri nō potest. Et cùm tunc super d. testamenti falsitate non ageretur: sed super alio incidenti, super quo præcedens consilium redditum est succinctè & remissiuè, passim hunc examinaui, remittens in hoc tempus lucidiorem decisio-
1 nem & magis roboratam. † Perseuero itaque in illa conclusione, & dico testamētum illud falsum esse & nullum. Demonstratur autem falsitas suprà cōsi. præcedenti. vers. 3. Falsitas autem apparet, quòd requiratur ad validitatem testamenti, quod testator ore suo proprio nominet hæredem: aut saltem interrogatus, an velit talem esse suum hæredem, respondeat, quòd sic, indistinctè, ita quòd responsio facta per nutum capitis non esset sufficiens, vt probatur in l. hac consultissima. vbi Bar. & Pau. de Castr. C. qui testa. fac. poss. & not. glos. Bar. Bald. & communiter scribentes in l. iubemus. eodem titu. C. de testa. & in l. hæredes palam. & ista est vera & magis communis opinio, secundum Alexand. consil. 12. incip. an donatio, &c. colum. pen. & fi. vol. 1. & cons. 34. inci. si testator fuit interrogatus à tabellione, &c. refert, & sequitur Ludo. Bolo. qui videtur in proprijs terminis casum nostrum decidere, consi. 53. incip. R. dominus Anton. &c. per totum. &
2 latius prosequor infrà consi. 120. vers. 33. † Et idem Bol. (qui videtur in terminis nostris, vt est dictum, cōsuluisse) resoluit ibidem, quòd ad esse & validitatem testamenti, requiritur quòd testamentum illud legatur & publicetur coram testatore & testibus ab ipso rogatis: aliàs non valet. l. fideicommissaria. §. quotiés. ff. de legat. 3. vbi ita not. Bar. in l. ex eo. vbi etiam ita firmat idem Bar. & post eum Bald. ff. de testa. mili. Pau. de Cast. consi. 102. incip. Titius infirmitate grauatus, &c. & Raph. Fulg. consi. incip. an scilicet, quando quis, &c. refert, & sequitur Bolog. vbi suprà. Quinimò etiam si diceremus scripturā illam, quam dicunt esse testamētum scriptam fuisse à dicto quondam Laurentio, adhuc non posset dici perfectum testamētum illud, donec per notarium publicatum fuisset: præsertim quòd ex aduerso prætendatur, quòd d. Laurentius iussit vocari notarium, qui dictum testamentum suum publicaret & clauderet. Quoniā non prius in dicto casu dici potuit esse perfectum, donec notarius, quem testator vocarī fecerat, dictum testamentum publicaret & testificaretur, vt est dictū. Et ita decidit in terminis Anch. in c. relatum. & ibi post eum And. Siculus. extrà, de testa. vbi ponit quæst. de illo, qui in alio testamento instituit ecclesiam, post tempus quoddam infirmatus, pœnitentia prioris testamenti, vocatis duobus testibus, & quodam clerico, fecerit per ipsum clericum scribi legata quædam, & quòd in alijs bonis instituebat pauperes Christi. In quorum testium præsentia voluit & declarauit, quòd omnia prædicta per notarium in publicam formam redigerentur. Et sic hoc facto (prius tamen quòd notarius accederet, & in publicam formam redigeret) testator prædictus decessit, resoluit ibi primum testamentum non esse reuocatum. quoniam dici nō potest secundū testamentum: sed quædam nuda verborum nuntiatio redigenda postea in scriptis per notarium. Sicut in simili videmus quòd scriptura sententiæ, quam iudex habet antequam legatur, vel pronuntietur, non est sententia: sed præparatio quædam, l. a. C. de sentētijs ex breuic. reci. Ita videtur in casu nostro, per

rationem

rationem decidendi Ancha. prædicti, ꝙ testamẽtum non fuerit, sed quædã priuata ordinatio redigẽda postea in testamentũ, vt est dictũ. Ad ꝙ bene facit notabilis decisio, & ad casum nostrũ accõmoda, Pau. de Ca. consi. 365. inci. visa facti narratione, &c. vbi cũ quidã miles multis annis testamentũ condidisset, & multa legata pia fecisset in eodem, postea in infirmitate, & in mortis articulo constitutus, interrogatus ab aliquibus amicis, an vellet eos instituere hæredes, respondit, ꝙ sic, Vocato antẽ notario, iam erat defunctus. Concludit per actum huiusmodi & verba cassatum nõ fuisse testamentũ primum. Ad ꝙ est etiam alia dicti Paul. de Ca. decisio consilio centesimo sexagesimo nono. incipiente, in causa quæ vertitur, &c. ad finẽ. vbi dicit, ꝙ quando testator suam voluntatem declarauit, ꝙ volebat ꝙ per manum notarij expediretur, talis declaratio facta non fuit tunc animo voluntatem vltimã cõcludendi, sed animo ꝙ in futurum testamentum facere volebat. & si aliud nõ sequatur, resoluit talia verba nihil operari, nec ex eis volũtatem vltimam (etiam ad pias causas) probari. Cui etiam decisioni est similis illa, quam ponit Oldr cons. centesimo decimonono. incipiente, Titius condidit testamentũ, &c. Similis alia & per easdẽ rationes decisio Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titulo, de instrum. edi. §. compendiosa, versic. sed fuit quæstio de facto. vbi ponit rationes Oldraldi. & refert ita fuisse iudicatum. Quam etiã sententiam tenuit Ioan. de Ana. consil. quinquagesimosecundo. incipiente, visis & consideratis, &c. in distinctione, quam facit, videlicet si testator suam intentionem declarauit, & illam habuit pro perfecta & completa, quia non mandauit aliud fieri, tunc (ait) valet huiusmodi dispositio vel testamentum. Si verò testator postquam suam voluntatem declarauit, dixit ꝙ volebat illam redigi in scriptis per notarium, resoluit, quòd non valet huiusmodi testamẽtum. quia testator non habuit illam voluntatem pro perfecta & absoluta: sed videtur esse quædam præparatio, & non testamentum, vt est pręmissum. & ita nouissimè per multas rationes & iura decidit do. meus Philip. Dec. consilio centesimo quinquagesimo nono. incipiente, casus, qui proponitur, satis dubitabilis videtur, &c. per totum. quod
3 consilium omnino videatur, volum. 1. † Et certè pręmissa de plano procederent, nisi testamentum de quo agitur esset inter liberos conditum, quo casu valere huiusmodi testamentum Bart. multum notabiliter visus est voluisse: si tamen scriptum fuerit manu testatoris: prout ex aduerso prætenditur; licet publicatum non fuerit. l. fideicommissa. §. 1. ff. de lega. 3. & in l. si quis cùm testamentum. versi. quæro quid si testator. ff. de testam. vbi dicit, quòd si testator scripserit totam suam volũtatem in vna schedula: non tamen publicauit eam, & moritur: tale testamentum dicitur esse perfectum ratione voluntatis, imperfectum autem ratione solemnitatis. Ideò valet inter liberos, & istam opinionem sequitur Alex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa.

Qua tamen decisione non obstante perseuero in suprà conclusa nullitate, & falsitate dicti testamenti: proceditq; decisio Bart. prędicta, secundum distinctionem Ioan. de Ana. suprà, videlicet, quòd quando constat testatorem voluntatem illam habuisse pro perfecta: secus autem quãdo mandasset de illa confici publicum instrumentum, vt ex aduerso prætenditur dictum Laurentium voluisse. Quibus addantur quę dixi suprà consilio 67. versicul. 13. in articulo, quando dicatur esse contractus perfectus. Et certè in casu isto dici non potest, quòd omissa publicatio testamenti præsente testatore, & illam requirente, sit defectus, solennitatis, & non voluntatis. Quinimò est in terminis nostris defectus voluntatis. vt not. in fortioribus terminis Sal. in dicto §. ex imperfecto. allegat l. hac cõsultissima. §. et cũ humana fragilitas. ibi, testatori recitauit, tabellarius simul & testibus, &c. & sequitur, vbi tenor eorum cunctis innotuerit, elogiũ ipse secũ profiteatur agnoscere, &c. C. qui testam. face. poss. & ita etiam videtur tenere Bald. in l. fin. ad principium. versi. quid de scriptura testatoris. C. de fideicom. & in authent. ꝙ sine. ad princip. versic. & ex prædictis determinatur quæstio. C. de testã. & ita voluit glos. in dicta l. si quis cùm. ff. eod. titu. propter quam, vt dicit Bart. in dicta l. fideicommissa. §. quotiens. ff. de leg: 1. sub dubio, & per dictionem fortè, quòd si appareret schedula manu testatoris scripta, in qua sit nomen hęredis scriptum ꝙ illud testamẽtum si est factum coram testibus, licet ex illo testamento nihil debeatur, attamen fortè valebit inter liberos. Dico enim non esse vsquequaque verum, ꝙ testamentum inter liberos factum etiam scriptum manu testatoris valeat simpliciter, per dictam l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Limitat enim ibi eam Salic. quæst. 13. post alios, ne procedat in dicto casu. & in l. 2. ff. quemadmodũ testã. aper. Quemadmodum etiam ibi voluit vitiari testamentum, quando non fuit lectum præsente testatore. & ex hac commissione, ꝙ vocaretur tabellio, non constat, an testator in dicta voluntate sua, quã dicunt esse scriptam per ipsum, perseuerasse censeatur: cùm tamen aliàs lapsus decennij faciat pręsumi, ꝙ testator in illa priori voluntate perseuerare noluerit, secundũ Bal. in l. sancimus. C. de testa. & ita etiam resolui suprà consi. 97. versic. 5.

Ad dictum autẽ §. ex imperfecto. dicere possumus, ꝙ illa dispositio locũ habet, quando filij sunt omnes æqualiter instituti: secus autem est vbi sunt inęqualiter instituti (vt in casu nostro,) in quo casu non procedit decisio d. §. ex imperfecto. Ita notabiliter decidit Ro. cons. 385. incip. in casu præmisso, &c. col. 2. vers. 2. principaliter, &c. dicens, ꝙ priuilegia quæcunq;, quæ à iure communi tribuuntur testamento inter liberos facto, locũ habent quando pater in omnium fauorem disponit, secus (ait) quando dicti filij dispositio facta fuit in fauorem vnius, & in odium alterius, prout est in casu nostro, in quo fuit altera ex duabus filiabus hæres vniuersalis instituta, alteri verò sunt relictæ duntaxat decem librę. allegat Spec. de instru. edi. §. cõpendiosè. vers. quid si pater habet tres filios, &c. Idem etiam tenet Rom. cons. 579. incip. amplissimè doct. refert, & sequitur Philip. Decius consi. 105. incip. & pro tenui, &c. ad fin. versi. 2. etiam responderi potest. volu. 1. & Guliel. Benedict. in repeti. cap. Raynutius. in gl. in vers. in suo testamento, &c. versic. 85. extrà, de testam. Et ista decisio videtur multum æqua & rationabilis, vt æqualitas inter liberos seruetur, vt debet l. vt liberis. C. de colla. & in l. cùm oportet. in princ. C. de bonis quæ lib.

Accedat, quia id quod dicitur in fauorem venientium ab intestato in l. hac consultissima, præallegata. §. si quis autem. locum habet, quando omnes venientes ab intestato sunt vocati, aliàs secus, vt notabiliter voluit Raph. in l. si filius in potestate. ff. de lib. & posthum. & sequitur Alex. in d. §. si quis autem. colum. 9. † Dicere autem, ꝙ iste do-
4 minus Ioannes agere non possit, aut testamentum impugnare de falso, quia recipiendo decem libras vxori suæ legatas in dicto testamento, videtur approbasse testamentum prout ex aduerso deducitur, sunt fabulę. Quandoquidem errans in facto (credens scilicet esse legitimũ testamentum) videtur legatũ acceptasse. & approbatio illa non impedit quo minus ex capite erroris, & falsæ causæ illud hodie possit impugnare. vt per Bart. & doct. in l. demonstratio. §. 1. ff. de cond. & dem. & not. Iason in l. Stichus. §. idem quæsiuit. eo. tit. & in l. insulam. ff. de pręscri. verbis. cum similibus. Addatur ad propositum dominus meus Philippus Decius consil. 361. incip. omissa. volu. 3. vbi dicit, quòd potest quis se fundare ex eo quod impugnauit ex defectu solennitatis. quoniam non impugnat ipsum factum, sed solennitatem. allegat Abb. in ca. ex parte decani. in 5. notab. extrà, de rescript.

Ex quibus concludo, in testamento pręd icto nullitatẽ & falsitatem obstare, quæ causant d. Laurentium ab intestato decessisse, & illum dominũ Ioannem nomine quo agit succedere debere d. quondã Laurentio socero suo ab intestato in dimidia bonorũ suorum, vnà cum fructibus

per aduersantem perceptis, & qui percipi potuerunt. Ita resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1527. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Expensas quales recuperare potest, qui fuit in iudicio primitiuo condemnatus, & in alio absolutus.*

CONSILIVM CIII.

HONORABILIS Hieronyma Vidala coram iudice retro clamorum, in quadam causa retroclami per magnificum Perotũ Vila militem, contra ipsam intentati, fuit condemnata ad soluendũ certas pensiones, quæ per dictum Vila petebantur: necnon & in expensis, cùm iudicium illud, quod est executorium, exceptionet, præsertim ex aduerso propositas, non admittat, ex rigore scripturæ tertij, quæ dicimus instrumenti guarentigiati. Cuius sententiæ præstita per dictum Vila, secundũ iura patriæ, cautione, cùm peteretur executio, d. Hieronima quasdam friuolas exceptiones opposuit, quibus cũ expensarum condemnatione per dictum iudicem repulsis, iterum, & tertiò proposuisse dicitur alias exceptiones, quę similiter & successiuè, ac etiam cum expensarũ condemnatione repulsæ fuerunt. Quare facta fuit executio dictę sententiæ, præstita (vt est dictum) per sæpedictum Vila, secundum constitutiones patriæ, & dictæ sententiæ tenorem (vt in similibus sententijs fieri solitum est) cautione. In iudicio autem plenario (quod cautionis vocãt) dicitur dictus Vila cõdemnatus ad restituendũ expensas, in dicta executione facta præfatus Vila offert soluere expensas quæ in primitiuo iudicio factę fuerunt, vsq; ad declarationem executionis pręstita cautione, & taxationem expensarum primã inclusiuè negans se teneri dictus Vila ad expensas, quæ factæ fuerunt in petendo dictæ sententiæ executionem, ꝙ culpa & cõtumacia d. dominæ Hieronymę soluere recusantis id in quo fuerat condemnata, & exceptiones proponentis, quas dictum iudicium non
1 admittit, factæ fuerint. † In quo casu, cùm negotium hoc à doctissimo iudice decidi debeat, paucis meam intentionem explicabo. Teneo pro constanti, ꝙ dictus Vila non possit, aut debeat in expensis cõdemnari, in his dico, quæ pro dictæ sententiæ obtinẽda executione factæ fuerunt. Quoniam habeo notabile dictum Bar. cõmuniter approbatum in l. properãdum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. ꝙ quis condẽnatur in expensis ratione temeritatis, quando quis ad iudicium venit, & non fecit omnia, quæ debuit antequam ad iudiciũ veniret. vbi multa exempla de hoc ponit. Quod dictum refert, & sequitur Lanfran. de Oriano in repet. cap. quoniam contra falsam. in vers. expensæ. vers. nota singulariter, &c. ext. de proba. Idem not. Bal. in l. 2. C. de fruc. & litium expen. vbi dicit, ꝙ ob commissam temeritatem ante sententiam, debet quis in expensis condemnari, quamuis in causa principali obtineat. Quod etiã voluit Alex. in l. si pignore. in princ. ff. de pig. acti. & idem voluerunt ex capite contumaciæ, quæ secundũ doc. præalleg. committitur etiam per eum, qui comparet, & iudicis non obtemperat mandato absq; rationabili causa, vel quæ in illo iudicio proponi non possit. Ita etiam not. doc. in le. 1. vbi etiam Iason. ff. si quis ius dicen. non obtempe.

Et præter dictum temeritatis caput, dicere possumus, dict. dominam Hieronymã expensas quas petit repetere non posse. quoniam debuit sententię, quæ in rem transiuerat iudicatã parere, & non exceptiones illas, quas in iudicio executionis opposuit malitiosè proponere, vt sępedictum Vilam fatigaret expensis. Ita no. Cin. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc. &c. quem refert, & sequitur Iason in d. §. sin autem alterutra. post Sali. & alios ibi.

Nec obijciatur, super infirmo fundamento nõ posse bonum ædificium construi. Quoniam si ego super actione nulla, aut per exceptionem elidibili, aduersarium conueni, & ille contumax est, vel dictam exceptionem non allegat, & contra eum interlocutoriam reportaui in qua fuerit in expensis aut dictę cõtumaciæ ratione, vel aliàs mihi condemnatus, licet contra me obtineat in diffinitiua, non tamen recuperabit expensas illas, prout latè notat Guliel. de Cugno in d. §. sin autem alterutra. quem ibi refert & sequitur Sali. ad fin. vers. quæro, si fui condemnatus, &c. Ita etiam tenent Bar. Bal. Alex. & Iason ibi, in 7. quæst. & ibi communiter alij doct. Quod etiã tenuit plenius Bart. in d. l. si pignore. in princ. vbi arguit ad partes. & in l. damni. §. cum parietem. per illum tex. ff. de damno infecto. sequitur Bal. in l. nõ ignorat. C. de fructib. & litium expens.

Ex quibus paucis contentus (quòd res extra omnem aleam & scrupulum consistere videbatur, & quòd à doctissimo iudice causa hæc decidi debeat) resoluo dictam dominam Hieronymã repetere non posse expensas, quæ in executionis iudicio factę fuerunt, cùm illa debuit parere sententiæ, quæ in rem iudicatam transiuerat, vt dixi. Ita resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta in iudicio producta probant, etiam si matrix scriptura, vel protocollum illius non appareat. Et quid vbi protocollum apparet truncatum, vel mancum, aut aliàs suspectum, vel quando contrariatur cum extenso instrumento?*

2 *Donatio quando à conuentione incepit, etiam si fuerit inter viuos, potest donator res illas, quas donauit ante traditionem alteri obligare, vel hypothecare ita quòd si fiat postea donatario illarum rerum traditio, transibunt ad eum cum illo onere.*

3 *Fructus ex re hypothecata perceptos, & qui percipi potuerunt, tenetur creditor illos in sortem principalem computare, etiam si pactum fuisset quòd faceret suos quandiu solutio differretur. Et quid si iuramentum in dicto pacto interuenit.*

4 *Vsura licet aliquo casu peti possint loco interesse, non tamen si deducantur in pactum.*

Fructus an peti possint siue nomine interesse, siue nomine vsurarum propter moram. nu. 4.

6 *Emphyteuta potest de iure cõmuni rem emphyteuticam hypothecare, vel impignorare absq; domini directi consensu: si tamen eam non hypothecat absq; redimendi, vel ipse luendi. Et quid secundum constitutiones Cataloniæ.*

CONSILIVM CIIII.

OMNE pondus difficultatũ & dubiorũ (quorum à me decisio petitur) consistit principaliter, vtrum probatur debitũ & hypotheca, qualem Petrus Torres prætendit, super manso de sancto Iusto, si abbreuiatura, vel matrix scriptura instrumenti debiti & hypothecæ prædictorum non appareat. quod instrumentum dicitur in iudicium productum fuisse. Et si, & vbi de illis apparet, aut instrumentum pręd ictum fidem faceret, an valuerit hypotheca prædicta, attento, ꝙ Ioannes Golferich, qui dictam hypothecam constituisse dicitur, multum temporis ante donationem fecerat de omnibus bonis suis præsentibus & futuris Caterinæ Golferich filiæ suę, reseruata sibi certa quantitate ad testandum. Et insuper data validitate dictæ hypothecę, vtrum dictus Torres teneatur in sortem principalem, fructus quos percepit à tempore, quo dictũ mansum possidet, cõputare, cùm fuerit expresso pacto cautũ, ꝙ ipse dictos fructus suos faceret, quãdiu solutio retardetur. Postremò quæritur, an ius agendi competat dic. Ioanni Michaeli Golferich filio & hæredi vniuersali dicti quond. Ioannis Golferich, attenta donatione

prædictæ

1 prædictæ Caterinæ facta, vt suprà dicebatur. † Omissis,
quæ in vtranque partem possunt allegari, quoniam hæc
contentio præsens (vt sui informatus) per eximium &
profundissimum Iurisconsultum dominum Barnabam
Serra (quem, ob eximiam doctrinam patris loco vene-
ror & habeo, licet ipsum ætate superem) est decidenda:
ideo paucis meum conceptum exprimam. Cùm etiam in
consilijs decisiuis, quale est hoc quod à me quæritur, Spe-
culat. optimus practicus in titu. de disputa. & allegat. §.
porro. versic. in summa. & Ioan. And. & alij communiter
in capit. sicut. extrà, de re iudic. voluerint esse proceden-
dum etiam absque iurium & rationum allegationibus.
Dum ita primo loco quæritur, an probet instrumentum
productum in processu, si matrix eius scriptura, siue pro-
tocollum non appareat. Bal. in l. 1. & in rub. C. de fide in-
stru. resoluit affirmatiuè. Quod etiam voluit. Lanfran. de
Oriano, in repetit. cap. quoniam contra falsam. in versic.
instrumentorum productiones. versic. attendite, &c. ex-
trà, de proba. & Felin. in ca. cùm P. tabellio. extrà, de fide
instrum. vbi etiam assignat aliquot ad hanc conclusionem
fallentias, quas admoneo videri, ne fortè in aliquam illa-
rum inciderimus: quandoquidem non fui probè de facti
contingentia certioratus.
Si verò protocollum apparet, & illud mancũ esset, aut
imperfectũ, vel truncatũ, quale est mihi transmissum exẽ-
plar, credo nec protocollũ, nec testamentũ ex eo sumptũ
probare: prout not. Iacobus Butr. in rub. præall. C. de fide
instru. & declarant Bald. & Felin. in d. c. cùm P. tabellio. &
And. Barba. consi. 9. versi. 10. volum. 4. Et Lanfrancus de
Oriano melius in præallegato §. instrumentorum produ
ctiones. vbi eum suprà allegaui paulo ante vers. quæro, vl
terius nunquid protocollum, &c. vbi distinguendo cõtra
rias opiniones concordat, dicens ꝙ non probat contra in-
strumentum prima notarij scriptura, quæ tempore quo
celebratur contractus fit per notarium (quem propriã ba-
stardellum dicere possumus) in quo duntaxat contrahen-
tium apponuntur & testiũ nomina, locusque & tempus:
secus autem esset (ait) vbi omnia requisita in instrumẽto
essent in dicto protocollo, vel matrice scriptura, puta an-
nus, dies, indictio, & cætera alia, cũ notarij subscriptione.
vel vbi cõtinuaretur in libro dicti notarij, in quo alias no-
tas apponit. quoniã nõ modò tali protocollo staretur etiã
vbi diuersitas esset inter instrumentũ ex ipso protocollo
sumptũ, vel imbreuiatura, hoc vltimo modo accipiendo
protocollũ, staretur imbreuiaturæ. vt est text. & ibi Iaco.
de Bel. & Angel. post gloss. ibi, in authen. de tabel. §. fi. not.
Bar. Bal. Ioan. de Imo. & moder. in l. Sẽpronius. ff. de lega.
2. cũ alijs cõcord. quas allegat Feli. in d. c. cũ P. tabellio. &
in c. pastoralis. colum. 2. vers. ampliã secundò, &c. extrà, de
re iudi. Soci. omnino consi. 124. inci. præstantissimi. ad prin
cip. vol. 1. & cons. 58. incip. in causa facta, &c. volum. 2. Ita
in facti contingentia resolui, vt patet suprà cons. 43. versi.
1. & per totũ. Ex quibus resoluitur, ꝙ legitima apparente
abbreuiatura hoc vltimo modo, & illa contrariabatur in-
strumẽto ex eadẽ sumpto, ꝙ instrumentũ illud nõ proba-
bat: sed imbreuiatura, vel protocollũ, licet eius fidei de-
trahatur aliquantulũ: si verò non appareat probabit atta-
2 men instrumentum, vt suprà dicebamus. † Dato ergo ꝙ
instrumentum in processu productum fidẽ faciat, verum
valeat hypotheca de qua in eo: non videtur esse dubitan-
dum, quamuis donationis mihi transmissę tenor demon-
strat ipsam fuisse inter viuos. hoc enim ipse indicat instru
menti series & tenor: quamuis illius executio relata sit in
tẽpus mortis, ex quo incœpit illa donatio. nõ à traditione,
sed à cõuentione: & illius executio relata sit in tẽp' mor-
tis, secundũ Francis. de Aretio diffusè hoc dubiũ exami-
nantẽ cons. 41. inci. diligenter & maturè. colum. 2. versic.
sed tamẽ, &c. Vnde infero, ꝙ iste Golferich. donator po-
tuerint ante rerum donatarum traditionem, istum man-
sum, quem donauerat, obligare & hypothecare, prout fe-
cisse legitur dicto Petro Torres. Quinimò & ipsum pote-
rat donare alteri: ita ꝙ si prius secundo donatario rẽ dona
tam tradidisse, in ipsum rei donatæ dominiũ transtulisset.
per textũ expressum in l. quotiẽs. C. de reuo. dona. vbi res
donata si ante traditionẽ donetur alteri, & tradatur, in se-
cundũ donatariũ dominiũ trãsfertur. Cuius dicti ratio est,
quæ dictũ hoc & casum nostrũ determinat: quia donator
ante traditionẽ remanet domin': ideo potest res donatas,
non traditas, alteri obligare, vel donare: ita ꝙ ad primũ do
natarium (si postea transferãtur) transibunt cũ illo onere,
per tex. in l. fi. §. Lucius. ff. de dona. vbi est casus expressus
in l. 4. vbi hoc not. Bart. per illũ textũ. ff. de ser. export. &
in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. vbi ẽt moder. ff. de ver
bor. oblig. Idem not. Bart. in l. 1. C. si manci. ita fue. alie. ne
prostit. & l. 1. ad fi. post gl. ibi, in ver. perfectã. C. de iure fi-
sci. li. 10. vbi allegat d. §. Lucius. & hoc maximè in casu no
stro, in quo nec dominium, nec possessio à dict. Ioã. Gol-
ferich. donatoris persona exiuerũt: cũ nulla in huiusmodi
donatione realis interuenerit possessionis traditio, sed nec
ficta, per clausulã constituti, vel precarij, seu retentionis
vsusfructus. Et istã credo esse purã veritatẽ, licet in oppo-
sitũ multa possint adduci, quibus est facile respõdere. Ita
in facti contingentia semper tenui, vt patet consi. 59. vers.
2. & cõs. 58. ver. 6. & 8. & cõs. 60. vers. 13. & cõs. c. vers. 10.
3 † Præsupposita ergo dictæ hypothecæ validitate, quam
non impediuit donatio præmẽtionata, descutiamus vtrũ
dictus Torres creditor, fructus quos ex dicto manso hy-
pothecato percepit in sortem deducere teneatur? Et certè
casus est, qui cauillari non potest, quòd nedum fructus,
quos percepit creditor in sortem computare teneatur: sed
etiam quos percipere potuit, licet per suam negligentiam
non percepit. Isti est tex. not. in c. cùm contra. vbi Abb. &
moder. post alios. extrà, de pigno. & in cap. 1. & 2. extrà,
de vsur. Nec obstat pactum expressum, quod in dicto in-
strumento fuit appositum, scilicet quòd dictus Torres fa-
ceret fructus dicti mansi suos, quandiu solutio differretur.
licet glo. in l. 1. C. de distract. pign. voluerit esse validum.
quam sequitur Hosti. in cap. salubriter. extrà, de vsur. At-
tamen opinio illa, quæ fortè de iure antiquo Codicis lo-
cũ habere posset, nihilominus hodie, & contraria senten-
tia est ipsa veritas. per text. & notata in di. ca. 1. & 2. & ca.
conquestus. extrà, de vsur. ita etiam not. Bald. Salic. & alij
in auth. ad hæc. post gloss. ibi. C. eodem. & in l. 1. per eun-
dem Bald. versicu. caue tibi. C. de distract. pign. vbi dicit
hodie non valere, etiam de iure Codicis tale pactum, nisi
in casibus exceptis de iure canonico, qui solent commu-
niter exprimi per gloss. & doctor. in dicto c. conquestus.
de vsur. Huiusmodi etenim pacta tanquam vsuraria (vt
ait. Salic. in præallegata authent. ad hæc.) damnantur, nec
illa, aut alia id genus, quæ vsuram sapiunt stipulatione vali
dãtur, aut pignore, sed nec iuramento. Si enim circunscri-
pto pacto fructus deberent in sortẽ cõputari, prout etiam
Soci. tradit consi. 15. incip. omnipotens Deus adsit, &c.
columna. 11. versi. vnde dicendum, &c. volum. 1. & con-
sil. 49. incip. viso quodam instrumento. columna 7. versi.
circa tertium principale quæsitum. eo. volum. 1. & con-
silio 2. incip. sequendo ordinẽ, &c. 3. dub. eo. volu. 1. not.
etiam And. Siculus in dicto cap. cùm contra. versi. 4. & 6.
extrà. de pig. Guido pap. in decisio. Delphinal. quæst. 432.
ad fin. & Roma. singulari suo. 325. & 536. Est enim adiu-
uanta hypoteca solùm ad securitatem obligationis pri-
mæ, non autem ad augmentũ in quantitate, vt dicit Fran-
ciscus de Aretio subtilitatum princeps, consilio decimo.
incipiente, casus talis est, &c. ideo regulatur hypoteca
secundum obligationis primæ naturam. l. fina. C. per quas
4 personas nobis acquir. † Similiter attendo formam, quòd
ex instrumenti serie datus sit patri huius pupilli terminus
ad soluendũ centũ libras, & duos solidos, de quibus in di-
cto instrumẽto, in terminis. s. diebus, & solutionibus, per
quosdam in dicto instrumento nominatos eligendis, & si
illi nõ elegerunt, nõ potest debitor dici in mora. vt in si-
mili per multa, quæ allegat resoluit Philippus Cor. consil.

231.incip.videtur prima facie.in littera b.volumine 3. Et idem si elegerunt, & non sunt lapsi termini solutionum, (quoniam in instructionibus transmissis non sui de his certificatus) nõ possunt dici in mora, propter quã fructus percipi posint siue nomine interesse. siue nomine vsuræ. iuxta gloss.& not.in alleg.cap.conquestus.& not.in l.2.C. eod.& in l.curabit.C.de act.empti. si autem dicimus elapsum aut aliàs quomodocunque, cùm sit regula certa, quod propter dilationem datam ad soluendum, ꝙ creditor ex pacto retineat aliquid,aut stipulator,huiusmodi pactũ vsurariũ est. Ita not.Salic.in præalleg.authent.ad hæc. Ioan.de Ana.& Anchar.in ca.in ciuitate.extrà, de vsur.& omnino dominus meus Philippus Decius cons.119.incipiente, & pro tenui, &c.in 2.dubio. volumine primo.vbi etiam resoluit,ꝙ dato aliquo casu in quo posint vsuræ peti pro interesse,attamen non valeret pactum aut conuentio de soluendo aliquod annuum. ꝙ etiam ampliat in conuentione facta ratione dotis non solutæ. Sic ergo ad propositum videtur esse cõcludendũ in casu nostro,ꝙ etiam posito pro ficto,quòd dictus Torres potuisset facere fructus dicti mansi suos, attamen ex quo deductũ est in pactum (cùm ex eo prauitas inducatur vsurarum,vt prædi-
5 xi) non posset dictos fructus lucrari.† Ad id autem quod postremo loco petebatur, an debeat immisceri pupillus, qui ex Caterina donataria dicitur superstes, satis est decisum:cùm suprà resoluerimus donationẽ Caterinæ factam valuisse in consequentiam cuius non potuit in donatariæ præiudicium Io. Golferich. donator Ioan. Michaelem Golferich. filium suum pupillum in suo testamento hæredẽ instituisse. Quinimò succedet dictus Io. patri in his, quæ sibi duntaxat ex dicta donatione reseruauit,nisi fortè dicta Caterina de patris portionata donatione & testamento fuerit dote contenta,quam (vt præsupponitur) pater donator in suo testamento iusit dari sibi ad notitiam parentum, aut consanguineorum ipsius iuxta practicam, l.de his.C.de transact. Tunc enim ratione diffinitionis & refutationis bonorum paternorum legitimè per dictam
6 Caterinam factæ, non esset necessaria dicti pupilli admissio,aliàs sic.† Dum autem quæritur,an valeat iste contractus, aut constitutio hypothecæ dicti mansi ante firmam domini directi mansi prædicti, quæ (vt præsupponitur) ex instrumento producto constat,sequuta fuit per 20.& amplius annos,dictum impignoramẽtum. Et certè secundum iura Cataloniæ,clarum est,quòd non.vt in constit.Regis Petri tertij in curia Ceruariæ.c.3. incip.item ne super laudimio.& not.Doct.in vsatico, si quis suum feudum.propter verbum,impignorauerit.& in vsati.qui viderit. vbi etiam doct.licet de iure communi, fortè posset dici secus, cùm non præsumatur dictus mansus hypothecatus absque spe luendi.cùm(vt mihi præsupponitur) dictus mansus valeat in notabili quantitate multo plus, quam id pro quo fuit hypotechatus. & ita resoluit do.Iacobinus de sancto Georgio in suo trac. de operis & roidis.charta 7.vers. habent etiam domini terrarum,&c. Et ita concludebam, saluo, &c. Barchinonæ ad laudem & gloriam Dei, 1526. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 SVpplicatus principi,quando plura narrat in sua supplicatione, ex quibus copulatis surgit vna finalis conclusio,requiritur vtriusque veritas (etiam si nõ fuit in delegatione apposita clausula,si est ita) præsertim quãdo concedens non fuisset aliàs concessurus.

2 Clausula,si est ita,siue exprimatur,siue non,refertur ad omnia narrata,præsertim quando aliàs concedens non fuisset concessurus.d.versic.1.& an,& quando illa clausula faciat iurisdictionem conditionalem.

Aetatem minorem, vel maiorem allegans pro sua intentionis principaliter, aut exceptionis fundamento, debet illam probare, licet secus quando allegatur actus innelens ætatem accessoriè ad sui validitatem.d.nume.2. Et ætas minor difficilis est probationis & qualiter probetur. nume.5.

3 Matrimonium vt validè contrahatur debet esse masculus 14 an.mulier 12.annorum completorum. Quinimò paucorum dierum defectus illud impedit contrahi (nisi aliàs in illo impubere probaretur potentia coeundi) ibi d.vers. 3.& matrimonium inter puberem & impuberem contractũ vim matrimonij non habet,etiã si per verba de præsenti cõtraxissent,sed sunt sponsalia de futuro.& quæ requirũtur, vt transeant in matrimonium.ibi.vers.4.& 8.

5 Aetatis minoris probatio.

6 Singularitas testem repellens qualiter attendatur?

7 Vigor naturalis & coeundi potentia, quam ius canonicum malitiam vocat, qualiter probatur? ibi versicu.7.

8 Impubes, qui cum pubere contraxit matrimoniũ, debet post pubertatem perseuerare.& qualis consensus sufficiat? & si impubes ille perseuerare nolit & simul habitant,debent adueniente pubertate contradicere & dissentire expressè,licet secus sit quando seorsum habitant,quo casu an sit necesse probare dissensum.

Confessio alterius ex coniugibus cõtra matrimonium quando valeat? d.nu.8.

9 Metus reddit matrimonium per eum contractum nullum,& qualis metus exigatur, et quòd minor metus sufficit in muliere,quam in masculo,& an sufficiat metus sine reuerentia patris.

10 Rescriptũ in causa matrimoniali est validũ, quamuis in eodem mentio non fiat causæ super illo pendentis.

11 Papa an, & quam potestatem habet, & ex quibus causis possit dispensare super matrimonio per verba de præsenti contracto, non consummato. Et an cum monacho vel religioso professo, vel sacerdote, vt matrimonium contrahere possit. Et quid in matrimonio consummato. nume.12.

12 Suspectus quando efficiatur aut reddatur quis ex sola conuersatione cum malis, aut facinorosis.

Hæreticus licet matrimonium contrahere possit, attamen mulier quæ scienter cum eo contrahit,perdit dotem, & hæreticorum filij qualiter puniantur.

CONSILIVM. CV.

IVVENCVLA quædam ante duodecimum (vt mihi præsupponitur) ætatis suæ annum completum, matrimonium cum quodam extraneo & ætatis legitimę contraxisse dicitur per verba de præsenti: inducta tamen & coacta, vt per aliquot testes probatur, ad illud contrahendum & timore & reuerentia suorum patris & matris. Cum autẽ propter teneram ętatem, & aliàs propter contradictionem,matrimonium in facie matris ecclesiæ non solennizaretur, nec copula carnali consummaretur,contingit dictum sponsum ad longinquas regiones peregrinari mercantiæ, aut alia causa, in qua quidem peregrinatione cùm esset d.sponsus,qui etiam nunquam puellæ cohabitauit, ipsi puellæ, referente fama, nec quidem vana, sed certa,innotuit,dicti sponsi sui patrem pro hęreseos crimine,cùm prius fuisset reconciliatus matri ecclesiæ per inquisitores hæreticæ prauitatis regni Maioricarum, cuius erat oriundus, fuisse tanquam relapsum traditum brachio seculari, & deinde per dictam secularem iurisdictionem flammarum absumptum incendio. Et cùm de huius facti veritate sciscitaretur dicta puella, resciuit matrem dicti eius sponsi, auumque & auiam paternos & maternos eiusdem, pro dicto hæresis crimine eadem pœna (quam etiam ius commune

trfligit)

infligit) exterminatos fuisse, nec non & sororem & alios quosdam sponsi prædicti consanguineos ab hæresi resipuisse, iniuncta eisdem pœnitentia etiam publica, reconciliatos fuisse matri ecclesiæ. Quare dicta puella, cui (vt præmissum est) nunquam fuerat acceptum dictum matrimonium, factaque maior, & antea reclamauerat à matrimono prædicto, se reddidit in huiusmodi cōtradictione & dissensu, ac etiā reclamatione constantiorē. statuens potius extrema omnia pati, quā in dicto matrimonio perseuerare. Vnde & sponso prædicto post eius reditū, tū per seipsum, tùm etiā per amicos & internuncios semel & sępius petenti, & oranti, vt dictū matrimoniū consummare vellet, negauit se facturam, & audire recusauit, protestata se potius ingressurā monasterium (si aliud remediū non haberet) quā in huiusmodi matrimonio perseuerare, & alia contradictionis & dissensus ostēdit signa, quæ postea omnia sunt in processu (de quo infra mentionē faciemus) verificata. Et vt tandē finē illi negotio imponeret Cardinali de Saluiatis apostolicæ sedis de latere legato in Hispaniarū regnis exposuit matrimoniū cōtractū in minori ætate, reclamationemq; & dissēsum & maximè causas dissensus prædictas. cuius supplicatione motus dictus reuerendissimus legatus cōmisit reuerēd. archiepiscopo Cæsaraugustano, & episcopis Vrgellēsis & Vicensi, auctoritatē secutus. Spec. in tit. de rescrip. pręsenta. §. ratione. versi. nunc autē. causam dicti matrimonij cū illis solis curiæ Roma. stylus cōmitti mādet, licet sit secus de iure. vt per doct. in c. causam matrimonij. ext. de offi. deleg. & in c. 1. per illum tex. ext. de cōsang. & affin. Quibus, & eorum cuilibet dedit in mandatis, ꝙ si constaret eis de ita contracto matrimonio non consummato, & de huiusmodi dissensu puellæ, & cōtradictione: & ꝙ pater & mater, auus & auia paterni & materni dicti sponsi, fuerūt pro dicto hæresis crimine pœnā vltimi supplicij prædictā passi, huiusmodi matrimoniū nullū esse declararent, ac licere dictæ puellæ, vt cū alio quouis matrimoniū contrahat apostolica decernerēt auctoritate cū non obstantiarū, & alijs clausulis pręgnantibus. Quæritur ergo, quæ sint partes reuerendi episcopi (qui solus de illa causa virtute dictæ clausulæ, vobis, vel alteri vestrum, cognouit) consilio sibi de supplicatis in sen-
1 tentiando. † Omisso verborū multiloquio, quoniā virtus consultationis tota cōsistit nō in dicendo multa, sed multū: præsuppono, ꝙ vbi in supplicatione oblata papæ, vel alteri plura narrātur, ex pluribus copulatis surgit vna finalis cōclusio. c. 2. vbi doct. ext. de rescript. per quē text. not. cōmuniter ibi doct. ꝙ si plura in supplicatione fuerūt narrata, & papa cōmittat alicui cum clausula, si ita est, ꝙ illa clausula siue exprimatꝰ, siue subintelligatur, refertur ad oīa narrata. Ad ꝙ est c. de Petro. 47. dist. & c. quanto. extrà, de transla. episcop. & c. conquerente. ext. de resti. spol. & cap. peti. de confir. vtili, vel inutili. & cap. fin. extrà, qui cle. vel vo. & ca. ab excommunicato. & ibi Barba. colum. 4. versi. nota ibi, si ita est extrà, de rescri. Quod tamen verū est (vt omnia contraria euitem) quando concedens non fuisset aliàs concessurus, secundum Bart. in l. pręscriptione. vers. ad idem, quia cōditio. vbi etiam Iason C. si contra ius vel vtil. public. argu. l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet. & latius prosequitur Soci. ita limitans illud dictum, consilio. 99. serenissimus rex Romanorum. colum. 8. versiculo. confir-
2 mantur prædicta, &c. volum. 3. † Et licet à doctoribus dubitatum fuit, an clausula, si est ita: vel si constiterit, faciat conditionalem iurisdictionem. de quo not. doc. abundè in capit. olim. & in cap. ab excommunicato. extrà, de rescrip. Attamen difficultas illa videtur in casu nostro cessare, ex quo dictus reuerendus legatus concessit domino delegato prædicto facultatem decernendi, & declarandi prout suprà: postquam. ibi constaret de præmissis: quæ verba conditionem videntur indubiè importare. vt omnino per Bartol. in l. quibus. §. fina. post. gloss. ibi in versiculo postquam. columna secunda, versicul. quid de dictione, postquam. ff. de condi. & demonst. Vnde videtur inferendum, quòd ista puella, quę minorem ætatem deduxit in supplicatione. debeat illam verificare. Q m regula iuris, ꝙ fundans se super ętate maiore, vel minore, debeat illam probare, maximè quādo pro intentionis vel exceptionis fundamento principaliter ætas allegatur, licet secus sit quando allegatur actus includens ætatem accessoriè ad sui validitatem. Quia probato actu, præsumitur ętas ad ipsum actum idonea. per tex. quem dominus Abb. dicit ibi singularem esse, & se nescire alibi, in in c. præsentia. ext. de proba. Per quem etiā text. idē Abb. & post eū Feli. colum. 12. vers. glo. in ver. secundo, & c. reprobant dictum Io. And. in ca. fraternitatis. extrà, de testib. dum dicit, quòd cùm insit professioni & matrimonio certa ætas, quòd illa pręsumitur actu, nisi negetur. Quoniā (vt dicūt) hoc non est simpliciter verum, quinimò præsumitur etiam si negetur. per text. in dicto c. in præsentia. Ex quo infert in terminis nostris. Felin. vbi suprà, quòd illa conclusio nedum locum habet in matrimonio, verumetiā probata dispositione per verba de præsenti, censetur esse probata ętas legitimè. cuius tamen ampliatio (bona tanti doctoris venia dixerim) videtur esse mihi falsa. frustra enim in ca. attestationes. extrà, de despons. impub. & in ca. de illis. 2. altercaretur vtrum matrimonium contrahentes in ætate legitima essent constituti, an vero infra illam ætatem. & in cap. puberes. eo. tit. & in d. ca. de illis. dubitaretur frustra quando dicatur pubertas in illo, & in hoc, quando malitia sup-
3 plet defectum ætatis. † Præmitto similiter (& ex hoc annullatur dicta Felini ampliatio) quòd respectu ętatis aptę ad matrimonium contrahendum non solùm recurrimus ad ius canonicum, verum etiam ad ius ciuile. probatur in capitulo 2. ibi, legibus, vel canonibus, &c. extrà de despon. impub. secundum quæ iura dicitur ætas perfecta ad matrimonium contrahendum, 14. annorum in masculo, & 12. in fœmina: vt not. in capitul. 1. eod. tit. & debet ætas illa in vtroque contrahentium esse completa (salua limitatione de qua infrà dicemus) ita quòd paucorum dierum defectus impedit matrimoniū cōtrahi. not. Doct. post glos. in c. fi. extra de despon. impub. & in c. vnico. §. idem quoque. eo. tit. lib. 6.

Nec obstat c. attestationes ꝑallegatū. quoniā (vt Doct. ibi resoluūt) non ideo approbat ibi Papa cōsensum præstitum per masculū dumtaxat, ꝙ esset circa finem anni 14. dictus masculus, nec enim ob id est validū matrimonium ibi, Sed quia probatum fuit ibi, quòd præcesserat nisus ad copulam, & consecutiuè probata fuit potentia coeundi, vt dicit ibi Panor. aut saltem malitia, id est, naturalis vigor. & potentia coeundi, secundum Archid. Gemi. & alios in d. §. idem quoque. Duo etenim copulatiuè requiruntur vt possint impuberes matrimonium contrahere, scilicet ꝙ sint proximi pubertati, et ꝙ malitia suppleat ætatē. vt not. Ioan. And. Archi. Gemi. & Phil. Francus, ac alij in d. §. idē quoque. vbi ita textum illum intelligunt. Quinimo naturalis vigor, & coeundi potētia magis attēduntur quā temporis plenitudo etiā in impuberibus, secundū ꝙ not. Archidia. & alij vbi suprà, per text. & notata in c. puberes. & in c. de illis. 2. & in dicto c. attestationes. eo. tit. de despons. impub. in antiq. intantum ꝙ gloss. 2. in dicto c. puberes. voluit, ꝙ habilis ætate, impotens tamen quo ad copulā, matrimonium validum non contrahat. Quā gloss. licet communiter doct. reprehendant, nisi fortè loquatur in minore, secundum quam distinctionem Abb. ibi saluat eam in fine, in impuberibus, attamen eius glossæ ratio locum habet vt in illis plus attendatur potentia coeundī, quàm
4 ętas. † Præsuppono etiam, quod matrimonium inter puberem & impuberem, in quo malitia non supplet ætatem, contractū etiam per verba de præsenti, non propriè dicitur matrimonium, nec vim habet, aut effectum matrimonij, sed sunt sponsalia de futuro, etiam si subarratio intercesserit. text. est ad literam, & qui non potest cauillari, in capitulo finali extrà de despon. impub. & in d. §. idem quoque. Et ad hoc quòd in verum matrimonium

transeat, requiritur inter absentes potestas legitima cõsensus, aut perseuerantia in d.consensu, de quibus per verba, aut per signa consensum exprimentia debet apparere. vt in d.§.idem quoque.doct. notant.per illos textus, licet ali qui voluerint copulam esse necessariam, maximè in virgine. Vbi autem simul habitãt & superuenit ætas maior: quia de facili cõiecturatur de perseuerantia, requiritur ad hoc quòd possit huiusmodi matrimonium separari, quòd impubes post ætatem completam cõtradicat: quæ tamen cõtradictio expressa necessaria non est in his, qui seorsum habitant, secundum Archid.& alios, qui in dicto casu volunt exigi consensum expressum, etiam si non reclamauerit. Quam etiam opinionem tenuit Host.post. Ala. Vincent. Goff.& Bern.in ca.literis.ext.de despon.impub.assignans rationem, quare vbi separatim habitant, nõ requiratur reclamatio: sed requiratur quòd de consensu impuberis appareat post pubertatem, per copulam, vel traductionem, aut aliàs prout in d.c.fi.de despon.impub. quia si cohabitant simul, veretur ius ne fortè ea tentent, quę fortè complere non potuerũt. c.is, qui.& c.adolescens, extrà de sponsa. & c. veniens. extrà de eo, qui cog.consangui. vxo. suæ.& in præall.c. attestationes. Vnde voluit ex hoc præsumptionẽ iuris & de iure facere, vt sic omnino consensisse præsumantur, vt volunt doct.suprà allegati, quæ ratio in habitantibus seorsum cessat. Remanet igitur ex præmissis firma conclusio, quòd ad contrahendum matrimonium requiritur ætas perfecta, seu cõpleta in vtroq;, quæ est in masculo. 14.& in fœmina 12.annorũ, ita quòd puella intra duodecimum annum constituta non est habilis ad matrimonium contrahendum, nisi (vt est præmissum) in ea malitia suppleret ætatem, vt est tex.expressus in præal.c.tuę.ibi, circa annum 12. &c.& ibi doct.ext.de sponsal.ita quòd ad matrimonij ita contracti validitatem & subsistentiam, requiritur inter habitantes seorsum consensus, de quo (vt supradictum est) apparere debet, & inter cohabitantes est necessaria contradictio & reclamatio expressa post pubertatem illius, qui impubes contraxit si vult à d.matrimonio resilire, vt est text.& not.in c.à no-
5 bis.ext.de despons.impub.† Præsupposita ergo dictę conclusionis validitate videndum est, an constat ex processu de præmissis ad effectum nullitatis dicti matrimonij, iuxta theoricam d.c.à nobis. Et attendo, ꝙ dicta puella articulo suo secundo, deduxit tempore contracti per eã dicti matrimonij, ætatem minorem quo tempore nõ habebat annos 12. Et articulũ illũ per 1.2.3.5.9.& 10.testes probauit. Quãuis enim minor ætas difficile probatur per testes ex corporis aspectu cõcludentes, propter originis seu natiuitatis principium, quod vt plurimum ignoratur, & à paucis scitur, attamen probant, vt voluit Alber.de Rosate, & post eum Sali.in l.si minorem. C.de in integr. resti. minorum.& maximè quando ætas minor allegata, in modico temporis interuallo consistit, ita quòd facile discerni non potest, secundum Bar.in l.de ætate.ff. eo.attamen Alber.& Sali.post eum in dicta l.si minorem.versic.quęro nunquid testes de aspectu deponentes. ostendit etiam in dicto casu huiusmodi testimonium probare, quando ex verbis testis pro vero suppositis inferatur ætas probanda. Maximè, quando testes deponunt, quòd tempore quo dicebatur esse infra talem ætatem, iudicauerunt eum esse talis ætatis. Ita etiã not.Cyn.& Bal.in l.cùm te.C.de proba.idem Bal.& nouissimè do.Iacobinus de sancto Georgio in d.l.de ætate. & not. Cano.in c.in præsentia. ext.de proba. Quinimo plus voluit Bart.& post eũ Pau.de Cast. in l.de ætate.ff. de in integr. resti.mi. ꝙ probatur ætas per testes ex aspectu corporis iudicantes, etiam si ipsi interrogati, quis sit tanti temporis aspectus, respondeant se nescire.& ita etiam not. Bald. consil. 66. volum.3. Et certè in casu nostro omnem dubitationem tollunt domina Francina Serra testis tertius, quæ super dicto secundo articulo deponens dicit, quòd dicta puella tẽpore contracti matrimonij prædicti habebat de decem ad vndecim annos, & illius ætatis eam iudicabat tempore dicti celebrati matrimonij. Et idem in effectu dicunt Michael Ioannes aurifaber, & Sperãtia eius vxor, dicentes se, & astantes tunc plurimum admiratos, quòd in tã tenera ætate nubebant dictam puellam. Et in hanc etiã sententiam conueniunt primus, secũdus, & quintus testes præallegati, cõcluduntque minorem ętatem tẽpore cõtracti dicti matrimonij.
6 † Nec potest dictis testibus singularitas impingi. Quoniam præter id, quod tertius, nonus, & decimus testes deponunt de eiusdem temporis, scilicet contracti matrimonij, aspectu, & etiam vbi non essent contestes de tempore aspectus, attamen nõ essent singulares, quia ad vnam ætatem probandam tendunt. Ita nut.Saly.in dicta l.si minorem. Colum.3.versi.quæro, quid si testes de tempore, &c. C.de in integ.rest. minorum. Singularitas etenim testium attenditur penes effectum rei, non autem penes modum sciendi, secundum Bald.in l.de quibus.ff. de legib.& not. Feli.abundè in c.licet causam.col.5. versic. nota hoc.&c. extrà de proba.& plenius in c.licet ex quadã. Col.3.vers. vltimò est sciendum.vbi materiam hanc per tres, & amplius col.prosequitur. extrà de testi. Non enim sunt testes singulares, quãdo ratio eorum est eadẽ, licet diuersimodè, & per diuersa media deducatur. vt ait Bar. in d.l.de quib. & not. Lanfran.de Oriano in repeti.c. quoniã contra falsam.in ver. testium depositiones.vers. vlterius est aduertendum.& ibi in apostilla, in ver.fidẽ.posui ad ipsum concordãtes, extra de proba.& ita voluit expressè Alex.cons. 54. volum.1. & ita in facti contingentia sequutus sum in consulendo vt patet suprà consil.3 a.versicul.3.& plenius consil.73. versi.2.& 3.vbi attendo duplicem in teste sin-
7 gularitatem, quarum vna testes non repellit. † Per quos etiam testes, nedum est probata minor ætas dictæ puellę, qualem requirit text.in alleg.c.fi.extrà de despon.impub. verum etiam probatum est, quòd in dicta puella non erat vigor naturalis & coeundi potentia, quam ius canonicum malitiã vocat. Et per consequens cessant supradicta. Quia etiam contrarium quod fieri potuisset de c. à nobis. & de d.c.de illis.& de d.c.attestationes.& similibus. Et cum dictis testium illorum concurrit vehemens præsumptio, quia ideo tunc non fuit matrimonium consummatum: quia dictę puellæ ætas & corporis habitudo, & dispositio non patiebantur, cùm tamen aliàs dicti sponsi ætas, qui viginti & amplius erat annorum, nedum sufficiebat, verum etiam exposcebat accelerationem consummationis dicti matrimonij: quam tamen obtinere non potuit, tum propter dictæ puellæ imbecillitatem, tum etiam propter ipsius contradictionẽ, de qua cõstat per ipsius etiã sponsi confessionẽ in processu coram officiali Barchinon.ducto, nec non & per tertiũ, quintũ, nonũ, & decimũ causæ pręsentis testes. Pubertas enim in fęmina habilis ad matrimonium contrahendũ regulariter non est ante duodecimum annũ cõpletũ, vt not. Panor.in d.c.tuę.in primo notabili. per illũ tex. vbi etiã doct.nisi vbi malitia, vel naturalis coeundi potentia, vel vigor naturalis, quæ idẽ sunt, ætatem suppleret, & probaretur. Hæc autẽ malitia, ſm Archid. Gemi.& alios in dicto c.vnico. de desponsa.impub.lib.6. & secundum Host.& Inn.& alios in d.c.à nobis. probari solet ex facti experientia, per tex.in c.de illis.ibi, poterant carnali copula coniungi, &c. & ibi Host.exponendo text. imitatus Tancredum Vincen.& alios quosdam voluit requiri, ꝙ vera copula inter puberem hunc, & impuberem interuenerit, ad hoc ꝙ dici possit impubes proximus pubertati. Sed Goffr. Inn.Io.Andr. & Ab.vterq; post. Collect.tenuerunt oppositum, volentes satis esse ꝙ potuerint coniungi, sed illam coeundi potentiam probari voluerunt ex facti experientia, puta, si iuuenis minor alias mulieres cognouisset, & fœmina minor ab alijs fuisset cognita, ex quibus dicunt apparere, & probari quod sunt potentes ad coeundum. Pro quo est etiam gl.in d.c.vnico. de despon.
8 impub.libr.6. † Et quamuis prædictorum verificatio sufficeret ad hoc, quòd etiam circunscripta dispensatione

matrimonium

matrimonium hoc posset nullum & inualidum dici tan-
quam per minorem contractum, in qua malitia non sup-
plebat ætaté postquam ab huiusmodi matrimonio dicta
puella impubes voluit resilire, per text. in d. cap. à nobis.
& ibi ad hoc not. enim doct. extrà de desponsa. impub. &
in d. §. idem quoque, maximè cùm dicti sponsus & spon-
sa seorsum habitauerint. Quinimò ipse sponsus, vel mari-
tus statim post dictum matrimonium contractum abijt
ad regiones longinquas, vt suprà in themate præmissum
est, & constat ex processu. Quare subsequés & expressus
dictæ puellæ post pubertatem consensus necessarius erat.
Nec erat necesse, quòd ipsa reclamaret (vt suprà numer.
4. dicebamus.) Attamen probatus est in processu dictæ
puellæ dissensus ac voluntas, sed etiam reclamatio tum in
tra impubertatis annos, & quando contraxit, tum etiam
postquam facta est maior. de quo testificantur apertè 2. &
3. 5. 9. & decimus testes. Quamuis enim (vt sæpedictú est)
probatio dissensus puellæ non sit in casu nostro necessa-
ria: attamen prodest, quia præsumitur in eadem volútate
& dissensu perseuerare facta maior, si de contrario nó con
stat. l. eum, qui. ff. de proba. & in l. siue possidetis. C. eodem
tit. & est ratio sæpealleg. §. idé quoque. in præalleg. c. vni-
co. de despons. impub. lib. 6. Probatur etiam dicta volun-
tas & dissensus, præter reclamationem antedictam, de qua
dicti testes deponunt: qui etiam de diuersis actibus depo
nunt. & sunt cótestes in pluribus actibus & per dicti spon
si cófessionem coram dicto reuerendissimo officiali Bar-
chinonensi factam. Ex quo autem per diuersa ipsius verba
ita demonstrauit. ita etiam præsumitur, in corde habuisse:
quia nemo dicere præsumitur, nisi quod mente cogitat.
l. Labeo. §. idé Tubero. ff. de supellectili legata. cap. secun-
dò requiris. extrà, de appellationibus vigesimasecúda quę
stione quinta. cap. humano. cum similibus. & aliàs ex plu-
ribus & iteratis dictæ puellę actibus constat de dissensu il
lius. facto enim datur intelligi voluntas. l. reprehendenda.
cum alijs concord. C. de instit. & substit. sub condi. factis.
Constat etiam ex processu coram d. domino officiali Bar
chinonensi tum per dicti sponsi confessionem, tum per
diuersas ipsius schedulas de dicto dissensu. Cuius quidem
sponsi cófessio, ex quo stat pro matrimonio, probat con-
tradictionem & dissensum. c. super eo. extrà, de eo qui co-
gno. consang. vxo. suæ. maxime cum alijs probationibus,
etiá si integræ nó essent. ca. attestationes. extrà, de despon-
sa. impub. & not. Roma. consil. 506. inci. in repręsenti, & c.
vers. secundo, ad idem, &c. † Vlterius allegatus est per di-
9 ctam puellam metus ex parte ipsius interuenisse in ipso
matrimonij actu, & consensu: & probatus est (saltem re-
uerentialis) per secúdum, nonú, & decimú testes: qui te-
sticátur quod dicta puella nolebat proferre verba cósueta in ta
libus actibus ad denotandú ipsius cósensum. de quo etiá
cóstat per d. mariti confessioné coram d. dño officiali fa-
ctam. Et licet metus siue reuerétia patris, nó faciat matri-
monium ex eo contractú nullú: nisi talis esset metus, qui
cadere posset in constantem virum. c. 1. extrà, de despon.
impub. sile ná metus locum habet in masculo, in quem
non ita de facili imprimitur, sicut in muliere, vt supra di-
cebam consi. 14. num. 6. & 7. & infra consi. 120. nume. 67.
vbi latiua hoc examino. Idcirco parentum minæ iustum
metum inducunt in muliere. ca. ex literis. extrà, de despon
sa. impub. Quod etiam voluit glo. in d. c. accedens. ext. de
conuers. coniuga. & ca. fi. ext. qui cle. vel vouentes: &c. &
not. Inno. in c. causam matrimonij. extrà, de off. deleg. licet
gl. voluerit cótrarium in l. 2. §. quæ oneranda. ff. quarum
rerum actio nó datur. & male secundú Phil. Francú in d.
c. ex literis. & Soc. consi. 273. col. 3. & 4. vol. 2. † Nec cótra
10 rescriptú commissionis & dispensationis prędictæ oppo-
natur, quod in supplicatione introclusa non fuerit mentio fa-
cta de litis pendétia in curia officialis Barchin. Quoniam
certo certius est, valere tale rescriptum: etiam non facta
mentione processus aut sententiæ, secúdum Lapp. allega-
tione. 89. incip. duo prælati, & c. colum. 4. & allegat Ioan.
Andr. refert, & sequitur Feli. cap. 1. colum. 2. vers. valet re-
scriptum, & c. extrà, vt lite non contest. & in rubr. ext. de
sponsal. ad fi. versi. 3. &c. Cuius decisionis potest esse ratio,
quam multum notabiliter adducit & corroborat And. Si-
culus consi. 46. ver. 5. volum. 2. dicens, quòd litis penden-
tia in causa matrimonij, non facit causam matrimonij esse
litigiosam. & ibi etiam adducit alia specialia, quæ operatur
fauor matrimonij. Ex quibus in vnum collectis cócludo,
quòd de iure scripto (etiam circunscripta omni dispensa-
tione) quod reuerend. dominus Episcopus Vicensis de-
bet, (& aliter facere non potest) sententiare & declarare
supra dicti matrimonij nullitate: quodque inter eos non
fuit contractum matrimonium tale, ad cuius perseueran-
11 tiam posset cogi dicta puella. † Et subsistére veritate con-
clusionis prædictæ videtur superuacaneum esse examina
re, vtrum legatus potuerit cómittere dicto domino epi-
scopo Vicensi, quòd si de præmissis, quæ in supplicatione
& suprà in themate præmissa sunt, sibi constaret, declara-
ret dictum matrimonium nullum. Attamen quia funicu-
lus duplex difficilius rúpitur: & quia dictus legatus in suo
rescripto prædicto ponderasse visus est plus qualitatem
criminis hæresis in progenitoribus sponsi, quàm ætatem
minorem, cùm ipsa (dubitans difficultatem probationis
ætatis minoris, quando parú distat à pubertate, vt prædi-
xi) in sua supplicatione dicto legato porrecta, & in rescri-
pto cómissionis introclusa, deduxerat se tempore contracti ma
trimonij fuisse in duodecimo ætatis eius anno, vel circa.

Discutiamus vtrum, præsupposita pro ficto in dicta
puella tempore dicti matrimonij pubertate, illę causę per
d. iuuenculam allegatæ de crimine hæresis, & condemna-
tione parentum & progenitorum dicti sponsi (quas post
dicti matrimonij celebrationé, ad ipsius puellæ notitiam
præmisimus in themate deuenisse) & verisimilis suspitio
nis, & timoris, quòd in dicto eius sponso remanserint ali-
quæ scintillæ & reliquiæ hæresis dictorum parentum, &
progenitorum eius, attento quòd quædam dicti sponsi so
ror (vt aliqui testes deponunt) post dicti eius patris sup-
plicium fuit publicè pœnitentiata, & sanctæ matri eccle-
się reconciliata, & de dictorum patris & matris & proge-
nitorum dicti sponsi cóndemnatione, & vltimo supplicio,
cóstat per decem & amplius testes. Vtrum inquam, causę
prædictæ, ita vt est dictum verificatæ, sint sufficientes ad
hoc, quòd dictus dominus episcopus ex commissa sibi po
testate possit in dicto casu diuortiú celebrare, & dare puel
læ antedictę facultatem, quòd cum alio matrimonium
legitimè contrahere possit.

Vrgentissima verò dubitandi causa erat dictum Apo-
stoli, quos Deus coniunxit homo nó separet. 36. distinct.
c. deinde. & cap. 2. cum princ. extrà, de transla. episcop. Di
citur autem esse cótractum & perfectum matrimonium
ex solo consensu, licet copula nó sit secuta. l. nuptias. ff. de
regul. iur. & l. si cui fuerit. ff. de condi. & demonst. & cap.
sufficit. 27. quæstione 2. cú similibus. & præsertim in cap.
licet. extrà, de sponsa duorum. & concludit Abb. in capit.
fin. eo. titu. versicul. vltimò quęritur. In casu autem nostro
causa magna subesse non videtur, & per consequens hæc
puella tuta nó esset quoad Deum: vt per glo. in c. non est.
extrà, de voto. & not. Innoc. & doct. in cap. 2. extrà, de re-
nun. cú simil. Talis enim dispositio potius videretur esse
dissipatio quàm dispensatio, vt dicit Hosti. & Abb. post
alios in c. quia intantum. extrà, de præbend. Idem Abb. c.
cùm adeo. extrà, de rescript. & abúdè in c. de multa. extrà,
de præben. vbi notat, quòd non debeat ob causam priua-
tam dispensatio fieri, sed ab publicam, quæ in casu nostro
subesse non videtur. Quibus tamen & similibus alijs, quæ
possunt adduci, non obstantibus, teneo quòd huiusmodi
dispensatio concedi possit in matrimonio non consum-
mato: & ideo matrimonium huiusmodi per dispensatio-
nem dissolui potest, vt concludit gloss. fi. in c. ex publico.
quam Hosti. Io. And. Abb. & cómuniter doct. ibi sequun
tur. ext. de cóuer. coniuga. Quod etiá not. Arch. in c. quia.

27 q.2. Ancha.cap.1. versic.circa matrimoniim.extrà, de cōsti.Bal.in l.Deo nobis.vers.vlterius nota,&c.C.de epis. & cle.licet secus sit quando matrimoniū consummatum esset.allegat Inno.in d.c. ex publico. Et in eādem sententiam concurrit Anchar. consil.240. incip. parum dubitationis.in princip.& per totū, vbi latissimè insistit, & tandem concludit eodem modo (allegando gloss. in d.c.ex publico.) Quam etiam conclusionem sequitur Præpo.in c.fi.extrà,de sponsa duorum.vbi dicit, quòd ita doct.notant communiter.Et nouissimè refert. & sequitur Philip. Decius consil.112. incip. in præsenti consultatione: &c. 2.dub.volu.1.vbi per multa conclusionem hanc roborat. Ad cuius etiam cōclusionis corroborationem plura conferunt quæ scribuntur per Anchar.consi.378. incip. reuocatur in dubium,&c. & consil.410. aliàs est 409.incip.viso & diligēter inspecto, &c.colum.3.Et quod etiam scripsit Io.de Imol.c.fin.extrà,de transact.dicens communiter teneri, quòd in matrimonio nō consummato dispensari posit,vt latè tradit Io.And.in regula,semel Deo.li.6. in mercurialib.not. Inno.in c.cùm ad monasterium.& ibi Abb.post alios.extrà,de sta.mo.& Io. de Imo.cle.1.ad fi. versi.sed quærit Guli.de consang.& affi. Et etiam Feli.in c.si quando.extrà,de rescript.vbi ponit exēplum de quodā Ramiro,de regio sanguine Aragonū, qui (priusquam ad ipsum regnum,ex aliorum suorum consanguineorum obitu deuolueretur) religiosus erat professus,& sacerdos, & ab illo & Petronilla filia, quam in matrimonio prædicto suscepit, descēdit illa inclita progenies Aragonum regum, à quibus media persona Ferdinandi Aragonum regis,qui eum bonæ memoriæ Elisabeth Castellæ,&c.Regina,nupsit, prouenit Carolus Imperator & Rex Hispaniarū,nunc feliciter regnās. De quo etiam Ramiro dom. Iason loquitur in l. iubemus. ad fi. C.de transact.& refert Anchar. ita dicentem consi.337. incip. pro maiori notitia,&c.& Bal.in d.l. rescripta.C.de preci.Impe.offe. Et ita resoluit Ias.in l.iubemus.& ibi appollillator illius adducit infinitas concord. Sic etiam super vsuris,causa subtillēte, vt plene tradit Alex.consi.2.& 2.& 107.incip:pro inuestigatione, &c.volum.2.

Nec obstant quę in contrariū suprà allegabantur,quòd nuptias faciat consensus,& nō copula.Nam in casu nostro principale illud fundamentum consensus defecit,vt suprà monstrauimus:& vbi interuenisset, & non fuisset meticulosus (prout fuit) attamen legatus potuit ex allegatis causis matrimoniū hoc dirimere. Dictum.n. Apostoli,quos Deus coniunxit, &c.de matrimonio consummato debet intelligi,secūdum glo.in dicto cap.ex publico. quam doctores ibi communiter approbant, & sequuntur.

Nec etiam facit quod suprà hoc eodem versi. dicebatur. Loquitur enim tex.ille inspecto iure cōmuni, vt doctores ibi volunt. Et in ca.fi.eo.tit. loquitur ibi prætextu consuetudinis,quæ erat q̄ qui cū duabus cōtraxisset,licet carnaliter secundam cognouisset, esset illius vxor, prout etiam in dicto cap.fi.habetur. Vnde reprobatur,quòd aliquando fuit obseruatum dictæ consuetudinis prætextu. De quo Hosti.dicto,in quantū generaliter loquitur, licet Abb.ibi dubitat,attamen non diffitetur,quo minus posit ex causa contra primū matrimonium dispensare, licet nō specificet, q̄ ideò non valet statutū retractans matrimoniū primū non consummatū,per secundū consummatū. Quia sine causa matrimoniū (etiā non consummatū) nō dirimitur,imò dispensatus absq; causa,non videretur esse tutus (vt supra dicebatur) & not.Inno.in ca.diuersis.ext. de cleri.coniuga. & præalleg. cap. cùm ad monasterium. extrà, de sta.mo.& not.Feli.cap.quę in ecclesiarū.colum. 7.vers. demum in hac conclusione, &c.extrà, de consti. Possumus etiam aliter respondere,ideò non valere statutum prædictū:attamen posse in aliquibus casibus dispensare. quia per dictum statutū videretur vniuersum ecclesiæ statum perturbare. sicut in simili not.doctores in cap. ecclesia sanctę Marię. vbi etiā Feli.colum.2.extrà, de rescript. quòd licet papa per suam cōstitutionem posit certos clericos iudicis laici submittere iurisdictioni & iudicio,non tamen posset facere constitutionē, quòd laici suo iudicio clericos iudiceent, & sic laicis clericos submittere

12 quoad forum.† Nec obstat quòd ille causæ, scilicet quòd vterque parens sponsi prædicti,& progenitores eius prędicti, pro crimine hæresis prędicto, fuerunt vltimū ignis supplicium passi:& timor, quòd maritus vel sponsus ille sit in suorum prædecessorum erroribus, & hæresi imbutus. qui timor verisimilis ex eo infertur q̄ Eleonor dicti sponsi ex vtroque parente soror pro dictis suorum parentum & progenitorum erroribus & hæresi condemnata fuerit ad pœnitentiam publicam, & signum consuetum pœnitentię ,per aliquot annos portauerit, non videantur esse sufficientes. Si enim attendimus quòd dictus sponsus à teneris(vt aiunt)vnguiculis,cum patre & matre,& progenitoribus antedictis enutritus est,probabiliter dubitari potest, & credi,quòd eorū errores,& hæresim imbiberit, & in illis fuerit enutritus. scilicet expectas (ait Satyricus) vt præstet adultera mater.aut alios mores,quàm quos habet. Et vulg.est glo. insequitur leuiter filia matris iter. Et magnum illorum iudicium præstitit dicta Eleonor soror vtrinque coniuncta dicti sponsi,quòd suorum parentum & progenitorum (vt suprà dicebatur) apparuit hæresi & erroribus imbuta. Conuersatio etenim sola cum malis, si fiat quem suspectū præsumi.c.ad hæc.& ibi Abb.extrà, de iudæ.glo.2.q.7.c.peruenit.doct.not.in c. cum in iuuentute.ext.de vita & hon.cle.& not.Bar.in l.si plures.§.quamuis.& §. si parens.ff. de admi.tutorum. certè multò magis erit hęc præsumptio vehemens in filio cum patre & progenitoribus antedictis enutrito, vt illius mores,& conditionem imitetur,prout not.Ange.in l.quod si nolit.§.quę mancipia. vbi est bo. glo. in verbo, infamam.ff. de ædili. edict.& similis est alia glo.licet eam non allegat in iure canonico in c.per venerabilē.ext.qui filij sint legiti. Et certè si prædicta considerantur, quodq̄ue mulier scienter cum hæretico matrimoniū contrahens,licet valeat huiusmodi matrimonium, vt not.Abb.& alij in c.quāto te.per illum text.extrà,de diuor.& per tex.in c.gaudemus.eo.tit. Et ad hoc est glo.ordi.in c.non oportet.28.q.1.quæ dicit, quòd licet hereticus cum catholica matrimonium contrahere prohibeatur: si tamen contraxerint tenet. Quod probare videtur text. in c.decreuit.de hæreti.lib.6. attamē mulier scienter cōtrahens huiusmodi matrimonium, perdit dotem,vt not.Specu.tit.de diuor.versi.eo.modo, &c. & est casus rotundus in c. deuenit. de hereti. lib.6. Et alia multa in quibus derogatur hæreticorum filijs,qui nedum parentum successione priuātur,etiā si fuerit catholici,sed etiam beneficia ecclesiastica perdunt,vt per doct.in ca.vergentis.extrà,de hæret. Quodque iste sponsus etiam si catholicus sit, & illius filij & nepotes, secundum iura(quibus ad stipulantur regiæ pragmaticę) priuātur omnibus officijs & dignitatibus, & ad alia huiusmodi obtinenda redduntur incapaces ac in multis alijs puniuntur, quæ etiā filijs conuersorū,qui tamen de hæresi nō fuissent condemnati,non denegantur.& maximè,quòd dicta puella tempore dicti contracti matrimonij condemnationes prædictas parentum & progenitorum sponsi sui & reconciliationem Eleonoræ sororis eiusdem sponsi ignorabat, nullus negauerit iustas esse causas à dictu matrimonio (præsertim per dispensationis beneficium)resiliendi,sed & iustiores esse,quàm eas,quibus do.Philip.Decius in præallegato consi.112.motus est ad consulendum, cùm ibi consulendo resoluas iustam esse causam dispensandi in matrimonio non consummato , quando adolescens hebetis (vt ait) ingenij,& ætatis 16.annorum,ab aliquibus seductus fuerat , vt cū certa muliere natu maiore,& longè disparis conditionis, quàm ipse maritus esset, contraheret. causam assignans,quòd iste cōsensus in casu illo super quo consuluit non videatur deliberatus fuisse , sed ex abrupto cum ea, quam prius non viderat, & post cœnam. Ex qua etiam

etiam causa, scilicet hebetudinis ingenij, Soci.consi.28. incip.circa primū, &c.secundo dubio.vol.1. (prout eum refert do.Decius vbi suprà) iustam esse dicit dispensandi causam, quando iuuenis facilitate sua ob calliditatē mulieris inductus fuit ad matrimonium contrahendū, quod non erat conueniens. Et loquitur Soci. prędictus in matrimonio consummato: sed fundatur (licet do.meus eum referens non dicat) ex quo d. iuuenis in animo statuerat non contrahere: sed causa copulam extorquendi verba illa protulerat. In quo quidem matrimonio per verba de præsenti & consummato si papa dispensare posit, vt voluit Feli.in c.quæ in eccle.colum.5.vers.& generaliter. & vers.hunc est, &c.ext. de consti.& ex causis prędictis iustior & æquior videbitur per dictam puellam obtenta ex præmissis causis, etiam data pubertate tempore contracti
13 matrimonij, dispensatio.† Nec potest dici reuerend.legatum contra ius diuinum dispensasse. Quandoquidem licet matrimonium cōsummatum de iure diuino sit, & ob id immutabile, vt suprà dicebatur: attamen erit secus in matrimonio nō consummato, quod (vt prædixi) statum assumit ex constitutionibus ecclesiæ. vt not. Anchar.pręalleg. consi.240.colum.5. Ideò matrimonium non consummatum non est inseparabile.nec indispēsabile, vt suprà latè demonstratū est. Et aliundè si de iure diuino esset matrimonium non consummatum, nō tamen ob id esset papa prohibitus dispensare, prout suprà dixi. Licet enim ipse ius diuinum tollere non posit: attamen ex causa potest in aliquo casu dispēsare. vt not.abundè. Felin.in d.ca. quæ in ecclesiarum.post Inno.& alios ibi.not.etiā Bar.in proœ.ffotum.col.3. Bal.in auctē.ad hæc.col.5.C.de vsur. Anchar.in præalleg.cōsilijs.& do. Decius in d.consi.112.

Ex quibus concludēdum esse videtur intrepidè, quòd matrimonium per dictos Iacobum & Ioannam, sic vt est præmissum, contractum, non sit tale ꝙ ad perseuerādum in eo cogi posit d.Ioanna: tum propter ętatis legitimę, & legitimi etiā consensus (cū fuerit meticulosus) dictæ Ioannæ defectū, tum etiam, quia licet fuisset legitimus consensus: quia facta maior dicta Ioanna non perseuerauit in illo consensu: sed probatur expressè dissensisse & contradixisse, ac etiam reclamasse. Et illis etiā causis circunscriptis concludo illi esse causam dissoluendi matrimonium prædictū, & ab illo recedendi, quòd pater & mater, auus & auia paterni & materni d.Iacobi sponsi, pro hæreseos crimine fuissent combusti: & dicti Iacobi soror pro similibus erroribus pro quibus fuerūt dicti sui progenitores cōdemnati, pœnituerit publicè. ex quibus oritur probabilis contra dictum sponsum dubitatio, quòd fuerit in illis imbutus. Et ex illis causis (quę, vt est præmissum, ad dictæ Ioannæ deuenerūt notitiam post dictum matrimonium contractum) resoluo, dictum Reuer.legatum rite & legitimè dictum matrimonium mandasse dissolui, & dictæ Ioannæ licētiam dari, quod cum alio matrimonium contrahere posset. Et ita per dictum dominum Episcopum Vicen.apostolicum delegatum, declarari debere concludo. Ita resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1526. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

Huic meo consilio & sententiæ quæ conformiter ad illud lata fuit per dictum do.episcopum Vicen.apostolicum delegatum, se subscripserunt clarissimi iurisconsulti Michael Ioannes Pastor doctor Regij consilij Cataloniæ, & Petrus Ioānes Costa, & Hieronymus Franch.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo datus pro forma si omittatur, vel alteretur, &c. et quādo reddat actū nullū. et in subscript.n.13.*

2 *Notarius non nascitur, sed creatur. & quis posset creare notarium? & an consuetudo? & si aliquis officiū tabellionis exerceat, & instrumenta conficiat, si non sit notarius, non valent huiusmodi instrumenta etiam ratione communis erroris. & qualiter teneatur huiusmodi notarius parti læsæ? & an notarius testificari possit instrumentum in quo ipse constituitur syndicus, vel procurator alicuius vniuersitatis? n.3. & an dicatur falsum committere, qui in constitutione syndici describit absentium nomina? & nu.6.*

4 *Syndicus vniuersitatis creari debet ab illius maiori parte, congregatis collegialiter: non autem à singulis, vel à quolibet de per se. & in subscrip. nu. 14.*

5 *Instrumentum si diuersimodè fuerit extractum, cui stabitur? & quid, vbi contradicit cum protocollo, vel imbreuiaturæ?*

7 *Literas gratiosas reddit ipso iure nullas surreptio & obreptio. & quare?*

8 *Maior pars vniuersitatis non præiudicat minori in actibus non necessarijs, sed in mere voluntarijs tantum. Nec etiā quando ius acquisitum ex consuetudine alteratur. nu.9.*

10 *Confirmatio priuilegij vel rescripti nulli non facit quòd huiusmodi rescriptum vel priuilegium sit validū, si nullum erat. & quid vb. fit dicta confirmatio ex certa sciētia? in dicta subscript.nu.15.*

11 *Lite pendente non prohibentur literæ iustitiæ obtineri, si tamen de huiusmodi lite faciat impetrans mentionem. & qualem? & quid in literis gratiosis?*

12 *Beneficium non confertur in inuitum: nec cogitur quis inuitus illo vti.*

13 *Vniuersitas triplex, & cuiuslibet earum prærogatiua, Et quòd vniuersitati minimæ, qualis est castrum, & villa, vel vicus, regulariter non inest iurisdictio, sed alterius iurisdictioni subest. Et huiusmodi vniuersitas quæ altum dominum habet, non potest absque domini sui licentia, vel priuilegio congregari. & non potest syndicum creare, nisi decuriones, vel rectores, aut consiliarios habeat, quo casu potest eū eorum auctoritate syndicū constituere. & quando debeat illa auctoritas interuenire?*

16 *Clausula, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, tunc demum operantur, quando princeps super facto causæ cognitionem præmisit, quæ certā scientiam inducit. & quid de clausula supplentes, & non obstantiarum?*

Priuilegium ad hoc quòd per aliud priuilegium tolli possit, non sufficit clausula non obstantiarum.

CONSILIVM CVI.

Consvevit concilium congregari in vniuersitate de Pals, ad instantiam & requisitionem iuratorum dictæ villæ: & per eos congregato cōcilio fit propositio secūdum occurrētes materias & necessitates: & hoc de mādato bayliui, qui est caput iustitiæ dictæ villæ. Et licet ita seruatum sit per antiquissima tempora, de cuius obseruationis initio non est memoria: nihilominus in præsenti causa fuit cōuocatum ad sonum cornu, per procuratorem Regium villæ Turicellæ, sine aliqua dictorū iuratorum instantia. Fecitq; d. Regius procurator, inscijs tū & ignorantibus dictis iuratis, propositionem, quare dicta conuocatio fiebat. Et sic prætermissus ordo, nec fuit forma seruata in congregatione concilij per antiquissima tempora custodita. quæ ordinis prætermissio reddit actum nullum, secundum Bar.in l.moribus.ff.de vulg.& pupil. vbi facit tria membra quando prætermittitur ordo. Aut enim prætermittitur ordo necessitatis, aut voluntatis, aut dubitatus. Primo casu, omissio ordinis vitiat, l.prolatam. C.de sententijs & interlo.omn.iudi.& l.vt debitū.C.de hered. actio.cum simi.libus. Secūdo casu, omissio huiusmodi ordinis non vitiat, l.præpostteri.C.de testa. Tertio verò casu, quando dubitatur, tunc aut omissio talis ordinis est magni præiudicij, & tunc videtur ordo necessarius. l.cūm hi. §.si pretor.ff.de transact. Et hic est casus noster. Nam ad

iurato

inratoa pertinet inquirere, & videre necessitates vniuer-
sitatis, propter quas debeat, annon, cõcilium cõgregari, &
ipsi faciunt instantiam. nec officiales Regij cõsueuerunt
interesse in concilijs per vniuersitates celebratis, nisi for-
tè ad compellendum homines de cõcilio, vt in loco con-
sueto cõgregentur. Talis ergo ordo vel forma qñ nõ ser-
uantur, reddit actus ipso iure nullus. vt no. Bar. in l. actua-
rios. C. de nu. & actua. lib. 12. vbi dicit, ꝙ vbicunq; crea-
tur officialis aliquis per vniuersitatẽ, semper debet mos an-
tiquus seruari, aliàs creatio est nulla. l. nominationũ. C. de
decur. li. 10. & in d. l. actuarios. vbi est casus, secundũ eum,
ꝙ syndicus creatus nõ congregato cõsilio ad sonũ cãpa-
ne, vel alio modo solito: vel non congregato in loco vbi
aliàs cõsueuit cõgregari, vel si nõ fuerit congregatum de
mãdato superioris, prout aliàs cõsueuit, ꝙ actus hmõi, vel
creatio, dicitur nullus. nec dicitur officialis legitime consti
tutus. & ita de facto dicit se obtinuisse. Et sic videtur ꝙ d.
syndicus, qui d. priuilegiũ seu formã insecullationis impe-
trauit, nõ fuit syndicus, nec aliquã potestatẽ habuit, ꝑpter
formã seruatã, per suprà dicta. & his addatur Sal. in l. præpo
2 steri. præalleg. C. de testa. † Dum autem dicitur quòd præ-
tensus syndicus fidem fecit de sua potestate per quoddam
instrumentum per quondam Petrum Mestre, asserentem
se notarium, cùm tamen nõ sit, nec habet aliquam aucto-
ritatem, aut potestatem, cùm illa dependeat à potestate su
perioris. Notarius enim non nascitur, sed creatur. vt not.
Inno. in c. cùm P. tabellio. & ibi moder. ext. de fide instr.
Et si aliquis tamquam tabellio, cùm tamen non sit, confi
ciat instrumenta, non valent, nec iuuantur communi erro
re. vt not. Bar. in repeti. l. Barbarius. ff. de offi. prætoris. &
ibi latè Iason, qui docto. omnes tã antiquos quàm nouos
refert, qui d. conclusionem secutus, dicit hanc esse com-
munem opinionem. Eandem etiã opinionem tenet Bald.
& post eum idem Iason in l. prima. C. de testa. In quibus
etiam locis dicit idem Iason, quòd si notarius falso se asse-
rat notarium, nedum non probant instrumenta, quæ con-
ficit, verumetiam tenetur parti læsæ ad omne damnum,
quod passus est. Eandem etiã opinionem tenuit Spec. in
titu. de instru. edi. §. restat. versicul. quid si is, &c. vbi tenet,
quòd si ille, qui nõ est notarius, nec priuilegium tabellio-
natus habet, dato quòd exerceat officium tabellionis, &
instrumenta conficiat, non valet. & communis error ni-
hil prodest, cum error communis non possit eum facere
notarium, cùm nõ sit. c. 1. & 2. de cleri. non resi. not. in l.
priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. Eandem opinionem te
net Io. Andr. in addi. ad Spe. in d. §. restat: in addi. incip. ad
intellectum. vbi secutus Mart. Silla. præceptorem suum
dicit, quòd licet quis officium notarij exercuerit longo
tempore: non tamen sufficit ad probandum, quòd instru-
menta per eum condita valeant: nisi de sibi concessa à su-
periore potestate appareat. Et tamẽ dictus Petrus Mestre
iudicialiter confessus est & aduocatus eius verbo, allegan-
do in audientia regia, quòd ipse notarius non erat, nec ha-
bebat notarij potestatem, seu auctoritatem: sed erat mer-
cator, licet deducat quod ipse erat dominus vtilis Scriba-
niæ villæ de Pals: & quod erat cõsuetudo in ista terra, seu
prouincia, quòd domini vtiles Scribaniarũ recipere pos-
sent instrumenta: cuiusmodi tamen consuetudo probata
non fuit. Quare remanet firma dicta conclusio, quòd di-
cta scriptura cõstitutionis suæ creationis dicti syndici re-
3 manet, prout est, nulla. † Et si fingamus dictum Mestre
notarium, obijcitur quòd instrumentum huiusmodi non
valeat, quòd in eodem ipse reperitur esse constitutus syn
dicus, cum tamen notarius prohibeatur instrumentũ con
ficere de sua procuratione passiuè: vt not. Bal. in l. iudices.
C. de fide instru. Sicut etiam instrumentum cõficere non
potest, quando ipse cõstituit alium procuratorem. ita not.
Bar. in l. pupillus. §. fi. ff. de auct. totorum. & in l. a. & ibi
4 Alex. qui ad hoc allegat concord. ff. de stipu. seruorũ. † In-
super certum est, quòd syndicus debet à maiori parte vni
uersitatis collegialiter congregata creari. vt not. glo. in l.
aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & Bar. & Alexan. in l. nulli.
post glo. ibi. ff. quod cuiusque vni. nomine. not. idem Bar.
in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & gl. & doct. in c. cùm
omnes. ext. de const. & tamen probatum est in processu,
quòd in huiusmodi creatione syndici, interuenit etiam
valde minima pars d. vniuersitatis. Nec adiuuabit, ꝙ ali-
qui dicuntur firmasse syndicatum alio loco, & tempore,
quàm in d. asserto instrumento contineatur, vt not. Spec.
in tit. de syndico: dicens, quòd si aliquis de vniuersitate
firmet hodie instrumentum cõstitutionis syndici, & cras
alius, vel vnus in vno loco, & alius in alio loco, non valet
huiusmodi instrumentum. vt ibi per eum. Et eum sequi-
tur Bal. ibi, in add. ad ipsum. dicens, quòd syndicus debet
constitui à collegio collegialiter congregato, & non à sin-
gulis: vel à quolibet de per se. quia tunc peccatur in for-
ma. nam formam collegij non habet dispertita voluntas
singulorum. quia collegium consistit in congregatione.
Ad quod Bal. in l. per fundum. ff. de seruit. rusti. pręd. Sed
nec facit, quòd ex aduerso dicitur, quòd in consilio facta
fuit conclusio de syndici creatione. Constat enim de con
trario per vtriusque partis testes: per quos nedum cõstat,
quòd in consilio facta nõ fuit (vt dicitur ex aduerso) con-
clusio de creatione syndici: quinimò audita propositione
cõsilij omnes discesserunt infecto negotio. quoniam co-
gitabant omnes se congregatos ad inquirendum modum,
quo posset haberi frumentum ad dictæ vniuersitatis pro-
5 uisionem. † Contra quod etiam syndicatus instrumẽtum
opponitur, quòd in se contineat repugnantiam, & est di-
uersimodè extractum. duabus enim vicibus, & duobus
instrumentis fuit extractum. repugnantque dicta instru-
menta sibi inuicem. In primo etenim instrumento dici-
tur, quòd dictũ concilium fuit congregatum die Septem
bris 29. in alio verò instrumento (quod pars aduersa vo-
cat aprisiam, seu protocollum) dicitur, quòd dicta conuo-
catio facta fuit 3. Octobris. Item in primo dicitur, quòd
fuerunt præsentes 58. homines dictæ vniuersitatis: in alio
verò dicitur, quòd fuerũt præsentes 112. personæ. meritò
debet illis fides denegari. l. scripturæ diuersæ. C. de fide in-
stru. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. facit quod de teste
6 dicitur in l. qui falso. ff. de testibus. † Obijcitur etiam con-
tra dicta syndicatus instrumenta falsitas, quando in prin-
cipio dicti instrumenti dicitur, quòd in dicto cõcilio fue-
runt congregati & præsentes omnes in dicto instrumen-
to syndicatus nominati & descripti. Attamen est proba-
tum, ꝙ multi ex nominatis ibidem defuerũt, & ꝙ eorum
aliqui eo tempore iam erant defuncti, alij verò absentes, alij po
stremo infirmi. & in viam iuris reprobatur instrumentũ,
imò etiã dicitur falsum, in quo dicitur ꝙ omnes in eodẽ
scripti interfuerunt concilio, si probatur vnum tãtum ab-
fuisse. ita not. Bald. in l. fi. C. sine censu, vel reliquis. Et qui
describit, aut facit describi absentiũ nomina in instrumen
to, est falsarius. & huiusmodi instrumentum est falsum. c.
nouit. & ibi Abb. Siculus. extrà, de his quæ fiunt à prælato
sine consen. capituli. & his addantur quę dixi s. consil. 14.
7 versi. 1. & infra cons. 108. versi. 5. † Contra priuilegiũ aũt
prædictum obijcitur, ꝙ Petrus Logai, & Petrus Mestre,
& Michael Villarnau, qui dictum prętẽsum priuilegium
obtinuisse dicuntur, cùm non habuerint potestatem, vt
supra monstratum est, talis impetratio dicitur surreptitia.
Nanque reddit illam nullam, quòd tacita veritate & ex-
pressa falsitate obtenta sit. c. super literis. extrà, de rescript.
Quandoquidem nedum sunt literę gratiosę nullæ, quan-
do falsum dicitur, aut narratur, sed etiam si aliquid suppri-
mitur, quo expresso non ita de facili concessisset. c. postu-
lasti, in fin. capit. si proponente. extrà, de rescript. & facit
l. 1. ff. de natal. resti. & l. & si non cognitio. C. si contra ius,
vel vtil. pub. Not. Bal. in l. præscriptione. eo. tit. Abb. in ca.
ad audientiam. 2. ext. de rescrip. & in c. quod super his. 1. de
fide inst. vbi doct. indistinctè notãt, quòd literæ gratiosę
surreptitiæ, siue in expressione falsi, siue in suppressione
veri, sunt ipso iure nullę. Ad ꝙ bene facit quod not. Bart.

& post eum Sali.in l.vniuersis. C.de precib.impe.offe. in
solutione contrarij, quod ibi fit de dicto c.nonnulli.& de
c.ex parte.3.de rescripi. Vbi si aliquis asserat se procurato-
rem, cùm non sit, & dicto nomine rescriptum impetrat,
talis impetratio propter illam expresionem est ipso iure
nulla. Rescriptum enim debet intelligi si preces veritate
nitantur.cap.2.de rescript.& in d.l.præscriptione. Et hoc
maximè quia talis mutatio regiminis, est in præiudicium
regiminis dictæ vniuersitatis, cùm tamẽ rescripta debeant
intelligi cõcessa absque tertij, & multo magis reipublicæ,
vel vniuersitatis præiudicio.l.2.§.si quis à principe. & §.
merito.ff.nequid in loco pub.Constat enim, quòd si priui-
legiũ illud valeret & obseruaretur, dicta vniuersitas amit
teret ius eligendi officiales pro regendo dictam vniuersi-
tatem.quod ius acquisiuit ex priuilegijs antiquis, & ex an-
tiquiss.cõsuetudine.& in dicto priuilegio mandatur, quòd
fiant per imbursationem.Etenim priuati non possunt vni-
uersitati præiudicare, prout not.in d.c.cùm oẽs.ext.de con
8 sti.& Iason post alios doct.in l.fi.de constit.princip.† Et si
fingamus dictum priuilegium mutationis regiminis impe
tratum fuisse per syndicum etiam legitimè constitutum,
adhuc huiusmodi priuilegium nõ valeret, etiam si dictus
syndicus à maiori parte vniuersitatis ad hoc fuisset ele-
ctus.Ex quo enim talis actus nõ est necessarius, sed ex me
ra voluntate, maior pars non præiudicat minori, imò re-
quiritur omnium consensus, secundũ glos.in dicto c.cùm
omnes.quam Inno.Hosti.Io.And.Io.de Imo.& nouissi-
mè Feli.post alios commendant.& ibi dominus Anto. di-
cit quòd contradictio vnius de collegio, impedit relaxa-
tionem pœnæ, vel damni. Idem notat Inno.in c.humilis.
de maio.& obed.inferens, quod non valet transactio per
capitulum, etiam collegialiter facta, nisi omnes consen-
9 tiunt, cùm sit actus voluntarius.† Opponitur etiam con-
tra dictũ priuilegium, quòd per illud alteretur ius consue-
tudine acquisitum: quo casu dicit Inn.in c.accedẽtibus.de
priuileg.quòd quando aliquid est collegio ex consuetudi-
ne acquisitum, si maior pars aliquid statuit in cõtrarium,
vno solo contradicente, nõ valet quod per maiorem par-
tem factum est. Quod etiam notat idem Innoc.in præal-
lega. c.humilis. & Abb. Siculus in c.veniens. ext.de præ-
script.Si ergo maior pars istud ius mutare non posset, nisi
omnes, nemine discrepante, cõsentirent, vt ibi, multo mi-
nus potest istud maior pars impetrare. vt not. Bal. in d.l.
per fundum.ff.de serui.rust. præd. vbi dicit, quòd minor
pars formam vniuersitatis non habet, nec possunt singu-
lares de collegio, aut vniuersitate, ratificare quòd fuit nul-
lum.allegat Inno.in d.c.cùm omnes.de cõsti.& Archid.
31.distin.c.Nicena.Et est ratio, quòd dicta ratificatio non
est collegialis, prout requiritur. Multo magis in casu nostro
in quo cõsuetudo ex qua ius acquisiuit vniuersitas dicta,
est antiquissima, quæ, vt sunt iura vulgaria, vim habet pri
uilegij.& aliunde, dicti syndicatus instrumentũ non fuit
speciale ad impetrandum priuilegium huiusmodi, prout
esse debuit.c. nõnulli. & ibi doct.de rescript.cũ similibus.
10 † Nec adiuuatur priuilegium illud, quòd fuerit per Cæsa-
ream & Catholicam maiestatem confirmatum. Si enim
prima concesio per illustrem locumtenentem ex causis
præallegatis facta, fuit nulla (vt suprà mõstratum est) non
valeret cõfirmatio prædicta. vt est tex.iuncta glo.in c.cum
inter vos. & ibi doct. de sententia, & re iudi. & in c. inter
dilectos.de fide inst. vbi Feli. colum.4.post Abb.& alios.
11 † Tempore etenim quo facta est dicta confirmatio per
Cæsarem, lis pendebat in audientia regia super dicto pri-
uilegio, & illi' validitate, & admisione, & super deductis
contra dictum priuilegium. De quo processu & litis pen-
dentia erat in dictæ confirmationis impetratione notoriè
mentio fienda, prout est tex.rotundus in c.inter monaste
rium, de re iudi.vbi Abb.dicit quòd nedũ est fienda men
tio de processu, sed etiam de principalibus articulis dictæ
litis.allegat c.cum dilecta. de rescript. & not.gl.in c.super
literis.eo.titu. facit etiam quod not. Iason in l.2.C.vt lite
pend. vbicunque tamen dicit quòd licitum est supplicare
lite pendenre, quòd detur ordinario ratione suspicionis
adiunctus, subdit & dicit istud mirabile, quòd etiam non
valeret impetratio talis collegæ, nisi fiat mentio de statu
litis. Ad quod allegat tex.notab. in c.corã. & ibi glo.2. de
offi.deleg. vbi etiã Anto.de Butr.Panor.nouissimè And.
Barba.consiculus illius. Quæ quidẽ conclusio, si, pro quia,
vera est etiam in rescriptis iustitiæ, multo magis habet lo-
cũ in gratiosis, in quibus omisio qualitatis (cuius expres
sio concedentem reddidisset difficiliorem) reddit ipsam
gratiam nullam, per c.postulasti.extrà, de rescript.præser-
tim, quia dicta confirmatio fuerit impetrata contra Im-
peratoris prohibitionem, vt expressum est in auth.in me-
dio litis non fieri sacras iusiones.coll.8.& C.vt lite pend.
l.1.& 2.& vtrobiq; Doct.& in terminis est tex.ad litterã,
in c.bonæ.& in c.examinata.ext.de cõfir.vtil.vbi cõfirma
tio lite pendẽte impetrata, nõ valet: & multo magis quan-
do per surreptionem obtenta fuit, vt in c.de confirmatio-
12 nibus.eo.titu.† Postremò dicta concesio & confirmatio
Cæsarea nõ fuit acceptata per dictam vniuersitatem: imò
repulsa, & non admissa, & ad cautelam reuocata fuit po-
testas, si qua dictis assertis syndicis data prætendi posset.&
deinde ad audientiam regiam fuit recursum, & pro more
firmarum de iure.& desuper factus est processus aduersus
dicti priuilegij impetrationem. Non ergo debet aliquid
virtute dicti priuilegij immutari, vel circa dicti regiminis
mutationem declarari. Beneficium etenim (vt est vulga-
ta iuris regula) non datur inuito, & potest quilibet priui-
legio in eius fauorem inducto renuntiare. vulg.l.si quis in
conscribendo.cum sua materia.C.de pact.& bene facit l.si
iudex.ff.de minorib. vbi si minor se circumuentum asse-
rens, restitutionem in integrum petierit, & secundum il-
lum prolata fuerit sententia, potest nõ vti dicto beneficio
restitutioni in integ.& dicta sentẽtia nec aduersarius con-
tradicere poterit hac ratione in textu adiecta. quia potest
vnusquisque contemnere illa quæ pro se fuerunt indu-
cta. Hiero.Franch.iur.vtr.doctor.

Sequitur subscriptio dom. Celsi ad præcedens consilium.

13 † Tam multis fundamentis, non minus subtilibus, quàm
ineuitabilibus, magnificus dominus Hieronymus Frãch;
vti pater mihi venerãdus, in suprà scripto consilio (quod
in prosecutione causæ reddiderat) aperuit iustitiam syn-
dici & vniuersitatis villæ de Pals, & è diuerso nullitates &
alias (bona venia suæ maiestatis, & eius audientiæ Regiæ
dixerim) iniquitates multiplices cuiusdam Regiæ senten-
tiæ, quæ post redditum d. consilium lata fuit in fauorem
certorum particulariũ dictæ villæ de Pals, de qua fuit per
dictum syndicum supplicatum, vt non modò de resolu-
tione & decisionibus per dictum clarissimum consulto-
rem factis ambigi non debeat, sed nec illis quicquam vi-
deatur omissum, quod scrupulum omne non tollat. Ita quòd
tam amplo tamque fœcundo consilio quippiam addere
velle, sit solẽ (vt dicunr Itali) vendere de mense Augusti.
De sola igitur subscriptione requisitus, qua me cum dicti
magnifici domini consultoris sententia condescendisse
demonstrem, considero quòd licet triplicem habeamus
vniuersitatem, Vnã largam, quæ prouinciam facit, & ha- 14
bet de iure communi iurisdictionem, merum & mistum
imperium.l. illicitas.§. vniuersas.ff.de offi. præsid. Aliam
minus largam, quæ ciuitatem constituit.& illa merum &
mistum imperiũ de iure communi non habet, sed illi tan-
tummodò cohæret iurisdictio vsquead certam quantita-
tem, & de leuioribus criminibus.vt C. de defens. ciuit.in
gloss.rubr.& in authentica. eodem titulo.§.iudicet.& §.
audiant.& §. iusiurandum. in fine. Nos tamen sumus in
casu tertiæ speciei vniuersitatis, quæ minima dicitur, vt
castrum, villa, & vicus.& huic vniuersitati nulla cohæret
iurisdictio, sed alterius iurisdictioni subest.l. qui ex vico.
ff.ad municip.l.4.C.de nat.lib.& §.si inuito. in authen-
tica

tica quibus modis nstu.essi.sui.cum similibus.& ita (licet ad alios effectus) considerabam multiplicitatem & diuersitatem vniuersitatum suprà consi. trigesimoquarto.in secunda additione, versiculo trigesimoseptimo.& consilio sexagesimo, versiculo septimo. & consilio nonagesimosecundo, versiculo primo & tertio.& per totum illud consilium, Et certè vniuersitates huiusmodi minimæ, quę dominium habent, se congregare nõ possunt absq; domini licentia: nisi habeāt ex priuilegio, prout notat Guido papæ in decisionibus Delphinalibus.quæstione centesimasexta.quod fuit dictum.Bartol.in l.actor.ff.rem ratam haber.Et minus constituere possunt syndicum, nisi decuriones, aut consiliarios, aut rectores habeant: quo casu cum eorum auctoritate congregari possunt,& syndicum creare.vt not.Spec.in tit.de syndico.§.1.versic.quid si vniuersitas.ita etiam not. Albe.in l.prima. colum.mihi 3.versic. sed nunquid vniuersitas posit syndicũ cõstituere sine rectore ff.quòd cuiusque vniuer.nomine.& plenius per eundem in l.nulli.colum.2.versi. sed nunquid in constitutione syndici.eo.tit.& not. Bal.in l.omnes.C.de episc.& cle. Ex quibus infertur in consequentiā nullitas dicti syndicatus, quòd auctoritate iuratorum (qui sunt rectores dictæ villæ) collegium non fuerit cõgregatum: sed nec ipse syndicus creatus, aut constitutus. Et certè huiusmodi auctoritas tam ad conuocandum d.consilium, quàm ad creandum syndicum debuit ante quemlibet dictorum actuum interuenire, etiamsi consensum simplicem vocemus auctoritatem illā.Ita quòd licet postea interuenerit, aut subsequatur, non valet tamen actus, vt tradit dominus cõpatriota & cõterraneus meus Bartholomęus de Chasenay, In suo consuetudinario Burgundiæ in tit.de iure dot.§.7. in glo.in ver.nisi sit de consensu,&c.versic.16.Ex quo signanter auctoritas prædicta pro forma ipsius actus requirebatur. vt abundè monstrat dictus magnificus dominus cõsultor.Ita etiā notat Bal.in l.s.C.qui admitti, &c.quem refert,& sequitur Iason in l.2.§. q si in patris post princi. ff.sol.matr.& in l. Gallus.§.& quid si tantùm. colum.4.ff. de lib.& posth u. & ita etiam not.in terminis Io.Fab.practicus & cancellarius Francię,in §.idem iuris.colum.2.Instit.de inutil. stipulat.

Ex quo infertur, posito pro ficto, q procuratoris Regij auctoritas vel consensus potuisset consensum supplere, vel auctoritatem iuratorum seu rectorum dictæ villæ tam in congregando concilio, quàm ad creandum syndicum probare debuit auctoritatem, vel consensum actus illos præcesisse.quod tamen nõ est probatum, saltem quo ad creationem syndicorum, sed quasi duobus mensibus post dictum syndicatum, vt ex illius instrumēto constat. Inde cõsequens est dictam syndicorum constitutionem nullam esse, etiam si fingeremus cõgregationem vniuersitatis prædictæ legitimè factā, præsertim cùm dicti syndici approbatio, ab ipsius regni, procuratoris auctoritatē, vel decretum præstantis, non pēdeat auctoritate, vel potestate.Ita not.Anto.de Butr.cap.cùm consuetudinis.extrà, de consuet.vbi allegat c.cùm in iure.ext.de off.deleg. pro qua etiam conclusione est text. quem Bald. ibi allegat in cap.1.ad princip.de alien.feudi pater.in vsibus feud. & facit tex.in l.filius.§.fi. & quod ibi not. Bart.ff.de pro-
14 cur.† Syndicatus prædicti nullitatem multipliciter ostēdit præfectus magnificus do. consultor. Et certè non est dubium, quòd nedum exprimi debuerunt nomina præsentium, qui consenserunt, verumetiam illorum, qui contradixerūt quicquid fuerit ex aduerso dictum. Quoniam aliàs non potest apparere, an consentientes maiorem partem cõstituant vniuersitatis, aut collegij.& debēt etiam apponi iuratorum nomina.vt not.do. Claudius de aquis, vulgò de Cessello, in l.omnib⁹.ff.ad Trebel.& notat Spec. tit.de syndico, versi.item opponitur, quòd nomina, &c. Est autem fabula dicere, quòd non debeāt in instrumento syndicatus designari, nisi consentientiũ duntaxat nomina, per rationem pręmissam.etiam ita not.Bart.in l.s.ff.de albo scrib.& Bald.in l.s.ff. de rebus eorum. & in l.ciuitas.ff. si cert.pet.& Alex.cons.1.col.2.vol.4.maximè in creatione huius syndici, & ad actum tam ponderosum, qualis est hic, de quo agitur, vt not..Alex.ibi,& dom. Claudius vbi suprà. Sicut etiam est fabula dicere, quòd notarius potuit describere nomina eorum, qui postea dictũ syndicatum firmauerunt.vt imprudenter ex aduerso fuit articulatum in articulis secundo loco oblatis, articulo 6. Quandoquidem regula est generalis, quòd in omnibus per vniuersitatem, aut collegium explicandis, consensus debet collegialiter, non autē singulariter præstari (puta si aliqui coosentirent in camera, vel extra locum consilij, etiam si eodē die) consensusque aliter præstitus est nullus, vt abundè mōstrat dictus magnificus consultor suprà num.4. Ad q etiam est glo.notab.in l.sicut.ff.quod cuiusque vniuer.nomine & in ca.cùm omnes.& ibi Panor.& moder.extrà, de constitu. et not.Bar.multum magistraliter in l.omnes.populi.ff.de iusti.& iur. vbi ponit duas notabiles regulas. altera quarum est, quòd in factis collegij, consensus debeat in cõmuni pręstari.per iura suprà allegata.Secunda regula, quam ponit est, quòd etiam in spectantibus ad particulares, debeat consensus pręstari in communi, quando pars maior præiudicat minori, vt est casus in l.& suum hæredem.ff.de pact.Ex quo enim valent iuris dispositione gesta per maiorem partem, debet pars minor vocari,& collegialiter suum consensum exprimere. Quoniam quandoque pars minor attrahit ad suam sententiam maiorem partem, vt not.in l.item si vnus.ff.de arbi. & in c.2.eo.tit. lib.6. Ex quibus etiam sequitur quòd falso supplicatum fuit per aduersam partem illust.Proregi,& postea suæ maiestati, nomine vniuersitatis villæ de Pals, & per consequens quòd dictum priuilegium,& eius confirmatio nullius sunt roboris, aut momēti.vt per dictum magnificum dominum consultorem resoluitur. & est de hoc text. ad literam in c.tam literis.,extrà, de testib.

Nec dicatur cõfirmationem illam Cæsaris dictum priuilegium confirmasse, etiam si non fuisset validum, quòd facta fuerit dicta confirmatio ex certa scientia. pręsertim ex quo princeps confirmans poterat actum perfectum reuocare, secundum quod voluisse Feli. ostenditur.c. inter dilectos.col.8.ext.de fide inst. Huiusmodi etenim confirmatio solùm supplet defectus solennitatis & formę omissos, & non alios facti, secundum eundem Feli.vbi suprà. & not.abunde Soci.consi.63.incip.viso instrumento.col. 2.versi.ex quo infertur,&c.vol.3.not.domi.Hippoly.de Marsil.in l.si quis ne quæstio, vers.95.& sequ.ff.de quæst. Et certè confirmatio huiusmodi simplicis cõfirmationis metus non excessit, quāuis aliter verba sonare videantur. Ad quod ponderāda sunt verba præfationis, quæ causam finalem & potissimam ostendunt. vt not. Andr. Siculus consil.55.ad princip. vol.1.& Soc.consil.165.col.3. versi. secundò probatur, &c. volu.2.& dom. Franciscinus de Curte consil.20, col.4. & dixi suprà consi.91. versic.2.& consi.24.versic.2.

Nec etiam obstat clausularũ exercitus, quas dictæ sententiæ verba tantùm ponderant. Vltra enim deducta per dictum magnificum dominum cõsultorem, clausula, quæ apponitur ad confirmandum, vel validandum præcedentem gratiam, dato quòd latior sit quàm præcedens, non tamen compræhendit nisi præcedentia.vt per Gemi.in c. 1.§.confirmatos. super glo. in ver.cæterum.de relig. do. li.6.& not.Feli.c.licet.extrà, de offi.ordi.per cle.1.pręben.
16 † Nec etiam obstant clausulę, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia.quę æquipollent prout dicit Bal.in l.eos. per glo.ibi, in ver.decisam.C.de appell.& Abb.c.cùm inter.in 8.notab.ext.de excep. Clausula etenim, supplentes defectus, tantùm circa solennia iuris supplet,& non defectus naturales à natura surgentes.per cle.pastoralis.§.cæterum. de re iudi. & omnino per Alex. consi.195. incip. assumo.in fi.vers.nec etiam obstat. Et aliūde clausula huiusmodi & clausula ex certa scientia, ita demum operan-

tur

tor, quando princeps circa factum causæ cognitionẽ prę-mitisset certam scientiam inducentem. vt not. Inno. in ca. veniens. extrà, de filijs presbit. cum alijs allegatis per Vitalem in suo tract. clausularum, in clausula, & certa sciẽtia. & ita resolui suprà consi. 26. versic. 74. & consi. 88. versi. 31. etiam not. Inno. in c. cùm ad monasterium. colu. 2. extrà, de sta. regular. & in cap. diuersis. de cleric. coniug. & in cap. 2. ext. de biga, & ita intelligatur decisio Rotę 230. in nou. talis enim clausula nõ operatur, nisi in his de quibus princeps habuisse notitiam præsumitur, secundum Bald. in l. nulli. §. C. sententiam rescin. non posse. refert, & sequitur Felin. cap. cùm inter. ad princip. extrà, de except. & in cap. nonnulli. colum. 21. versi. limita 2. extrà, de rescript. Hinc dicit Paulus de Castro, consil. 157. incipiente, quæstio ista vertitur. ad fi. quòd clausula ex certa scientia in confirmatione apposita, tunc demũ operatur quando sciens actum inualidum vult facere validum, secus (ait) quando ignorat inualidum, puta, quia de inualiditate nihil expressum fuit. Quoniã ista clausula in expressis operatur, non autem in his quę præsumũtur ignorata. Refert, & sequitur Felin. in dicto cap. cùm inter. colum. 3. versic. vtrum autem. & in præallegato cap. nonnulli. & Baldus in l. fina. per illũ textum, C. de crim. sacril. dicit, quòd motus proprius principis nedum tollit surreptionem, sed etiam confirmat gratiam in his de quibus notitiã habet plenariam. In quibus verò non habet notitiam plenariam licet surreptionem tollat, attamen gratiam non firmat contra obstantia, quæ principi nõ erant nota. & his addãtur quæ dixi infrà cons. 125. versi. 14. & sequenti. Vel dicere possumus post dominum meum Philippum Decium cons. 165. incipiente, viso tenore priuilegij. colum. 3. versiculo, vel concordando, &c. volumine primo quòd ex quo priuilegium hoc concessum fuit contra priuilegium regis Petri, non fuit sublatum dictũ priuilegium regis Petri, per istud subsequẽs: per clausulam generalem non obstantium. & ita resoluebam suprà cons. 26. versic. 73. 79. & 84. vbi latissimè prosequor. & consil. 46. versic. 20. & consil. 88. versi. 32. maximè ex quo secũdum hoc priuilegium ad syndici dictæ villæ postulationẽ fuit obtentum. Et prosequitur Philip. Decius, qui ad hoc multa allegat vbi suprà. & priuilegium huiusmodi contra constitutiones Cataloniæ concessum fuit, quæ prohibent priuilegium contra priuilegium concedi, vt suprà consi. 16. versi. 17. ostenditur.

Nec obstat postremò, quòd regis Petri antedicti priuilegium erat ad illius beneplacitũ, & sic reuocabile Quoniam illud potest esse ad vniuersitatis prædictæ postulationem, aliàs non, cùm obstent in contrarium cõstitutiones Cataloniæ, vt suprà dicebamus, & regiæ pragmaticæ. Et aliunde non teneo pro constanti, ꝙ ex quo esset ad beneplacitum principis, desineret ob hoc esse perpetuum, per ea, quæ not. Feli. ca. ex literis. colum. 6. extrà de consti. vbi resoluit, quòd officialis ad beneplacitum principis, dicatur esse perpetuus.

Ex quibus in vnã massam congestis resoluo in singulis articulis cum magnifico patre & consultore prædicto, & pro nullitate dictorũ syndicatus & priuilegij. & in consequentiam dictam regiam sententiam per præmissas conclusiones reparari debere. Ita resoluebam, saluo, &c. Barchinonę 1527. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

Subscriptio alia magnifici domini Romæi de Ollers ciuis Barchinonensis, & doctoris iurium clarissimi.

Ex deductis in præcedenti consilio, & in alio consilio, seu subscriptione facta per egregium doctorem dominum Celsum, videtur intrepidè concludendum, pręfatam vniuersitatem iustitiam fouere, quodque præfata regiæ audientię sententia est minus iustè lata, & in hoc iudicio supplicatiõis reuocari debet. Et huius intẽtionis & voti sum ego Romæus de Ollers, inter legũ doctores minimus, saluo semper saniore consi. hęc manu mea scribens Romæus de Ollers.

SVMMARIVM.

1 *Actionis intentatæ qualitas demonstratur ex medio cõcludendi, ita quòd ex narratione proprietatis in libello facta non alteratur conclusio facta in libello.*

2 *Remedium ca. redintegrãda. 3. quæst. 1. quibus competat, & quomodo intentetur? & num. 3. & secundum cõmunem opinionem competit etiam laicis pro rebus prophanis. & an detur contra titulo possidentem? num. 4. quod resoluitur num. 8. vbi etiam quod exceptio dominij non admittatur contra agentem hoc remedio. & vt vincat in hoc iudicio, quid probare debet? nu 9.*

3 *Fama in antiquissimis factis plenè probat dominium. & resoluo n. 6. vbi etiam ponitur qualiter debeat deponere testis super fama. & melius n. 7. vbi ponuntur requisita ad hoc quòd fama probet in antiquis factis.*

4 *Curia vel curtis appellatione quid veniat?*

5 *Testis qui deponit super contentis in aliquo instrumento, dicens se illud vidisse, ad hoc quòd probet quid requiratur?*

8 *verba enuntiatiua de antiquissimo facto probant maximè in præiudicium enarrantis. & nu. 10.*

11 *Maritus non potest de re emphyteuticaria vxoris suę disponere, etiam in casu dicto, & permisso, & quare?*

Emphyteuta donare non potest absque domini directi consensu. & quid in feudatario subinfeudante feudum? & an possit locari ad longum tempus, & an teneatur requirere consensum domini directi, & num. 12. & consi. 18. num. 4.

Feudatarius an possit subinfeudare absque domini consensu, licet à plerisque dubitatur, attamen debet illa subinfeudatio necessario fieri in similis conditionis hominem.

13 *Præscriptionẽ quę impediunt, resoluo, ibi, vers. 13. & quod in illis quæ sunt facultatis & voluntatis nulla currit præscriptio. & consi. seq. nu. 4.*

14 *Remedium lege si quis in tantam. C. vnde vi. quibus competat? & effectus illius, & ibi vbi etiam quòd dicto remedio agens debet probare modum turbationis in libello deductum.*

Magistratum sibi vsurpans incidit in crimẽ læsæ maiestatis (cuius pœna est vltimum supplicium.)

15 *Possessionis causam mutare non potest qui sibi non possidet, & nisi causa de nouo accedat, per quam possidendi causam mutet.*

16 *Spoliatus vt restituatur ante omnia quid debet probare? & an contra illum possit opponi exceptio notorij defectus iuris agendi?*

CONSILIVM. CVII.

EX actis & documentis mihi transmissis ex antiquissima Tarrachona per magnificum Ioannem de Gilabert, in causa quam coram reuerendo domino Abbate Valdeuilla iudice dato per reuerendũ Tarrachonensem archiepiscopum tanquam directum domi. feudi super quo nunc agitur contra Franciscum Berga, constat iudicium hoc esse possessoriũ. Ex medio etenim concludendi qualitas actionis intentatæ demonstratur, vt per Bar. in l. certi condictio. ff. si cer. pet. & in l. si prius. in §. oppo. secundæ par. ff. de no. ope. nuntia. & not. Anto. de Butr. & doct. in c. literę. extrà, de dilat. Et licet in ipso libello seu petitione narratum sit illud, ꝙ proprietatẽ respicere videatur, dum dicitur quòd dominus Ioannes de Abella quondam, & eius

eius successores tenuerunt, & possederunt, seu quasi, Ca-
stellaniam & feudum, necnon & curiã villæ Aggeris, quæ
est de pertinentijs dicti feudi, tanquã bona sua propria, seu
verius tanquã domini vtiles dictæ curiæ & feudi, &c. At-
tamen ex tali narratione proprietatis, cõclusio facta in li-
bello nõ alteratur: vt nos dom. Anton. & Abb. per illum
textum, in ca. ex parte. extrà, de foro compet. Idem do.
Anto. in c. fi. extrà, de iudi. Bald. in l. domũ. C. de rei ven-
dic. & Pau. de Ca. in consi. 6. incip. in causa, quæ vertitur,
&c. colum. 2. Ita etiam cõcludebam in facti contingentia
suprà consil. 66. versi. 1. vbi latius hoc prosequor. Ita etiam
solet in rescriptis attendi conclusio, secundum Inno. in c.
super literis. extrà, de rescript. quẽ refert, & sequitur Bal.
in l. præscriptione. ad fi. C. si cõtra ius vel vtil. pub. Sic etiã
in contractu solet attendi conclusio sola. l. si voluntate. &
ibi Bald. C. de rescind. vendi. Ideò possumus in hoc iudi-
cio dicere, solum possessorium deduci, cuius cùm multæ
sint species, & plura sint remedia recuperandæ possessio-
nis magnificus patronus dicti domini Gilabert in conclu
sione dicti libelli, & in conclusione quam facit ad articu-
los, ostendit quale remedium intentauit, dum concludit
suum principalem turbatum fuisse ex aduerso in possessio
ne, seu quasi, in qua dictus quondã Ioannes Abella, & eius
hæredes & successores (de quibus est dictus Gilabert)
erat in dicta curia, per quandam præconizationem factam
dicto Berga instante, qua dicebatur, quòd omnes pro iusti
tia ciuili in dicta villa Aggeris recurrerent ad dictum Ber
ga, quam ipse offerebat se ministraturum, & etiam immu
tando formam per dictum Berga expediendorum & clau
dendorum instrumentorum. cùm post litem motam, in
instrumentorum & actorum, quæ confecit, expeditione,
dicat nomine suo proprio, cùm tamen antea in illorum
clausura diceret, pro honorabilibus hæredibus quondam
Ioãnis de Abella Curiæ & Castellani villæ Aggeris, con-
stat intentasse apertè remedium cap. reintegranda. 3. q. 1.
In ista etenim cõclusione libelli, videtur esse intentatum
præcipuè remedium dic. cap. reintegranda, vt deducit, &
ostendit Alexan. consil. 6. incipien. circa processum causæ
vertentis, &c. volumine tertio, & consilio 117. incipien.
viso processu in causa, &c. volumine secundo, & consilio
centesimononagesimosecundo, incip. viso processu, &c.
volumine quinto, Andr. Barb. consilio 62. incip. illud affe-
ram in medium, &c. 2. dub. volum. 3. & Philippus Decius
consilio 57. incip. & pro tenui. in princip. volumi. 5. Et in
casu nostro verba suprà posita docent dictum remedium
2 intentatum fuisse. † Nec obstat quòd dictus dominus Gi-
labert, qui illud intentauit, sit laicus. Quoniam remedium
huiusmodi etiam laicis competit, & pro rebus profanis,
secundum communem opinionẽ, de qua attestatur Ant.
de Butr. in cap. cùm ad sedem. & ibi mod. extrà, de restit.
spol. Ioan. de Imo. & Roma, in l. rem, quæ nobis. ff. de ac-
quir. poss. & ibi Alex. colum. 6. dicit, quòd ita seruatur in
practica, & quod ita semper vidit practicari. Et idẽ Alex.
præal. consi. 6. col. 2. & cõs. 55. inci. viso, &c. vol. 1. & cons.
90. incip. viso processu, cum duobus seq. volum. 5. & An-
gel. consi. 557. in quæstione prædicta, &c. refert, & sequi-
tur Philippus Decius consilio 252. incip. agitur causa ma-
gni ponderis, &c. in princip. vol. 2. vbi etiam post Archid.
& Gemi. in d. c. reintegranda. subdit quòd in huiusmodi
3 remedio veniunt fructus, prout petuntur. † Nec etiam
obstabit, quòd dicti c. reintegranda. dispositio locum non ha
bet vbi quis ex iusta causa suis sua possessione priuatus, vt
colligitur ex d. textu. & not. Innoc. & alij in c. sa pe. ext. de
resti. spol. & tradit Lap. allegatione 52. incip. lætatus
sum, &c. Videtur autẽ in casu nostro pro parte dicti Ber-
ga fundari per id, quòd in suis schedulis deduxit dicens, quod
Ribellus de Queralto & Ioan. eius vxor filiaque & hæ-
res vniuersalis dicti quondam Ioannis de Arbolla dona-
tionem fecerunt de dicta curia, Arnaldo de Berga dicti
Francisci Berga proauo: vt per publicã famam & vocem
(de qua plures testes attestãtur) apparet. Et licet fama non
faciat plenam probationem, vt not. in cap. veniens. extrà,
de testi. & in l. 3. ff. eo. attamen in factis antiquissimis vide-
tur fama plenam probationem facere, tum quoad dictæ
curiæ dominium in casu nostro, tum etiam quoad iurisdi
ctionis exercitium. vt not. in l. si arbiter. ff. de proba. & in l.
2. §. itẽ Labeo. ff. de aqua plu. ar. & tenet Bal. in indiuiduo,
allegans Bar. ita tenentem in l. conuenticula. C. de episc. &
cler. do. Anto. in c. veniens. extrà, de testi. & est gloss. quã
ibi ita declarat Ang. in l. at qui natura. §. cùm me absente.
ff. de nego. gest. & ita dicit se de facto obtinuisse. & idem
dicit saluando glo. ibi, in l. proprietatis. vbi etiam Bald. &
Salic. extrà, de proba. Et maximè, quia vltra famam plu-
res testes deponunt de instrumento donationis prædictæ
facto dicto Arnaldo de illa curia. Vnde videtur, quòd fa-
ma etiam cum vno solo teste facit plenam & integram in
casu nostro probationem, vt per glo. & doct. in dict. c. ve-
4 niens. † Sed nec etiam obstabit, quòd dictum remedium
non datur contra titulo possidentem, accedente maxime
cũ in titulo bona fide: vt notabiliter voluit Bart. in l. rem,
quæ nobis. ff. de acquir. possess. & in causa pari conditio pos
sidentis erit potior. l. sin autem. §. si duobus. ff. de Publi-
cia. & not. Bar. in l. 2. § sed & cùm. 2. C. de furt. Ang. in di-
cto §. si duobus. vbi refert se audiuisse Bart. ita dicentem.
& consil. 126. incip. dictus libellus, &c. consi. 157. Quam
etiam opin. sequi videtur Alex. consil. 128. incip. in causa,
& lite, &c. volu. 2. & consil. 79. incip. excellentissimi iuris-
consulti, &c. volumine 5.

His enim vt vnico verbo respondeam, dico non con-
stare præfatum dominum Gilabert, aut suos ex iusta cau-
sa cecidisse à possessione dictæ curiæ. sed nec est sufficien
ter probata donatio prædicta, vt infrà latius ostendemus.
Et ne contingat nos sub inuolucro verborum immorari,
considero quòd hoc nomẽ curia vel curtis nihil aliud de-
signat, quàm ius quoddam vniuersale, sub quo principali-
ter comprehenditur loci iurisdictio. vt in c. cùm Bertol-
dus. in versi. cum vniuersitate. extrà, de re iudi. & ex text.
in cap. 1. §. item si quis. quem ad hoc not. Bald. in tit. qui-
bus mod. feudum amitt. & tradit elegãs doctor dominus
Nellus de sancto Geminiano in 2. part. 2. tẽporis. q. 56. Ita
etiam scripsit Franciscus de Aretio consi. 15. incip. R. pa-
ser & domine. ad princip. Soci. consil. 187. colum. 2. versi.
primum de curia. volum. 2. & cons. 86. versic. 2. conclusio.
volum. 1. no. etiam Felin. in cap. Rodulphus. colum. 54. de
rescript. & do. Iacobinus de sancto Georgio in suo tract.
feudorum, in gloss. in versi. & vnus ex dictis vassallis, &c.
5 † Hoc sic præmisso, dico non probari donationem præ-
tensam. nec enim constat de illa in processu, licet de ipso
instrumento deponant aliqui testium, alij quòd viderint,
alij quòd ipsum legi audiuerint: sed nec vbi deponerent se
vidisse & legisse. Quoniam habeo theoricam quam Bart.
ponit in l. 1. colum. antepen. ff. si cer. pet. vbi quærendo an
testis dicens, Titium mutuasse centum Sempronio, & in-
terrogatus de causa scientiæ dicat: quia vidit instrumentũ
publicum, in quo dictum mutuũ continebatur: concludit
huiusmodi testem nõ probare, nisi publicum instrumen-
tum ostendatur. authen. si quis in aliquo. C. de edendo. vel
nisi tale quid ostendatur quod perinde habeatur ac si pu-
blicum instrumentum ostenderetur. vt puta, deperditum
probatur: & tenor ipsius per bonos & peritos viros pro-
baretur. vt cap. olim. 1. extrà, de priuileg. & not. in l. sicut.
C. de fide instru. refert, & sequitur dom. Francischinus de
Curte consi. 17. incip. licet per celeberrimos, &c. colum.
1. versi. 4. ac impugnationem. Ita etiam resolui in consil. il
lustrium fratrum Cardonæ, contra illustrem Ducem eo-
rum fratrem. 2. dubio. num. 37. Ex quo enim testium nul-
lus de præsentia, quando factum est donationis prætensæ
instrumentum, deponit, nec etiam testificantur de verita
te rei: sed solum de scriptura & illius tenore, non est satis
(vt prædixi:) quia testes dicunt se vidisse scripturã ad effe
ctum, quòd probent, vel quod eorum dicta fidem faciãt,
sicut quando est instrumentum deperditum, quia de fa-
cili fraus

cili fraus committi posset, cùm de facili testes côprehendere non possunt, an illud instrumentum, vel scriptura, sit verum & legitimum, an verò falsum. Et ideò necesse est, q probetur (saltem præsumptiue) perditio instrumenti, & quòd testes sint periti, ita quòd de facili decipi non possint. Ita notat expresse Bar. in l. si quis in aliquo. C. de edendo. colum. 2. not. in l. testium. col. 2. C. de testi. per illú tex. quem allegat Abb. in cap. Albericus. colum. 2. versi. in 2. casu. extrà, eo. & in cap. cùm olim. 1. extrà, de priuileg. aliàs testes, nisi ita periti essent, eorum dicta fidem nô facerent. allegat d. c. cùm olim. not. idem Bar. in l. 2. §. diuus. colum. 2. ff. de iure fisci. & do. Anto. in d. c. cùm olim. vbi Abb. in gloss. fin. Sequitur ergo, quòd ex quo dictum assertum instrumentum non probatur esse deperditum, sed nec allegatum est, nec etiam côstat, quòd testes de visu deponant dicti instrumenti: & minus, quòd sciant legere, vel quòd illas habeant qualitates, quas suprà proximè dicebamus in eis necessarias esse, non probant assertam donationem prædictam, & sic nec titulum, quē pars aduersa allegauit.

Nec obstat, quòd testes deponant super fama de præmissis. Nec enim ex hoc probatur fama, quòd testis deponat se audiuisse publicè dici, quòd dicti côiuges de Queralto fecerût huiusmodi donationem Arnaldo de Berga, vel quòd de hoc est publica vox & fama. Ita not. Bart. in l. de minore. §. si plurium colum. 5. versi. sed quid si testis interrogatus. & ibi dominus Hippolytus de Marsilijs. ff. de quæst. vbi resoluunt, quòd ad probandum famam, non est satis q testis dicat, quòd publicè ita dicitur, vel quòd publicè dici audiuit: quia potest esse quòd vnus homo publicè dicebat. Et idem tradit Bar. in l. 3. §. eius quoque. ff. de testi. Bal. in addit. ad Specul. tit. de senten. versi. illud etiá nota. Ang. in l. solam. C. de testi. & in l. quid ergo. §. quantum. ff. de his qui not. infa. & Ioan. de Imo. in cap. cú oporteat. extrà, de accusat. Quinimò dicit Angel. vbi suprà, q testis super fama deponens debet (etiam nô interrogatus) rationem adducere, & personas à quibus ortum habuit fama, vt cognoscatur & constet si ortum habuit à personis fide dignis. vt not. Bar. in d. §. si plurium. versi. quæro, quid si testis interrogatur. not. Ang. in l. ea quidem. C. qui accusa. non poss. Roma. in l. 1. in princip. ff. de no. ope. nuntia. Raph. Fulgo. consil. 126. inci. in causa, &c. Raph. Cuman. consi. 77. incip. visis, &c. colum. 2. Alexand. consi. 20. volum. 2. & consi. 68. inci. in causa vertente, &c. consi. 91. incip. visu themate suprà scripto. colum. 3. volum. 3. & Philippus Cornæus consi. 68. incip. repetito, &c. per totum. vol. 2. Idem cons. 232. inci. videtur prima facie. per totum. signanter in litera & eo. vol. 2. & not. Philip. Decius consi. 37. incip. in causa rigorosæ accusationis, &c. colum. 6. versi.
7 secundus testis. vol. 1. Ita resoluebam cons. 62. versi. 8. † Et si, & vbi probata esset fama, illa tamen plenam probationem non facit. & dictum Bart. suprà allegatum habet multos côtradictores, vt plenè per Feli. in d. c. veniés. 1. extrà, de testi. nisi super antiquis factis publicis, & notorijs: etiá si metam centum annorum excederent. Ita scripsit Philippus Cornæus consi. 34. incip. rem arduam. per totum, &c. & signanter in litera g. volum. 3. & Felin. & doct. suprà relati dicunt simpliciter famá in antiquis factis probare: sed requirunt in illis terminis cômunem (vt prædixi) opinionem: & q factum excedat hominum memoriam: aliàs non sufficeret probare minoris temporis famam: secundum Felin. vbi suprà, vbi allegat Rotá deci. 327. incip. item venditor. in nouiss. Quod etiam not. Inno. in præallegato cap. veniens. & in ca. quid per nouale. extrà, de verb. signif. Et præter id deponere debent, quòd non viderunt, nec audiuerunt eos qui viderint, aut audiuerint alios dicétes suo tempore factum. de quo etiam per Bar. & Ioan. de Imo. in l. prima. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. not. Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & cle. sing. in l. atqui natura. §. cùm me absente. ff. de nego. gestis. dom. Franciscinus de Curte in præalle. cons. 17. inci. licet per celeberrimos, &c. post princip. & ita etiam resoluebam in dicto consi. illustrium fratrum Cardonę. 2. dubio. versic. 36. non obstabit ergo contrarium suprà factum, quòd vnus testis cum fama (signanter in hoc facto antiquo) plenam facit probationem. Quoniam ex quo nullo modo est huiusmodi fama probata legitimè (secundum quod per præmissa constat) nunquam coniungitur cum vno teste, qui de veritate attestatur. vt voluit Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. & not. doctor. in l. admonendi. ff. de iureiurando. Aliunde fama nunquam potest coniungi cum vno teste, nisi illa de veritate deponat, vt doctores in contrario allegati volût, & in casu nostro talis testis nô affuit.
8 † Et in consequentiam apparet contrarium suprà factum, scilicet quòd huiusmodi remedium concedi non debeat contra eum qui cú titulo possidet, non obstare. Quoniam de prætéso titulo dicti Berga non apparet in terminis nostris, ac etiam regulariter côtrarium est verius. Ita notant contra Bar. Inno. do. Anto. Cald. & Abb. in c. sæpe. de resti. spol. idem Abb. in c. si diligenti. col. 4. extrà, de præscripti. & ibi etiam moder. per tex. in l. si coloni. C. de agrico. & censit. lib. 11. Et respondet. Abb. in dicto ca. si diligenti. ad tex. in præallegato §. si duobus. not. Lapus in dicta allegatione 52. colum. 2. vbi refert idem tenuisse Cald. in d. cap. cùm ad sedem. Quam etiam veluti veriorem sententiam sequitur Alexand. post Roma. in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poss. vbi refert colum. 5. se ita vidisse iudicari, & quod ita obtinuit contra Bar. & sequitur idem Alex. præalleg. consilio 127. volum. 2. & consilio 6. volumine 3. & consi. 514. vol. 5.

Pro qua etiam opinione facit post Alexand. vbi suprà, ratio vrgens. quando enim remediú possessorium intentatum est ad recuperandam possessioné, non potest opponi exceptio dominij, vt voluit idem Bar. in l. si coloni. præalleg. per illum text. voluit etiam Ioan. And. in ca. post electionem. & ibi Ioan. de Imola. extrà, de concess. præbe. & Inno. in d. c. sæpe. de resti. spol. Præsertim (ait) quando intentatur remedium d. can. reintegranda. prout quando intentatur interdictum vnde vi. refert, & sequitur Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. Vnde si reus exceptione dominij non defenditur, quominus cogatur possessionem restituere, minus debet iuuari & defendi, licet alleget se titulum habere. Quia hoc non consideratur, sed attenditur solum cùm actor à possessione ceciderit sine iusta causa. Ista opinio videtur esse in casu nostro indubia. Ex quo per acta & instruméta legitimè constat, quòd dictus Arnaldus & eius successores, vsque ad litis exordium dictam curiam tenuerunt & possederunt nomine hęredum quondam Ioannis de Abella: & per consequens nomine huius magnifici domini consulentis, qui dicto quondam Ioanni successit, vt probauit. & hoc casu etiam dici potest quòd opi. Bar. non procedat. & prosequemur infra latius.

Posito ergo pro constanti remedio hoc, can. reintegrandum, considerandú est, quòd, vt intentans illud possit obtinere, requiritur quòd probet antiquiorem possessionem quæ postea ad aduersarium absq; facto eius quocunq; modo peruenerit. vt per Innoc. & doctor. in dicto cap. sæpe. nec Abb. in præallegato cap. cùm ad sedem. eo. tit. de resti. spol. & in dicto cap. si diligenti. de præscript. cum similibus, quæ tradit Alexand. dicto consi. 6. volum. 3. & consi. 217. & 91. & 92. præallegatis. Ex quo enim antiquior possessio probata esse dicitur, sic & re ipsa spoliatio dicitur esse probata. vt not. Bal. in l. fi. C. si à non compet. ind. & in l. siue auté. §. si duobus. præallegata. ff. de Publicia. & not Abb. in d. capitul. olim. 1. per illum text. extrà, de resti. spol. cùm similibus.

De possessione autem vsurpata dicti Berga, constat etiam ex ipsius articulis, ex quibus habetur manifesta probatio. d. cap. cum ad sedem. & cle. sæpe. §. sed quia. de verb. signif. l. cùm te. C. de transa. & l. prima: & vtrobique doct. ff. de confessis. Videtur enim quis fateri ea, quæ in suis positionibus continentur. vt not. Bart. in l. 2. §. quod obseruari. C.

uari.C.de iura.calum. & not.doct.in c.cùm in positioni-
10 bus.de iureiur.li.6.† Possessio autem antiquissima in cau-
sa deriuata probatur per testes,quos produxit, & amplius
per confessionem Arnaldi,& Petri Berga,& successorum
suorum,quę resultat ex verbis enuntiatiuis,aut narratiuis
instrumentorum,& actorum,quæ mihi sunt communica
ta.In duobus etenim instrumẽtis,altero de anno 1457.&
altero de anno 1460.confitetur Arnaldus de Berga se re-
cepisse à quodam Arnaldo Sanxo, summam decem libra-
rum ex causis inibi cõtentis,quas dicit ibi se recepisse pro
honorabili Raymondo Gilabert milite hærede ex succes
sione bonorũ honorabilis Ioannis de Apilia Curia & Ca-
stellan.dictæ villæ Aggeris.Quę quidem verba licet enun
tiatiua sunt, præter id q sunt de facto antiquissimo , pro-
bant in dicti Arnaldi proferentis ea præiudicium . vt not.
Inno.& doct.in c.cùm in iure.ext.de off.deleg.Doct.in l.
prima.C.de iure hastę fiscalis lib.10.& in l.optimam.C.de
cõtrahen.& cõmitt.stipul.& in l.quidã.ff.de proba.& in l.
hac scriptura.& ibi Bart.ff.de donat.& ita etiã in facti con
tingẽtia resolui in cõsulendo,suprà cons.90.vers.5.Et cer-
tè verba illa loquuntur indubiè post dictam prætensam
donationẽ.Quoniã Raymundus,quem ibi dicebat Curiã
esse & Castellanũ,successit Ioãnæ vxori Ripellis de Que
ralto.à quibus Ioanna Ripellæ prætendit dictus Berga do
nationẽ fuisse factã,vt est dictũ. & sic loquitur illud instru
mentũ de tẽpore subsequente,quo dictus aduersans præ-
tendit se possidere cœpisse. Constat etiã apertius per mul
tas literas,etiã diuersarum datarũ à dicta Curia emanatas,
in quibus tũ dictus Arnaldus, tũ eius successores confiten
tur se regentes esse Curiæ villæ de Agger.pro honorabili-
bus hæredibus quondam Ioannis de Abella. Per eiusmo-
di literas cõstat Arnaldum prædictum & successores eius
Curiam prædictam rexisse , non suo proprio nomine , vt
falsò articulatur,sed hæredum dicti quondam Ioannis de
Abella nomine. Ex quibus infertur in consequentiã pro-
batum esse dicti domini Gilabert antiquissimam posses-
sionem, seu quasi , quæ in hoc facto antiquissimo melius
per instrumenta,quàm testes probatur, vt gl.quã commu
niter omnes approbãt, in c.tertio loco.ext.de pba.& bo.
text.in c.cùm causam.eo.titu.quem ad hoc allegat Roma.
in l.sciendum.ff.de verb.oblig.Cõstito ergo , q Arnaldus
& sui successores ac etiã prædecessores eorũdem, dictam
Curiam regebant seu tenebant nomine hæredũ Ioan.de
Abella sæpedictorum & prædecessorum illius,est proba-
ta possessio , seu quasi dicti domini Gilabert. cùm ex pro-
cessu constet ipsum successisse dicto domino Ioanni de
Abella. Nam is possidet cuius nomine possidetur,tex.est,
qui ad hoc solet allegari , in l. quemadmodum.ff. de ac-
quir.possess. Et per consequens apparet esse falsum quod
multi ex testibus dicti Berga testificati sunt , dicentes q
ipse Berga , & sui prædecessores nomine suo proprio &
non alieno possederunt dictam Curiam, quorum simpli-
citas si eos non excusaret , cùm de contrario constet , per
acta præmentionata,nescio an pœnam falsi euitarent,per
ea,quæ not. Feli. & mod.in cap.in nostra. ext.de testibus,

Nec etiam adiuuatur,imò magis aggrauatur eorum de-
positio , quòd super decimo dicti Berga articulo depo-
nunt, alium nullum præter dictum Franciscum Berga, &
prædecessores illius,Curiam prædictam possedisse. Nec
enim ex depositione huiusmodi probant dictam negati-
uam,quia potuit esse, prout & fuit, quòd alij dictam Cu-
riam possederunt,seu quasi, & ipsi deponentes eos non vi
derunt , vel ignorauerunt . Quia illam negatiuam , quòd
alios possidere nõ viderunt,adstruendo,nõ assignãt suffi-
cientem causam scientiæ ,dicentes: quia non viderũt,&c.
Quia ex hoc non coarctatur illa negatiua re,loco,& tem
pore:& sic non probant.Ita not.Bal.in l.cùm hi.§.si inte-
gra.ff.de transact. Idem & Ianus in l.2. ad fi.C.de rescind.
vendi.not.Abb.plenè post dom. Anto.in ca.bonæ.1.ext.
de elect.& Feli.abundè in cap.in nostra.colum.2. vers.fal
lit 3.extrà,de iudi.de quo dixi plenius suprà consilio 30.a
versi.5. vsque ad 9. Quinimò constat ex actis prędictis,
q regimen dictæ Curiæ commissum fuit dicto Arnaldo
per quondam honorabilẽ dominũ Dalmanũ de Queral-
to,actorẽ & procuratorẽ nobilis domi. Ioannæ de Abel-
la (quę postea fuit vxor dicti quond.Ripellis de Queral-
to) anno 1455.Vnde probatur esse falsum q dictus Berga
in secunda eius responsione ad protestationes seu requisi-
tiones dicti magnifici domini consulentis factas , quæ fuit
oblata per eũ die 30.Maij,anno domini 1524.responden
dum dixit , q ipse & sui prædecessores dictã Curiam per
centum & ducentos annos nomine suo proprio possede-
11 runt.† Et si,& vbi de dicta donatione constaret legitimè,
esset tamen illa inualida & nulla. Quia (vt est deductum)
non fuit facta per dictam quondam Ioannam , quæ erat
domina proprietaria dictæ Curię.quáque tenebat in feu-
dũm (vt est dictum) à R. Tarrachonen.archiepiscopo:de
quo feudo, vel eius parte (etiam si emphyteusis esset) di-
ctus dominus Repellis eius maritus , disponere non po-
tuit.vt not.Bald.Card.& alij in capitul.1.§ donare.in titu.
qualiter olim feudum alie.pot.& in capitul.1.de eo,qui si-
bi & hæred.suis masc.& fęm.in vsibus feud.& Feli.in ca-
pitulo quæ in ecclesiarum.extrà, de constitu.Et si, & vbi
dictæ Ioannæ consensus in huiusmodi donatione inter-
uenisse , esset adhuc nulla . Quia in eadem dicti R.Tarra-
chonen.archiepiscopi non interuenerit cõsensus,cùm es-
set dominus directus d.feudi, vt fuit per aduocatum dicti
domini consulentis,& bene,oppositũ.Ipsius enim archi-
episcopi & non camerarij monasterij sancti Pet.de Ager,
visque adeò autem illius requisitus erat cõsensus, vt (cùm
non interuenerit) fuerit ipso iure dicta donatio nulla. ca.
Imperialem.in tit.de prohib.feudi alie. per Fede.in vsibus
feud.Verum etiam dicta Curia(etiam longissimo tempo-
re) præscribi non potuit, secundũ And.de Iser.in dicto c.
Imperialẽ.ibi,nullius tẽporis præscriptione , &c. quẽ ibi
cõmuniter doct.sequuntur.prout refert, & sequitur Soci.
cons.86.inc.consilijs nostris,&c.col.3.vol.1.refert etiam,
& sequitur dominus Franciſchinus de Curte in suo tract.
feud.part.4. in vltima causa priuationis feudi. in prima rẽ
gula principali. Quinimò si dicta asserta donatio Curiæ,
facta fuisset in feudũ,& sic fuisset subinfeudatus dict. Ar-
naldus de illo feudo,seu Curia,adhuc erat necessarius ad il
lius validitatẽ dicti reuerẽdissimi archiepiscopi consensus,
vt per Bal.in c.1.§.præterea.in titu.de c. Corradi.in dicto
libro feudorum.Et si fingamus dictum illud Bal.non sub-
sistere: quoniam de illius veritate dubitat dominus Fran-
cischinus vbi suprà , in 3.declaratione dictę primæ regu-
læ,& dominus Iacobinus de sancto Georgio in suo tract.
feud.in gloss. in versiculo & cum pacto de non alienan-
do, & Feli.in dicto capit. quæ in ecclesiarum.colum.20.
de constitu.Attamen esset adhuc dicta subinfeudatio sine
consensu domini.Quia requirebatur, quòd fieret ei, qui
similis cõditionis esset,aut maioris:non autem inferioris,
quã esset dicta Ioanna subinfeudans. vt est gloss.magistra
in dicto §.præterea.& probatur in supradicto capitulo 1.
qualiter olim feudum pot.alie. & sequitur dominus Fran
12 cischinus vbi suprà . † Plus etiam auderem dicere,quòd
nedum Curia prædicta donari , vel alienari non potuit
absque dicti R.archiepiscopi consensu,vt est præmissum,
sed nec ad longum tempus locari: vt docet plenissimè do-
minus Iacobinus , vbi suprà, in ver. & cum pacto de non
alienando,& dominus Franciſchinus vbi suprà, in 3.prin-
cipali quęst. Imo etiam nec vsus , aut vsusfructus illius ad
longum tempus concedi potuit dicto Arnaldo , sine di-
recti domini sæpedicti consensu . vt voluit gloss. notabi-
lis in dicto §. præterea. in gloss. magistra. quam opin. te-
net Albaro.ibi , post Iacob. Ardizoni. in sua summa.titu.
quibus mod.feud.amit.§.cum per dictum. vers. sed nun-
quid possit. & Ioan. Blanchi Marsilien. in sua summa.eo.
titu.vers. nunquid possit vsumfructum .& Ioan. Raynal-
dus, aliàs Riminaldus in dicto cap. Imperialem.§.habito.
13 in titu.de prohi.feudi. alien. per Feder. † Ex quibus etiam
constat

constat non minus ineptè, quàm falso præscriptionẽ obijci. Quoniam ex quo dicta Curia pars est feudi prædicti, illa præscribi non potuit, vt suprà dicebamus. Si autem allodialis sit, obstat, quòd nomine hæredũ Ioannis de Abella, & non suo proprio possederunt Arnaldus & sui successores, vt est sæpedictũ. Et aliàs præscriptionis exceptio est iniquissimum refugium, vt dicit text. in authent. vt eccles. Rom. centum annorum præscript. gaudeat. in princi. contra cuiusmodi præscriptionem allegatam obstant omnia, enarrat cons. 86. inci. in causa communitatis castri montis quæ præscriptionem impedire possunt, quæ Soci. nigri. per totum. volum. 1. quòd fuit errore duplicatum, consil. 166. volum. 2. vbi inter cetera probat titulum pro suo, vel quòd aliquis rem aliquam pro sua possederit, nõ esse sufficientem ad præscribẽdum etiam adsistente dispositione statutaria quòd quis præscribat rem, quam triginta annis pro sua possederit.

Nec dicatur præfatum Berga laltẽ præscripsisse, quòd dicta curia non possit administrari per alium dictorum hæredum Ioannis de Abella nomine. Ex quo enim erat in dictorum hæredum, & hodie in magnifici domini consulentis facultate, per eum quem eligeret administrari, & regi facere dictam Curiam, contra huiusmodi facultatem non præscribit. l. viam publicam. ff. de via publica. Et est glo. notabilis in capitul. priuilegia. & ibi Doct. de priuileg. quòd in his, quæ sunt volũtatis, aut facultatis, nulla currat præscriptio. de quo per Abb. in capitul. accedens. extrà, de conces. preb. & in capitul. abbate. de verb. signif. not. plenè Feli. in c. cùm accessissent. extrà, de consti. colum. 11. glos. & Doct. in l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. & in l. licet. C. de iure delib. not. Alber. de Rosate in l. fi. C. de pact. inter empto. & vendi. & in l. hæc autem iura. ff. de seruit. vrba. præd. not. dominus Iason in l. fi. colum. 10. ff. de consti. princip. Ang. consil. 55. & 241. Paul. de Castro, consil. 43. dominus Philippus Decius consil. 271. incip. casu transmisso de Hispania. colum. 2. versi. nec dicatur, quòd dux priuatus sit, &c. volum. 2. & dominus Bartholemæus de Chassenay compatriota meus, in suo consuetudinario Burgundiæ in titu. de insti. & iure. §. 4. in gloss. in ver. noua militia. vers. 18. & in tit. de iure dotium.
14 §. 18. in glo. in ver. non obstante. vers. 14. † Videns autem præfati Berga causidicus, arundinea esse fundamenta prædicta (donationis videlicet, & præscriptionis) recurrit ad beneficium l. si quis in tantam. C. vnde vi. dicens, quòd præfatus dominus Gilabert suum principalem (vt ait) absque causæ cognitione spoliauerit, contra iuris tam communis, quàm municipalis dispositionem. concludens, quòd si dicta Curia esset dicti domini Gilabert, ipse nihilominus ius, quod in re haberet, amisisset ratione dictæ violentæ spoliationis, & cùm habeamus vulgatam theoricam Bartol. in l. 1. columna tertia, versiculo dicit gloss. ff. de edendo, quòd turbationis modus, qui adducitur in libello, & non alius, probari debet. quod etiã tradidit idem Bar. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de ver. oblig. vbi etiam mod. Io. de Imo. in l. Titia. ff. sol. matri. & Innoc. in capitulo. ex parte. in gloss. sua. in verb. occasione. extrà. de priuileg. Non mihi constat, quòd ex allegata præconizatione, quam dicitur fieri fecisse dictus magnificus dominus de Gilabert, (quòd omnes pro administratione iustitiæ ciuilis ad ipsum, vel ad vicarium ab eo constitutum recurrerent) dictum Berga spoliauerit spolio in quam, pro quo dictæ l. si quis in tantam. C. vnde vi remedium competat. Nec enim video ex actis mihi exhibitis à quo sumat exordium ad iustificandum d. l. remedium. Sed bene video: imo etiam cæcus perpenderet, quòd contra dominum consulentem tale remedium non competat. non enim pro huiusmodi præconizatione. Qui enim facit actum animo suam possessionem continuandi, non dicitur aliquem turbare, & minus spoliare. ita not. Flo. in l. quicquid. ff. communia prædio. Refert, & sequitur Soci. consi. mihi 95. incip. in causa communis Burgi Signani. colum. finali versiculo infero etiam, &c. volumine tertiò sed ausim asserere, quòd dictus Berga per præconizationem, quam fecit, nedum turbauit dictum dominum consulentem in dicta sua possessione seu quasi, verumetiam magistratum sibi vsurpauit, ex quo incidit in crimen læsæ maiestatis. per text. in l. 3. §. fin. ff. ad legem Iul. maiest. cuius est pœna vltimum supplicium & bonorum confiscatio. l. quisquis. eo. titu. not. Lucas de Penna, in l. prima. colum. 10. & seq. C. vt nemo ad suum patroc. li. 11. & Guido pap. consi. 19. incip. ille incarceratus, &c. volum. 1. & hoc quia iurisdictio nulli inferiori à principe cõpetit, nisi ex concessione, vel permissione, illius, leg. prima. §. cùm vrbẽ. ff. de offic. præfecti vrbis, & in authentica, de defens. ciuita. §. interim.

Et posito, quòd dictus dominus Gilabert violenter expulisset dictum Berga à curia prædicta, quod tamen nõ est probatũ, nec potest esse, cùm sit res incorporea, attamen non competet Berga prædicto remediũ dictæ l. si quis in tantam. Quoniã ex quo ipse possidebat dicto domino Gilabert, tanquam hæredi dicti Ioannis de Abella, vt prædixi, iuxta not. in l. malè igitur. C. de præscript. 30. annorum. expellendo ipsum, neminem possessione priuare voluit, sed suam tueri. Ideò contra ipsum non competeret dictũ remedium, vt not. glo. in dicta l. si quis in tantã. in 6. quæstio. & ibi etiam doctores. Signãter ex quo tẽpore dictæ præconizationis factæ per dic. dominum Gilabert, præfatus Berga vsque tunc non interuerterat possessionẽ, nec sibi possidere cœperat. vt postea fecit in faciendo præconium prædictum, & claudẽdo exinde instrumenta nomine suo proprio, vt est præmissum. In quo nedum dictum dominum Gilabert in sua possessione prædicta, seu quasi turbauit, verumetiam spoliauit eum dicta sua quasi possessione in qua erat, quòd iste Berga clauderet acta & instrumenta nomine ipsius tanquam hæredis dicti quondam Ioannis Abella. Et quia hoc facit dicta Berga post litem desuper motam, est magis priuilegiatũ attentatorum remediũ in hoc iudicio, quàm interdictum vnde vi. quia probata dicta quasi possessione per dictum dominum de Gilabert, debet ante omnia in illa restitui, vt notant domini Tolosani. quæst. 15. incip. item fuit quæsitum, an intentanti possessorium, &c. in additio. refert decisionẽ. Rotæ decisio. 14. incip. fuit dubitatum vtrum petenti se restitui, &c. in nouis. de quo etiã dixi latius suprà consi. quadrãgesimoseptimo. versiculo 9. 10. 11. 13. 14. & 17. & in addit. in fine, vbi etiam ostendo, quando dici possint attentata.
15 † Est autem plusquam ridiculum, quòd dictus Berga passim in eius schedulis dixit, videlicet quòd potuit mutare casum possessionis, seu possessionẽ ipsam, vt si prius possidebat nomine hæredum quondã Ioannis de Abella, nũc verò possideat nomine suo proprio. Nec enim dictus Berga sibi aliquãdo possedit, vt suprà monstrauimus. Ideò non esset mutare possessionis nomen, sed incipere possidere. & præter id oportet, quòd causa de nouo accedat. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rerum do. & l. 3. §. si rem & ibi late Soci. & moder. ff. de acquirend. poss. & do-
16 minus meus Philippus Decius consi. 232. vol. 2. † Nec etiã obstat prætensum spolium, quod dictus Berga petit ante omnia restitui, iuxta l. si quis à se fundum. C. ad leg. Iul. de vi public. & c. 2. & cap. in literis. extrà, de restit. spol. cum similibus. Respondetur enim quòd dictus Berga dici non potest spoliatus, quòd sibi non possederit, vt est sæpedictum, sed dicto domino Gilabert hæredi præfati quondam Ioannis de Abella. Et sic ei non competit: quia probare tenetur possessionẽ & spolium. & neutrũ probauit. Quoniam per dictum actũ præconizationis, quẽ fieri fecit dictus dominus Gilabert, nõ fuit dictus Berga spoliatus. sed nec exercẽdo, vel regẽdo dictã Curiã per se vel per vicariũ, vt suprà monstraui. Et aliàs, quia ex actis & documẽtis præmẽtionatis cõstat notoriè de nõ iure ipsius Berga restitutionẽ petẽtis vt spoliatus. Exceptio enim notorij defectus iuris agendi hoc interdicto sibi obstat. ca. ad decimas.

cimas.& ibi Ioannis Monachi,& Ioan.Andr.in Nouella. de restit.spol.lib.6.not.dom. Anton. cap.2.extrà,de causa poss.& prop.Bart.Angel.& modern.in l.naturaliter.§.nihil.commune. cum concord.ibi per Alexan. & do.meum allegatis.ff.de acquir.poss.& ita in fortioribus terminis refert,& sequitur Socin.consil.mihi 87.incipiente, visis inuestitura feudi.col.penul.versic.sed tamen his non obstantibus.volum.3. Quod idem Socin. in suo tract.fallen.ampliauit,in regula in ver.spoliatus.in 51.fallen.& latius prosequor in arduo valde casu infrà consilio 116.versiculo 6. Et aliunde præsumptio iuris est contra dictum Berga, quòd nomine hæredũ dicti quondã Ioannis de Abella posside bat,& sic ante omnia restitui non deberet, etiã si spoliatus fuisset, vt tradit Socinus in dicta regula,in vltima fallẽtia.

Possent alia multa superaddi, quale est quòd violentia expulsiua non induceret in casu nostro priuationem expellentis, posito pro ficto quòd dictus Berga nomine suo proprio & sibi ipsi possedisset,per ea quę tradit Phil.Cor. consi.173.incip.visis, &c.ad princip.volum.3.

Ex quibus in vnam massam congestis concludo remedium d.can.reintegranda.intentari potuisse,prout fuit intentatum per dictum dominum Gilabert, nec obstare in contrarium allegata,sed nec dicto Berga competere remedium d.l. si quis in tantam, vel aliud quoduis. Ita decidebam, saluo, &c. Barchinonæ 1527. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

S V M M A R I V M.

1 *PRæfationes ex quo causam finalem & potissimam demonstrant, ostendunt qualis contractus celebretur, & ex quibus deprehendatur aliàs qualitas contractus.*

2 *Commendare quid sit.& quis dicatur commendatarius? & quod in commendatarium non transmittitur proprietas nec possessio, ideo potest ad libitum commendatarius reuocari.*

3 *Verbum damus vel assignamus, tunc demum dominij translationem importat, quando præcedit causa habilis ad dominij prædicti translationem,aliàs non.& impropriabuntur iuxta naturam contractus.*

Verbum dare,& donare, differunt.

5 *Scribens & dictans testamentum (etiam nuncupatiuum) in sui vtilitatem,nedum illo vti prohibetur, sed etiam incidit in pœnam legis Cornelia de falsis.& quid in dictante instrumentum aliud, præsertim quando notarius, qui dictauit,erat diffamatus, vel infamatus,& illius imbreuiatura non reperitur.*

6 *Instrumentum non redditur nullum, licet illius imbreuiatura non appareat, nisi sint alia contra dictũ instrumentum præsumptiones.*

7 *Ratificatio an fieri possit quando in actu ratificato est peccatum in forma illius? & quando fieri debeat ratificatio ad validitatẽ illius?& quid operetur quando prior actus qui ratificatur non tenuit?*

Super eodem facto & pro eodem redditum, licet super alijs dubijs. Consil. 108.

ANNO præsenti consultus à magnifico domino Ioanne de Gilabert milite, partẽ dubiorum de quibus nunc interrogor summariè decidi, quòd tunc de allegata per Franciscum Berga donatione nõ appareret in processu:attamẽ magnificus dic. domini Gilabert aduocatus intelligẽs nouo indigere remedio qui de nouo emergunt. l.1.in princi.vbi Bar.ff.de ven.inspi.post dictæ donationis productionem, subsequentium dubiorum in effectu solutionem requirit.

Petit itaque vtrũ donatio prædicta, quæ facta fuit die Septembris 9. anno 1422. Arnaldo Berga per nobilem Ripellem de Queralto tãquam maritum,& coniunctam personam nobilis Ioannę filię & hęredis vniuersalis,quondam domini Ioannis de Apilia,Castellani quondam villę Aggeris,valeat:cùm in eadem R.Tarrachonensis Archiepiscopi domini directi dictorum Curiæ & Castellaniæ non interuenerit consensus.

Secundò si probaretur instrumentum prædictæ donationis scriptum esse manu dicti Berga:petit, vtrum ob id redderetur nullum,aut saltem,vtrum ex illius fide aliquid detraheretur? cùm præsupponitur dictum Berga sæpius de crimine falsi impetitum fuisse.

Et si fortè probaretur Ioannẽ de Peralta, qui dictũ instrumentum donationis clausisse dicitur,in ciuitate Balaguerij,vbi apparet fuisse testificatum,nunquam fuisse: an dictum instrumentum redderetur ex hoc nullum.

Et quid si matrix scriptura, vel imbreuiatura donationis & confirmationis illius non reperiatur, vtrum ex hoc capite erunt nullæ:aut saltem inefficaces donatio & confirmatio sępedictę, vel ratificatio illius?

Postremò data nullitate dictæ donationis per Ripellẽ de Queralto factæ, vt in consilio pręcedenti conclusum fuit,an reualidabitur per dictæ Ioannæ ratificationem.Et incidẽter vtrum obstabit,quòd plus triennio post dictam donationem facta fuerit: cùm facta esse dicatur in castro de Tudela, die prima mensis Octobris 1425. & recepta & stipulata per quendam Ioannem Olerij rectorem di-
1 cti loci, & notarium assertum. † Ad primum igitur dubium accingamur, in quo dictus magnificus patronus causæ præsupponit vnum de quo valde dubito, scilicet quòd verba dicti instrumẽti, cuius exemplar mihi transmissum est,donationem operẽtur de Castellania & Curia prædictis. Quinimò potius existimo quòd fuerit actus puræ commendæ, quàm donationis, inter quos contractus latam esse differentiam nullus est qui nesciat,& subsequentia demõstrabunt apertius.In primis attendãtur verba illa,damus,committimus,siue commendamus vobis dicto Arnaldo,&c.Ex quibus quidem verbis puræ commendę (quæ multũ à donatione differt) & non donationis actus colligitur. Quod apertius ostendunt illa verba præfationis, de sufficientia & legalitate vestri Arnaldi de Berga ad plenum confidentes. Verba enim præfationis ostendunt qualis contractus celebretur, cùm illa causam finalem & potissimam inducant. a qua etiam licet argumentum sumere ad causarum decisionem, vt est text.in l.1.ff. si cert. pet.& not.Bald.in l.2.ff.de orig.iur.& est text.optimus in l.regula.ad fin. ibi, nam initium constitutionis generale est.demonstrat enim,&c.ff.de iuris & facti ign. Et ita resoluebam suprà consilio nonagesimoprimo, versicu.2.& consilio nonagesimoquarto. versic.2. Et alias verborum series & tenor ostendunt qualis cõtractus sit celebratus, vt probat text. in l.sancimus, in fine, ibi, nisi pacti tenor reclamauerit,&c.ff.de fideiuss.& in l.ad probationem.ibi, tenor designat,&c. C.de proba.& cap.tenor.& cap.recepimus. extrà, de priuileg.& capit. ex tenore.extrà, de rescript.& capit.ex tenore.extrà, de foro competen.& cap. si cui.ibi,vim verborum & tenorem inuestituræ sequendum. in titu.de extraordina.capit.Corradi.in vsibus feud. Et latè prosecuti fuimus infrà consilio centesimo vigesi-
2 moquinto,versic.5.quæ his addantur. † Ponderetur ergo verbum hoc commendamus cum alijs precedentibus, & quæ in dicto instrumento subsequuntur. Et certe cõmendare nihil aliud est, quàm deponere & custodiam cõmittere.l.cùm hæreditas.& ibi Bart.C.deposi. & l.Lucius.la 2.& ibi Alex.ff.eod.& l.commendare.ff. de verb.signific. not.Ang.consi.trigesimoquinto. incipien.quidam nobilis homo. vbi dicit, quòd commendare, cùm sit custodiam alicuius

alicuius rei committere, commendatarius dicitur custos siue nudus minister. & ita not. Alex. in præalleg. l. Lucius. Doctor. in capi. 1. extrà, de deposito. & 22. quæst. 2. cap. nequis arbitretur. & Felin. in cap. cùm olim. extrà, de ma. & obed. Vnde Doctores dicunt, quòd in beneficialibus per commendam non transfertur titulus. vt per Io. And. in cap. dilectus. in nouella de dila. libro sexto. Bald. in l. ex verbis. C. de fideicommiss. & abundè Roma. consil. 350. incip. in casu præpositæ consubationis. Quem refert, & sequitur, licet eum alleget corruptè in consilio 344. Soc. consilio trigesimosecundo, incipiente, ex his quæ in facto notantur, &c. columna sexta, versic. & pro prædicta conclusione. volum. primo, & gloss. pragmat. sanctio. in titu. de elect. in §. 1. in versi. causa. Certum est autem, penes depositarium aut custodem, proprietatē aut possessionem non esse: sed solam detentationem. prout gl. voluit in cap. si consiteret. in verb. commendata. extrà, de accusat. Ideò potest commendatarius ad commendantis nutum reuocari, vt not. Doctor. præallegati. Et præsupposita etiam dicti instrumẽti validitate sopita, videtur esse difficultas, an scilicet cõmendatarius faciat fructus suos. de quo per Doctor. in cap. nemo deinceps. de elect. libro sexto, & per Alexan. consilio septuagesimoseptimo. volumine quarto, quoniam ibi cautum est expresse. Et sic ad propositum redeundo non potest actus iste quoad Curiam & Castellaniam donatio appellari, sed purus actus commendæ, & ad commendantis aut successorum eius nutum reuocabilis de sui natura, vt est dictum. † Nec ob-
3 stat, quod in dicto instrumento dicat, damus. Quoniam licet hoc verbum damus, dominij translationem denotet l. vbi autem. in fin. ff. de verbor. oblig. & Instit. de acti. §. sic itaq; (quod & facit verbum consignare vel assignare) hoc verum est, quando præcedit causa habilis ad dominij translationem, secundum Bar. in l. si constante. columna antepenult. super. 5. q. ff. solu. matrim. per l. dotis fructus. §. fin. aliàs incip. l. fructus. eod. titu. sed in terminis nostris nulla præcessit habilis causa ad dominij translationem, & sic illa verba, damus & consignamus, non operabuntur (vt prædixi) translationem dominij, sed impropriabuntur iuxta naturam contractus commendæ siue depositi, prout aliàs in authen de æquali dot. §. penult. & in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. & illud verbum dare, solet quandoque apponi propriè, & quandoq; impropriè, secundum Spec. in tit. de empt. & vend. §. primo. versicul. primo autem. & not. domi. Iason in dicto. §. sic itaque. Et aliàs respondit Fulg. consil. 2. ad medium illius. Et alias interpretanda sunt verba, prout est verisimile partes secundum naturam rei vel contractus facere voluisse l. insulam. ff. qui pot. in pigno. hab. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. damni. §. primo. ff. de dam. infect. & not. Bartol. in l. patronus. §. Semproniæ. ff. de legat. 3. Sed indubitatum est potius voluisse dictum Ripellem, qui aliàs dominus non erat dictarum Castellaniæ & Curiæ, ipsas dicto Arnaldo commendasse, præsertim cùm verba dicti instrumenti commendam sonent, & non donationem. & in illo non sit appositum verbum, donamus, sed duntaxat verbum damus: cùm tamen illud verbum multum differat à verbo donamus, vt per Alexan. in l. cùm quid. ff. si cert. pet. & per dominum meum Iason. & moderniores, in dic. §. sic itaque. Verbum enim donare liberalitatem præsupponit, non autem verbum dare. Vnde episcopus non dicitur præbendas donare, sed dare. 23. quæst. 6. cap. in vero. §. primo, in gloss. 2. not. Ioan. Andr. cap. fin. de offic. vica. & de præben. cap. quamuis. 2. responsu. libro sexto, in nouella. & not. Archi. 12. quæst. 2. cap. duo sunt genera. Vnde cùm in isto casu interuenire potuerit quoad Castellaniam & Curiam sæpedictas dicti nobilis liberalitas, cùm suæ non essent, & donare non potuerit, vt in consi. præcedenti monstrauimus, verbum istud dare stare non potest propriè, vt donationem operetur, sed secundum naturam commendæ siue depositi (vt prædixi.) quod, etiam alibi passim ex dicto instrumẽto & confirmatione illius deprehenditur. Et hæc præsertim ex quo ita intelligendo quòd commendam sonent potest sustentari contractus, qui nullus esset vbi donationem operarentur, vt suprà dixi. Et per consequens debent in hac significatione accipi vt contractus valeat, iuxta l. si quis. in princip. ff. de testa. tutela. & l. iusta. ff. de verbor. signifi. & in l. si ita scri-
4 ptum. ff. de legat. 2. † Et si dicimus illa verba donationem operari, esset illa donatio nulla, prout suprà in præcedenti consilio resoluebam, versi. 11. & 12. Et præsertim, quòd in dicta donatione, nec etiam in ratificationem quam allegant, R. Tarrachonen. Archiepiscopi domini directi dicti feudi consensus vel autoritas interuenit. cuius omissio reddit donationem & ratificationem huiusmodi nullas, vt suprà dicebam, & probatur in c. Imperialem. in tit. de prohib. feudi alien. per Feder. Quinimo effecit, quòd dicta Castellania & Curia, etiam longissimo tempore præscribi non potuerit, secundum quod resoluebam suprà in dict. consi. præcedenti. versic. 13. & not. Andr. de Izer. in præallegato c. Imperialem. per illum text. ibi, nullius temporis præscriptione, &c. de prohib. feud. alie. per Fed. & ibi ita sequuntur doct. communiter. Refert, & sequitur dominus Franciscinus de Curte in tract. suo feud. par. 3. in vltima causa, priuationis feudi, in 1. quæst. principali.

Secundi quæsiti examinatio licet necessaria non esset, attenta decisione suprà facta: attamen videtur illam decisionem corroborare, quòd iste Arnaldus dictum instrumentum scripserit, quamuis per assertum notarium sit subscriptum & stipulatum per rationem l. si testatur. & quod ibi not. Doct. C. de his qui sibi adscrip. in testamento. Licet enim ex eo quòd dictus Arnaldus huiusmodi instrumentum dictauerit, non videatur prohiberi illius vti commoditate, vt not. doct. in l. dictantibus. per illum text. C. de testa. si tamen ipsemet, siue notarius sit siue alius quiuis, in cuius vtilitatem & fauorem dicitur esse confectum, scripserit, nedum huiusmodi instrumento prohibetur vti, verumetiam incidit in caput legis Corneliæ de falsis. secundum glo. & Doctor. in præallega. l. si testator. & ita resoluit etiam in terminis fortioribus Franc. de Aretio, consilio octuagesimo octauo, incipien. in præsenti consultatione, &c. in primo dubio, & in simili Andr. Siculus consilio 58. incipien. capio primum. in 2. dubio, volumi. primo, vbi decidit, quòd dictans & scribens testamentum nuncupatiuum quod notarius postea testificatus est (etiam tempore pestis) nedũ prohibetur illo vti, verumetiam scribens incidat in quasi falsum. pro quo dicto est text. in l. diuus. & in l. impuberem. §. qui codicillos. ff. de fal. Præsertim quando matrix scriptura illius instrumenti non reperitur, vt infrà dicetur, & notarius ille esset de falso diffamatus, vt per dictum Barba. vbi suprà. & not. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. vbi dicit expressè quòd instrumentum quod ortũ habet à personis suspectis non probat, per text. & notata in c. licet ex quadam. extrà, de testi. de quo per Soci. omnino consilio centesimononagesimoquarto. ad fin. versic. præterea, &c.
6 volumine secundo. † Tertium dubium quod proponitur videtur esse superuacaneũ. Quomodo enim probari potest illa negatiua de qua in dicto tertio dubio, quæ loco, vel tempore, vel re coarctari non potest, per ea quæ not. Lanfran. de Oria. in repet. cap. quoniam contra falsam. in 3. not. ver. instrumenta. extrà, de proba. & latius examino & prosequor suprà consi. 30. à versi. 5. vsque ad versum 9. Quinimò videretur, quòd testes super huiusmodi negatiua satagentes deponere nedum non probarent, verumetiam quod de falso viderentur suspecti. vt ibi dico. & not. Alexan. consi. 136. volum. 1. & consilio 104. volum. 3. & omnino dominus Philippus Decius consi. 73. versicu. 3. dato, &c. vol. 1. Ratio est, quòd negatiua huiusmodi, quæ re, loco, vel tempore coarctata non est, probabilis non est, quia non habet qualitatem cadentem in sensum testis, & ideò est improbabilis, vt decidit Francis. de Curte. consi

mihi.72.incip.magnifice vir, &c.colum.5. versi.ad aliud motiuum, &c.& maximè quoniam notarius omisit scribere, si esset incola dictæ ciuitatis Balaguerij, vel alterius loci, nec posset negatiua incolatus (facto existente tã antiquo) coarctari, vel probari.

Vnum tamen est, quòd sicut testibus ignotis non creditur vt est text. in authent. de testi. §. si verò ignoti. & ibi Ang. & Felin. omnino in cap.cùm causam.extrà, eod. titu. ita etiam notarijs ignotis & forensibus non datur fides, vel instrumentis ab eis confectis.ca.primo & ibi not. Innoc.& Doct.extrà, de cleri.peregr.& Bald. post Cin. in l.comparationes. colum.4.C. de fide instrum.

Vtrum autem probet instrumentũ non apparẽte protocollo, vel registro? (quem prisiam dicunt in Catalonia. Bald.in rubr.C.de fide instrum.colum.9.versicu.secundo quæro, &c.satis ostendit ex hoc (cessantibus alijs quæ illius fidei detrahant) non annullari. De quo etiam per Feli. remissiuè in capit.cùm P.tabellio.in 2.quæst.extrà, de fide instrumen.& ita resolui suprà consilio 104.versicul.1. Maximè quod hoc instrumẽtum antiquissimum est.quod ex eo redditur priuilegiatum, quòd probari nõ debeat ad necessariam validitatem illius, quòd notarius qui testificatus est illud, fuisset notarius: vt not.Bald.in l.emancipationem.C.de fide instr.Refert, & sequitur dominus Philippus Decius consilio 36.columna 2.versic.secundo non obst.volum.1.& Francis.de Aretio.consi.37.incip.sequen
7 do ordinem, &c.col.2. † Ad id autem quod vltimo loco quæritur, vtrum conualidata sit donatio prædicta per superuenientem Ioannæ de Abella ratificationem? certè si verba instrumẽti dictæ approbationis inspicimus, & cum verbis primi instrumenti per dictum Ripellem concessi iungimus, dicemus dictam Ioannam ratificare non potuisse quod suo nomine gestum non esset.l.si pupilli.§.sed si ego.& ibi Bart.& doct.st.post gloss.ff.de nego.gest.cum similibus. Quinimò ex dicto instrumento constat, quòd non ratificauit tamquam suo nomine gestum. Qui etiam actus dictæ Ioannæ nomine gestus non fuisse colligitur ex verbis dicti instrumenti primi, dum dicit prefatus Ripelles in principio, nomine meo proprio, & etiã nomine & authoritate prædictis. Verba etenim illa nõ denotãt (vt dixi) quòd actum illum gesserit nomine dictæ Ioannæ: sed quòd illum gessit tamquam maritus & coniuncta persona dictæ Ioannæ, & tamquam dominus vtilis aut vsufructuarius dictorum bonorũ quæ sibi dicebat in dotem fuisse data. & dicta Ioanna non approbauit tanquam suo nomine gestum, sed veluti à marito factum. Et posito ꝙ ratificasset vt suo nomine gestum, certum est quòd actus ille per dictum Ripellem gestus nullus erat. quoniam de eius forma. debuit interuenire consensus dictæ Ioannæ quę domina erat proprietaria dictorum bonorum, vt supra consilio pręcedenti, versic.11.& 12. Sed quando peccatum est in forma actus (vt hic) Bal.in l.obseruare. §.fi. ff.de offi.procon.& lega.voluit ratificari non posse, per l. sicut.ff.de arbi.& not.aperte Ioann.And.in regula ratihabitionem.in mercurialibus.li.6. Refert, & sequitur And. Siculus.in cap.cùm in iure peritus.colum.12.versiculo & ex hoc elicitur, &c.extrà, de offi.deleg.& cons.47.colum. mihi.5.versic.& si dicatur, &c.volum.1.& dom.Hippol. in sua practica criminali.§.diligenter. versicul.184.fo.48. Forma enim (vt dicit Bal. vbi suprà) remitti non potest à partibus. Ideo (subdit) non conualidatur actus per ratificationem, vt not.Philipp.Cor.consil.187.incip.videtur prima facie.in littera b.& g. volum.3.& Inno.in cap.cùm dilecti in glossa sua in ver.contrariam.extrà, de empt. & vendi.voluit ratificationem contractus sine solennitate in ipso actu requisita non valere. & not.in l. mancipia. C.de reb.alie.non alie. Et aliunde corruit dicta ratificatio (etiã si fingatur à Ioanna prędicta nomine suo facta) ex eisdem vitijs & defectibus quæ suprà tam in hoc quàm preceden ti consilio contra dictam donationem obiecimus. Potest quoque etiã non ineptè dici, quòd dicta Ioanna post lapsum triũm annorum donationem prædictam ratificasse nõ potuit aut confirmasse, per ea quę not.Bal.in l.si tutor. colum.2.versi.& secundum hoc, &c.C.ex quibus caus.in integ.nõ est necess. qui voluit ratificationem esse fiendam post paucos dies, à die scientiæ.per.l.ratum. & l.quod dicimus.ff.de sol. & ita not. Alex.in l.vero procuratori.eod. titu.de quo etiam per Phil.Cor. consil.cl.incip.viso, &c. in litera a.volum.3. Et procedit ista conclusio etiam si dicamus dictam dominam Ioannam donationem prędictam confirmasse. Quoniam si donatio prima non valuit per istam cõfirmationem, nihil de nouo concessit.& quia donationis huius primę actus erat imperfectus ratione deficientis cõsensus dictæ Ioannę, etiam si dicamus factam fuisse donationem illam à Ripelle nomine Ioannæ, præsertim ex quo dicta domina Ioanna nõ posset actum perfectum legitimum reuocare, quæ tamen concurrere debent ad hoc quòd aliquid cõfirmatio tribuat de nouo, secundum Feli. qui ad hoc accumulat multa in c.inter dilectos.colum.6.versi.in glos.in versicul.confirmari.7.fallen. extrà, de fide instru.

Ex quibus in vnam massam digestis, persenero in conclusionibus suprà in præcedenti consilio factis, nullitatibus scilicet donationis prætensę, si donationem dicere possumus, cùm tamen sit potius commenda, vt in hoc consilio dicebam, nec validari illam ratificatione vel confirmatione dictæ Ioannæ: vt hic etiam dicebam. Et ita resoluebam: saluo, &c. Barcbinonæ 1527. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Rationem reddere tenetur nedum gestor negotiorum, verumetiam quilibet alius qui alienæ pręficitur administrationi, & isti tales ad inuentarij confectionem tenentur non ratione suorum officiorum, sed propter rationem reddendam. Et quæ sit pœna illorum qui in dictis inuentarijs aliquid occultant? Et ideò tenentur etiam librum rationum conficere. & qualis debeat esse? numero 3.*

2 *Negotiorum gestor inuentarium & librum rationum conficere, ac etiam rationes ipsius & reliqua reddere tenetur. Et tenetur nedum de neglectis & malè administratis per ipsum, sed etiam de his quæ substitutus ab eo malè vel negligenter gessit.*

4 *Inuentarij liber & rationum in præiudicium alterius non probat. quia non dubitatur probare in præiudicium illius qui confecit illum.*

5 *Mercatorum in curijs sicut agitur de bono & æquo, sic etiam per arbitrum in aliquibus eorum causis.*

CONSILIVM. CIX.

PLVRA sunt dubia quæ contentionem negotiorum gestionis quondam magnifici Francisci de Beuda tangũt, de quibus R. do. Archidiaconus Gerunden. arbiter communiter electus à partibus iudicaturus est. Et cũ res hæc à doctissimo viro decidatur, quæ hæc & longè difficiliora potest dijudicare, ac etiam ꝙ mihi, vix horæ vnius tempus datum sit ad votũ meum exprimendũ, cùm expiret tẽpus cõpromissi, simque partis vtriusque litigãtis communis amicus, pauca pro veritate, quam philosophus etiã inter duos amicos venerari sanctum esse dixit, subdam, & secundũ illam vt conscientia dictauerit resoluam.
1 † Et omissa facti narratione quam dicto R. domino arbitro notam esse non dubito, præsuppono iuris esse regulam, quòd nedum negotiorum gestor, qualis non negatur fuisse dictus quondam Franciscus de Beuda, verumetiam alius quicũque, qui alienæ sufficitur administrationi, regulariter

lariter tenetur ad reddendam rationem & reliqua.l. cùm opportet.§. non autem. & ibi Bald.C.de bon. quę lib.& not.Spec.titu.de instrumen.edi.§.fin.& negotiorum gestor,& procurator ad negotia, cùm teneantur ad ipsum, tenentur etiam inuentarium facere, non quidem ratione suorum officiorum, sed propter reddendam rationem, vt not. idem Specul. in præallegato titulo. in §. nunc verò aliqua.versic.sed ad inuentarium,&c. & sequent. Not. Bald.in authen.sed cùm testator.ad principium.C.ad leg. Falcid.not.Angel.consilio 144.Raphael Cuma.consi.88. ad medium illius. Et nouissimè Socin.consilio 213.incipiente, in præsenti causa, &c.primo dubio. volumine secundo ibi, columna quinta,versic.quinto & vltimo, &c. voluit,quòd huiusmodi negotiorum gestores & administratores aliqua occultantes vel scribere negligentes, prędones appellari possint. de quo dicit esse casum in l. Pomponius.§.ex facto.quem ibi not. Angel.Ioan. de Imol.& moder.ff. de acquiren. possess. Ita tenet Roma. per illum textum, in d.l. Pomponius.§. sed & legatario. Et Socin. præalleg.consi. 213.in 2.dub. dicens, quòd contra administratores inuentarium nó facientes, aut facientes & dolosè, competit iuramentum in litem, aut veritatis. Et sic videtur successor dicti domini Beuda teneri ostédere inuentarium per dictum Beuda confectú,aut saltem ostendere perditum fuisse: nisi aliud legitimum ostendat, aut iuramentum in litem domino aduersanti dari debere.

2 † Quòd autem teneatur negotiorum gestor rationé reddere & reliqua de gestis per eum,circunscripta etiam conuentione, qua ad id obligatur, est text.in l.i pupilli.§. videamus.ff.de nego.gest. quem tex. Doct.ad hoc not.per quem Doct.ibi notant, quòd negotiorú gestor rationem reddere debet,nedum si gessit, verumetiam si non gessit. & idem tenent Bar.& Bal.in l.tutori.C.eo.titu.& Aret.in l.si cognati:eod.titu.& tenetur etiá de malè gestis,vel neglectis nedum per eum,sed etiam per eum quę substituit: ita quòd non releuatur si dixerit se credidisse illum idoneum.& ita not.Bar.Bald.& Doct.in l.iam & Seruius.§. mandato.ff.de nego. gestis. & in l.sed an vltro.§.si.eo.tit. vnde videtur inferendum,quòd si & vbi Iacobus Sabater malè gessit negotia post aduentum dicti domini Beuda, quòd ipse dominus Beuda obligatus erat, ex quo dictus Beuda (vt mihi præsupponitur) poterat ipsum reuocare. Infertur etiam, quòd ex quo dicto domino Beuda per suum principalem fuerat iniunctum, quòd hæreditatem domini Blasij Ferrer cum inuentarij beneficio adiret, vel illi se immisceret,quod cùm facere neglexerit, tenetur ad omnia damna quæ inde suo principali obuenerút.Ita notat expressè Bal.in l.quæ fortuitis.colum.8.C.de pign.act. dicens, quòd vbi dominus aliquid iniunxit suo negotiorum gestori vel procuratori, tunc tenetur de neglectis & de leuissima culpa. Ita etiam Bart.in l.Φ Nerua.ff.de posi.

Nec etiam omitto quòd dictus negotiorum gestor,siue procurator ad negotia, cóuertens pecunias domini in vsus proprios,tenetur ad vsuras,siue Interesse pro illis.l.idemque.§.si procurator.ff.mand.not.Alex.in l.quòd negotia. ff.de nego.gest.Infertur etiam,quòd cùm dictus dominus Beuda fuerit per R.dominum arbitrum condemnatus in 414 libris monetæ Barchinonen. quas ipse penes se detinuerat,debet etiam pro illis ad interesse illarum condemnari.

3 † Et ex causis & authoritatibus ac rationibus prędictis infertur,quòd dictus dominus Beuda nedum inuentarium facere debuit, verumetiam codicem seu librum rationum. Ita notant Bart. & doctores in l. si quis ex argentarijs.§.rationem.ff.de ędendo.in l.1.§.rationes. eod.tit. cum similibus alijs. Ex quo etiam sequitur vnum corolarium, quòd dictus dominus Beuda obligatus erat nedum rationes reddere,sed etiam librum rationum ędere,ac ostendere.l.comperimus.& ibi Bartol.C. de nauicu. libro vndecimo.& expressius not. Bal.in l.cùm testamento. C. de mano. testa. vbi dicit, quòd rationum redditio comprehendit quatuor,inter quæ codicem rationú ędere debet, & calculum ponere,&c. ad quod est text. in l.si ita fuerit.t.§.si verò simul.de manu.testa.vbi qui rationes reddere tenetur, ædere tenetur & volumina rationum. Dico igitur, quòd ex quo apparet de inuentario per dic. quondam Franciscum sumpto,tenetur etiam de contentis in illo reddere rationem, etiam circúscripto quòd per dictum inuentarium & postillas ipsius manu postea & successu temporis, & præsumitur (cùm appareant scriptę alijs caracteribus & atramento) appositas, apparet diuersis temporibus inuentarium factum fuisse. Maximè cùm ex eodem appareat eum de rebus inibi descriptis habuisse rationem. Similiter dico quòd computa manu dicti domini Beuda scripta, per dictum Iacobum Sabater reddita,præsumuntur esse reddita dicto domino Beuda. Quoniam est regula, quòd cùm actus aliquis est gestus, præsumitur pro illius legitimatione. & maximè ex quo diuersis literis dicti domini Beuda coadiuuatur illa præsumptio. Et aliàs vbi diceremus eidem reddita non fuisse, tenetur attamen dictus dominus Beuda, vel eius successor, de neglectis, aut malè per dictum Sabater administratis (vt suprà dicebam) cùm potuisset eum si malè gerebat reuocare. Et aliàs teneretur dicti domini Beuda successor reddere pro dicto Sabater computa,& libros ędere rationum, aliàs deferendum esset huic parti iuramentum in

4 litem, vel veritatis, vt prædixi. † Probare autem dictum librum rationum & inuentarium in dicti domini Beuda, qui illa confecit, præiudicium non ambigitur, saltem inter mercatores, vt est gloss. & ibi Alexan. post Bart.ff.de ędendo.& in l.rationes.& ibi Bald.C.de proba. & omnino Lanfrancus de Oriano,in repetit.cap.quoniam contra falsam.§.in ver.instrumentorum productiones.ad finem versic.circa secundam scripturam. extrà, eodem.

Ad interesse verò quod petitur dico rationem habendam,etiam circunscripta conuentione per quam postquá exegisset viginti auri vncias,debebat illas ad has partes Cataloniæ transmittere. Vnde tenetur ad interesse quantitatis, in qua remansit dictus dominus Beuda debitor, cùm etiam aliàs à seipso debuit exigere debita, in quibus tenebatur. vt per Bar. Bald. & doct. in l.tutori.post gloss.ff.de nego.gest. His addantur quæ dixi suprà hoc eodem consil. in ho. versic. secundi.

Quoad verò petitas expensas partium cóuentione fuit lex apposita,& aliàs de iure negotiorum gestor potest vti les repetere,si gessit vtiliter,l.1.§. sed nec ob impensas. in fin.& ibi Doct.ff.C. de rei vxor.actio. voluntarias autem non.secundum Bar.in l.ex duobus.in princ.ff.de neg.gest.

5 † Nec omitto, quòd sicut in curijs mercatorum agitur de bono & æquo, vt per Iason.in l.lecta. columna octaua. ff.si cer.pet.quod etiam voluit Bar.in l.si fideiussor.§.quędam. ff. mand. & latius prosequitur dominus Bartholomæus de Chasfenay compatriota meus in suo consuetudinario Burgundiæ,in titu.de iure dotiom.§.5. in glos. in versic.& dicti contractus.versic.3. ita etiam indicare debet reuerentia & magnificentia dicti domini arbitri, vt per Philippum Corn.consi.319.incipiente,circa primum consultationis quæsitum. colum.9. versiculo, his tamen minimè refragantibus.vol.3.

Hęc sunt reuerendæ & magnificæ dominę, quæ temporis angustia patitur examinare, per quæ vt suprà dictú est & conclusum, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ 1527. ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, ego Celsus.

SUMMARIUM.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij non dicitur propriè dominus bonorum hæreditariorum, sed etiam non est propriè hæres: sed cum illa adiectione, & an & in quibus differat à vero hærede? & an teneatur, & quando, de tuitione pro hæreditaria re vendita? & an & quádo teneatur dictus hæres de euictione pro re quam*

executores testamenti vendunt. & quid vbi est necessaria & non voluntaria dicta venditio? & nu. 2.

3 *Testes parte non citata recepti vel examinati, non probant. nec etiam legitimè recepti si ex eorum depositionibus laudem consequuntur, aut vituperium, & an & quando debeant testes ad concordiam reduci etiam vt probent.*

4 *Hasta fiscalis quid sit? & quod illius traditio designat venditionis quæ fit per subhastationem complementum.*

5 *Taciturnitas præsentis nō habetur pro consensu ad effectum quod ex illa obligetur.*

6 *Euictionis remedium an & quando possit tam agendo, quàm excipiendo priusquam res euincatur, intentari?*

Intellectus l. si post perfectum. C. de euict.

CONSILIVM CX.

SVCCESSISSE presupponitur Hieronymus Serra in vniuersali hæreditate quōdam Michaelis Oliba ciuis Barchinonēsis, & ex illius testamēto, cuius hæreditatem cum beneficio inuentarij dicitur adijsse dictus Serra. Postea autem cùm ipse Serra domum habitationis dicti quondam Oliba venalem exposuisset, & vili quondā pretio tradenda veniret Ioanni Lotesaus, campsori Barchinonensis (qui etiam pro dicto Serra fecisse dictā præsupponitur, licet ex processu non constet legitime) Carolus Bruio mercator etiam Barchinonensis qui bona dicti quondam Oliba prætendebat sibi hypothecata ex certis titulis & causis, obtinuit ab audientia regia per prouisionem eiusdem 27. Iunij anni 1526. factam, quòd domus illa iteratò per aliquod breue tēpus subhastaretur, attēto ꝙ ipsius Bruio intererat domum illam quantum plus posset vendi, cùm teneretur ipse Bruio de suo proprio creditoribus hæreditarijs refundere, vbi dicti quondam Oliba non sufficerent bona. præsertim cùm dictus Serra se gessisset cum inuentarij beneficio hæredem, vt suprà dixi. In qua quidē subhastatione (quæ, petente dicto Serra, 30. dicti mēsis facta fuit cum priori schedula vel albarano sub quibus prior subhastatio facta fuerat) præfatus Bruio, seu pro eo Narcisus Conte ciuis Gerund. addidit pretio, quo antea vendebatur domus illa, centum & viginti quatuor ducatos, & plus. Cui quidem Narciso tanquam vltimo licitatori seu plus offerenti, tradita fuit hasta fiscalis: fuitque confectum dictæ venditionis instrumentū præfato Narciso Conte per d. Serra tanquā hæredem vniuersalem dicti quondam Oliba, & per Elisabeth dicti quōdam Oliba relictam, vt tenentem & possidentem dicti quondam Oliba bona pro suis dote & iuribus. Quam quidem viduam immiscuit præfatus Serra ex industria: cùm tamen omnes præconizationes quæ per curritorē factæ fuerunt, & schedulæ, secundum quas (vt est dictum) vendita fuit domus antedicta, dicti Serra tantùm nomine, & non ipsius viduæ fiebant. In quo venditionis instrumento cùm solùm præfatus Serra obligauerit & hypotecauerit pro dictæ venditionis obseruantia & securitate bona dictæ hæreditatis, & non sua, illo expressè etiam exemit: oritur difficultas, vtrū rectè, præfato Serra requirente pretiū dictarū 550. librarū, quo pretio dicto Bruio, siue pro eo antedicto Narciso Conte tradita fuit hasta fiscalis, dictus Bruio bene petat & iuridicè quod dictus Serra venditor bona sua propria obliget, prout ius cōmune fieri vult, cui Barchinonensis ciuitatis, in qua sita est domus prædicta, con-
1 suetudo adstipulatur. † Dubium faciebat prima fronte, ꝙ dictus Serra in multis suis schedulis asserat se hæredem esse dicti quondam Oliba cum beneficio inuentarij, & se coactum & districtu Curiæ venditionem prædictam fecisse, pro exoneranda dicti Oliba hæreditate. &, quod magis vrget, pactum expressum, quod in dictæ venditionis actu dicit inter ipsum & dictum Narcisum Conte emptorem conuentum fuisse, quòd pro euictione, hæreditaria duntaxat bona, & non sua propria essent obligata. Sed hæc non obstant.

Primùm enim non obstat ꝙ dictus Serra hæres sit cū beneficio inuentarij. & posito ꝙ ita esset (de quo tamen ex processu non constat) dico, quòd licet hæres cum inuentarij beneficio nō sit propriè dominus bonorum hæreditatis, sed impropriè, ex quo simpliciter non est hæres, sed cū illa adiectione. prout not. abundè Iason, post Fran. de Aretio in l. patris & filij. in 1. notabili. ff. de vulg. & pupil. ita quòd secundum Bart. in l. scimus. §. & si præfatam. C. de iure deliberan. differentia sit an vendat rem aliquam vt hæres simpliciter, an verò vt hæres cū inuentarij beneficio, vt secundo casu non videatur vendere vt propriam, cùm non sit dominus, sed quasi dominus, secundum Accursium glossatorem in d. l. scimus. §. in computatione. at tamen Bart. Bal. & Alber. de Rosate, & post eos Iason in d. §. & si præfatam. qui tractant abundè vtilitatem quam hæres cōsequitur ex inuentarij cōfectione, & nō loquuntur in terminis nostris. Et aliàs in casibus in quibus se resoluūt, duo concurrere debere voluerunt. Primùm, quòd hæres ille rem huiusmodi vēdiderit non vt propriam, sed vt hæreditariam, & quòd vendiderit eam creditoribus hæreditarijs instantibus ad satisfaciendum eis, de quibus tamen non constat ex processu. quinimò ex schedula præmentionata siue albarano subhastationis constat dictum Serra domum illam vendidisse nomine suo proprio. & sic sumus in terminis dictarum limitationum, in quibus Doct. prææallegati non dubitauerunt hæredem teneri de euictione. Et in terminis nostris, quòd hæres rem vendens aliquam particularem hæreditatis cui successit, ad euictionem teneatur, est gloss. notab. in l. 1. in versi. venisse. quam Bart. Bald. Salic. & Doct. communiter ibi sequuntur. C. de euict. per l. sed & si lege. §. item si rem distraxit. ff. de petit. hæred. cùm etiam aliàs regulariter insit euictio ex natura contractus. l. nō dubitatur. & ibi Bal. & doct. C. de euictio.

Nec etiam constat ex processu, quòd dictus Serra inuentarium confecerit (vt prædixi) aut quòd se gesserit hæredem cū inuentarij beneficio: & minus quòd domum illam vendiderit vt hæres, & non vt propriam, vel quòd illa venditio facta fuerit pro satisfaciendo creditoribus hæreditarijs, & illius dictam venditionē instantibus. de quibus etiam si constaret, non esset satis, vt prædixi. Quinimò hæres de euictione tenetur, etiam pro re executoris testamenti vendita, secundum Bart. in alio. ff. de alij. lega. in fin. In tantum quòd doct. aliqui post Bar. in l. si procurator Cæsaris. ad princ. ff. de iure fisc. & in l. 2. C. de quadr. præscrip. voluerunt, quòd sit in fisco speciale, quòd ipse vendens de euictione non teneatur. quod tamen non po-
2 no pro cōstanti. † Fateor, quòd vbi necessaria esset aut coacta domus huius venditio, qualē fuisse dictus Serra passim profitetur, de quo tamen non constat, & hæreditarij creditores illius instarent distractionem, probabiliter dubitari posset an illo casu de euictione teneatur, per rationem text. in l. filiusfa. §. diui. quod ibi Iason post alios decidit in 7. notabili. ff. de legatis secundo. & per Bartolum in l. peto. §. prædium. per illum textum. ff. de legatis secundo. & in l. senatus. in princip. ibi, vt non vendat, sed vt exoluat. de legatis primo. & nota. Bolog. consi. 43. incip. ser Iacobus. colum. 3. versicul. aut volumus dicere, &c. Et in dubio dici non potest domus huius venditio necessaria, sed voluntaria, per ea quæ not. Philip. Decius in authen. præterea. colum. 7. vers. finaliter tamen, &c. C. vnde vir. & vxor. Præsertim quòd hoc iudicio agatur de continuādo primā venditionē, quā forma illius & processus docent esse voluntariā. Et certè si venditio hæc facta fuisset Curiæ iussu (vt prætēditur ex aduerso) cōpeteret d. Bruio nedum ius opponendi super hypothecis, quas in hæreditate habet, siquidē antiquiores, vt tradunt doct. prææalleg. in d. §. & si præfatam. verumetiam ius haberet retinendi pretiū antedictū pro suis hypothecis. cùm sit vulgaris

iuris

iuris regula, melius esse pignori, quàm actioni incũbere.

Nec facit ad casum, q in huiusmodi venditione fuerit immissa præfata Elisabeth vidua dicti quõd. Oliba. Nam (vt supradictum est) 27. Iunij prouidit audientia Regia, domum illa debere iterum subhastari. & 30. dicti mensis dictus Serra, qui vendebat illam, supplicauit dictæ regiæ audientiæ, q illa reiterata subhastatio fieret cũ priori sche dula vel albarano, quibus fuerat antea præconizata & sub hastata, quodque dicta reiterata subhastatio præfatę viduę intimaretur. & ita fuit prouisum. Ex quibus etiam cõ stat, quòd dicta vidua domum illam venalem non exposuit, nec vendidit, licet dolosè nomen illius fuerit immixtum in contractu inter venditores. Infertur ex præmissis vnum corolarium, quòd cùm non valeat pactum, quòd venditor de euictione non teneatur, quando ipse vel eius hæres euincat, vel si fuit in dolo, quòd dictus emptor nihilominus pretium repetere potest. vt not. omnino Barba. in capit. fin. verfic. 14. extrà, de empt. & vendi. & Felin. in cap. si diligenti. colum. 5. versi. 3. corolarium. extrà, de foro compet. quod in terminis nostris locum habet illa decisio, cùm de dicti Serra dolo constat ab aperto. † Nec

5 etiam facit aliunde dictum pactum ex aduerso allegatum dicti Serra & Narcisi Conte, quo præfatus Serra cauit ne tenerentur bona ipsius Serra propria de euictione, sed hę reditaria duntaxat. Prædictum etenim pactum in quo di cti Serra defensio tota cõsistit non probatur in processu. Est enim regulare, q testes parte non citata recepti vel examinati non probant, sed nec iudicium faciunt. vt per Bart. in l. maritus. ff. de quæst. & Feli. in capitu. in nomine domini. colum. 2. versic. collige secundò ex isto textu. vbi remissiones ponit ad satietatem. extrà, de testibus. Nec enim fidem faciunt Narcisi Conte prædicti, & Andrææ Mir notarij, qui dictum instrumentum confecit, depositiones. Quoniam est regula, quòd testes ex quorum depo sitione potest sequi laus, damnũ vel opprobrium, nõ probent. cùm tunc videantur tendere ad se exonerandum (prout est in illis duobus.) Ita decidit Ioan. And. in addi. ad Spec. titu. de testa. §. 1. versic. sed pone quòd administrator, &c. & est communis theorica canonistarum in ca. cùm à nobis. extrà, de testibus. not. do. Ant. in c. Quintauallis. colum. 48. versi. sextus casus est. extrà, de iureiur. & in cap. cùm dilecta. extrà, de elect. & consi. 79. incip. quæstio habet hæc dubia vulgaris. de quo videatur suprà cõs. 65. versi. 9. Depositio autem Bernardi de la Sala, qui in dicto venditionis instrumento dicitur Bernardus Vila, non probat: imo est dicti Narcisi Conte depositioni contrarius: ac etiam Petri Castello alterius testis ex instrumenta rijs. Quoniam ipsi dicũt illum dominum Bruio multum contrarium fecisse dicto Serra denegantu & contradicenti obligare sua bona propria pro dictæ vẽditionis euictio ne. Dictus autem Bernardus deponit fuisse desuper altercatum per dictum Bruiu, & tandem ipsum fuisse conten tũ q dictus Serra solũ obligaret hęreditaria bona, & non sua. Quinimò si verum dicit Petrus Castel. prædictus in sua depositione, dũ dicit quod ipse Bernardus sedebat ad ianuam domus de qua agitur, quando præfatus Andræas Mir notarius & ipse testis accesserunt ad firmandũ contractum, & iste Bernardus ex quo nõ prius ingressus fuit domum vbi firmatum est dictum instrumentum, quàm fuerit dictus Castel. qui cum notario venit (vt dicit:) cùm ipse Castel. in sua depositione quã fecit ad primũ articulũ ex illis quos dictus Bruio secundo loco obtulit, deponit q tẽpore quo ipse, & per consequens dictus Bernardus, qui cũ eo, vt est præmissum, accessit, applicuerunt ad locũ vbi firmatũ est dictũ instrumentũ venditionis, q iam erat ordinatũ, & in scriptis redactũ instrum prædictũ, ita quòd solum fuit lectum in præsentia testium prædictorum per dictum Mir notarium, & testificatum siue publicatum, & nomina testium prædictorum in eo descripta. Vnde si ue dicimus hos testes contraria deponere, in consequentiã illius non probare, per ea quæ notant doct.

in capitulo auditis. & capitulo. ex parte. & ibi doct. extra de testi. siue dicamus eos ad concordiam reduci, saltem vt periurium euitent, licet non vt probent, secundum quod Feli. ostendit in capitul. cùm tu. colum. secunda, versicul. quarta conclusio, extra, de testa. & gloss. in capitulo in nostra. eod. titu. (loquor de alijs testibus ab ipso Bernardo, quoniam constat apertè eum falsum testificatum fuisse, vt prædixi. & sic nihil probat, etiam super alijs articulis in quibus cum alijs testibus conuenit: sed est dictum illius in totum nullum, vt per Feli. omnino in capitul. fraternitatis. colum. fi. versicul. quarto fallit, &c. extrà, de hæret. & not. And. Barba. in capitulo. sedes extra de rescript.) eorum depositio nõ oberit dicto domino Bruio: nec pro babit allegatum ex aduerso pactum. Posset etiam dici, q isti testes, qui fuerunt inducti ad probandum hanc cõuentionem partium, quæ certo loco & tempore facta fuit, propter eorum varietatem, non probent, vt voluit gloss. singularis in l. ob carmen. §. fin. & ibi Bar. & doct. ff. de te

4 stib. † Si ergo dicimus inter dictos Narcisum Cõte & Serra conuentionem prædictam factam fuisse, illa non oberit d. do. Bruio, cuius nomine & ad vtilitatem d. Conte se cerat dictam, siue pretiũ d. 550. librarum Barchino. appo. fuerat pro d. domo, vt cõstat ex processu. quod etiã notũ erat dicto Serræ, quãuis ipse diffiteatur: & maximè quia tempore dictæ conuentionis iam erat tradita hasta fiscalis præfato Conte pro dicto Bruio. Quod etiam vel ex eo (cessantibus alijs) constat, quòd nihil superfuit agendum quàm firmare dictam venditionem, quæ traditionem ha stę procedere non consueuit, sed subsequi. Aliunde præsumitur in ordine venditionem præcessisse. per ea quæ not. Iason in l. si post mortem. ff. de lega. 1. Et quòd hastæ fiscalis traditio venditionis cõplementum designet. Not. Pet. in l. ordo. C. de execu. rei iudic. & doct. in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. lib. 10. & in l. licitatio. ff. de Publician. & maximè domino, qui erat dictus Bruio, petente, cuius ipse Conte, quoad huiusmodi venditionẽ negotia gerebat, secundum Bal. & Alb. in l. si. C. de neg. gest. cù m etiã hoc esset ab alijs, quæ gesserat separatũ, secundũ Bar. in l. cùm actũ. ff. eo. tit. arg. l. de cõtractu. C. de rescin.

5 vend. † Nec etiam dicti Bruio obstat præsentia & taciturnitas, quãdo dicta cõuentio facta est inter præfatos Serra & Cõte. Quoniam est regula iuris, quòd taciturnitas non habetur pro præsentia ad effectum obligandi tacentem & præsentem. l. filius fa. §. inuitus. ff. de procur. Not. do. Iason in l. 2. §. voluntatem. colum. 2. ff. solu. mat. & in l. quæ dotis. nu. 59. eo. tit. & Feli. in c. nonne. colum. t. versi. in glo. fi. cum seq. extrà, de foro compet. & in cap. significasti, vbi etiam Philip. Dec. eo. tit. & ita facit contingentiam resolui suprà consi. 30. versi. 2. vbi latius hoc prosequor.

Sed nec obstat quòd dictus Serra sepius in processu repetit quod non cognoscit dictum dominum Bruio, sed Narcisum Conte prædictum. Processus etenim in mille

6 passibus ostendit contrarium. † Postremò non obstat, q euictio solum competat re euicta l. qui rem. C. de euictio. quod tamen hic non presupponitur. quoniam in dicta l. qui rem. & in l. si plus vel minus. §. mota. ff. eo. tit. pretiũ. erat solutum. hic autem non. Vnde non sumus in casu dictę l. sed in terminis l. si post perfectam. C. eo. tit. vbi emptor excipiendo consequitur quòd agẽdo non posset. quo niã cogi non potest ad pretium soluendum, nisi vendens idoneè caueat, cuiusmodi tamen cautionem dictus Serra non obtulit, vt debuit, secundum Sali. & doct. l bi. idẽ not. Dom. Iason in l. à diuo Pio. §. si post additam. ff. de re iudi. Soci. not. consi. 208. incip. visis actis. col. 2. versi. secunda defensio: volum. 2. quinimò dictus do. Bruio semper obtulit se paratũ soluere dictũ pretiũ, postquam dictus Serra prouidisset euictionem, qualẽ ius disponit, & apponi con sueuit ex stylo notariorũ Barchinonensium, vt probauit d. Bruio. & maximè, quia etiã si ex dicto pacto posset dictus Serra excusari ab illius præstatione, ipse nihilominus esset obligatus ad proprij restitutionẽ, si domus ab ipso Bruio

euinceretur, vt not. Iason in l. si pater. C. de inoffi. testa. & in l. qui Romę. ff. duo fratres. n. 62. ff. de verb. obli. & not. do. Tolosani in suis decisio. quæ. 360.

Ex quibus in vnum redactis concludendo resoluo sententiam à qua supplicatum extitit reformandam esse, & debere in hoc supplicationis iudicio reparari, declarando quòd dictus Serra bona propria pro euictione dabeat (vt est per hanc partem petitum) obligare. Et ita concludebam, saluo, &c. Barchinonę 1527. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qualitas qualiter cognoscatur.*

Emphyteuticus contractus qualiter à liuellario aut alio contractu dignoscatur.

Verba narratiua posita super actu, in quo sibi quis præiudicare potest, nedum probant, imò etiam in contrarium probationem non admittunt.

3 *Emphyteutica rei dominium penes concedentem remanet, & vtile penes emphyteutam.*

Dominium non transfertur ex contractu nullo, præsertim contra legis prohibitionem celebrato.

4 *Emphyteusis ecclesiastica non transit ad filios illegitimos, nec etiã ad extraneos, sed ad descendẽtes legitimos duntaxat. Et quid si nihil in concessione dictum fuerit.*

6 *Conditionalis contractus natura ponitur. & quòd impleri debet conditio in forma specificata per eum qui eam posuit. & an si nolit eã implere, possit pars alia iã implere?*

Gerundium an & quando faciat conditionalẽ contractum?

7 *Incertitudo an & quando vitiet actum? & in quo attendatur huiusmodi incertitudo?*

8 *Alienatio ecclesiastica rei vt sit valida, quæ sunt necessaria?*

9 *Solennitates quales debeant in bonorum immobilium ecclesię alienatione interuenire? & an requirantur illæ in concessione in emphyteusim tam de iure cõmuni, quàm per leges Castellæ? num. 10. & an valeat in contrarium consuetudo? num. 11.*

12 *Legato vel Cardinali dicẽtibus se certam habere commissionem vel potestatem, an & quando credatur? & nihil potest Legatus circa ea quæ papa sibi reseruauit. & an possit contra ius disponere? nu. 13.*

14 *Confirmatio ad hoc quòd valeat, debent in ea exprimi defectus omnes qui circa actum, qui confirmari petitur, interuenerunt. & nu. 15. vbi etiam quando dicitur esse simplex confirmatio? & quid si fiat ex certa scientia? vel cũ clausula, de certa scientia? num. 15.*

16 *Confirmatio etiam per papam aut principem facta debet intelligi absque tertij iudicio.*

Causa iusta licet præsumatur in papa vel principe aliquem actum faciente, secus est in inferioribus.

17 *Vitium quando non est purgabile per confirmantem, non supplet confirmatio defectus illos nec etiam defectum consensus supplere potest, etiam si fiat à papa vel principe.*

17 *Clausulę, supplentes, effectus, & an Legatus de latere possit illa vti?*

18 *Impossibilitas excusat ab obligatione, & etiam à pœna.*

Impossibile dicitur quod non potest obtineri sine gratia principis.

Ecclesia (etiam de iure regni Castellæ) potest contractui quem celebrauit non seruatis iuris solemnitatibus contrauenire. Nec põt aduersarius quæstionẽ dominij referre.

19 *Libellus in quo concluditur alternatiuè in petitorio aut possessorio, valet etiam si generalis fuisset aut incertus, quãdo potest ex eo vel ex actis haberi certitudo.*

Confines rei petitæ an & quando debeant in libello poni ad validitatem illius?

Finium in probatione semiplena probatio sufficit, & id quod intra fines est, præsumitur esse illius cuius sunt fines aut termini prædicti.

10 *Emphyteutica bona vtrum præsumantur esse omnia illa quæ habet quis in aliquo termino, cuius prætendit quis dominium directum? maximè quando non negat se emphyteutam, sed negat omnia illa quæ prætenduntur ex aduerso esse emphyteutica & cui competat onus probandi?*

Negatiua an & qualiter probari possit?

21 *Testes an probent dominium vel possessionem, si dicant quòd viderunt aliquem per certũ tempus tenere & possidere, quando deponunt de facto quod hominum memoriam non excedit? Et quando probatur per testes hinc inde, quis debeat obtinere? nu. 22.*

23 *Errans in iure licet aliquando faciat fructus suos, non tamen vbi agitur de ecclesiæ fauore. & quare?*

24 *Falsi exceptio contra testes post conclusum in causa, non admittitur, nisi etiam copulatiuè allegetur eorundem corruptio.*

Calumniosa exceptio repelli debet (etiam si de præiudicio irreparabili agatur.) & idem est quãdo est præsum ptio quòd sit calumniosa.

CONSILIVM. CXI.

OMISSA seriosa facti narratione, cùm non conueniat prolixitas his quibus abundat iustitia, nec sit condecens magnifico archipræitori Toletanensis licenciato Petro de Auiles in numeris negotijs curialibus immerito. & licet principaliter quatuor subscripta dubia de quibus audio dictum archipræitorem dubitare mihi sint proposita decidẽda in causa quam Decanus & capitulum Toletanensis ecclesiæ agendo coram dicto domino archipræitore ducunt contra Mariam Aluarez & Christophorum de Mesa & consortes super termino & dominio de Massarizin vulgariter nuncupato: multa nihilominus alia dubia quæ ex præmissis resultant in hoc consilio consecutiuè examinare necessariò iudicaui, vt omnis scrupulus tolleretur.

In primis est descutiendũ qualis est contractus de quo agitur? & de validitate vel nullitate illius cõtractus? quem certi domini de cap. prædicto celebrasse dicuntur cũ Petro Aluarez de Mesa.

Secundò, si dictus contractus non fuerit validus, vtrũ confirmatio cardinalis de Saluiatis ad Hispaniarum regna sedis apostolicę de latere legati, de qua infrà nu. 12. & 13. contractum huiusmodi nullum validet?

Tertiò data nullitate contractus, & quòd huiusmodi confirmatio nõ reddiderit ipsum validum, vtrum dictus archipræitor debeat mandare restitui dictum terminũ de Massarazin præfatis magnificis decano & capitulo, prout ipsum in suis articulis & positionibus cõfinauerunt & probauerunt, attento quòd præfatum capitulum in sua petitione seu libello dictum terminum per limites & terminos ac confines non designauit?

Postremò, vtrũ exceptio falsitatis per dictos conuentos opposita contra certos testes qui super dictis confinibus & limitibus deposuerũt, debeat admitti? attẽto quod diu est facta per partes in dicta causa & processu conclusio?

Et licet hæc sola suprascripta dubia mihi fuerint parte dicti nobilis archipræitoris proposita, attamen respondendo ipsis, alias etiã multas difficultates (vt est præmissum) examinabimus, quæ resultant ex præmissis quæ dicti capituli iustitiam reddere videntur obscuriorem. vt patet
1 ex præcedenti summario. † Et condescendens ad primam difficultatem super dicti contractus validitate, in inconueniens esse non duxi præmittere qualis sit contractus de quo agitur. Et nisi esset vna schedula, quam dicti Maria Aluarez & Christophorus coram regia maiestate & dominis sacri maioris regni consilij Castellæ obtulerunt in ciuitate Burgensi 24. Maij anno 1428. per quam deducebant in effectu, quòd ipsi habebant & tenebant ius dominij in

nij ni dicto termino de Massarazin ex contractu emptio-
nis per dictum quondam Petrum Aluarez factæ à præla-
tis magnificis Decano & capitulo per diuersa instrumen-
ta & acta, satis excusari poterat examen prędictum: ma-
ximè quia pręfati Maria Aluarez & Christophorus in di
uersis eorum schedulis non negiuerunt, imò dixerunt ex
pressè, contractum illum emphyteuticum esse. Ne tamen
scrupulus aliquis aut difficultas supersit, quibus dicti capi
tuli possit dubia reddi vel decolorari iustitia, satius esse du
xi clarificare qualis possit dici contractus ille quē dicunt
dictum quondam Petrum Aluarez de Mesa cum dicto ca
pitulo celebrasse, super quo fundatur aduersariorum iusti
tia, licet fragilius sit fundamentum illud quàm arundine-
us baculus. Et cū sit determinatio iuris aperta, quòd quan
do in aliquo facto sunt duæ species contractuum, aut res
plures quę proportionem habent ad contractus diuersos,
inspici debet principalis contrahentium intentio, de qua
si nō apparet, debemus ad alias coniecturas recurrere. Ita
voluit expressè Ioan. And. in cap. ad quęstiones, extrà, de
rerum permutat. not. Bar. in l. Aristo. ff. de dona. & Franc.
de Aretio omnino in l. si tibi. ff. si cer. pe. & in l. tenetur. C.
de act. empti. & in l. quicquid. ff. de acquir. rerum do. & in
pręallegato c. ad quæstiones. & vtrobiq; doct. vt patet q
pro alia specie non iudicatur contractus permutationis,
habito respectu ad speciem quæ interuenit, sed potius ven
ditio, habito respectu ad pecuniam, & contrahentium in-
tentionem principalem. Instit. de empt. & vendit. §. pre-
tium. Sic è contra si permutaui rem meā cum tua, & quia
mea plus valebat adieci illi etiā pecuniæ quantitatem, nō
ob hoc dicitur aut inducitur emptio propter pretium q
accessoriè venit, sed erit permutatio propter species per-
mutatas, & intentionem principalem contrahentium. vt
in cap. ad quęstiones. & in l. Aristo. suprà allegatis. Et hoc
est quod Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi
ca. dicere voluit per illum text. resoluens, quòd species
contractus non per contrahentium verba, sed per mate-
riam ipsius contractus cognoscitur. vt in l. si vno. ff. loca-
ti. & no. Abb. in l. 1. ff. de superfi. & in ca. ad nostrā. extrà,
de empt. & vendi. & cap. illo vos. extra, de pigno. & me-
lius capitul. plerique. & vtrobique doct. 14. q. 3. & his ad-
dantur quæ dixi suprà consi. 16. num. 1. Sic est in casu no
2 stro si consideremus q Petrus Aluarez de Mesa accepit
dictū terminum de Massarazin ad tributum primò pro
decē & octo mille denarijs (quos morabetinos vocant)
& postea in alio cōtractu ad tributum pro viginti mille,
similis monetæ, denarijs. Census autem vel tributi pręsta
tio denotat directum dominium super huiusmodi re pro
qua datur aut præstatur dictū tributum aut census. vt per
Bal. in c. 1. tit. de feudi cogni. in v lib. feud. post Ioan. And.
in cap. peruenit. extrà, de post. prælatorum. & probare vi-
detur text. in cap. fi. & ibi dominus Anto. & Abb. & mo-
der. extrà, de caus. possess. & proprie. vbi dicunt, quod ille
qui soluit tributū alteri, est in quasi possessione subiectio
nis. quod etiam videtur decidere Bal. in l. solent. ff. de offi.
procon. & lega. & expressius Abb. præallegatus consi. 36.
per totum. vol. 1. Inferendum est contractum hunc em-
phyteuticum esse, & quòd ita debet iudicari de illo, sicut
de contractu emphyteutico, vt præfatur abundè dominus
meus Iason post alios in l. 2. colum. mihi. 23. versicu. quid
in censuali. C. de iure emphyt. & no. doct. in l. prima. ff. de
public. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe-
cto. & ita concludit in terminis fortioribus & casu Fran,
de Aretio consil. 10. incip. casus talis est. versic. his tamen
non obstantibus. colum. 2. vbi dicit, q si aliquis det rem
aliquam ad præstationē annui census aut tributi (alio non
apparente) iudicabitur huiusmodi contractus emphyteu
ticus. Quod etiam voluit Ioan. And. in ca. ad audientiam.
extrà, de rebus eccles. nō alie. ex quo præsertim dicti De-
canus & capitulum quorū nomine facta dicitur emphy-
teusis aut concessio prædicta, erant domini directi. vt cui
temus limitationem per quam Bart. Bal. Saly. & dominus
meus Iason in l. 1. C. de iure emph. & And. de Izer. & idē
Bal. in c. 1. de cognit. feud. in vsibus feud. limitāt & restrin
gunt conclusionem prædictā, dicentes illam tūc demum
procedere quando concedens habet in re quam conce-
dit dominium directum.

Probauit autem dictum capitulum dominiū directum
sæpedicti termini de Massarazin dicto tempore, & in an-
tea, per testes, & per reiteratas & repetitas in diuersis sche
dulis partis aduersæ confessiones, & per verba narratiua
quæ sunt in cōtractu sup quo innititur aduersa pars. Quæ
quidem verba licet narratiua sint, aut enūtiatiua (vt suprà
dicebatur) attamē ex quo prolata sunt per partes quæ si-
bi potuerunt præiudicare in dicto actu, nedum probant,
verumetiam probationem in contrarium non admittūt.
vt notat Cinus in l. non nudis. in quæst. fina. C. de proba.
per l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. quem refert & sequi
tur Soci. in literis. de proba. de quo etiam per dn̄m meum
Iasonem in l. ex his. versic. 77. C. de testa. per Andr. Sicu-
lum consil. 38. versi. 3. volu. 4. & consi. 57. versi. 3. eo. vol.
4. & per do. meum Phil. Decium consi. 307. versi. 12.

Nec obstat quòd suprà consi. 60. nu. 33. concludere vi-
sus sum, cōtractum de quo ibi, censualem esse & non em
phyteuticum, quòd ibi facta fuisset concessio ad censum.
Dico enim ibi multa interuenire quæ cessant in casu no-
stro: vt patet ex deductis in vtroque consilio. & maximè
quia ibi facta fuerat per concedentem vtilium & directa-
rum actionum cessio & translatio: & ibi etiam facta fuit
concessio ad censum, hic autem ad tributum & maximè
ciuitatis huius Toletanēsis, & ecclesiæ, præsertim quæ fe
cit concessionem, dicitur esse consuetudo, quòd quando
fit aliqua concessio simpliciter ad tributum, fit huiusmo-
3 di cōtractus emphyteuticarius.† Ex quo resoluitur quòd
iste contractus cùm fuerit emphyteuticus, posito pro fi-
cto quòd validus esset, dominium directum dicti termi-
ni de Massarazin penes dictum cap. de natura ipsius con-
tractus remansit. l. 1. & 2. ff. si ager vectigal. vel emphyt.
pet. cum similibus, quæ do. meus Philip. Dec. in præalle-
gato. consil. 307. adducit. Nec transiuit in d. Petrum Al-
uarez per huiusmodi cōtractum dominium etiam vtile,
sed nec possessio: quia fuit ad id necessaria traditio (quæ
non interuenit) vt not. Bald. in l. 1. C. si quis alteri vel sibi.
& est speciale quòd in ecclesiam trāseat dominium abs-
que traditione. l. fin. cum ibi not. C. de sacrosan. eccle. au-
then. ingressi. eod. tit. & l. 1. vbi Bart. Bal. & alij. ff. de ac-
quir. rerum domi. & ca. cùm ad monasterium. & vtrobi-
que doct. extrà, de statu regularium. Quanto ergo magis
in casu nostro, cùm sit cōtractus de quo agitur nullus, (vt
infrà docebimus) & ex contractu nullo non transit in
aliquem dominium, etiam si traditio quæ hic non adfuit,
interuenisset. text. est rotundus in l. nunquam nuda. ff. de
acquir. rerum do. & declarat Bar. in l. 1. C. plus valere q
agitur. Quando enim contractus aliquis est nullus, quòd
sit contra legis prohibitionem factus, per contractum hu
iusmodi nunquam transfertur dominium. l. quemadmo-
dum. C. de agri. & censit. lib. 11. & l. 1. C. de habita. metro-
pol. eo. lib. & ita distinguēdo notabiliter posuit practicus
Papien. in forma libelli in actione reali. in glo. in ver. veris
ac legitimis, &c. colum. 5. versi. sed an transferatur domi-
nium, &c. Possessionem autem in dictum Petrum Alua-
rez non transijsse etiam si diceremus cōtractum de quo
agitur esse validum, suprà dictum est. & probatur in l. si
ex stipulatione. & ibi doct. ff. de acquiren. possess. & in l. 2.
cum glo. & in l. nec ex vera. C. eod. ti. & probatur in l. 1. §.
si vir. ff. de acquir. poss. & ibi late prosequitur Didacus de
4 Segura in repet. d. l. in principio.† Omitto quòd emphy-
teusis ecclesiasticæ natura est quòd non transeat ad hære-
des extraneos. sed ad descendētes duntaxat legittimos. vt
not. Bar. Bald. Ang. & Ioan. de Imol. post glo. & doct. in l.
etiam. ff. solu. matrimo. Franc. de Aretio in l. si filius qui pa
tri, colum. mihi 7. versic. tu aduerte, &c. ff. de vulga. & pu-
pil. & in l. quòd dicitur. ff. de verborum obliga. & omnino
dominus

dominus meus Iacobinus de sancto Georgio in l. quædam.§.nihil interest.colum.2. vers.fallit tamē.ff.de edendo.& egregius dominus Didacus de Segura in repe.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil.fol.35.col.2.vers. tertio facit.dicens hanc esse communē opinionem.& ibi allegat doctores qui ita tenent . Et omisso ad pariē, quòd filij illegitimi etiam legitimati capaces non sunt emphyteusis huiusmodi, vt no.do.meus Iason in l.generaliter.§. cùm autem.post alios doct.col. mihi.pe.versi.vltimò diligenter signa, quia quotidianū.C.de instit.& substit.&c. & Bal.in add.ad Specu.tit.de locato.in vers. emphyteusis ecclesię.Nec dicatur esse vera præmissa,quādo facta fuisset emphyteusis pro dicto Petro Aluarez ad emphyteusim ecclesiasticam,aut saltem pro filijs & descendentibus dicti Petri, quorum neutrum in dicta concessione interuenit . Respondeo etenim quòd vbi ecclesia dat rem aliquam simpliciter ad censum aut tributum,vel in emphyteusim,videtur esse facta concessio prædicta secundū naturam emphyteusis ecclesiasticæ (etiam si nihil dicatur) vt not. Bal.in authen. si quas ruinas.colum.1.C.de sacrosanct.eccle.& in l.qui luminibus.ff.de seruit.vrba.prædiorum.& not. Alex.in l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius voc. Idem Bal.in c.1.in titu.quibus modis feud. consti.potest. in vsibus feu.& in add.ad Specu. vbi suprà. quem ad hoc refert , & sequitur do. Didacus de Segura in repeti.l.3.§. fi.ff.de libe.& posthu.fol.3. colum.1.versi. facit etiā ad su-
5 prà dicta,&c.† Sed veniamus ad vitia cōtractus, cui pars aduersa innititur , contra quem opponitur nullitas , & illa multiplex:& si consideramus primū contractum factum (vt dicitur) inter d.Petrum Aluarez & Franciscum Aluarez de Toledo scholasticū & Guterrium diaz canonicos dictæ ecclesiæ pro pretio decem & octo mille denariorū morabetinorum ad tributum,& triginta millia morabetinos pro vna vice, constat istum contractum (qui magis apparet coloratus quàm alius,vt infrà subdemus)esse nullum:quod non constet dictos scholasticum & Guterrium potestatem habuisse à capitul.dictū contractum faciendi. de quo tamen debuit ante omnia constare.vt per Feli.plenissime in capitul.cùm omnes. colum.mihi.22.25.& 27. vbi etiam docet qualiter debeat ista commissio fieri: ext. de consti.idem in capitulo cùm accessissent.eo.titu.Aliorum autem duorum contractuum nō est habenda ratio: quoniam nullus illos acceptasse monstratur nomine dicti capituli.& contractus non dicitur qui vltro citroque non sit obligatorius.vt not. Bar.in l. Labeo.§. contractum. & ibi moder.ff.de verbor. signific.& ita not. Bolog.consi.2. per totum. quem referens secutus sum consil. 118. nu.3.
6 † Contra præfatum etiam contractum opponitur , quòd fuerit cōditionalis: vt patet ex tenore illius:& ibi, *contanto quelos dichos señores* , &c. & sequitur, *y condicion que en caso*, &c. q̄ d.capitulum teneretur infra annum bullas Apostolicas super validitate dictæ concessionis obtinere, aliàs quòd esset nullus dictus contractus.quas etiam conditiones in alijs duobus (quos vocant contractus) repetiuit d. Petrus Aluarez . & maximè quia ipse Petrus Aluarez faciebat dictas obligationes,si ecclesia acceptaret illas:per illa verba, *Acettādo la iglesia la dicha obligacion* infra certum terminū. de qua tamen acceptatione non apparet ex processu. Natura autem gerundij in ablatiuo casu est, determinare & qualificare verba quibus adijcitur,significādo modum & formam rei,aut declarando actum verbi,seu illum informando.l. vim facit.ff.quod vi aut clam.& l.1.§.si argentū.ff.de pos.& l.1.ff.de his quæ in Franc.credi. & vtrobique Doct.& ita per dicta iura concludit Phil. Cor.cōs. 224.in litera l.vol.4.& vbi materia patitur, facit gerundiū huiusmodi conditionem,secundum Bart.in l.si tu ex parte.ff.de acquiren.hære.& in l.1.ff de cond.& demon.cum similibus.Et præter id quòd cōditio debet in forma specifica & in specie impleri.vt not.Ioan.Fabri.Insti.de interdict.§.retinendæ.colum.2.versic.sed quid ad secūdum.& Francis.de Aretio in l.3.C.de insti.& substi.sub condit.factis.non potuit condisio quæ per vtranque partem est apposita post tempus infra quod erat apposita compleri . vt not. Bar.in l.hæc conditio.la 2.ff. de cond.& demon.Bal. in l.si plures.ad fi.vers. quæritur vlterius vtrum condisio. C.de condit.insertis.Et similiter postquā Decanus & Capitulū noluerunt cōplere conditiones quas apposuerant, videlicet q̄ facerēt venire dictas Apostolicas bullas, fortè quia cognouerunt dictum contractū damnosum esse ecclesiæ,nō potuit dictus Petrus Aluarez illam cōditionem complere contra d.capituli voluntatem.vt not. Bal.in d.l. si plures.col.fi.vers.deinde quæritur,& c.in consequentiā. quorum sequitur q̄ ex quo non fuerunt completæ conditiones sub quibus fuit huiusmodi cōtractus celebratus,ipse fuit nullus.cùm de iure si non euenit conditio, perinde est ac si non fuisset celebratus contractus.vt per Alex.ple-
7 nè in l.si pecuniam. ff.si cer.pet. † Et si dicatur ex aduerso capitulum confirmasse dictum contractum & concessionem in emphyteusim, respondetur q̄ dictus Petrus Aluarez tres contractus celebrauerat . Primus erat cum dicto scholastico de quo suprà proximè meminimus nu.5. qui fuit celebratus die vltima Februarij,secundus die.6. Martij tunc sequentis, in quo apposuit viginti mille morabetinos de tributo siue censu, & de pretio sexcentū mille morabetinorum . & tertius (in quos certas res in sui fauorem addidit) celebratus est octaua die Martij prędicti, primus & secundus contractus non fuerunt acceptati per capitulum,quādo celebrati fuerunt , nec etiam per aliquem nomine capituli.Acceptationis actus quem produxit aduersarius est de data dictæ diei octauæ Martij,in quo dicitur q̄ certi domini in dicto actu nominati vsque ad numerū decem, dixerunt, quòd ipsi nomine dictorum Decani & Capituli acceptabant obligationem quam d.Petrus Aluarez fecerat. Vnde subtilius dictum acceptationis actū considerantes, in quo totum robur fundamenti consistit aduersariorum, dico quòd est clarum quòd secunda obligatio quæ,vt dicebamus,facta est 6.Martij,fuit alia & longè diuersa à prima,quia in illa fuit mutata pensio,& pretium Ita not.Bar.in l.fi.C.de proxi.sacrorū scriniorum. & not. in c.1.ex.de precar.& cap.extrà,de feudis.Nec dicendum est quòd acceptassent primam quam fecerant (vt prætenditur) prænominati scholasticus & Guterrius Diaz,canonici,nomine capituli:cùm illa magis esset damnosa ecclesiæ quàm secunda.Nec secundam,quæ non fuerat per aliquem celebrata nomine dicti cap. cum dicto Petro Aluarez. & minus tertiam per dictam rationem.& quòd esset damnosior dicto cap.& ecclesiæ plus cæteris,& quòd non posset acceptare capitulum nec approbare quod suo nomine gestū non fuerat,vt sunt iura vulg. Ideo videtur posse liberè concludi , nullā esse huiusmodi acceptationē, etiam si per totum corpus capituli facta fuisset,ratione incertitudinis:vt not.Spec.tit.de locato.§.6.ver.59.& 62.& not.Bar.& doc.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle.Incertitudo autem acceptationis prędictæ mōstratur per ea quæ dicit Bal.in l.liberti.colum.5. C.de ope.liber.& in l.edita. colum.30.C.de edendo.vbi ait illud incertum dici, quod multipliciter intelligi posset,vel ex alio certificari. Ita etiā Bart.in l.nec venditio.§.huiusmodi.per illū tex.ff.de contrahen.empt.Et procedūt prædicta in casu nostro absque scrupulo : cùm facta fuisse dicatur huiusmodi acceptatio per octo vel decem canonicos , non quidem in capitulo, sed in vna capella dictę ecclesiæ,& non vocatis canonicis cum schedula ante diem,vt probatum est in dicta ecclesia se habere consuetudinem , quòdque in dicta ecclesia sunt 40. canonici, & 12. dignitates, qui fermè omnes paucis admodū demptis residere solent.in consequentiam cuius illos qui acceptationem illam fecisse dicuntur , cōstituere
8 non posse cap. aut illius partē maiorem.† Præterea in huiusmodi contractu , non probantur interuenisse causæ & solennitates quæ tum de iure cōmuni , cùm per leges regni debent in alienationibus immobilium bonorum ecclesię obseruari, cuiusmodi sunt, q̄ alienatio fiat ex causa

necessaria

necessaria vel vtili, & cum solennitatibus de quibus infrà.
Necessaria causa per aduersarios non fuit allegata, cùm sit
notoria opulentia dictę ecclesiæ, quæ plures redditus ha-
bet annuos quàm regnum aliquod magnum. Vtilis autem
fuit allegata ex aduerso: cuius cõtraria, scilicet quòd dam-
nosa esset, fuit per dictam ecclesiam allegata. cùm termi-
nus ille ipse dictę concessionis bene valeret octo mille du
catos, & septuaginta millia morabetinorũ de cẽsu vel tri-
buto, vt tres inter cæteros deponunt. Vnde monstratur &
necessitatis & vtilitatis in casu nostro causam cessare, sine
quarum altera nulla est alienatio immobilium bonorum
ecclesiæ, quantuncunque in ea solennitates interuenerint.
15.q.2.c.liberti.§.pro renũtiatione. & ca.quæcunque suf-
fragio. quod prosequûtur do. in c.nulli, extrà, de rebus ec-
cle.non alie.& in c. cùm apostolica. vbi Io.de Imo.extrà,
de his quæ fiunt à prælato sine consen.ca.& est gl.not.c.1.
vbi Abb.post eundem Imo.extrà, de resti.in integrum.&
gl.in c.2. in gl.2.de rebus eccle. non alie.& bonus text. &
vtrobique doc.in c.2.e.tit.li.6. vbi Io. And.in sua nouella
dicit quòd ad hoc ꝙ valeat rei immobilis pretiosæ eccle
siæ alienatio, duo copulatiuè requiruntur, videlicet ꝙ fiat
in casu de iure permisso, & seruatis iuris solennitatibus, vt
est gl.in c.quę in ecclesiarũ. vbi mod.ext. de const.& c.1.
ext.ne sede vacante.& no. Host.in c.ad nostrã. ext.de re.
eccl.nõ alie.& in summa, e.tit. vbi dicit, ꝙ si ecclesia alie-
net in casu permisso, & cum solẽnitatibus iuris, si ex hu-
iusmodi contractu læditur ecclesia, competit sibi aduer-
sus huiusmodi contractum restitutionis in integrum re-
medium. Si autẽ facta fuerit in casu non permisso, aut non
seruatis solennitatibus prædictis, contractus est nullus.
Ita no.Io.de Imo.& dominus Anton.in d.c.cùm aposto
lica. qui ita intelligit gl.12.q.2. in summa.& in c. sine ex-
ceptione.& ita disponit lex Regni.tit.14.l.1.& 2.in 1.par
tita. quæ etiã ponit casus in quibus dicatur esse facta alie-
natio ex causa necessaria. Voluitq; ꝙ qñ fit ex dicta cau-
sa, ꝙ prius mobilia quàm immobilia, & immobilia mi-
nus pretiosa antequã pretiosa eoũ immobilia distrahan-
tur.& sic ad hoc ꝙ sit nulla huiusmodi alienatio, satis est
ꝙ fiat in casu nõ permisso de iure, & sic causa necessitatis
aut vtilitatis cessante, etiam si solennitates interuenerint,
vel quod fiat in casu permisso, dictis tamẽ solennitatibus
9 non interuenientibus. † Quòd autem dictæ solennitates
in casu nostro non interuenerint, patet ex processu: cùm
enim inter alias solennitates requiritur quòd diuersi tra-
ctus, & causę cognitio debita per dictum capitulum adhi
beatur. d.c.cùm apostolica.& ca.tua.& c.sine exceptione.
& c.2.de rebus eccle.non alie.li.6. cum alijs præallegatis.
Quinimò etiam requirebatur secũdum Inn.in c.2. extrà,
de no. ope. nuntiat. quòd absentes canonici vocarentur.
aut saltem (quoniã non tenetur passim dictũ Inno. præ-
allegatum) debuerunt canonici præsentes vocari cũ sche
dula ante diem, vt ibi maximè cùm hoc habeat dicta ec-
clesia ex immemoriali consuetudine etiã in valde paruis
negotijs, vt est probatum.& debuit non solùm canonico-
rum dictę ecclesię consensus interuenire, verumetiam ꝙ
ille consensus capitulariter, vt voluit glossa, in nõto textu.
26.dist.§.inter alia.& in d.c. sine exceptione.& in c.1.ex-
trà, de his quæ fiunt à prælat.&c. vbi dicit, ꝙ hmõi cano-
nici debent se dictæ alienationi subscribere. præter quæ
requiritur decretum vel authoritas apostolica.12. quæst.
2.cap.alienationis. & expressius in extrauag. Paull.in qua
cùm sit clausula decreti irritantis, non potuit quouis mo-
do validè alienari sine dictis licentia & decreto. vt notat
Card.in clementina prima.§.primo.per illum textum, de
concess.præb.& ita in facti cõtingentia resolui suprà cons.
quadragesimosexto numero 13.& alibi sæpe. & videtur
dicta Paulina requirere quòd dicta licentia vel authoritas
Papę ipsum actũ debeat præcedere, prout aliàs est de iu-
re communi expeditum, iuxta theoricam Inno.in capit.
cum consuetudinis. extrà, de consue.& in capitu. dudum.
de rebus eccle.non alie.li.6.& do. Anto.& Ioan.de Imol.
in cap.3.extrà, de his quæ fiunt à prelat. vbi dicunt con-
sensum alicuius (qui ex iuris communis dispositione vel
aliàs requiritur) debere in ipso actu tempore quo celebra
tur actus interuenire, ad hoc quòd geratur actus validus.
& ita notat Bald.in ca.1.§.si quis miles. titu. de feudo sine
culpa non amitt. in vsibus feud.& in l.prima.C.qui admit
10 ti ad bo.possess.possunt. † Nec facit si dicatur cõtractum
hunc esse emphyteuticum, (vt suprà resoluimus) & ideò
non esse necessariam interuentionem solennitatum iuris
prædictarum. Respondeo etenim, quòd licet ita fuerit al-
legatum ex aduerso, quòd lex regni pręter dispositionem
iuris communis huiusmodi allegationi cõtradicit expres-
sè, vt patet in præall.l.1.tit.14.prima.partita. Cùm enim
ex huiusmodi contractu emphyteutico dominium vtile
transferatur in emphyteutam, l.1.in fi.& seq.ff.si ager ve-
ctig.&c.& not.Card.& doct.in cap.nulli.& in capitul.ad
audientiam. extrà, de rebus eccles.non alie.& in dicto cap.
tua.& in cle.1.eo.tit.& Ioan.de Imol.in l.filio.§.fi.ff.solu.
matr. vbi etiam Angel. idem tenet & expressissimè.not.
Spec.in rubr.de rebus.eccle.nõ alie. vbi etiam Io.And. vbi
dicunt solennitates prædictas requiri, nedũ in alienatione
perpetua. verumetiam in ea quę fit ad longum tempus. ꝙ
etiam voluerunt doct.in dicto capit.1.extrà, de rebus ec-
cles.non alie.& Fede.de Senis cons.52.incip.quidam prę-
latus. & multò magis in casu nostro, in quo d. Petrus in
vim dictorum contractuum saltem vltimi redimere po-
terat dictum tributum seu verius canonẽ, & sic erat vera
& perpetua alienatio, fateor aliquos doct. quos referens
secutus est dominus meus Iason in l.2.C.de iure emphy.
voluisse, quòd in concessione rei ecclesiasticæ in emphy-
teusim, quę consueta fuisset aliàs in emphyteusim conce
di, nõ requirebãtur de necessitate dictæ solennitates. cuius
dicti veritatem pro nunc (cum sit extra casum nostrum)
non examino: sed nec etiam loquor: & in Castella credo
non procederet dicta restrictio, quoniam lex regni præ-
allegata quæ in concessione in emphyteusim iubet solen
nitates à iure statutas interuenire debere, loquitur indistin
11 ctè. † Nec etiam facit consuetudo huius nobilissimę ciui-
tatis Toletanensis ex aduerso allegata: quòd scilicet in si-
milibus alienationibus non requiratur de necessitate so-
lennitatum prędictarum interuentio. Respondeo etenim
(pręter id quòd huiusmodi consuetudo nõ fuit probata)
quòd etiam si probata esset, non valeret, aut esset seruan-
da. vt in dicto cap.nulli.& ibi doct.extrà, de rebus eccle.
non alia.& in cap.pastoralis. extrà, de donat. text.cum gl.
in ca.cum causa.& ibi etiã doct.ext. de re iudi.& in cle.2.
de rebus eccle.nõ alie. Paul.de Leaza.in cle.1.eo.tit.& Io.
And.in c. Romana. super verbo, pręscripta. de appel.lib.
6.in nouella.& communiter doct.in c.ea noscitur. ext.de
his quæ fiunt à præla.sine consen.cap. Vnde resoluitur di-
ctum contractum, etiam si in vtilitatem aut necessitatem
euidentem ecclesiæ factus esset, nullum esse, quòd in eo
solennitates iuris non fuerint seruatæ. inter quas Spec.tit.
de empt.& vendi.§.nunc dicendũ. vers.hic quæro. voluit
in huiusmodi concessionibus esse necessariam subhasta-
tionem, quem sequuntur Abb.Siculus, & Soci.cap.pen.
ext.de iudi. & hoc multò magis cum ita sit consuetũ fieri
in dicta ecclesia, (vt est probatum) quam tamen non con
12 stat in casu isto interuenisse. † Scio quòd ad euitandũ nul-
litates & alia vitia præmentionata quæ in dicta concessio
ne interuenerũt, & obijcietur ex aduerso legati cardinalis
de Saluiatis confirmatio, in qua clausula de certa scientia,
& supplentes, &c.& aliæ id genus interuenerunt. Nec vi-
detur in dubium posse refricari de dicti domini legati po-
testate, cum in dicta confirmatione asserat se ad id pote-
statem habere sufficientem. Cui contrario satisfaciendo.
& secundum aggrediendo quæsitum, respõdeo, quòd li-
cet Bald. teneat in cap.ex literis. extrà, de restitu.spol.& in
l.exemplo.C.de proba. vbi etiam sum secutus eum in apo
stillis, in vers.publicè.& suprà consilio primo. numero 7.
quòd credatur cardinali vel legato, aut apostolico nuntio,
quòd

quòd habeat facultatem ab apostolica sede faciendi ali-
quem actum, quem publicè facit: quanuis suæ potestatis
literas non ostendat, hoc tamen esset verum (vt resoluo
vtrobique) quãdo tales actus leues essent, & consueti dari
simili dignitate fulgentibus, & etiam inferioribus, qualia
sunt legitimare bastardos, creare notarios, & restituere in-
fames, in quibus casibus est præsumptio quòd habeat fa-
cultatem & potestatẽ, prout dicit Bald. vbi suprà & alibi,
ac etiam alij quos retuli in dicto consi. 1. Et vt dicit essent
validi actus huiusmodi (etiam si facti essent à non haben-
te potestatem) ratione communis erroris, & præsumptæ
voluntatis superioris, secundum quod not. idem Bal. in l.
si qua per calumniam. col. mihi 3. versi. deinde quæro, &c.
C. de epi. & cle. no. Bar. in l. vnica. C. de superindicto. li. 10.
Attamen communis opin. doctorum & sententia est quòd
illis non credatur de similibus commissionibus, quando
sunt de re graui, præsertim in alterius præiudiciũ. per glo.
singularem in cap. sicut. extrà, de sententia excom. ita not.
Abb. in cap. quod super. colum. 2. versi. sed nunc attingen-
do. vbi etiam dixi in apostill. ad eundem. extrà, de fide in-
stru. & in dicto cap. sicut. Idem not. Io. Andr. in ca. consti-
tutus. extrà, de appel. dicens ita fuisse pronuntiatũ per pa-
pam Clementem, signanter quãdo de graui alicuius præ-
iudicio agatur: Ita etiam voluit idem Io. And. in add. ad
Spec. tit. de legato. §. superest. vers. quid si delegati iurisdi-
ctione, &c. & post eum Bal. ibi, qui ita sua dicta declarat.
& dant pro consi. & cautela, quòd ille qui à legato dispen-
sationem aut aliam concessionem accepit in casu graui, q
procuret habere transsumptum authenticum suæ potestatis,
ex cuius tenore constare possit dictum legatum potesta-
tem habuisse concedendi dispensationẽ aut cõcessionem
huiusmodi. & ita tenere videntur Abb. & Io. de Imol. in
præall. c. constitutus. prout referunt & sequuntur domini
Tolosani in suis decisio. quæst. 463. incip. an sit fides adhi
benda, &c. Ita etiam Alex. cons. 106. colum. mihi. 7. versi.
& de commissione, &c. volum. 2. Abb. consil. 18. volu. 2.
& consi. 49. 3. dub. eo. volu. 2. & Phil. Cor. consi. 146. in li-
tera b, & h. volum. 3. & per consequens cùm res de qua
contenditur sit maxima & magni præiudicij, cùm exce-
dat valorem octo mille ducatorum (vt suprà dicebamus
& de dicti legati non appareat potestate ad concessionem
tam grauem faciendam, non videtur esse illius assertioni
credendum, dicentis se facultatem habere dictam confir-
13 mationẽ faciendi, per præmissa, & ea quæ subdentur. † Et
si fingamus legatum prædictum sufficienti suffultum po-
testate ad confirmationem prædictam concedendam, at-
tamen illa non præiudicauit ecclesiæ prædictæ, ad cuius
petitionem concessa non fuit (vt debuit) sed ad præfati
Aluarez supplicationem. nec etiam dicta confirmatio
concessa fuit secundum stylum quem apostolica Cancel-
laria solet in huiusmodi confirmationibus obseruare, com
mittendo aliquibus probis viris in ecclesiastica dignitate
constitutis, quòd se informent, si contractus ille, cuius con
firmatio petitur, sit vtilis aut necessarius dictæ ecclesiæ. de
quo si appareat, dicti delegati auctoritate apostolica pos-
sunt dictæ ecclesiæ dare licentiã & potestatẽ huiusmodi
contractũ faciendi, aliàs non. super quo districtè solet pa-
pa dictorũ delegatorum conscientias onerare in serta bul-
la suarum commissionum extrauaganti Pauli suprà men-
tionata: & huiusmodi commissiones solẽt vulgariter ap-
pellari. Si in euidentẽ, ratione clausulæ principaliter in ea-
dem appositæ, quòd se informent delegati si dictus con-
tractus sit in euidentem vtilitatem ecclesiæ (vt suprà dice
batur) factus: & in alia forma cõcessa confirmatio non es-
set valida. Legatus etenim (etiam de latere) nullam habet
potestatem circa ea quę sedes apostolica sibi reseruauit. vt
not. Card. in cle. quia contingit. de relig. dom. & per con-
sequens non potest circa istum contractum dispensare, ex
quo papa reseruauit expressè per dictam extrauagantem
quòd absque sua licentia & auctoritate non fierent huius-
modi alienatio & concessiones, cõtra quod ius, aut dispē-
sationem illius, Legatus etiam de latere, qualis erat dictus
Cardinalis de Saluiatis, dispensare non potuit: cùm regula
riter prohibeatur dispensare cõtra legem illius à quo po-
testatem habet. l. formã. C. de offi. præfecti Illirici. iuncto
c. 2. de offi. lega. li. 6. & hoc per rationẽ c. cũ inferior. extrà,
de maio. & obed. & ita firmat gl. quæ solet cõmuniter re-
putari singularis in c. fi. de hęret. lib. 6. cui addo sociã in cle.
sępe. in princip. de verb. signifi.

Contra quam etiam cõfirmationem opponitur, quòd
nõ sit valida cõfirmatio, in qua nõ fuerint expressi omnes
& singuli defectus, qui in re confirmari petita interuene-
runt. vt not. Bal. post Iaco. Butr. & ibi etiam moder. in l. 1.
C. de bo. poss. secundum tab. & in c. cùm Ioãnes & ibi Io.
And. extrà. de fide instru. & non excedit ista confirmatio
metas simplicis confirmationis, cùm dicto Legato non
fuerint exhibiti cõtractus, & actus qui cõfirmari peteban
tur. vt docet abundè Soci. consi. mihi 258. inci. in causa vi-
cariæ. &c. ad fin. versi. quarto & vltimo, &c. volu. 2. Et sic
ex quo dictus Legatus non vidit actus & contractus quos
confirmauit, non fuit visus confirmasse illud q de se nul-
lum erat: vt per Socin. vbi supra. & not. And. Siculus cons.
8. volu. 4. per l. 3. & ibi not. C. plus valere q agitur. & not.
Bal. & moder. in l. 1. C. qui admitt. ad quod est regula in l.
si per errorem. ff. de iurisd. omniũ iudi. & quod habetur in
l. cum verò: §. subueniunt. ff. de fideicom. lib. per quas ra-
tiones, & alias multas, & iura quę allegat Barba. consil. 77.
num. 15. & sequen. volumine primo. concludit, quòd non
valet confirmatio in qua non fuerint expressi omnes &
singuli defectus, qui in re quam confirmat interuenerunt,
vt suprà dicebamus: cùm errans aut ignorans non videa-
15 tur confirmare. † Et ex pręmissis apparet dictam confir-
mationem factam nõ fuisse ex certa scientia, prout etiam
ostendit Inn. in c. cum de confirmationibus. ad medium.
extrà, de confir. vtili vel inutili. & doct. in c. si. de elect. lib.
6. vbi dicunt, quod cum dicatur esse facta confirmatio de
certa scientia, quando partes vocatæ fuerunt & auditæ, si
fiat aliter, aut alio modo, non præiudicabit. idẽ etiam not.
Paul. de Cast. cõsi. 51. & Oldr. cõs. 124. quod est verũ, nisi
in huiusmodi cõfirmatione insereretur tenor integræ rei
quæ confirmatur. Ita not. Abb. Siculus consil. mihi 102.
inci. in causa quæ vertitur, &c. vers. nec obstat approbatio
illa erit simplex. allegat notata in c. 2. & cap. antepe. ext. de
confir. vtili. vel inutili.

Plus dicit Fel. in ca. inter dilectos. colum. mihi 5. versic.
in tex. ibi, cum igitur, &c. post Abb. ibi colum. 6. versic. &
hæc verba, &c. extrà. de fide instru. quòd confirmatio sup
plet solùm defectus solẽnitatis & formæ omissos, & non
defectus facti, vel substãtiales. & ita etiam resoluebam su-
prà consil. 106. numer. 15. Vnde potest etiam dici, quod
postquam dictus Petrus Aluarez virtute dicti contractus
(quem ex supradictis constat esse nullũ) intrauit, seu ve-
rius occupauit, & inuasit possessionem dicti termini de
Massarazio, nulla facta mentione præfato Legato de occu
patione & inuasione prædictis, quòd confirmatio huius-
modi (etiam si per apostolicam sedẽ facta fuisset) est nul-
la. prout not. Fel. in terminis in capitulo postulasti. ad fin.
extrà, de rescri. & ita consulendo resoluit Barba. consi. 13.
vol. 3. lo. 28. colum. 3.

Similiter attendatur quòd qualiscunque Papę vel Prin
cipis confirmatio debet potius intelligi absque pręiudicio
alterius, quàm illius concedatur. vt in c. quanuis. de rescript. li.
6. & not. Spec. tit. de succes. ab intestato. §. sic potest. versi.
ex facto. & Io. And. in regula, sine culpa. in mercurial. lib.
6. & hoc multo magis verum in confirmatione inferioris,
qui (etiam si voluisset, & causa ad hoc interuenisset) non
potuisset tertio præiudicare, vt declarat Bald. in l. 2. versic.
nota, quod plenitudo. C. de ser. & aqua. & dominos meus
Iason in l. rescripta. post eundem Bal. ibi ad fi. C. de preci.
impe. offer. vbi etiam dicit q licet princeps ex iusta causa
præsumatur esse motus ad rescribendum, aut aliquid con
cedendum, attamen in inferiore nõ præsumitur illa causa,
iusta

iusta, nisi probetur, vt per Bartolum in l. toties. ff. de polli cita. columna mihi septima. versicul. sed ad hanc obiectionem, &c. volum. secundo. & ita in facti contingentia & in arduo casu resolui suprà consilio octogesimooctano. numero vigesimosecundo & vigesimotertio. vbi latius
17 prosequor.† Nec facit ad casum quod dictus legatus in confirmatione prædicta vsus fuit clausula, supplentes, quoniam illius effectus secúdum Angel. in l. adoptio. ff. de adopt. supplet duntaxat defectus qui in forma & solennitate interuenerũt, si tamẽ illos interuenisse sciuit cõfirmans. quoniã aliàs huiusmodi (nec etiam alios) defectus nó confirmat ille qui nesciuit aut ignorauit eos interuenisse, vt suprà dicebamus. & notat Specu. de legato. §. nunc ostendendum. versi. 18. Card. in clem. 1. ad fi. de elect. & in cle. pastoralis. §. cæterum. de re iudic. & Io. de Imol. in l. quidam. col. 16. ff. eo. tit. de re iudicata. Nec etiã supplet huiusmodi clausula defectus naturales, vt suprà in d. cõsi. 106. nu. 16. resolue bã. Quinimò dici potest quod legatus vti prohibetur de iure scripto dicta clausula. not. Spec. in d. ver. 18. & facit gl. in c. fi. de hære. li. 6. refert, & sequitur Abb. Siculus c. 1. in vltimo notab. de transac.

Et si præmissa considerantur, dicemus vitium & vitia prædictionata quæ in dicto contractu vel concessione interuenerunt, purgari non potuisse per dictum legatum: ideò confirmationem sæpedictam supplere non potuisse defectus prædictos, prout not. Abb. Pano. in c. ea quæ. pro ut eum refert ibi & sequitur Feli. in fi. extra de re iudi. alleg. Host. in cap. 1. ext. de transact. & dicit esse de hoc tex. in cle. pastoralis. suprà allegata. ad fin. refert & sequitur dominus meus Hippol. de Marsil. singulari suo 79. inci. confirmatio. & ita etiam resolui suprà consil. 108. ad fi.

Potest etiam dici quòd nec dictus Legatus, sed nec Papa supplere potuit defectum cõsensus dicti capituli quem suprà docuimus non interuenisse. Ita not. domi. Anto. in c. 1. extrà, de transact. per text. meliorem de iure in sæpeal le. cle. pastoralis. §. cæterũ. Nec etiam supplere potuit defectum potestatis, quem præmentionati scholastici & Guterrius Diaz qui primum contractũ (vt suprà dictum est) fecerunt, se dicebant habere à dicto capitul. cuius nomine cum dicto Petro Aluarez contrahebant. vt not. do. Ant. vbi suprà, & Specu. d. vers. 18. refert & sequitur Fran. de Aretio consil. 8. incip. abundè satis. colum. mihi 2. vers.
18 tertiò confirmatur. &c.† Sed nec facit ad casum, si dicatur quod ex quo dicti domini de capitulo obligati sunt trahere suis sumptibus huiusmodi confirmationẽ infra quatuor menses, quòd dictus Petrus Aluarez potuerit illam obtinere. cuius contrarium suprà monstrauimus. & impossibilitas excusauit ab obligatione, ac etiam à pœna dictum capitulum, secundum quod not. Bal. in cap. querelã. extrà, de iureiur. & ca. 1. col. 4. extrà, vt lite non contest. & prosequitur Roma. consi. 410. inci. vt clarior reddatur. ad princi. refert. & sequitur dominus meus Hypp. in l. 1. §. diuus. num. 119. versic. & facit dictum Bald. ff. de quæst. Manifesta est autẽ impossibilitas, cum id quod haberi non potest absque papę vel principis dispensatione, habetur pro impossibili. vt not. Alexan. & moder. in l. impossibilis. ff. de verb. obliga. Franc. de Aretio in l. cõtinuus. §. illud. ad princip. eo. tit. & dominus meus Iason in l. apud Iulianum. §. 1. ff. de lega. 1. post Bal. in ca. ad hæc. in tit. hic finitur lex. &c. in vsibus feud. & post doctor. in cap. quæstionis. extrà, de condi. appo. & ita etiam resolui suprà consil. 54. num. 2. & in consil. 67. nu. 3. Remanet ergo ex præmissis firma conclusio, quòd non obstante contractu & contractibus quibus innititur d. Petrus Aluarez, potuit capitulum intẽtare iudicium præsens, cùm etiam potuerit dictum capitulum contractui prædicto contrauenire, etiam si per totum dicti capituli corpus facti fuissent dicti cõtractus, quoniam ecclesia inter cætera priuilegium habet, quòd contrauenire posit (vt suprà dicebamus) alienationi quam fecit, in qua seruatæ nó fuerunt solennitates iuris. præter id quòd ipsi ecclesiæ referri nó posit quæstio dominij, prout not. Bart. in l. iubemus. §. 1. & ibi Bald. colum. 1. versic. quartò quærit glo. C. de sacrosanct. eccle. idem Bar. in l. si alienam. colum mihi 2. versic. & pro hoc dicebam. ff. solut. matr. &
19 plenissimè Paul. de Cast. consi. 134.† Contra libellũ autẽ (& sic subintro tertium quæsitum) opponitur ineptitudo, quòd alternatiuè cõcludat in petitorio, vel in possessorio. Et cùm Spec. in tit. de obli. & solut. §. pen. versicul. quid si libellus. & do. meus Phil. Decius terminis in l. edita. qui ad hoc allegat multa, nu. 76. C. de edẽdo. formam huiusmodi libelli admittant, fero contentus hac sola remissione.

Similiter contra ipsum libellum opponitur, quòd sit generalis, vnde patet quòd ex illo certa non posit reddi sententia, cuiusmodi incertitudo (aiunt) vitiat libellum. Respondeo quod petitus fuit in libello totus terminus de Massarazin. Vnde cùm ex illa (etiam si generalis esset) demonstratione cõstabat de eo quod petebatur, non erat necesse ponere cõfines alios vel terminos. vt no. Bar. in l. demonstratio. q. 7. ff. de cond. & dem. & Fel. omnino in c. significantibus. col. mihi 5. in 4. conclus. ext. de libelli oblat.

Respondetur & aliter, quòd ex quo fuerat libello protestatum de ponendo limites & confines prædictos, & de declarando illos in causæ prosecutione, quòd huiusmodi protestatio de sui natura effecit quòd limites & confines qui postea fuerunt designati habiti essent pro expressis in dicto libello. secundum quod not. Specul. in titul. de citatio. §. iam de citatione. versicul. literis, &c. & Ioan. Andræas in addit. ad eundem, in titu. de instrumen. edit. §. videndum restat. versic. quid si velis. in addit. quæ incip. ego talis. & not. Moder. in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. no. nuntia. & in ca. cùm M. Ferrariensis. extrà, de constitut.

Præterea dico quòd (etiam si præmissa cessarent) de iure libellus generalis sustẽtari potest, quãdo per acta & probationes constare. potest de eo quod petitur. veluti, si ego rem aliquam mobilem peterem, pro qua actionẽ realem intentarem aut personalem, non specificando rem illam, vel designãdo illam, si esset immobilis, per limites & confines, iuxta theoricam l. 1. §. si res deposita. ff. depo. Attamen esset satisque testes specificarẽt aut designarent huiusmodi rem, ita quòd iudex potest in fauorem actoris sententiam ferre. Quandoquidem est idem quòd res quæ petitur, sit certa, vel quòd certificari posit ex actis & probationibus. vt est gl. notab. in l. hæc sentẽtia. C. de sententijs quæ sine certa quantit. profer. & ibi doct. & not. Panor. in c. significantibus. & ibi Fel. post eũ. extrà, de libelli oblat. & ita decidunt domini Tolosani in suis decisio. quæst. cc. incip. petebam aliquam rem, &c. vbi casum nostrum decidunt in terminis. probatur etiam per gloss. iuncto text. in l. licet. C. de iudic. per quam gloss. Bart. & moder. in l. 1. C. de edendo. dicunt, quòd procedit libellus, per quem generaliter petitur quòd reus conuentus dare computum & reliqua cogeretur, quamuis super huiusmodi libello non posit reddi certa sententia, nisi deducat actor in prosecutione causæ, & probet certas res & quantitates ad specificandum suum libellum. & ita etiam not. doct. in præalleg. l. hæc sententia, per gloss. ibi iuncto textu. Cùm ergo in causæ prosecutione dictum capitulum limites & cõfines probauerit, (quoniam dominium & possessio etiam per instrumentum ex aduerso productũ, & per diuersas ipsius aduersę partis cõfessiones, ac etiam per testes fuerunt probata, vt suprà num. 3. dicebamus) concludendum est quod debet obtinere, dum petit quòd sibi restituatur dictus terminus, prout eum postea confinauerunt, & designauerunt, & probauerunt. probati sunt etenim limites & confines à capitulo designati per septem testes & plures. licet sit communis cõclusio, quod in probatione limitum & confinium sufficiat semiplena probatio, vt per gloss. & doct. in c. cùm eam. extrà, de proba. not. Bald. in authentica, quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Ioan. And. in regula, non licet. in Mercurial. lib. 6.

Ex quibus etiã dici posit, ex quo dictũ capitulum probauit dictos confines, quòd etiam probauerit, aut saltem

arguatur

arguatur esse dictæ ecclesiæ quicquid est intra dictos cō
fines & limites, secundum q Bald. concludit apertè in ru
bri. C. de contrahend. empt. quæst. 22. per l. res sacræ. §. fi.
ff. eod. tit. Ita etiam not. Pau. de Cast. in l. 1. per illum tex.
ff. de acquir. poss. per quos quidem textus, & per text. in
c. si diligenti. extrà, de præscrip. Hosthen. ibi dicit, q com
munitates & domini temporales de iure fundatam habēt
suam intentionem quantum ad res quæ sunt situatæ in-
tra confines & limites suarum terrarum & terminorum.
20 † Dici posset etiam q ex quo capitulum probauit domi
nium directum dicti termini de Massarazin esse suum, q
etiā si nihil probasset, attamen debere obtinere, nisi qua-
tenus aduersarius probasset non esse de dominio directo
dicti capituli, præsertim quia non negatur res quæ peti-
tur esse emphyteuticaria, licet negatur esse tanta quanta
petitur. ita not. Spec. & post eum Io. And. in add. (ex quo
opin. illam non impugnat, vt ipsemet attestatur in proœ.)
in titu. de locato. §. nunc aliqua. versic. 76. & ad hoc ad-
ducit rationes & authoritates plurimas, per quas conclu
dit q ille qui accepit ab ecclesia possessiones aliquas, si
non ostendat quales sunt quas ab ecclesia tenet, præsumi
tur omnes ab ecclesia recepisse. argu. l. fi. quibus ad liber.
procla. non licet. & ita tenet Albert. de Rosate in l. plures
apochi. C. de fide instru. & in l. si certis annis. C. de pact.
& not. dñs meus Iason in l. fi. col. 7a. C. de iure emphyt.

Nec facit ad casum quòd aduersarius certas hæredita
tes & possessiones expressit ac tributa quæ dicit se à ca-
pitulo sæpedicto, & vltra illas nihil habuisse: quandoqui-
dem clarum est, q testes desuper recepti nedum dictum
articulum non probant, quoniam est de facto merè ne-
gatiuo, & non fuit coarctatus re, loco, vel tempore, iuxta
theoricam doct. in c. quoniam contra falsam. in princip.
vbi de probatione negatiuæ. extrà, de probat. verumetiā
contra eos est nō modica falsi præsumptio, vt suprà con
sil. 30. nume. 5. probauimus. & posito pro ficto q huius-
modi negatiua coarctata esset, attamen est clarissimum
q testes qui super huiusmodi negatiua deponunt, debēt
(etiam non interrogati) causam scientiæ reddere: vt not.
Bald. in l. solam. ad fi. C. de testi. & Barto. consi. 83. & mul
to magis cùm fuerint interrogati de causa sciētiæ ex quo
talem reddiderunt, quæ non concludit, dicendo q ita vi
derunt. per quam causam sciētiæ non est coarctata dicta
negatiua. quod requiritur ad hoc, q probet. vt not. Bald.
l. cùm 13. ff. de transact. idem & latius in l. s. ad fin. C. de re
scind. vend. Anto. de But. & docto. in c. bonæ. lo 1. extrà,
de elect. & plenissimè Feli. c. in nostra. colum. mihi 2. ver
21 sicu. fallit tertiò. extrà, de testi. † Posset etiā facillimè de-
monstrari, nisi prolixitatem nimiam & superfluitatem
non necessariam vitaremus. testium partis aduersæ falsi-
tas. q enim partis aduersæ non sit probata possessio, re-
mitto me ad not. per Lanfr. de Oriano, præalle. c. quoniā
contra falsam. in ver. testium depositiones. col. 17. extrà,
de probat. & in repet. rubr. extrà, de causa poss. & propr.
col. 57. & glo. in l. s. titu. de præscrip. in ver. anno. foro le
gum lib. 3. Quantum autem ad dominium quod aduersa
pars prædicta deduxit, q non sit probatum per dictos te
stes docet Lanfran. in d. versic. testium depositiones. col.
22. & domini de Rota decis. 330. incip. si vēdico, &c. vn-
de constat, q per dictos testes qui deponunt de dicto do
minio, assignantes pro causa scientiæ, quia ita viderunt,
non probatur, (in facto loquor quod hominum memo
riam non excedit) etiam si dicti testes dicerent se vidisse
Titium & eius patrem tenere & possidere certas terras,
& q dicti Titius & eius pater fuerunt communiter pu-
blicè & notoriè habiti & reputati pro dominis dictarū
terrarum. de quo etiam per Alexan. consi. 4. col. 2. & con
22 si. 71. col. 2. vol. 1. & consi. 1. ad fin. vol. 4. † Et qui persi-
stendo diceret dictam aduersam partem probasse domi
nium in his quæ petit capitulum (q esse nō potest, prout
suprà monstrauimus) attamen non negabit supradictum
capitulū melius illud probasse per testes videlicet, & in-
strumentum ab aduersante productum, & per eius con-
fessionem, vt suprà dicebamus. Et aliunde testibus dicti
capituli magis est standum, quàm illis quos aduersa pars
produxit, siue quia ipsi deponunt res verisimiliores, se-
cundum quod not. Fel. cap. in nostra. versic. præferuntur
etiam testes dicentes, &c. ad princip. cum concord. quas
ibi allegat, extrà, de testi. siue quia præstant numero &
authoritate aduersariorū testibus, vt notat idem Felin. c.
cùm tu. col. mihi secunda. versiculo, & procedit ista con
clusio. extrà, eod. titu. & in c. auditis. extrà, de præscrip. &
maximè quia dicti testes super affirmatiua deponunt, &
aduersariorum testes super negatiua. Ita cōcludit Innoc.
in c. quid per nouale. & in c. veniens. extrà, de verb. sign.
& per glo. in c. 1. de rescrip. lib. 6. & tex. in l. diem profer-
re. §. si plures. & vtrobiq; doctores. ff. de arbit. præser
tim quia plures sunt testes qui super affirmatiua pro par-
te capituli deponunt, quàm qui pro negatiua pro aduer-
sa parte. Vnde præferri debent indubiè etiam si dicta ne
gatiua coarctata esset, prout suprà dicebamus. Et ita no.
Ioan. And. in c. cùm Ioannes eremita. columna mihi vn-
decima. versiculo, venio ad secundum. & ibi Panorm. &
23 Moder. extrà, de fide instrum. † Postremò cùm probaue
rit dictum capitulum nullitatem cōtractus, sequitur vna
conclusio, q dictum capitulum recuperare debet simul
cū dicto hæreditamento & termino de Massarazin etiā
fructus quos dicti Petrus Aluarez & successores eius ex
illo termino collegerunt. Et omissa discussione quæstio-
nis verum errans in iure faciat fructus suos, de quo per
doct. in l. si fundum. & ibi glo. C. de rei vendi. & per Bal.
in l. pen. ff. ad leg. Falcid. & in l. si eius. ff. de rei vendi. atta-
men ratio ista dubitandi cessat in casu nostro: quoniā vbi
agitur de ecclesiæ fauore, errans nō facit fructus suos. vt
not. in c. non liceat papæ 12. q. 2. & c. si quis presbytero-
rum, vbi Ioan. de Imo. & antiqui. extrà, de rebus ecclesiæ
nō alie. maximè, q est plusquam notorium quod immo
bilia bona ecclesiæ nisi pro causa vtili vel necessaria, &
seruatis iuris solennitatibus copulatiuè, alienari non pos
sunt: vt suprà nu. 8. & sequētibus dicebamus. & huiusmo
di iura ignorare, cùm sint tam vulgaria, nedum non est
permissum, verumetiā non excusaret ignorantem tam
prouidum & cautulosum, præsertim qualis erat d. Petrus
Aluarez. prout etiam de iure regni est statutum. vt patet
in l. 4. titu. 6. lib. 1. fori legum. l. 1. titu. 4. lib. 1. ordinamen-
torum l. 54. titu. 5. in prima partita. & l. 2. lib. 1. & l. 5. tit. 4.
lib. 6. fori iuzgo. & not. Ioan. de Imo. Card. & Ancha. c. ex.
1. de rebus eccle. non alie. & c. cùm dilectus. extrà, de con
suetudinibus. vbi volunt, q error iuris intustus non excu
sat. & ita notat Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. pro quibus
est in terminis l. 3. C. de authoritate præstanda. vbi pro-
batur q rem minoris emens non adhibitis iuris solenni-
tatibus, nō præscribit. Ratio est, quia etiam ex eo solo q
omissæ sunt solēnitates iuris, præsumitur emptor aut cō
trahens alius in mala fide. vt not. Bart. in l. cùm plures. §.
qui bona. ff. de administr. tutor. Abbas Siculus. & Moder.
in c. si diligenti. post alios. extrà, de præscrip. Maximè (vt
omnia contraria eunt) quando solennitates omissæ sunt
graues, iuxta limitationem Bart. in l. 1. §. si verò post quā
C. de iure delib. in cuius quidem malæ fidei consequentiā
sequitur præmissæ conclusionis veritas, quoniam malæ
fidei possessor non facit fructus suos l. si contra. C. si quis
ignorans rem alie. &c. gl. in l. in fundo. & ibi doctores. ff. de rei
vend. not. in l. si. de rerum diuisio. §. si quis à non domino.
de quo per Andræam Siculum consil. 51. per totum. vol.
4. & idem est etiam per leges Castellæ statutum l. 79. titu.
23. tertia partita. & l. 49. titu. 13. in sexta partita. vbi dicit.
q huiusmodi possessor malæ fidei nō solùm tenetur fru
ctus quos percepit restituere, verumetiam illos quos nō
percepit, quos tamen quilibet diligens vir percipere po-
tuisset. & his addantur scripta per egregium dominū D-
dacum de Segura in repe. l. 1. §. si vir. col. 33. versic. [illegible]
nunc videre. ff. de acquir. possess. fol. 81. vbi distinguendo
concordat

24 concordat contrarietates. † Resoluendo autem quæsitũ vltimum, dico allegationem falsitatis quæ post conclusum in causa fuit opposita cõtra testes capituli, calumniosam apparere: & ideò repelli debuisse. quoniam ius prohibet huiusmodi exceptionem post conclusum in causa allegare. cùm operetur conclusio in causa tantũ quantum si iam fuisset sententiatum, vt no. Doc. in c. pastoralis. extrà, de causa possess. & propri. maximè quòd ex aduerso cum dicta falsitatis exceptione non fuit allegata copulatiuè corruptio contra dictos testes, prout de iure requirebatur. eo maximè quòd illa falsitas allegata non venerat de nouo ad partis aduersæ notitiam (licet ita cũ iuramento affirmaret pars aduersa) de cuius contrario constat ex processu. Vnde cùm dicta corruptionis allegatio & alia præmissa cessauerint in casu isto, cõsequens est exceptionem illam non esse admittendam. vt not. Io. de Imo. qui ita distinguendo concludit in cle. testib. de testi. glo. & docto. in c. licet causam. extrà, de proba. Bart. in authent. qui semel. C. eodem Angel. in authen. de testi. §. quia verò & docto. in c. ex tenore. per illum text. eod. Cùm enim ex præmissis appareret calumniosè oppositam exceptionẽ prædictam, repelli debuit etiam si de præiudicio irreparabili ageretur. vt no. Ioan. Andr. in add. ad Specu. titu. de legato. §. restat. super verbo, quid si statuto, &c. ĩ add. quæ incip. Old. in disputa. sua. vbi singulariter ampliat dictam conclusionem, etiam si præsumptio sit, quòd sit calumniosa. Ita not. etiam Felin. c. de cætero. col. 4. extrà, de re iudi. & hoc verũ, etiam si dicta exceptio esset vera, quando illa opponitur ad effectum retardãdi iudicij finem. vt not. Alexand. consil. 65. incip. habita super contentis. circa colum. 4. volum. 1. refert, & sequitur dominus meus Hippolytus in l. patre vel marito. ad fin. versicu. & vltra illa. cum sequen. ff. de quæstio.

Ex quibus consultationi præsenti metam imponens, concluditur præfatos dominos Decanum & capitulũ recuperare debere dictum terminum & hæreditamentum de Mallarazin, prout fuit designatum & cõfinatum per ipsos, vnà cum fructibus. & ita vt præmittitur & concluditur resoluebam & decidebam: saluo, &c. Toleti 1531. ad laudem & gloriam Dei, ego Celsus.

CONSILIVM CX.

REVERENDVS dominus Ioannes de Robles decretorum doctor, Abbas monasterij sanctæ Fidis ordinis Cistercið. & diœcesis Cæsaraugustanæ iudex assertus, siue commissarius Apostolicus, die 20. Iulij 1527. quandam tulisse dicitur sententiam diffinitiuam, instante Reueren. Michaele de Ganre Apostolicæ sedis asserto promotore, contra nobilem dominum Sanchium de la Cauallaria, per dictum fiscalem impetitum de crimine Sodomiæ nefando, in & cum qua sententia dictus dominus delegatus asserens de dicti promotoris intentione constare, cõdemnauit præfatum dominum Sanchium ad perpetuũ carcerem, in quo pœnitentiam agere posit & valeat, reseruauitq; sibi eadem sententia triginta dierum spatium, infra quod posit dicto domino Sanchio carcerem in aliquo monasterio vel alio loco assignare, in quo dictam pœnitentiam adimplare posset & valeret. Et quem etiam nobilem condemnauit in expensis dictæ causæ. postea autem d. dominus Abbas iudex delegatus prædictus die mẽsis Augusti sequentis immediatè 18. in vim reseruationis præfatæ (vt dicitur) nominauit per aliam suam sententiam, siue assignauit pro carcere & loco perpetui carceris beatę Marię de Mõteserrato monasterium, cum suis eremitorijs, vel villam de Blanes in. quorum altero (per dictum dominum Sanchiũ eligendo) præfatus Sanchius se repręsentare deberet per totum mensem Septembris, tenereturque mittere Abbati prædicto testimoniales eorum, quibus ex dicta secunda sententia repræsentare se debeat per nuntium, vel procuratorem, aut coniunctam personam, per totum mensem Octobris, tunc immediatè sequentem, sub pœna ducatorum auri mille, in quibus dictum Sanchium ex nunc prout tunc condemnabat. de quibus quidem mille ducatis Abbas prædictus reseruauit expressè in dicta sua sententia, quòd posset ad suum beneplacitum disponere. Et adiecit dictus Abbas in dicta secunda sententia, quòd præfatus Sanchius à dictis Montisserrati monasterio, vel villa de Blanes nunquam posset exire, sed in altero illorum locorum, quem ipse dominus Sãchius elegisset, perpetuo remanere deberet, quandiu vita sibi comes fuisset, sub fractoris carceris, & alijs à iure pęnis contra impœnitentes, & carceris effractores.

Quæritur ergo (præsupposita dictæ primæ sententiæ validitate) vtrum Abbas prædictus per alterã suam sententiam potuerit prædicto Sanchio assignare pro & loco carceris monasterium de Monteserrato, vel villam de Blanes. Et posito ꝙ poterit, vtrũ pœnam illam mille ducatorum, & fractoris carceris, vel impœnitentis, in dicta

1 secunda sentẽtia potuerit apponere. † Cõdescendens itaque ad primum quæsitum, teneo pro constanti dicti Abbatis delegati iurisdictionem expirasse per dictæ primæ sententiæ diffinitiuæ prolationem, siue ea fuerit valida, siue nulla. Quandoquidem vulgata est regula, ꝙ delegati iudicis (loquor in delegato ad vnam causam tantùm, non autem ad earum vniuersitatem) potestas & iurisdictio per sententiæ diffinitiuæ prolationem, siue bene siue male iudicauerit, expirat. Ita not. Bart. & Docto. in l. Paulus. & in l. iudex. & in l. cùm quærebatur. ff. de re iud. not. Bald. in l. si vt proponis. 1. C. quomodo & quando iudex. vbi etiam Paul. de Cast. & Salicet. not. Iason in l. more. ad princip. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. serui electione. ff. de lega. 1. Innoc. not. in c. in litteris. & ibi Collect. ext. de offic. deleg. Felin. post Abb. in c. qualiter & quando 1. ext. de accusa. not. Rota. decis. 44. quam refert, & sequitur apostillator decisionum Tolo. quęst. 38. quæ incip. item fuit quæsitum, &c.

Nec aliquid operatur dicta reseruatio Abbatis, adhoc ꝙ potuerit postea dicta loca carceris nominare. Quoniã (quicquid sit in ordinario) certum est, quòd dictus delegatus

SVMMARIVM.

1 *Delegati potestas & iurisdictio expirat (quoad processum) per sententiæ diffinitiuæ prolationem, siue illa (quicquid sit in ordinario) valida fuerit, siue non. & quid si delegatus reseruauit sibi potestatem addendi vel detrahendi, vtrum ex illa reseruatione possit huiusmodi diffinitiuam sententiam immutare in aliquo?*

2 *Reseruationis effectus & operatio. Et quid vbi apponitur contra substantiam actus illius super quo facta est?*

3 *Iudex delegatus (imò etiam ordinarius) diffinitiuam suam sententiam reuocare vel corrigere prohibentur. & an illis permittatur declaratio illius? & quando dicuntur declarare?*

4 *Delegatus ad vnam causam tantùm (secundum magis communem sententiam Docto.) prohibetur in sua sententia pœnam pecuniariam (saltem in magna quantitate apponere. Inferioris autem delegatus nullatenus potest illam apponere.*

5 *Dies infra quos debet aliquid fieri quando currere incipiant?*

Dictionis Infrà, natura.

6 *Verbum potest, & verbum valeat, licet præcedente negatiua necessitatem & coactionem importent, si tamen negatiua non præcedat, actum voluntarium denotant.*

7 *Pœna an & quando de iure canonico possit exigi, & an in foro conscientiæ.*

gatus relegando vel condemnando dictum Sāchium ad
perpetuum carcerem, functus eſt ſuo officio l.iudex. & l.
cùm quærebatur. præallegatis. Et ideò non videtur po-
tuiſſe aliquid poſtea immutare l. 1. & 2. C. de ſentent. ex
breui.recit. Et retentio facta in dicta ſentētia refertur ad
id tempus, quo dictus delegatus ſuper dicto negotio nul
lam habebat iuriſdictionem vel poteſtatem l. terminato
C. de fruct. & lit. expenſis. & pro hoc videtur in ſimili l.
Stichus ſeruus meus. ff. de manu. teſt. & l. 1. cū l. ſeq. ff. de
rebus eorum, &c. Iudex enim, qui per diffinitiuam ſen-
tentiam negotium dirimere debet l. 1. & 2. C. de ſent. quę
ſine certa quant. profe. & l. in hoc iudiciū. ff. de cōi diuid.
per hmōi reſeruationes & retētiones poſſet ſic ius publi
cum tollere, ac appellationem: & poſſet fraudes plures
committere, quod eſt inconueniens. propter quod iudex
ordinarius prohibetur arbiter eſſe l. ſed ſi ſeruum. §. ſi iu
dex. ff. de arbi. Et ſic reſeruatio in 1. ſenten. facta, fuit ineſ
ficax. quia nihil inuenit reſeruabile, ſecundum do. Iaſ. in l.
ſi quis legauerit. ff. de leg. 3. Ita etiam reſoluebam in facti
contingentia ſuprà conſil. 67. verſic. 52. & conſil. 91. ver
2 ſic. 6. vbi latius proſequor. † Præterea conſidero ꝙ aut di
cere volumus, ꝙ iſta reſeruatio habeat effectum ſuſpen-
ſiuum primæ ſententiæ: & tunc ex quo contra ſubſtan-
tiam ſententiæ ſiue iudicij delegati (vt eſt præmiſſum) ap
ponitur, irritat actum, & non irritatur. Ita loquitur text.
in c. fi. ext. de cond. appoſi. aut habet iſta reſeruatio virtu-
tē reſolutiuā ex poſt facto actus validi & perfecti, prout
gl. in l. 2. ff. de in diem adic. & tunc irritatur huiuſmodi re
ſeruatio: non autem annullat primum actum, & ſic in ca
ſu noſtro primam ſententiam. Ita notabiliter diſtinguit
Barto. in authent. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. in col.
2. verſicu. quærit vltimò glo. &c. per illam gl. & iura, quę
allegat. Pro qua etiam opinione eſt caſus in l. cùm preca-
rio. ff. de preca. Ita etiam voluit Ruma. in l. 1. §. ſtipulanti
ff. de verbo. oblig. & not. in c. inſinuante. extra, qui cleric.
vel mona. & Bald. & Imo. in l. ſi ita quis. ff. de hære. inſti.
3 † Inſuper cùm ſit regula negatiua ꝙ iudex ſiue delega-
tus ſit ſiue ordinarius non poſsit ſuam diffinitiuam ſen-
tentiam reuocare, vel corrigere, vel declarare, ſed nec illi
addere, propter generalitatem textus in d. l. iudex poſtea
quàm, iuncta l. Paulus 1. vbi Bald. & alij dictam regulam
colligunt. ff. de re iudic. Idem Alexan. conſi. 90. incip. ferè
omnis vis, &c. per totum vol. 1. & Felin. abundè & remiſ
ſiuè in d. c. qualiter & quando. §. 1. col. mihi 12. verſicu.
ſecundus principalis articulus. extrà, de accuſat. in quo lo
co quamuis Felin. ponat ſeptem limitationes ad illam re
gulam: attamen nulla earum in terminis noſtris habet lo
cum. & ſic cùm habeamus pro caſu noſtro regulam iuris,
dicimur noſtram intētionem fundatam habere. vt notat
Barto. in l. 2. col. 1. ff. ſi quis in ius vocan. non ierit. vbi Bar
tol. per illum textum colligit, quòd res dicitur eſſe certa
pro eo qui regulam iuris habet pro ſe, niſi aliud probetur.
& idem Barto. in l. quoties. ff. ſi quis cautio. cum ſimili-
bus alijs, quæ in facti contingētia conſulendo allegaui ſu
prà conſil. 65. verſic. 50. & conſil. 84. verſicu. 4.
Et ſi dicatur ſaltem admittere Docto. præallegatos,
quòd iudex declarare poſsit diffinitiuam ſuam ſententiā,
etiam abſque reſeruatione aliqua, vt not. Card. do. Anto.
Abb. Ioan. de Ana. Ioan. de Imo. Marian. Fel. in d. c. qua-
liter & quando. Pro quibus eſt glo. in c. loci noſtri. §. his
ita 35. quæſt. 9. Et not. Bar. in l. hæredes palam. §. ſi quid.
in fin. ff. de teſtam. vbi ponderans verba dicti text. ibi, ni-
hil enim nunc dat: ſed datum ſignificat, &c. colligit poſſe
iudicem ſuam ſententiam declarare. Reſpondeo etenim
ꝙ declaratio fieri non debet, vt ſuprà conſil. 93. verſic. 2.
dicebamus, niſi vbi verbum aliquod ambiguum in ſen-
tentia reperitur. Ita not. Bald. in hac lege. C. de ſententijs
ex breui. rec. allegat c. cùm dilecti. extra, de accuſ. & colli
git Felin. in d. c. qualiter & quando. col. 13. verſicu. ſecun
da limita. eodem titu. & Doctor. diſtinguentes inter ſen-
tētiam diffinitiuam perfectam & abſolutam, & eam quę
non habetur pro abſoluta, loquuntur ibi, in iudice ordi-
nario, cuius iuriſdictio, cùm ſit ordinaria, nō expirat per
ſententiæ diffinitiuæ prolationem, quemadmodum ex-
pirat iuriſdictio delegati, qui dicitur iudex extraordina-
rius, & eius poteſtas ordinario modo introducta: vt dicit
dom. Iaſon in l. ait prætor. ff. de re iudic. cùm autem aliàs
iudicis delegati ſententia debet eſſe talis quòd controuer
ſiæ finis imponatur, per l. dicere. vbi eſt caſus. ff. de re-
cept. arbi.
Aliter etiam reſpondeo conſiderando poſt Salicet. in
l. 2. C. de noxa. & in d. l. hac leg. C. de ſententijs ex breui.
reci. plures eſſe declarationum ſpecies. Correctiuam vi-
delicet, extenſiuam, & interpretatiuam obſcuræ ſenten-
tiæ. duæ primæ ſpecies regulariter ſunt prohibitæ, ſecun
dum quòd Doct. vbi proxime allegati, & Iaſon in l. non
dubium. C. de legi. concludunt. Vltima autem eſt permiſ
4 ſa, cum modificatione tamen ſuprà ſcripta. † Ex quibus
(deueniendo ad ſecūdum quæſitum) inſero, quòd etiam
ſi dictus Abbas potuiſſet loca prædicta carceris deſigna-
re, non tamen potuiſſe apponere pœnas fractoris carce-
ris, vel impœnitentis, prout in ſecunda ſentētia fecit, cùm
in prima non meminerit illarum pœnarum, & reſerua-
tio nō potuit illum effectum operari. quia etiam ſi eſſet
valida & efficax, ſolam nominationem locorum carce-
ris ſibi reſeruauit delegatus prædictus. & iſta declaratio
eſſet extenſiua. quæ (vt proximè dictum eſt) prohibetur.
præſertim niſi in his, quæ veniunt ad ſententiam conſe-
cutiue, vt ſunt expenſæ & fructus, iuxta d. l. Paulus. ff. de
re iudica. & l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de
iudi. & l. ex diuerſo. ff. de rei vendic. & addatur Alexand.
conſil. 81. ad finem volumi. 2. vbi vult iudicem non poſ-
ſe in ſua ſententia pœnam aliquam apponere.
Et multò minus apponere potuit pecuniarias pœnas
dictorum mille ducatorum auri. cùm delegati ad vnam
cauſam tantùm prohibeantur, etiam in eorum ſentētijs,
in magna quantitate mulctare. vt not. Innoc. in ca. 1. ex-
trà, de offic. delega. & in cap. paſtoralis. eod. titu. & in cap.
ſæpe. extrà, de appellatio. not. Archidia. in cap. legitima.
eod. titu. lib. 6. Modern. in cap. de cauſis. extra, de offi. de-
legat. domi. Toloſani in ſuis deciſio. quęſt. 74. not. Pet. de
Bellapertica compatriota meus in l. 2. vbi etiam Alber.
Bald. & Ioan. Fabri. C. de modo mulct. Alexan. copioſè
in l. 2. vbi etiam moder. ff. de iuriſd. om. iudi. & copioſius
in rubr. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. do. Iaſ. in l. om
nibus. ff. ſi quis ius dic. non obtempe. licet Hoſt. in ſum-
ma. eod. tit. voluerit poſt glo. in l. eos. C. de modo mulct.
delegatum etiam principis (quoniam in delegato inferio
res omnes admittunt, quòd mulctare non poſsit) pecu-
niariè mulctare non poſſe. Quia delegatus recipit pote-
ſtatem cenſuræ, cuius appellatione non venit mulcta, vt
ibi per eum, attamen in delegato papæ vel principis com
munior eſt opini. ſuprà dicta, quòd ipſe mulctare poſsit
in parua quantitate, quale dicunt eſſe Doctor. in dicta l.
eos. quæ non excedit ſex ſolidos aureos. & Doctor. in d.
ca. de cauſis. voluit delegatum mulctantem (ne de auari
tia inculpetur) pœnam pecuniariā, quam imponit, in pios
vſus applicare debere, & nō ſibi reſeruare, ꝙ malè obſer
uauit quoad vtranque determinationem prædictam di-
5 ctus Abbas delegatus. † Præterea, poſito pro ficto quòd
potuiſſet huiuſmodi reſeruatione declarationem loci car
ceris reſeruaſſe, attamen illam dicetur extrà, tempus re-
ſeruatum feciſſe. Triginta etenim dies illi infra quos ex
dicta reſeruatione debuit fieri huiuſmodi declaratio cur
rere cœperunt à lata ſententia de momento ad momen-
tum. Ita quòd eadem hora & momento quo lata fuit pri-
ma ſententia currere cœperunt & finiri l. 3. §. minorem.
ff. de minor. & expreſsius in l. 1. §. dies. verſicu. quid ergo
ff. quando appella. ſit. & not. in authentic. hodie. C. de ap-
pellat. & Felin. in capitu. conſuluit. colum. 2. verſicu. limi
ta, niſi eſſemus, &c. extrà, de offic. delegat. cùm ergo de-
buerit Abbas prædictus illam declarationem facere (data
illius

illius legitimitate) infra 30. dies non satisfecisset reseruationi prędictæ. Quoniam dictionis, infrà, natura est q excludat. vt dicit Alber. de Rosate in authent. hoc ius stabit. al. incip. quod ius. C. de procur. & probatur in cap. inter dilectos. extrà, de fide instru. & in cap. ad audientiam. & vtrobique Doct. extrà, de præscrip. Vnde fieri non dicitur aliquid infra dies 30. quod fit die 30. cum dictio, infrà, sit exclusiua vltimæ diei. vt no. Ang. Pau. de Cast. Roma. Ioan. de Imo. & Alexã. in l. 1. ff. si quis cautio. & Ancha. & Imo. cle. sicut de appell. & cap. pia de excep. lib. 6.

6 † Insuper in prima sententia condemnauit dictum Sanchium ad perpetuum carcerem, in quo pœnitentiam agere possit & valeat. sed huius verbi, possit, natura est, quod licet vbi negatiua verbũ illud præcedit necessitatem importet, vt est glo. notab. in regula 1. lib. 6. quam ad hoc allegat vterque Siculus pro valde notabili in ca. 1. extrà, de causa possess. & proprie. idem Abb. c. 1. extrà, de fide instrum. Attamen vbi negatiua nõ pręcedit verbum illud, coactionem non importat, aut necessitatem: sed actum voluntarium, vt est text. iuncta glo. in l. 1. in ver. dare potest. ff. de iurisd. om. iud. & ibi Moder. tractant abundè. & in l. si mandauero. §. fi. ff. mand. & in authen. si periculum C. sine censu, vel reliq. & de hoc est alia bon. gloss. quam not. ad hoc Doctor. in l. sæpe. ff. de præsid. & alia in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. & lega. quibus addo aliam glo. quam nullus alleg. in c. si quis iam translatus 21. q. 2. & aliam in cle. auditor. de rescrip. not. Gemi. in c. præsentium. de testi. lib. 6. & in cap. non solùm. col. 2. vbi etiam loquitur de verbo, debeat, de appella. eodem libro. Ita etiam consulendo tenui suprà consil. 91. versicu. 6. Et eiusdem est naturæ verbum, valeat, in dicta sententia insertum, secundum Abb. ca. in nomine Domini. extrà, de testi. Bald. capit. cùm ordinem. extrà, de rescript. & Io. de Imo. in cle. dispendiosam. post glo. ibi, in ver. valeat. de iudic. Et sic cùm ista verba, possit, & valeat, in 1. sententia prędicta apposita in voluntate & noluntate verificentur: sequitur, q pœnę in 2. sententia appositæ, prout suprà dicebamus, fuerunt appositæ nulliter. & ad hoc est l. sæpe ff. de offi. præsid. & l. 1. & vtrobique Doct. C. quomodo

7 & quando iu dex. † Sequitur ergo in consequentiam ex præmissis q licet dictus Sanchius infra tempus sibi præfixum non se repræsentasset in aliquo locorum sibi in 2. sententia pro carcere assignatorum, vel testimoniales (de quibus in d. sententia) infra diem præfixum non misisset: non tamen possent à bonis ipsius exigi dicti mille ducati appositi sibi in pœnam, etiam si à d. sententia vel sententijs non appellasset. Prĕsertim quia ex parte d. Sanchij cessat omnis negligentia: ideò non debet esse pœna, secundum Bal. in authen. nisi tricennalis. C. de bon. mat. per l. si. C. de annali excep. & potissimũ in hoc iudicio. qa (quicquid sit de iure ciuili) ecclesiastica cẽsura de pęnis. aut earũ exactione non curat. prout not. Bal. in c. sicut 3. ext. de iureiur. pro quo allegat gl. in c. fraternitas 12. q. 2. quã ad hoc allegauit pro singulari do. Anto. in ca. pleriq; ext. de immu. eccles. & in c. 1. ext. de dolo & contu. Anchar. c. 1. de constitu. lib. 6. Roman. in rubr. ff. de acquir. hæredit. & Soci. cons. 133. incip. præfectio, ni fallor. col. 2. versi. nam primo, &c. vol. 1. repetito consi. 174. vol. 2. vbi etiam dicit idem esse in foro conscientiæ. ratione assignat vtriusque dicti: quia pœna meram duritiem continet. Meritus in de fer. expor. quæ de iure canonico, vel conscientiæ foro, non videtur exigibilis, per glo. in d. c. fraternitas. quam ad hoc Abb. allegat in c. dilecti. extrà, de arbit.

Ex quibus concludo sæpedictum dominum Abbatem in vim dictæ reseruationis, & multo minus ex sibi competenti iurisdictione, dicta loca pro carcere non potuisse assignare, & minus apponere in eadem pœnas prędictas: maximè pœnam illam mille ducatorum auri, quę etiam si fuisset incursa, non tamen posset exigi. Ita concludebam, saluo, &c. Barchinonæ 1527. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *FEudum an & quando stipulari possit frater pro fratre absente? & an extraneus? & an filius pro absente patre? numero 2. & numero 4. vbi pono requisita. Et quod dicatur esse feudum nouum? & quando attendatur? & quid si fiat cambium vel permutatio de re vna feudali ad aliam si noua qualitas apponatur in secunda concessione, an dicatur esse feudum nouum? dicto num. 2. & resoluo num. 7. & 9.*

3 *Feudum hæreditarium de sui natura regulariter ad agnatos non transit, nisi fuerint hæredes acquirentes, aut illius de cuius tractatur successione, & an sit satis quòd sit hæres illius cum inuentarij beneficio? numero 5. & quid si fuit apposita post dictionem hæredibus dictio illa, successoribus?*

Dictio, successor, in inuestitura quos designet & comprehendat?

4 *Feudum si recipiant duo fratres de nouo pro se. & suis descendentibus in infinitum, an filij vnius ex fratribus succedant in portione alterius ex fratribus inuestitis qui sine liberis decessit? & num. 13.*

5 *Feudum nouum (etiam hæreditarium) alienari potest per acquirentem, absque descendentium, quibus stipulatum fuerat consensu. & nume. 11.*

Filius vassalli qui patris hæreditatem acceptauit cum beneficio inuentarij, tenetur attamen creditoribus paternis de feudi commoditate satisfacere. dicto numero 5. & numero 13.

Hæres cum beneficio inuentarij non est propriè dominus bonorum hæreditariorum: nec est propriè hæres.

6 *Citari an debeant agnati, vel alij qui interesse habent, quando princeps cedit ampliationem feudi?*

7 *Surrogatum an, & quando, & in quibus naturam illius cui surrogatur sapiat?*

8 *Feudum primum quale sit, & qualiter succedatur in eodem? ibi versiculo 8.*

Feudum si iure Francorum concedatur, succedit in illo primogenitus.

9 *Inuestitura noua licet antiquæ formam non habeat, non tamen illius naturam immutat.*

10 *Feudum regulariter non fit nouum prorogatione, vel confirmatione illius, etiam si in inuestitura apponatur clausula, de nouo inuestimus.*

Princeps (& multo minus alius inferior) alterare non potest aut immutare naturam feudi antiqui, in descendentium, & aliorum quibus erat ius acquisitum præiudicium. & quare?

12 *Tertio quando præiudicare vult princeps, aut ius illius tollere, requiritur quòd verbis expressis id faciat, & non esset satis ex intentione demonstrare, vel per amplissimas clausulas ibi.*

13 *Feudum si patri & filio concedatur nominatim, effectus illius, est quòd filius (etiam viuo patre) sit dominus illius, ita quòd patris delictum filio non nocebit.*

CONSILIVM CXII.

CLARISSIMI iuris doctores & patres mihi venerãdi Petrus Arnaldus Gort, consulendo: & Georgius Ioannes Aler, subscribendo: tãta plenitudine spectabilis domini Ioannis de monte Catheno super comitatu de Camarata, in regno Siciliæ, iustitiã deduxerũt vt plenitud ini tantæ frustra queri deberent merita. & incassum illi demonstrationi adijci posse videtur alia demonstratio. vt iurisconsultus ait in l. 1. ff. de dote prælegat. cum similibus. Quapropter erat satis dictorum cla-

 rissimo-

risimorum iurisconsultorum & patrum conclusionem sola subscriptione roborare, cùm oīa quæ in huiusmodi possunt adduci consultatione, pręstantissimus dn̄s consultor subtiliter & abundè produxerit in medium, nisi dicti spectabilis dn̄i consulentis me voluntas impulisset, vt spicas colligēs, quæ ex messoris optimi manibus lapsæ sunt, aut potius neglectæ fuerunt, pauca hæc subijcerem, quib. me non iniuria in dictorū dominorū consultoris & sub-
1 scribentis condescendisse demonstrarem. † Quando igitur primo capite resoluunt præfatum spectabilem dominum Ioānem succedere debere in dicto comitatu Camaratæ iuxta formam concessionis feudalis & inuestituræ de ipso factæ prædecessoribus dicti domini consulentis, tāquam surrogatus sit dictus comitatus siue feudum dicti comitatus in locum tenentię de Leucata, de qua fuerat prius inuestitus quondam nobilis Otho de monte Catheno abauus dicti spect. consulentis, siue feudalis illa successio per ius hęreditariū reguletur, siue per ius primogenituræ, veridicam esse cōclusionem prędictam arbitror: & in eandem sententiam condescendo.

Verùm decisionem illam prima facie dubiam reddebant, ꝙ feudū dicti comitatus Camaratæ concessum fuerit antedicto nobili Othoni & Guli. de Raymondo eius filio & hęredib. & successoribus de eorum corporibus legitimè descēdentibus in perpetuum. Ex quibus verbis feudum hmōi prima facie videtur esse nouum, & illud idem hæreditarium. Quod quidem si pręsupponatur esse nouum, & Othonem prædictum in fendationis aut concessionis huiusmodi tp̄e abfuisse præsupponamus, obstare videtur pręfati dn̄i consultoris decisioni. ꝙ in feudis regulariter alteris quis non possit stipulari, sed est speciale ꝙ frater pro fratre stipulari possit. vt decidit. Bal. c. 1. §. & quia vidimus, col. 5. in tit. qui feudū dare poss. Idem Bal. in l. 1. quem Sal. ibi sequitur. C. res inter alios acta. & in c. 1. col. pe. si vassal. feudo priuetur, cui deferatur. Alua. in c. 1. de duo. fra. de nouo benefi. inuesti. Pau. de Ca. cōs. 154. inci. ꝙ istud feudū, &c. vbi dicit adeo speciale esse in fratre, ꝙ possit frater fratri stipulari, ꝙ pro alijs agnatis stipulari non possit, ita ꝙ si stipulatur, illo casu agnati ad quos de sui natura feudum nouum nō transiret, habentur pro non adiectis, etiamsi in dicta inuestitura fuisset apposita clausula tanquam de feudo veteri quam etiam opinionē tenuit Alex. consi. 10. inci. pōderatis his, &c. vol. 3. Quod tn̄ vltimum quando videlicet est inuestitus cum illa clausula tanquam de feudo antiquo, & paterno, ꝙ agnati non succedant in huiusmodi feudo nouo, non pono pro constanti, propter rationes & iura per Fran. de Curte & collegium Bononiense adducta inter dicti Franci. de Curte consilia, cōs. 48. inci. memoriæ recolendæ, &c. & seq. cōsi. & propter illa quæ adduxit in contrariū. do. Franciſchinus de Curte, in tract. feudorum, parte 1. q. 8. principali. & prędictam Baldi decisionem sequuntur cōiter Doct. feudistæ, qui ita. §. & quia vidimus, præall. intelligunt. & c. 1. de benefi. fra. & c. 1. de duo. fratr. à c. inuesti. quæ iura omnia videntur expressè concludere speciale esse, ꝙ frater pro fratre feudum acquirere possit: & per consequens videatur alijs personis huiusmodi facultas prohibita.

Quinimò licet Docto. cōiter teneant. nedum fratrem posse feudum pro fratre stipulari, verumetiam pro extraneo, & illa dicatur esse cōis opinio, pro qua est tex. secundum Bald. ibi, in ca. 1. §. item si fuerit. in titu. quibus. mod. feud. amitt. vbi Bal. in casus figuratione ponit, castrū fuisse concessum duobus fratribus, siue vni recipienti pro altero, siue tertiæ personæ. & sic Bald. æquiparat istos tres casus, & sequitur Aluar. qui ita exponit ibi textum illum. ibi, & vnus, &c. dicens, intelligas text. quòd vel solus nomine vtriusq;, vel etiam simul cum alio. quia in hoc non est vis c. 1. §. fi. de feudi success. Quinimò etiam si tertius nomine ipsorum inuestituram accepisset, procederet ille text. secundum Bald. pro quo dicit facere text. in ca. 1. ibi, nisi à domino fuerit ordinatum, &c. in titu. de benefi. fratr. Et hunc intellectum ad textum prædictum etiam formaliter sequitur Cardin. Alexan. in d. §. item si fuerit. Attentari posset nihilominus post Bart. in l. si mihi & Titio. col. 2. versic. & ideo prædicta inducuntur ad quæstionam. ff. de verb. obliga. quòd nedum extraneus stipulari pro absente non posset: verumetiam nec frater pro fratre stipulando posset illi feudum acquirere. Ita voluit expressè Card. præalleg. in c. 1. de fra. de nouo benefi. inuest. dicēs, quòd in feudis in fratre sit speciale: sed generaliter procedit regula. §. alteri. Institu. de inutilib. stipula. refert, & sequitur dominus Franciſchinus de Curte in suo trac. feu. parte 1. in materia acquisitionis feud. in 2. dubio principali versic. in tanta doctorum varietate. vbi videtur dare nouum intellectum pro doctorum concordia, quòd nec extraneus, sed nec frater pro fratre absente stipulari possit. licet vnusquisq; accipiēs possit sibi per pactum aut inuestituræ tenorem de successore prouidere, vt non solùm frater sibi succedat, sed etiam fratris filij, imò etiam penitus extraneus. Ita intelligit text. in præalle. §. & quia
2 vidimus. dum loquitur de fratre, cum alijs præalleg. † Et secūdum istam distinctionem, siue nouam opinionem, videtur quòd specta. dominus consulens succedere non possit, nedum in portione Gulielmo Raymondo, cuius est agnatus, acquisita, verumetiam in ea, quam magnifici domini consultor & subscribens antedicti pręsupponunt ad Othonem tanquam socium largitionis imperialis deuenisse. Quoniam si dictus Gulielmus Raymondus pro absente patre stipulari non potuerit, consequens est etiam ex huiusmodi concessione, in feudum, siue inuestitura ad ipsum Othonē nihil deuenisse ex dicto feudo, mortuo sine filijs. do. Gulielmo Raymondo, etiam si dictum feudum non alienasset. & minus videtur deuenisse ex portione acquisita d. Guliel. Raymondo, si consideremus acquisitum fuisse dictum feudum per ipsum Gulielmum: & per consequens nouum sit. Ex quo cùm dictum feudum Camaratæ concessum fuit de nouo Gulielmo & Othoni prædictis, etiam si concessio illa quoad ipsum Othonem absentem valuit: dicitur attamen illud feudum nouū, quod initium habet in persona primi inuestiti. cap. 1. ibi, nouam inuestituram dico in titu. quot. testes sunt necessarij ad proba. nouam inuesti. & Bald. in capitu. primo. de success. feud. & in cap. primo. in 2. notabili. de duo. fra. de nouo benefi. inuestit. Et si priores concessiones aut inuestituræ de tenentia Leucatę facta allegarentur, de quo feudo Leucatæ factum est cambium per Regiam serenitatem cum hoc feudo Camaratę. Attamen quia noua qualitas in hac concessione feudi Camaratæ fuit apposita: cùm illud esset ex pacto & prouidentia, hoc verò sit hæreditarium, vt proximè dicetur: videtur esse dicendum, quòd illa noua qualitas faciat feudum hoc Camaratæ (etiam si antiquum esset) nouum. vt voluit Bolo. consi. 1. vers. confirmantur prædicta, &c. Vnde quicquid sit de portione feudi, quæ ad Othonem peruenire potuit, indubium videtur quoad portionem illam quæ ad Gulielmum sæpedictum erat deuoluta. Quoniam feudum hoc cùm sit nouum in quo descendentes soli (cùm agnatos non habeat) succedunt. vt not. Bald. Iaco. de Beluiso. Aluar. Andr. de Ysern. Cardin. & omnes post gloss. in cap. 1. §. hoc quoque. in titu. de success. feudi. & idem Bald. in cap. j. in titu. an agna. vel filius. & consil. 506. cui se subscripsit Angel. eius frater. vbi rationem assignant, quòd ideò non succedunt agnati in feudo nouo. quia noua feuda non vadunt per saltus. Ita not. dominus Franciſchinus de Curte in præallegato tractatu feudorum, parte prima. quęst. 8. in primo effe-
3 ctu, siue differentia noui feudi & antiqui. † Et hoc multo magis esse videtur indubium, ex quo dictum feudum est hęreditarium. cuius est effectus, quòd non transeat ad agnatos, etiam si antiquum esset, nisi sint hæredes primi vassalli: vel illius de cuius successione tractatur. vt no. Iaco. de Beluisu, cap. 1. de eo, qui sibi & hęredib. suis, &c:

& sequun-

& sequuntur ibi Moder.arg.l.quicquid adstringendæ.ff.
de verbo.oblig.& in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.eo
dem titu.& hanc opin.tenet Andr.de Yser.summus feu-
dista, in d.§.hoc quoque. & sequitur eandem tanquam
communem Alexand.præallega.consi.10.refert, & sequi
tur dominus Franciscinus de Curte in consi.1. incip.fa
cti côtingentia,&c.col.5.versi.secundam itaq; facio,&c.
post suum tracta. feudorum, vltra quos tenuisse visus est
eandem opinionem Cin. in l.si manumissus.q.fina.C.de
libert.& eorum lib.Din.Bartol.& Pau.de Cast.in l.si pa-
troni.in princip.in lectura Paduana, & ibi Alexand.tra-
dit concord.ff.ad Trebel. & idem Alexand.consi.19.in-
cip.consilium super eo de quo quæritur,&c.vol.5.

Nec obstare videtur dictio,successoribus,quę licet ve
rificari possit in dicto spect.domino consulente,hoc ta-
men videtur non esse satis: quia illa qualitas quòd hære-
des sint & successores requiritur, secundum Paul.de Cast.
post Bal.in l.qui se.C.vnde libe.nam hæredum & succes-
sorum appellatione comprehenduntur hæredes vniuer-
sales tantùm,& non singulares.vt no.Bal.in l.emptorem.
col.3.C.locati.allegat text. in l.quidam.§.nihil.de eden-
do.Ideò Ioan.de Imo.in l.s.col.penul.ff.de verbo.oblig.
infert, quòd inuestituram accipiens sub dictis verbis,in-
telligitur de hæredibus vniuersalibus, qui sunt hæredes
de iure ciuili,& de successorib.qui de iure prætorio suc-
cedunt.l.stipulatio ista.in princip.cum glo.in ver.cætero-
rum.ff.de verbo.oblig.& Bal.in c.Imperialem.col.penul.
de prohib.feudi alie.per Fede.& in c.1.§.donate.qualiter
4 olim feudum pot.alie. † Et in terminis videtur Iacob.de
Bel.decidere in c.1.de eo,qui sibi & hæred.suis mascu.&
fœminis. vbi dicit quòd si duo fratres accipiunt de no-
uo feudum aliquod pro eis, & eorum descendentibus in
infinitum, quòd feudum illud non potest ad transuersa-
les & filios alterius deuenire.& And.de Yser.in præalleg.
§.hoc quoq;.Bald.& Ang.in prædicto consi.106.incip.
sanctissima & illustrissima Regina.Quorú est ratio,quia
recipiendo feudum pro se & eorú descendentibus in infi
nitum:dato,quòd duo illud recipiant:attamen videtur v-
nusquisq; sibi prospexisse, & non alteri, neq; filijs trans-
uersalibus illius.text. est in c.1. duo fratribus à ca.inuesti.
Ita Bal.in l.fi.col.a. versi. item ex prædictis sequitur talis
conclusio.C.de suis legi.& Alexá.præal.consi.10.vol.5.

Ad hoc enim, quòd in feudo nouo, quale videtur esse
feudum hoc Camaratæ de quo quęritur, nedum extra-
neus, verumetiam frater fratri succedat, oportet quòd di
catur expressè & nominatim.text. est in c.1.§.cùm verò
Conradus.qui feudum dare poss.& in cap.s.ibi, nisi hoc
dictú fuerit & expressum vt alter alteri succedat.de suc-
cess.feudi.& in c 1.ibi,nisi per inuestiturá à dño fuerit or-
dinatú vt frater succedat fratri.de benefi. fratrú. & c.1.§.
fi.ibi,nisi pactú fuerit in inuestitura, q frater succedat fra
tri,non dñs.in tit.de feudo marchie.& in c.1.ibi,nisi facta
sit inuestitura eo pacto,&c.de fra.de nouo benef.inuest.
& alibi sunt tex.quos passim ad hoc notát doc. maximè
Bal.in d.c.1.§ & qa vidimus.col.1.& 4.versi.sed id quæ-
ro,&c.qui feudú da.pos.vbi dicit,expressum esse,quòd si
côiunctim feudú datú sit duobus,nô tñ accrescet de vno
in alterum,nisi dictum sit expressè in inuestitura.Ex qui
bus inferendum videbatur q cùm non fuerit facta men-
tio expressè in d.inuestitura, quòd filij Othonis succede-
rent Guliel.Raymondo: quale fieri debuisse suprà dice-
bamus,secundú theoricam doct.post gl.in c.constitutio-
nê.in ver.nominatim.extrà,de summa excom. q spect.
dom.consulens succedere non potest,saltem in portione
quæ dicto Gulielmo Raymondo fuit acquisita.

Inferri etiam videtur ex pręmissis vnum correlarium.
quòd si feudum erat nouum,dictus Gulielmus obtinen
do ampliationes a Regia serenitate,prout obtinuit,præ-
iudicare potuit filijs dicti Othonis,etiá si ius fuisset quæ
situm illis, vt post longam disputationem concludere vi
detur Alexand.consil.13.incip.perspectis his,&c.vol.5.

Quo posito pro côstanti, ac etiam quòd d.feudum sit
hęreditarium,sequitur aliud correlarium,quòd d.Guliel
mus vendere potuit,aut alienare d. feudum in præiudi-
cium illorú quibus erat post ipsum stipulata successio. vt
concludit Alex.in pręalleg.consi.13.vol.5.Et Alua in c.s.
ad fi.de alie.feudi pater.vbi refert, And.de Yser.determi-
nare, quòd feudum de quo quis est inuestitus pro se,&
hæredibus suis,potest per acquirentem absq; descenden-
tium consensu alienari.Quoniam(ait)illud quod acquiro
possum pro libito voluntatis alienare.l.qua ratione:§.eæ
quoq; res.ff.de acquir.rerum do.Item quia prohibitio fa-
cta sit solùm in feudo paterno,videtur esse côcessa in feu
do nouo.l.cùm Prætor.ff. de iud. & fa.quod no.in c.1.in
gl.mag.de alie.feudi.Quinimò spect.dñs consulens,si hæ
res præfati Guliel. Raymondi non sit, videtur eum in d.
feudo succedere non potuisse, vt est suprà dictum.Si ve-
rò hæres illius est, videtur eum impugnare non posse d.
vêditionê ab eo cuius est heres factá.l. cùm à iure.C. de
rei vendic.l.vnum ex familia.§.si rem.ff.de lega.a.& spe
cificè And.de Yser.in c.1.de alie.feudi pater.& prosequi
tur Alex.in alleg.consi. 10.incip.perspectis his,&c.vol.3.
Et si forte diceretur huiusmodi venditionê in præiudiciú
domini consulentis non valuisse: fatendum attamen est,
q saltem de fructuum cômoditate pretium pro quo fuit
d.feudum vêditum refundere deberet.Quoniam in feu-
do hæreditario si filius patris adiuerit hęreditatem etiam
cum beneficio inuentarij: tenetur attamen de feudi com
moditate satisfacere creditoribus. vt no.And.de Yser.in
ca.1.an agna.vel filius. Quinimò posset attentari,q licet
spect.do.consulens,ex quo hæres est d.quondam Guliel
mi cú inuentarij beneficio, media persona Petri de mon
te Catheno aui sui paterni, vt est præmissum in casu, q
non sufficeret,ad hoc q in hoc feudo hæreditario succe-
deret:per ea quæ suprà dixi.Et aliàs hæres cum inuenta-
rij beneficio nô dicitur propriè dominus hæreditariarú
rerum,cum propriè non sit hæres,sed cum illa adiectio-
ne.vt no.do.Ias.post Fran.de Aret. in l.patris & filij.ff.de
vulg.& pupi.& in multis differt à vero hærede,& eo qui
simpliciter hæres est.vt no.doc.in l.scimus.§. & si præfa-
tam.C.de iur.delib.Quinimò Accur.glossator antiq.in d.
l.scimus.§.in côputatione.in gl.in ver. confundantur.vo
cat eum quasi hęredê.per l.item ait prætor.§.item cú gl.
ff.ex quib.cau.ma.& Bal.in d.l.scimus.§.eo.dicit,q non
habet hæres hmôi merum nomen hæredis.& ita resolui
supra côsi.150.vers.1.vbi etiam refero alia côsilia in qui-
6 bus ita senui. † Nec videtur impugnari posse præmen-
tionatas ampliationes per serenitatem Regiam côcessas
Guliel.præd.pro eo,q spect. do.consulentis prædecesso
res in illarú concessione citati nô fuerint,aut vocati.Qm
Bal. in l.nã ita diuus.ad prin.ff.de adop. & in l.fi.C.quib.
res iud.non noceat,ostendit illá non fuisse necessariam.&
corroboratur authoritate Ioan.de Imo.in c.Alberi.extrà
de testi. dicentis priuilegia & dispensationes concedi no
mine vocato.de quo dicto Panor.meminit I c.cùm olim
ext.de re iu.& côsi.80.inci.illud in summa quæritur,&c.
7 col.pe.vol.s. † Et licet præmissa spect.do. consulentis iu
stitiam videantur decolorare,illis attamen non obstanti-
tibus cum præfatis magnificis consultore & subscriben-
te concludo pro dicto domini consulentis iustitia. Et il-
lorum certè placet mihi consideratio,quòd feudum Ca-
maratę succedat in locum & cambiú feudi tenentię Leu
catæ cum suis solarijs,per rationes & iura,quæ allegát.Et
in casu nostro dubitandum etiam non videtur, in quo
Otho,& ex illius persona d.Gul.Raymon. ius habebant
in feudo Leucatæ. in cuius côcambium ex pacto & con
uentione in concessione illius dari poterat feudum hoc.
Ita considerauit Ludo.Bulo.consi.68. incip.do.Anto.ad
fi.Et aliàs est regulare, q surrogatum debeat naturá sape
re illius in cuius locú surrogatur.l.si eú.§.qui iniuriarú.ff.
si quis cautio. pręsertim circa substantialê naturam.vt est
gl.no.in l.certi côdictio.quá Bar.ibi commêdat.ff.si cer.pe.

Et hoc præfertim ex quo furrogatum naturam illius pro
quo fuit cambiatum, aut furrogatum, non refugit. Ita no-
tabiliter voluit Paul.de Caſt.conſi.235. inci. licet iſta dña
Liſia Bal.conſ.7.inc.quidã de Paſcinis.vol.1.Soc.cõſ.93.
inci.elegãter & ſubtiliter, &c.ad fi.vol.3.& Cuma.conſi.
35.inci.Franciſcus inſtituit, &c.& conſi.133.inc.Bartho
8 lomeus, &c.& dicemus inferius † Qđ ſi ponamus pro cõ
ſtanti, ſequitur vnum corrolarium, ꝙ feudum hoc comi
tatus Camaratæ etiam quoad perſonam Gulie.Raymon
di paternũ erit ꝙ fuerit ab Othone, quæſitum, qui cõis
erat parens d.Gulie.Raymondi, & Ioannis proaui ſpect.
dñi conſulentis.c.1.§.hoc quoq;.& ibi Bal.ad hoc no.de
ſucceſſ.feudi. & in c.1.de nat.ſucceſſ. feudi. Idem Bald.in
auth.defuncto.C.ad Tertu.Ita ſequuntur cõiter Docto.
prout refert, & ſequitur Alex.conſi.30.inci.ad princ.vol.
4.Cuius eſt effectus, vt ex perſona ſua ſuccedat in hoc feu
do Camaratæ dictus ſpect.conſulẽs, cùm ſit de ſucceſſo-
rib.ac etiã de ſuccedẽtib.per lineã maſculinam Othonis,
cuius eſt pronepos. Et alius effectus fuit, ꝙ non potuerit
concedi ampliatio præmentionata per Regiã ſerenitatẽ
d.Gul.Raymondo, & minus potuerit ipſe Guli.feudum
hoc alienare, vel vẽdere, vt apertius infrà ſubdemus. Qui
nimò, verbis inueſtituræ cõſideratis, quæ ſemper atten-
denda ſunt & cõſiderãda; vt natura feudi & quale ſit feu-
dũ cognoſcatur, vt eſt tex.in c.ſi cui.ibi, vt in feudis tradi
ſolet, regulariter tñ ſermonem inueſtituræ, nec non vim
verborũ ac ſenſum contrahentium intuentes, &c.de ex-
traord.c.Corradi.de quo Bal.in prælud. feud.in 4.diuiſio
ne meminit: dicens, ſemper eſſe recurrendũ ad inueſtitu
ræ tenorem: quia vim contractus oſtendit. & proſequi-
tur Bal.ponderando ibi tex. quem ad hoc dicit egregium
in ca.1.de duob.fratrib.à c.inueſtitu.& in l.quoties.C.de
ſuis & legit.cum ſimilibus.

Sequitur etiã aliud corrolariũ, ꝙ cùm in 1.inueſtitura
facta ſit conceſsio Othoni, qui erat cõis ſtipes, pro ipſo
Othone, & ſuis ſucceſſoribus maſculis de ſuo corpore le
gitimè deſcendentibus in perpetuum, ſintq; ſępius dicta
verba repetita, ꝙ huiuſmodi feudum ſit ex pacto & pro-
uidentia.& non hæreditariũ, vt ſuprà in contrarium op-
ponebatur. Ita no. Andr.de Yſer. in præall.§.hoc quoq;.
& ibi Iac.de Bel.& alij dicunt, ꝙ ſi concedatur alicui feu
dum pro ſe, & eius filijs, vel liberis, ꝙ hæreditarium non
erit, ſed ex pacto & prouidentia cõcedentis proueniens.
Et idem eſt ſi cõcedatur pro eo & eius ſucceſſorib.ſecun
dum Bal.& Iac.de Bel.Card.& alios in d.§.hoc quoque.
Idem Iac.c.1.de eo, qui ſibi, & hęredib.ſuis maſc.& fęm.
in c.1.an agnatus, vel filius.Et proſequitur Alex.præal.cõ
ſi.10.vol.3.& cõſi.55.inci.perſpectis, &c.col.5.eo.vol.&
ab hac ſententia nullus diſcrepat. Ita etiã in facti contin-
gentia in arduo caſu reſolui ſuprà conſi.26.verſi.53.

Ad quod fac.dictum notabile Bal.in l.qui ſe patris.C.
vnde lib.dum dicit, ꝙ deſcendentes ad feudum vocantur
ex conſuetudine feudali.vnde non incongruè tex.in c.1.
de ſucceſſ.feudi, vocat eos ſucceſſores, vt in pręallegc.ca-
pitu.1.an agnatus, vel filius.& in ca.1.de na.ſucceſ.feudi.
& cap.1.an maritus ſucce.vxori. cum huiuſmodi ſimili-
bus. Quod oſtendunt apertius illa verba inueſtituræ,
quòd vi ætatis iure Francorum, videlicet quòd maior na
tu fratribus minoribus præferatur. quæ verba denotant
indubiè pactum & prouidentiam concedentis, & impor
tant omnem ſubſtãtiam & qualitatem. dicti feudi, prout
not.Angel.in l.ſi ei.§.ſi furioſus. per illum text.quem ad
hoc not.pru ſingulari.ff.de iure codicill. Idem Angel.in
l.in negotijs.ff.de regul.iur. Alexand.in l.1.per illum text.
ff.de lega.1.& Romanus conſilio 82.incipien. quoad id,
quod quæritur, & cætera.

Nec obſtat ꝙ in ampliatione primæ inueſtituræ præ-
dictæ in conceſsione ſolarij octogintarũ vnciarũ, ſit im-
mixta dictio, hæredes. Quoniã ex quo facta fuit illa con-
ceſsio Othoni prædicto, & eius filijs maſculis, & eorun-
dẽ etiam filijs maſculis, indubiè feudũ illud fuit ex pacto
& prouidẽtia, vt ſuprà dicebamus.& dictio illa, hęredib.
ad filios eorũ quib.erat feudũ ſtipulatũ, & ad filios eorun
dem, propter illud participiũ, ſupradictis, quod in d.con-
ceſsione eſt ſemper poſt dictionẽ, hæredib. Quod quid ẽ
participiũ ad perſonas quæ prius ibi legebãtur & contine
bantur refertur, ſicut & participium prædictis: & ſic ad fi
lios prædictos, eorumq; filios. Quia facit hoc participiũ
relationem ad præcedẽtia, vt no.Bar.in l.1.§.hoc edicto
ff.de poſtul.cum ſimilib.alijs, quæ allegaui ſuprà conſ.61.
verſi.2. & aliàs poſt denominationem hæredum in d.cõ
ceſsione, ſiue inueſtitura, dicitur aliquãdo, ſucceſſorib.&
alibi filijs. Quæ (vt prædixi) arguunt pactũ & prouiden-
tiam. Et aliàs tanta geminatio ſucceſſorũ, eſſe non debet
abſq; fructu & effectu operandi. vt ſuprà conſi.26.verſi.
36.dicebamus. & in feudis præſertim in quib.ſemper ha
bent maiorem effectum, ꝙ verba ſimplicia.vt no.Franc.
de Curte conſil.49.inci.memoriæ recolendæ.col.27.ver
ſic.tertio comprobãtur, &c. vbi amplè hoc proſequitur.
9 † Accedat in medium ad corroborationem præmiſſorũ
quod not.Bal.conſ.82.inci.proponitur, ꝙ inueſtitura, &c.
vol.1.& Card.conſi.92.incip.nobiles viri, &c.in prin.vbi
dicit, ꝙ ſi noua inueſtitura formam aliam habet ꝙ anti-
qua: non tamen immutat ipſius antiquæ inueſtituræ for-
mam, per text.in c.1.de vaſſallo decrep.æta. & in ca.1.an
agnatus, vel filius.& fa.c.1.de ſucceſſ.feudi. Refert, & ſe-
quitur dominus Frãciſchinus de Curte in ſuo tract.feud.
parte 2.q.2.ad princ.vbi concludit, ꝙ ſi duæ inueſtituræ
reperiantur, quarum vna cantet vno modo, & altera alio
modo, ꝙ ſtatur primæ inueſtituræ. Ita etiam reſolui in
arduo caſu in feudo conceſſo ſecundum morem feudo
rum Italiæ ſuprà conſi.26.verſi.24.in fi.& verſicu.70.&
verſi.88. Et per hæc reſponſum eſt ad inueſtituram factã
de Comitatu Camaratę, iunctis his quę dicta ſunt ſuprà.
Concludendumq; eſt, ꝙ eiuſdem ſit naturę feudum hoc
Camaratæ, cuius erat feudum Leucatæ, in cuius cambiũ
& locum ſucceſsit ex pacto concedentis. Ita reſoluit do.
Franciſchinus, vbi eum proximè allegaui.ad quod allegat
Aluar.c.1.col.2.de vaſſallo decrepi.æta.& Paul.de Caſtr.
conſi.154.inci.circa præſentem vbi concludit, ꝙ ex quo
conſtat de antiqua inueſtitura, videtur eſſe facta ſequens
ſecundum pacta & conditiones, quæ in prima apponun
10 tur, per text.in c.1.de eo, qui finẽ fecit agnatis. † Nec per
nouam hanc conceſsionem feudi Camaratæ in cambiũ
feudi Leucatę, vt eſt pręmiſſum, dicatur hoc feudũ quo-
ad d.Guliel.Raymondum deſijſſe, paternum eſſe, & fa-
ctum fuiſſe nouũ, vt ſuprà in cõtrariũ allegabamus. Qm̃
eſt regulare, ꝙ confirmatione vel prorogatione feudi an
tiqui non dicitur eſſe nouũ feudum. vt not. Oldr.conſil.
178.inci.quidam nobilis.Pau.de Caſt.conſi.157.incip.ꝙ
illud feudum. Alberi.de Roſa.in ſuo dictionario, in ver.
feudum nouũ. licet Pau.de Caſt.vbi ſuprà, de vtroq; non
faciat mentionem. Quinimò in terminis fortioribus con
cludit Bar.poſt gl.& Din.in l.quod dicitur.ff.de impen.in
rebus dota.factis.ꝙ licet vnus ex plurib. fratribus haben
tibus feudum antiquum cõmiſerit feloniã propter quam
feudum amiſerit: ſi tamen dominus ſibi feloniam remiſe
rit, remanebit antiquũ vt prius, & in eo ſuccedet frater:
qui tamen indubiè non ſuccederet in feudo nouo, quod
(vt ſuprà dicebamus) agnatos non habet. quia per nouã
inueſtituram non pręſumitur dominus velle de nouo in-
feudare, vt proſequitur dictus Franciſch. de Curte conſi.
48.incip.memoriæ recolendæ. antepen.verſic.tertiò re-
ſpondemus. &c. Quod eſt verum etiam ſi in huiuſmo-
di noua inueſtitura dicatur vel apponatur clauſula nouo
inueſtimus. quia per huiuſmodi clauſulam non deſinit eſ
ſe paternum vel antiquum prout erat antea. per textus
quem ad hoc notat Bald.in allega.cap.1.de vaſſall.decre-
pi.ætat.& in capitu.1.de eo qui finem fecit agnat. Idem
& poſt eum Aluar. capitu.1. an agna. vel filius. Ita reſol-
ui in præallegato conſilio vigeſimoſexto verſiculo vige-
ſimoquarto vbi latiꝰ dictũ vtrũq; diſcutio & corroboro.

† Inſuper

11 † Inſuper conceſsio in feudum de tenentia Leucatę, tum prima tū ſecunda facta fuit Othoni & nō Gul. Ray. niſi ex perſona Othonis tanquam primogenitus illius, & illo decedente prædeceſſoribus ſpectabilis dñi cōſulentis, reſpectu quorum quidem prædeceſſorū patris, aui, & proaui, ac etiam d. Guli. Raymondi eiuſdem dñi conſulentis propatrui feudum tenētiæ Leucatę antiquum erat. Vnde ſequitur, ꝙ Regia ſerenitas per inueſtituram, quam fecit de feudo Camaratæ nō potuit alterare naturam feudi antiqui in præiudicium dicti ſpect. conſulentis & prædeceſſorum eius. Ita no. Bal. quem alij ſequūtur in c. 1. an agnatus, vel filius. arg. l. fi. ff. de pac. & l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de bon. poſſ. cont. tabulas. Et multo minus hoc potuit d. Gul. Raymondus in præiudicium d. dñi conſulentis & prædeceſſorum illius. in feudo antiquo probatur in ca. 1. §. & eorū. vbi Bal. & Mod. de vaſſallo decrepi. ęta. no. do. Iaco. de S. Geor. in trac. feu. in gl. in verſi. ita ꝙ ipſi inueſtiti, &c. verſ. ſed ponamus. & do. Franciſchin. præal. conſ. 1. col. 4. verſi. nec obſt. ſi quiſpiam dixerit. & etiā in feudo nouo, ꝙ pater non poſsit præiudicare filijs, quibus eſt feudum ſtipulatum. voluit Bal. in l qui ſe patris. col. 8. verſic. item quęritur, &c. vbi etiam Alex. C. vnde lib. Idem Bal. Pau. de Caſt. & Io. de Imo. poſt Dio. in l. apud Iulianū. §. ſi quis alicui. & ibi Ang. ff. de leg. 1. & in l. in perſonam. C. de fideic. Idē Io. de Imo. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. obl. Pau. de Caſt. conſi. 156. incip. circa præſentē caſum. & proſequitur Franc. de Curt. conſi. 25. incip. tria ex facti narratione, & c. ad fi. Ita etiam reſolutum quoad principem, tum quoad vaſſallum, ſuprà in alleg. conſ. 26. verſ. 25. 26. & 30. Ex feudo enim nouo quæritur ius filijs & deſcendentib. & in eo ſuccedunt iure contractus. vt no. Din. Bal. & vterq; Imo. in l. apud Iulianū. præal. & Alex. in add. ad Bal. in d. l. ſi quis ſe patris. & Sal. in l. fi. vbi etiā do. Iaſ. C. de iure emphy. & aliàs oritur ex feudo contractus quidā inter dñm & vaſſallū vltro citroq; obligatorius. prout no. abunde Fran. de Cur. conſ. 63. ad mediū, per iura & rationes potiſsimum ſupradictas. & his addantur quæ dixi ſuprà conſi. 72. verſi. 13.

Nec facio differentiam inter Imperatorē, aut Regem, vel inferiorē dñm. Qm̄ nec Imperator, nec Rex, ſed nec princeps alius à dicto contractu abſoluitur. vt per Bald. in c. 1. de na. ſucceſ. feudi. Ita etiā not. Franciſchinus, qui ad hoc accumulat multa in trac. feudorum. d. par. 2. q. 12. principali. & ſequitur Fran. de Cur. in præal. conſ. 49. ad fi. & col. 70. & And. Siculus conſi. 56. col. 2. verſ. 1. & ſi quiſpiam opponat. & c. vol. 2. & in præall. conſi. meo 26. verſ. 26 Nedum enim vaſſalli, verumetiam illi quibus ex natura feudi pacto vel cōſuetudine feudum deuoluitur, ius habent in eū. per tex. & no. in l. 2. §. in hac actione. ff. vi bono. rap. tex. & doct. in §. ſanè. Inſtit. de actio. Ita not. abundè dñs Iaſ. in vſibus feudorū. col. 176. verſi. Adde ꝙ quędam ſunt in bonis. Hinc eſt ꝙ quando vaſſallus priuatur feudo ex aliqua cauſa, quæ de directo non reſpiciat dominum, aut perſonam eius concernat, feudum antiquum ad agnatos reuertitur, vt eſt tex. in c. 1. §. fin. 2. reſponſo. quę fuit prima cauſa benefi. amitt. Et idem quando vaſſallus illicitè feudum alienat. vt eſt text. in c. 1. §. hoc quoque. & ibi gloſſ. per omnes approbata. de ſucceſſ. feudi. Ita ꝙ feudum antiquum vel paternum vaſſallus non poteſt, etiam cum domini conſenſu, alienare in præiudicium agnatorum: vt eſt tex. rotundus c. 1. & ibi communiter feudiſtæ tradunt, de alien. feudi. paterni. Quinimò ſi vaſſallus feudum paternum in manibus domini reſutaret non præiudicaret, niſi in ipſius reſutantis vita, & deſcendentiū eius & poſt eius mortem ſuccederēt agnati, qui ex inueſtitura vocantur, vel vbi dictum feudum alienaſſet. Ita reſoluit abundè dictus dominus Franciſ. de Curte in d. tracta. feudorum. parte 4. q. 9. principali. verſic. tertia igitur eſt regula. & Franciſc. de Curte in præallegat. conſil. 25. 2. dubio. Ita etiam in præalleg. conſil. meo 26. reſoluo, verſicu. 28.
12 & 29. vbi latius hoc examino. † Et ex præmiſsis oſtenditur apertè, quòd nedum eſt dicti ſpect. conſulentis fundata iuſtitia: verùm etiam ſublata cōtraria ſuprà facta, ex quibus dicebamus dictorum egregiorum conſultoris & ſubſcribentis concluſionem dubiam reddi. Præſertim, quia Regia ſerenitas, poſita pro ficto validitate ampliationum d. Guliel. Raymondo conceſſarum, ac etiam in confirmationem venditionis in vim, illarum factæ, nedum non voluit iuri tertij derogaſſe, imò etiam ius illud expreſſè reſeruauit. & vbicunque princeps ius tertio quęſitum volt tollere, non ſufficit ex intentione demonſtrari, vel per ampliſsimas quaſcunque clauſulas: ſed requiritur, quòd verbis expreſsis dicatur: eo quia lex dat certam formam exprimendi. tex. eſt quem ad hoc no. Lap. Gemin. & doctor. in c. quamuis. ibi, niſi hoc expreſſè dixerimus. de reſcript. lib. 6. & cap. pen. de præbend. eodem lib. & in proprijs terminis Franciſchinus de Curte præallega. conſil. 49. colum. 11. verſicu. ſic vbicunque, &c. Quibus addantur quę dixi de clauſula derogatoria ſuprà in ſæpeallega.
13 conſil. 26. verſicul. 73. 79. & 83. † Nec omitto vnum, quòd attentis ſuprà deductis, licet conceſsio feudi Camaratæ facta ſit prædictis Othoni & Guliel. Raymondo, & eorum filijs, dici poſſet inueſtituram illam factam fuiſſe cuilibet pro dimidia, vt ſuprà pro contrario allegabatur. Quoniā ibi fit patri & filio nominatim aliqua conceſsio: effectus illius eſt, quòd filius viuo patre ſit dominus, & per conſequens delictum patris ipſi filio non noceat. vt not. Andr. de Yſer. in cap. 1. ſi vaſſallus feudo pri. ad quem deſe. Refert, & ſequitur prælle. dominus Franciſchinus. parte 1. in prima concluſione, & in prima limitatione illius, non autem, quòd feudum hoc in partes diuidi debeat. Quoniam feudum illud cùm eſſet Comitatus diuidi prohibebatur. c. Imperialem. §. præterea Ducatus, & c. de prohib. feudi. alien. per Federi. & ibi Docto. & text. eſt ad hoc ibi rotundus, qui cauillari nō poteſt. Idcò in huiuſmodi feudo Comitatus propter ipſius indiuiſibilitatem plures inueſtiti non cenſebantur. vt per Alexan. plenè conſil. 2. colum. 6. verſicu. nec huic obſtat, &c. volum. 5. & conſil. 30. colum. 6. verſicu. nonò, &c. volum. 1. & not. Iacobinus de ſancto Georgio in præallega. tracta. feud. in glo. & in ver. in feudum. in 11. diuiſione feudi. & do. Franciſchinus in trac. (etiam) feu. parte 3. q. 16. Et hoc maximé, quòd feudum illud conceſſum fuerit, ita quòd in eo ſuccederetur iure Frācorum, quod indiuiduitatem præſupponit, etiam ſi non eſſet feudum Comitatus, vt ſuprà dicebamus. & talis ſucceſsio diuiſibilitatem non admittit, vt probat Guliel. de Monteſerrato in tract. ſucceſ. regum Franciæ. parte 5. verſicu. addo etiam.

Ad id autem quod ſuprà pro contrario allegabatur, ꝙ ſaltem pretium quod erat ſolutum reſtitui debeat, eſt ſufficienter reſponſum ſuprà, quando monſtrauimus feudū hoc hæreditarium non eſſe, in cuiuſmodi feudo loquitur contrarium prædictum. & Andr. de Yſer. ſuprà pro contrario allegatus reſoluit ſeipſum, quòd quando fit conceſſio pro aliquo, & eius liberis, aut ſucceſſoribus, confecto inuentario ſolùm teneatur hæres quatenus hęreditariorum bonorum vires ſuppeterēt. Et refert, & ſequitur dominus Franciſchinus in all. tract. feudorum 1. par. in materia feudi proprij in ſpecie feudi hęreditarij. Ex quo tantùm cùm dictus ſpect. cōſulens d. domino Gulielmo ſucceſsit, non quidem hæreditario iure non prohibetur illius facto aut venditioni contrauenire. vt latè doceo infra conſilio 120. verſiculo 95.

Ex quibus in vnam maſſam redactis reſoluo cum ſuprà dictis egregijs patrib. & dominis conſultore & ſubſcribente, quod ſpectabilis dominus conſulens ex feudi natura pactíque & prouidentiæ illius, ſuccedere debeat in totum in dicto Comitatu de Camarata. Ita concludebam, ſaluo, & cętera. Barchinonæ 1528. ad laudem & gloriam Dei, in quorum fidem & teſtimonium præſentibus me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillaui. ego Celſus.

SVMMARIVM.

1 Consortes eiusdem litis an & quãdo vocari debeant
2 vbi contra alium litis eiusdem cõsortem agitur? Bannitus & excõicatus qui regulariter agere prohibẽtur, an & quando possint petere reuocationem tenutæ.
3 Exequi non potest suam sententiam iudex, quam contra priuilegiatum ex aliqua causa (quæ tamen de foro suo non erat) tulit.
Citari debet dominus pignorum quæ pro executione sententiæ capta fuerunt, quando illa distrahuntur.
4 Priuilegiatus non præsumitur aliquis, antequam suum priuilegium alleget. & ibi an & quando non possit priuilegiatus alterius iudicis iurisdictionem prorogare.
5 Iudex an & quando teneatur in syndicatu, (si est ignarus in iure) si aliquid de sui assessoris consilio contra ius facit? & quid vbi a sententia illius non appellauit condemnatus? vel appellatio sua deserta fuit. vbi etiã quid vbi pendet adhuc appellationis causa super dicta sententia, quam querelans dicit iniquam?
6 Syndicari an possit officialis, quando aliquid iniustum facit de mandato iudicis?

CONSILIVM CXIIII.

FACTI & casus narratione, quæ satis colligitur ex petitione corã vestris magnificentijs oblata per fiscum curiæ Alchaldorum & Petrum Botella, tum contra olim consules logiæ maris, tum contra eorum virgarium præsuppoſita. Cõsequenter ex eodem casu constat conclusionem in dicta petitione factam locum habere. Ad quod ostendendum præmitto, q̃ sicut actor debet forũ rei sequi. l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iud. ita etiam Alchaldi ex Regijs priuilegijs in primitiuo processu, fol. 1 : 1. 129. & 136. insertis, debẽt de causis monetariorum (etiã si mercãtiles fuerint, aut maritimæ) cognoscere. Vnde cùm appareat Petrum Botellam esse de monetariorum ordinariorum numero, vt in dicto processu, fol. 161. cõsequens est q̃ si Botella in processu consulibus remisso, actor erat, & in illo in quo ipsi declarauerunt erat reus, sint iudicia diuersa. Et breuiter attẽdatur, q̃ in causa quæ dictis consulibus remissa fuit, Perotus Vila miles, ille Botella monetarius, & Bernardus Suñer actores erant. quorum procurator 9. Iunij 1523. fuit missus in possessionem vnius dimidij carterij, & patroniæ nauis dictæ den Botella, Philippo Sahuch pertinẽtium, tanquam in bonis debitoris latitantis datis, pro iuris & sententiæ forma, fideiussoribus, &c. & in confectione inuentarij. Cùm dictæ nauis deesse comperirẽtur vela, & illa peterẽtur, dicti Sahuch procurator: & postea ipse principalis comparens petiuit supersederi, & consulibus prædictis causam illam remitti, in vim quorundã priuilegiorũ, quæ dictis consulibus desuper esse dicebat concessa. Quam quidem causam d. vicarius 18. dictorum mẽsis & anni, consulibus prædictis remisit. Quæ etiam postea per audientiam regiam, ad q̃ fuerat per dictos actores à dictæ remissionis sententia appellatum, fuit etiã remissa ad relationem Magnifici Regij consiliarij Hieronymi Albanel. cùm in illa causa non fuissent præmentionata Alchaldorum priuilegia producta. Sequitur ergo q̃ dicti consules non potuerunt contra istum solùm Botellam, instante dicto Sahuch, iudicium fundare cõtra theoricam l. 1. C. de consor. eiusdem litis. & not. in l. quidam rescripserunt. ff. si cert. peta. & not. per Ang. in l. reos. vbi etiam Ioan. de Imo. ff. de duo. reis. de quo latius in præal. consil. 47. versicu. 2. Quinimò etiam si dictus Botella fuisset solus missus in possessionem dictæ nauis, quæ pro indiuiso per omnes possidebatur illa immissio etiam, alijs partem in dicta naui habentibus profuit. vt per Bartol. in l. cùm vnus. ff. de bon. auct. iudic. possid. de quo videatur Francisc. de Aret. consil. 220. incipien. consultatio præmissa, &c. In consequentiam illius sequitur, quòd debuerunt omnes in reuocationis iudicio citari. vt per Specul. in titulo de 1. & 2. decreto. §. 1. & notat Bartul. & Modern. in d. l. cùm vnus. de quo per Socin. consil. 120. incipit. in causa præsenti, &c. column. 4. versicu. circa tertium, &c. volumi. 1. quod consilium fuit errore duplicatum 231. volumi. 2. Ita etiam resoluebamus suprà in dicto consil. 47. versicu. 6. & in hoc conuenit mecum in subscriptione magnificus domin. Onofrius Font subscribens. versi-
2 culo 3. † Et si diceremus intentatam coram consulibus prædictis causam esse reuocationis tenutæ siue missionis in possessionem ex primo decreto, quæ coram vicario fuit intentata. & per consequens eam esse, quæ tum per dictum vicarium, tum per audientiam Regiam prædictam remissa fuit: Respondeo hoc esse non posse in huiusmodi sententia. quia contra determinationem iuris expressa esset, secundum distinctionem Bart. quam dom. Iason post alios doctor. sequitur in l. de pupillo. §. fina. ff. de nou. oper. nuntia. vbi examinantes, vtrum excommunicatus & bannitus, qui ex iuris communis & municipalis dispositione prohibeatur agere, possit petere reuocationem tenutæ vel missionis in possessionem ex primo decreto. & resoluunt, quòd si principaliter illam petunt, quòd non audiuntur, quia tunc agere dicuntur. secus vbi principaliter venirent ad defendendum, & in cõsequentiam peterent reuocari tenutam, (de quo videri potest omnino dominus Philippus Decius consil. 43. incip. diuino, & c. in princip. volumi. 1.) ea quæ secundum hanc decisionem resoluendo scripsi in præalleg. consi. 47.
3 versicu. 7. † Et in dubiè reuocata fuit dictorum consulum sententia per Regiam audiẽtiam in certis capitibus, tanquam attentata. Vnde posset hæc pars etiam quoad illa capita coram vestris magnificentijs, & pœnas quas ob id ex dictorum priuilegiorũ Regiorum dispositione incurrerũt petere, & in capitibus de quibus in causa pręsenti per dictum Botellam impetuntur videmur esse extra omnem dubij casum. Quoniam per d. Regiam sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam declaratum est, q̃ non licuit dictis consulibus pignorare seu pignora extrahere de dicti Botellæ domo absq; interuentu officiarij dictorum Alcaldorũ. Et ob id pignoramentũ illud declarauerũt esse nullũ: & tanquã nullum & attentatũ, esse reuocandũ, prout & per d. Regiã sentẽtiã fuit reuocatum. Nec id quidem mirũ, q̃m dictus Botella cùm esset tũ in persona, tũ eius bonis, & de foro & iurisdictione Alcaldorum. licet dicti cõsules in causa remissa potuissent sententiã ferre: Attamen illam exequi non potuerũt, vt est text. expressus in l. à diuo Pio. §. si super reb. & ibi do. Ias. post alios. ff. de re iud. Quinimò etiã circunscriptis suprà allegatis priuilegijs Alcaldorũ, debuerat fieri per ipsos Alcaldos executio cõtra d. Botellã, ad ipsorũ consulũ literas requisitorias. vt per gl. in l. 1. in ver. ex causa. quã ibi Ful. do. Ias. & Mod. cõmendãt. ff. si quis in ius voc. non ierit. & in l. cũ quædã puella. in ver. q̃ generali. & in l. fi. in gl. 2. ff. de iurisd. om. iu. & ita in terminis etiã fortiorib. resoluit Iac. Calisius in suo trac. notariorũ. q. vlt. vbi concludit q̃ gubernator Cataloniæ, cui Regia serenitas mandauit q̃ exequeretur banna, nulla obtenta mercede, seu gratia nõ potest executionem facere contra monetarium pro d. banni exactione. quãuis specialiter ei mandasset, q̃ executionem faceret contra monetarium pro d. banni. exactione. Ita etiam resolui præalleg. consil 47. versic. 11. & 12. Cuius rei testimonium perhibent literę requisitoriæ plures, Alcaldis directæ in diuersis factis & negotijs, etiã super executione instrumentorum guarentigiatorum, siue (vt in Catalonia dicunt) scripturarum tertij, quæ sunt in processu, & aliæ literæ Regię & lenię ac prouisiones, p quas fuerũt cassata pignoramẽta, & executiones factæ, aliæ p gubernatorẽ Cataloniæ, aliæ p vicariũ Barch. q̃ est iudex Regis ordinarius: aliæ p Mostasaphiũ, quẽ nos ędilẽ possumus dicere, aliæ per consules Pòtis, & alios officiarios.

Ex quibus nedum apparet consules præd. nulliter execu-
tos, & deterius pignora executa distraxisse. verumetiam
ꝙ dolo, & ex proposito iniuriãdi id fecerunt. Præsertim
cùm ipsi fuissent debitè requisiti ne id facerent. vt docet
processus fol. 334. Ex causa illa fuerat ad audientiam re-
giam euocata: & ipsi cõsules inhibiti. & aliunde fuerunt
emparata ad aliorum instantiam pignora. de quo quidem
emparamento debuerat haberi ratio. Vnde non possunt
à dolo excusari & quominus dicto Botella teneantur ad
damna & interesse. per l. item apud Labeonem. §. si quis
bona. & sequitur ibi Barto. & in l. iniuriarum. §. idem La
beo. ff. de iniur. quamuis iuris executio non habeat regu-
lariter iniuriam. d. l. iniuriarum. §. 1. attamen attentata si-
milia dici non possunt executio: sed iniuriæ illatio. l. si in-
iuriæ. ff. eodem titu. de iniur.

Et ꝙ ista executio fieri non potuerit per d. cõsules in
bonis captis in domo dicti Botellæ, nec etiam vbiuis ex-
titissent, pro expẽsis & alijs rebus in quibus ipsum Botel
lam condemnauerant, etiam si eorum sententia iuridica
fuisset, & nõ fuisset (prout fuit) postea infirmata per d. au-
dientiam regiam. Cõsidero, ꝙ illa solutio fieri debuit ex
tenore d. sententiæ in pecunia: & executio facta fuit in a-
lijs bonis, quàm in his in quibus condemnatio facta est.
Et per cõsequens in executione huiusmodi citari debuit
dictus Botella. vt not. Bar. in d. l. a diuo Pio. §. in venditio
ne. no. Bal. in l. 2. per illum tex. C. de iur. & fac. ign. refert,
& sequitur Lanf. de Oria. in rep. c. quoniam cõtra falsam.
versi. expensæ. versi. quæro, nunquid in executione sen-
tentiæ, &c. extra, de proba. Citatio tamẽ dicti Botellæ co
rã consulibus prædictis non erat præmissa, cùm esset de
foro Alcaldorum, etiam in vim d. regiæ sententiæ.

Similiter in vẽditione pignorum antedictorum pro d.
sententiæ executione captorum, debuerat iste Botella ci
tari, aliter dicta vẽditio nulla fuit, vt est text. in l. creditor.
ibi, notum debitori facere, &c. C. de distra. pig. & ita etiã
resolui in d. consi. 47. versic. 13. & consil. 60. versicu. 52.
Imò Bart. in præalle. §. in venditione, voluit ꝙ si fiat pi-
gnoratio supra quantitatem debitam, ꝙ illa venit reuo-
canda. etiam si legitimè facta fuisset. per l. quandiu. C. eo.
titu. In consequentiam quorum apparet & pignoramen
tum, & pignorum distractionem, esse nulla. & ita etiam
(vt dictum est) fuit per d. Regiam sententiam declaratũ.
& idem etiam ex rationis identitate dicere debemus de
executione facta in naui. Quæ quidem executio, licet nõ
fuerit reuocata prout fuit pignoramentum & pignorum
distractio: hoc fuit, quia in processu non fuerat petitum.
Nam fatuus est iudex, qui super non petitis suum officiũ
impartitur, vt sunt iura vulgaria. & (vt prædixi) militat
eadem ratio decidẽdi in d. naui, qualis in alijs bonis dicti
4 Botellæ. † Nec obstant in contrarium producta acta alia
pignoramẽtorum factorum dicto Botellæ eorum autho
ritate & mandato. Quoniã in illis non ostenditur dictũ
Botellã priuilegium suum allegasse. & nemo præsumitur
priuilegiatus, saltem prius quàm suum priuilegium allega
uerit. vt no. do. Iacobinus de S. Georg. post Bar. & Ang.
in l. ex quacunq;. ff. si quis in ius voc. non ierit. Et aliunde
iste Botella non potuit dictorũ cõsulum iurisdictionem
(etiã consentiendo expressè) prorogare, cùm ipse sit mo
netarius, & ratione sui officij monetarij exemptus & sic
non solius nudæ iurisdictionis ratione. Ita no. Abb. in c.
si diligenti. col. 25. vers. gl. 2. principaliter. ext. de fo. cõp.
alleg. Bar. in l. 1. §. & post operis. vbi etiam hoc no. Rom.
& post eum do. Ias. ff. de no. ope. nun. & Abb. in consil. 3.
incip. nitar, &c. vol. 2. Et hoc potissimum ex quo Reges
catholici, qui dicta priuilegia concesserunt Alchaldis, si-
bi & dictis Alchaldis eorũ nomine iurisdictionem reser
uauerunt, Ita no. Inno. in c. inter dilectos. vbi etiam Feli.
extrà, de fide instrum. & in c. cùm M. Ferrariensis. extrà,
de constitu. Archidiac. in c. tibi, qui. de rescript. lib. 6. Bald.
in c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feudi. alie. per Fede.
in vsibus feud. & Alexan. & Moder. in l. 2. ff. de iudi. Præ-
sertim cùm iuramentum per dictum Botellam præstitũ
in sui officij principio, de quo in processu fo. 163. effecit,
vt ipse Botella non posset alterius iurisdictionẽ proroga-
re. vt no. Canonistæ in c. 1. & c. significasti. ext. de fo. cõp.
Et postremò est in dictis priuilegijs clausula irritans, cu-
ius inter cætera effectus est, ꝙ non valeat in contrarium
gestum. vt per Card. in cle. 1. §. 1. vbi etiam doct. alij hoc
no. de conces. præb. Et priuilegio clausulã huiusmodi ha-
benti renunciari non põt, vt no. Feli. & doc. in allegato c.
si diligenti. col. 3. vers. fallit quartò, &c. & no. do. Ias. in l. si
quis in conscribendo. col. 3. vers. item pro tertia fallen. C.
de pac. Ex quo, n. fuit à superiore clausula illa apposita, cẽ
setur illud pro forma datum secundum Bald. in l. 1. ff. de
liber. & posthu. Sequitur Anchar. in repet. c. canonum sta
tuta. versi. quæro, si statuto cauetur, ꝙ notarij, &c. ext. de
constitu. Ita resolui suprà consil. 40. versic. 11. 12. 13. 14.
15. & 16. vbi latius & magis in specie decisiones has pro-
sequor. Ex quo sequitur, ꝙ cùm dictis cõsulibus erat no-
tum, ꝙ præfatus Botella monetarius erat, & ab eorũ exẽ
ptus iurisdictione, vt in processu, fol. 42. in quo etiam cõ
stat de pignoratione sæpedicta, & pignorum distractio-
ne, fol. 534. & seq. ac etiam de executione præallegata fa-
cta in naui, & de regia sentẽtia per quam executio & pi-
gnoramenta prædicta reuocata fuerunt, fol. 681. conclu
sio dicti Botellæ, ꝙ teneantur in syndicatu satis videtur
5 esse fundata & roborata. † Conclusionis autem illius ve-
ritatẽ probat latè do. Amedæus de Castello in suo tracta.
syndicatus. in gl. in ver. item in eo, ꝙ plures innocentes
condemnauerunt. &c. fol. 7. etiam si de suorum consilia
riorum id fecerunt consilio, quãuis sint iuris ignari, pro-
ut not. Angel. in l. si iudex. ff. de varijs & extraordina. co-
gni. & dominus Amedæus vbi suprà, versic. similiter po
testas, si est iuris ignarus, cum pluribus vers. seq. ad quod
est glo. quæ cõiter approbatur in l. 2. ff. qđ quisq; iur. ma-
ximè, quia dicti consules elegerunt sibi in consiliarios
quos voluerunt. vt per glos. & docto. in l. Pollis. vbi etiam
do. Iason. C. de his, quibus vt indig. Sequitur Sali. in l. fi.
C. de pœna iudi. q. male iud. & Alex. consi. 63. inci. habita
super contentis in superiore themate, &c. Si. n. dicti con
sules non tenerẽtur quando sententiã protulerunt cũ pe
ritorum & aliorum proborum hominum consilio vt ip
si prætendunt, sequeretur, quòd ipsi nunquam syndica-
ri possent. cùm tamen periti, & alij consiliarij, quorum
consilio sententiam ferrent, syndicari non possunt. cùm
ipsi (etiam si assessores sint) nullam iurisdictionem ha-
bent. vt not. Barto. & doctor. in l. 1. ff. de offic. assess. Vn-
de sequitur, quòd teneantur dicti consules in syndicatu
etiamsi cum peritorum consilio ita processissent. & mul
tò magis, quia executionem & pignoramentum, pigno-
rumque distractionem non probatur ex consilio dicto-
rum consiliariorum fecisse: & distractionem pignorum
præmentionatam dicti Botellæ protestatio probatur
processisse. Quare non possunt a dolo manifesto, (vt su-
prà dicebamus) excusari. Et si consilium peritorum eos
excusaret, sequitur quòd Alchaldorum priuilegium ni-
hil ad ius commune adderet, quod tamen facere debet.
& suprafacta cõclusio, quòd dicti consules teneantur in
syndicatu, locum habet si dictus Botella à consulum
prędictorum sententia non appellasset: aut alias eorum
sententia per ipsius appellationis desertionem fuisset
confirmata. ita not. præfatus dominus Amedæus de Ca-
stillo, vbi suprà, in dicta gloss. versicu. & prædicta intel-
ge, & cætera cum pluribus sequentibus versiculo folio
8. vbi etiam versiculo sed pone, quod in causa syndica-
tus, & cætera instruit quid sit agendum quando pendet
adhuc appellationis causa, quam querelans dicit iniquam
fuisse. & in eadem gloss. versicu. insuper si potestas. & ver
siculo s 16. tenetur si mandat executioni, &c. folio 9. re
soluit istos dominos cõsules teneri in syndicatu pro exe-
6 cutionibus prædictis. † Quod autem virgarium, habet
etiã locum hæc conclusio, nec excusatur quòd dictorum

consulum mãdato fecerit id pro quo syndicatur. not. Archid. in c. qui compulsus. 20. q. 5. per l. ad ea. ff. de reg. iu. & l. qui seruum. ff. de acti. & obli. & not. Bar. in l. nõ solum. §. si mandato. ff. de iniur. & dominus Amedæus vbi suprà, versi. item tenentur officiales.

Ex quibus resoluo dictos olim consules & virgarium teneri in syndicatu, & debere condemnari, prout & quẽadmodum per dictum Botellam coram vestris magnificentijs fuit petitum. Ita resoluebam, saluo, &c. Barchinonæ. 1528. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, valitura tamen post donantis obitum & nõ ante, est donatio inter viuos, & quare? in qua veniunt bona præsentia & futura. n. 2. & si in huiusmodi donatione addatur clausula, & alia quæ mihi pertinebunt, aut spectabunt, &c. veniunt etiam nomina, & actiones. nu. 3. & quod in donationibus interpretatio latissima fiat contra donatorem. ibidem.*

Contrarietas, vt euitetur, licet etiam quandoque impropriare verba.

4 *actio quæ competit ad quid mobile, in bonorum mobilium donatione comprehenditur, si vero quid immobile, sub donatione immobilium, si autem genus continet, vel competat ad genus, tunc nec inter mobilia, sed nec inter immobilia computatur. sed est quędam tertia species de per se.*

5 *Relatiuum verbo futuri temporis iunctum, an & quando conditionem importet, & an & quando restringat? vbi ponitur illius natura, quando post plura expressa ponitur illud relatiuum. & alia de hac materia non vulgaria.*

6 *Reseruatio vel exceptio firmat regulam in casibus non reseruatis.*

7 *Donatio per maritum vxori facta secundum magis communem opi. iuramento firmatur quam etiam opinionem audicutiæ regiæ Cataloniæ stylus approbat & insequitur.*

9 *Qualitas adiuncta verbo, regulari debet secundum tempus verbi.*

10 *Emptor, qui scienter emit rem alienam, agere non potest de euictione.*

CONSILIVM CXV.

NON minus eleganter, quàm veridicè per suprascriptos clarissimos iurisconsultos & patres, eorumque subtiles allegationes, & iure nostro firmatas roboratasque conclusiones, magnifici domini Peroti Salba fundata est iustitia, dum resoluunt donationem factam per quondam magnificum dominum Gilabertum Salba dominæ Beatrici coniugi suę de certis bonis mobilibus eidem specificè donatis, & in donationis instrumento prædicto specificatis, quod tamen est Barchinonæ. 1508. non valere: cùm huiusmodi donationi obstaret alia donatio per dictum dominum Gilabertum magnifico domino consulenti quinquennio & amplius antea facta. Ad quod adducunt fundamenta multa dicti domini consultores & patres respectiuè, quibus suam conclusionem prædictam marmoreo fundamẽto stabiliuerunt. Vnde sufficisset nuda mea subscriptio, qua me in eorum concurrere sententiam demonstrarem: nisi dictus magnificus dominus consulens meum hoc cõsilium extorsisset. maximè, quia super eorum conclusione prædicta restabat aliquis scrupulus infrà designandus. † Quòd autem donatio dicto do-
1 mino consulenti facta inter viuos, & pura & irreuocabilis fuerit, in dubio ponere, est conuitiari intextuales decisiones apertas, & in clarissima donationis prædictæ verba. Licet enim videatur in donationis prædictæ instrumẽto actum & dictum, quòd valere deberet huiusmodi donatio post ipsius donatoris obitum, & non ante, & sub quibusdã vinculis, quæ nos fideicommissa & substitutiones appellamus, ac sub conditionibus inibi designatis, quę etiã verba bis repetuntur, attamen illa non censentur apposita substantiæ donationis, quę statim valuit, & translatũ fuit ex illa donatarum rerum dominium. sed apposita fuerunt illa verba effectuali executioni vsusfructus. & vtilitatis donatarum rerum, & sic donationis substãtia collata non fuit post mortem, sed effectualis, executio, per quam non deueniretur cõtra aliquam donatoris prohibitionẽ. Aliàs enim sequeretur quòd ipsa donatio repugnantia inuicem cõtineret. quòd scilicet dictus dominus Gilabertus purè, & merè, ac irreuocabiliter donasset, & deinde post ipsius donatoris obitum suam substantiam contulisset. Item, quia retinuisset donator vsumfructum. per quam etiam retentionẽ videtur donatas res tradidisse donatario, & in illum dominium earundem transtulisse. l. si quis argẽtum. §. sed & si quis. C. de don. Quãdoquidem vsusfructus formalis, qui est quædam seruitus, non potest esse cum dominio. l. 1. ff. de seruit. titu. generali. Et si donatio non valeret nisi post suam mortem (vt subditur immediatè) dominium statim nõ transferretur. Sunt etenim à contrarietate verba saluanda, etiã si oporteret illa impropriare. l. si duo patroni. §. item si iurauero. & ibi Bar. ff. de iureiurao. Idem in l. Titia. §. fi. ff. de le. 2. & traditur per gl. in l. puto. ff. fami. ercisc. & in c. cùm tu. extrà, de testib. cum similibus. & his addatur Ang. consil. 179. incip. visis prædictis instrumentis. colum. pen. versi. ex hoc sequitur decisio, &c. Pau. de Ca. consil. 18. incip. notandum est primo. & Alex. consil. 14. volum. 1.

Sed nec repugnat donationi vel actui inter viuos, quod fuerit executio collata in tẽpus mortis, vt in diuersis cõsilijs ostendi. vt patet suprà cõs. 53. vers. 4. & cõs. 60. vers. 12. & alibi sæpe. & probatur in l. nã & si cũ moriar. vbi Gul. de Cugn. & Ba. ff. de cond. indeb. & in l. 2. C. vt act. ab hære. & cõtra hæredes, &c. & in l. hæreditariũ. ff. de bo. auth. iudi. possid. & in l. fi. C. de cõtra. & commit. stipu. Vnde licet ista donatio collata fuerit post obitũ donatoris, dicitur donatio in diem: de cuius natura est, quòd oriatur immediatę actio. l. cedere diem. ff. de verb. obl. & d. l. 1. C. vt act. ab hæred. &c. vbi continetur expressè, quod quãdo contractus post mortem confertur, actio incipit ab hęrede & contra hęredẽ efficaciter. quia efficacia dicitur ordinem habuisse in personis contrahentium: Quinimò fieri non potuisset expresse, quòd substantia collata fuisset post mortem donatoris, & radicaretur in hæredũ persona. sed necesse fuit quòd actio contra donatorem, licet inefficaciter & elidibiliter, oriretur: vt traditur in d. l. 1. & in simili probatur in l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga. Vnde resoluimus (quòd etiam quilibet sanæ mentis non negauerit, qui verum non inficiabitur) quòd donator antedictus celebrando donationẽ hanc magnifico domino consulẽti factam, voluit donatorum vsumfructum in vita sua reseruare: donationem autẽ illam statim quoad dominiũ valere, quasi dicta bona donata etiam vita donatoris comite, donatarij quoad nudam proprietatem essent: & post ipsius donatoris obitum, etiam quoad vsumfructum. Ita resoluit egregius doctor Didacus de Segura in repeti. l. 1. §. si vir. col. 14. versi. nec obstat. ff. de acquir. possess. Tunc enim demum res dicitur ad aliquem pleno iure pertinere, quãdo pertinet quoad proprietatem & vsumfructum: & habet illius rei potestatem, tanquam in rei propriæ: vt est text. in l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt. quo textu nullus est melior, secundum Bald. ibi. & est etiam text. in l. mater quæ defuncto. & ibi Ang. & Pau. de Ca. C. ad Tertul. cum simil. cùm non sit præsumendum elegisse quempiam viam per quã iudicium suum impugnetur. l. miles, qui destinauerat. ff. de testa. milit. Et aliàs in donationibus fit interpretatio latissima cõtra donantem pro donatario. c. cum dilectus. extrà, de dona. & facit l. si quando. la. 1. C. de bo. vac. li. 10. & l. fi. cum ibi not. ff. de consti. princ. Refert &

fert & ſequitur Alex. conſilio duodecimo incip. viſo the-
mate ſuprà, ſcri.&c.colum.tertia, verſic.7. & vlti.volum.
ſecundo. Ita etiam reſolui ſuprà, conſ.ſeptuageſimoquin-
2 to, verſicul. 10. vbi videatur. † Hoc itaque præſuppoſito
pro conſtanti, conuenio cum dictis egregijs dominis con
ſultoribus, quòd (ſcilicet) facta fuerit vniuerſalis & gene-
ralis omnium bonorum immobilium & mobilium, præ
ſentium & futurorum, iuriumque & actionum, demptis
illis cētum libris quas donator ſibi reſeruauit, donatio. De
immobilibus, cùm illa ſpecificè deſignauerit, nullum eſt
dubium. De mobilibus autem idem teneo. Poſtquã enim
expreſsit mobile, cuius appellatione cõcluſerunt dicti ma
gnifici conſultores (& bene) comprehēdi ſuppellectilem
domus, poſtquam etiam ſpecificè aurum & argentum &
pecunias in donatione præfata cõtulit, donatione inquam
pura (vt ibi dicitur) irreuocabili. quorum verborum &
donationis natura demonſtrat bona omnia habita & ha-
benda fuiſſe donata, ſecundum Cynum in l.fi. vbi etiam
Bar.& Bal. C.de pact. & not. Alex. in apoſtil. ad Bar. in l.
quæſitum. §.pe.ff.de leg. 1. vbi dicit hoc eſſe verum, niſi
donator expreſſè ſe retuliſſet ad bona præſentia tantum,
quæ tunc habebat, verbum præſens exprimendo, vel illa
deſignando per hoc nomen poſſeſsiuum, mea, prout pon
derat gl.& doc. ad hunc effectum in l.ſi ita legatum eſſet.
& in l.Plautius.ff.de auro & arg.leg. vbi Bart. amplè, cum
concord. quas allegat ibi glo. & in terminis, quòd huiuſmo
di donatione etiam ad tempus mortis relata bona præſen
tia & futura veniant. not. Sal. in l.de quæſtione. colum.3.
verſi.1.dubitatio, &c.C.de tranſact. vbi põderat illa verba
poſt mortem meam, etiam in donatione in qua bona de-
3 ſignantur per hoc nomen poſſeſsiuum, mea. † Et quòd
per huiuſmodi donationem fuerint etiam donata ſæpedi
cto magnifico domino conſulenti nomina & actiones, te
neo cum præfatorum dominorum conſultorum reſolu-
tione, ſed alio & diuerſo ab eis reſpectu. Et illa dico ve-
nire in his verbis, & alia quę mihi pertinebunt, & ſpecta-
bunt, &c. Ita reſoluit in fortioribus terminis An. Siculus
conſ.36.incip. illud in medium, &c.colum.1.ver. nec ob-
ſtat l.meorum. & per totum. vol.1. Ita intelligit d.l.meo-
rũ.& l.rei.ff.de verb.ſignific.& l.ſi legatus. §.1.ff.ad Tre-
bellia.& reſpondet vbi ſuprà, Barba. ad id ꝙ obijci poſſet
de illo verbo, poſsidere. ad quem, cùm eius ſcripta & con
ſilia paſsim habeantur, me remitto. Quibus accedant no-
tata per Soci.conſi.36.colum.4.& quod ſcripſit do.Iaco-
binus de ſancto Georgio in ſuo trac. de operis, & roydis.
4 4.& 5.col.† Poteſt etiam dici, quòd actio ad conſequen-
dum vel exigendum chirographum illud regium (quod
albaranum vocant) donata fuerit per illud verbum, to-
tum mobile. Quandoquidem licet à Doctoribus alter-
cetur, vtrum actiones inter immobilia vel mobilia cõpu
tentur: reſoluantque generaliter actiones tertiam ſpeciem
bonorum conſtituere, vt per doct. in l.quam Tuberonis.
§.penult.ff.de pecul. Attamen ſi actio competat ad quid
mobile conſequendum, iudicatur quid mobile: & veni-
ret cum bonorum mobiliũ donatione. Et econtra, ſi quid
immobile contineat. Ita not. Ang. in §.1.in verſi. connu-
meranda. in auth. de nõ alien.&c. refert & ſequitur Alex.
conſil.31.incip. viſo tit. quæſtionis, &c. volum.4.& conſi.
9.incip. viſis verbis teſtamenti, &c.colum, penul.& fin.
volum.1.& conſil.27. incip. attentis narratis, &c. ad fin.
volumin.3.& conſil.125. incip. viſis & conſideratis, &c.
ad fin. volumine primo, & conſil.45. incipien. habita ſu-
per his, &c. columna quarta, eod. volum. primo, & conſi.
decimoſexto, incipien. viſo titulo quæſtionis, &c. eo. vo-
lum.& conſi.12.colum. tertia, volum.2. Idem Alex. in l.
à diuo Pio. §.in vēditione. ff.de re iudic.& not. Card. Flo.
conſil.72.incip. redemptoris noſtri, &c. fateor, quòd actio
quæ continet genus, aut competit ad genus, inter immo-
bilia vel mobilia non computatur, ſed erit tertia ſpecies
de per ſe, prout tenet Lapus allegatione 92.incip. primis
videndũ eſt, &c. ad fi. vbi dicit, ꝙ conſuetudo irrationabi
lis & contra ius, de mobilibus & immobilib. faciens men
tionē non extenditur ad nomina cõtinentia genus, prout
5 ſuprà dicebamus. † Nec etiã dicatur, quòd relatiuum illud
dũ dicit ibi, & alia quę tenebo & poſsidebo, ex quo iun-
gitur futuri temporis verbo, conditionem importet, ſci-
licet ſi dictus dominus Gilabertus donator mortis ſuæ tē
pore illa poſsideret. vt videtur probari in l. Stichus, qui
meus erit. & ibi Bar.& doc.ff.de leg.1.& not. Abb. conſi.
85.incip. omnipotentis, &c.colum.3.verſic. ſecundo prin
cipaliter, &c.volum.1.& nouiſsimè do. Iaſon in l.1.in 2.
lectura. ad princi. C.de ſum. trinit. quod etiam videtur in
caſu noſtro indubiè procedere, cùm poſt plura expreſſa
ponitur relatiuum, prout in ſimili viſus eſt voluiſſe Alex.
conſi.23.inci. viſo proceſſu, &c.colum.3.verſi. alio etiam
fundamento. &c. volu.5. vbi dicit, quòd ſi fiat alicui plu-
rium bonorum conceſsio, inter quæ ſpecificentur ali-
qua cum illa clauſula, quæ ad præſens obtines ſub ditione
tua, concludit quòd dictum verbum, quæ, relatum ad il-
lud verbum, obtines, reſtringit totum antecedens ſuum.
allegat. l. hęres meus. §. vxori. & l.ea tamen adiectio. ff.de
leg.3.& l.nam quod. §.fi.ff.de pe.leg.& l.à filio. §.teſtator.
& l. Titia.& vtrobique Bart.ff. de alimen. & ciba. lega.&
Bar. in l.omnes populi. ad princi. ff.de iuſti.& iure. Ex qui
bus videtur in caſu noſtro decidendum, quòd cùm rela-
tiuum illud, quæ, iungatur verbo futuri temporis, & con
ditionem importet, vt dicebamus: ſic etiam quòd referri
debeat ad mobile aurũ, & argentũ, & pecunias, quorum
eſſet poſſeſsio apud donatorem tempore ſuę mortis. cùm
per illa verba donator prædictus donaſſe tantùm videa-
tur illa quæ tempore ſuæ mortis poſsideret, & quæ tunc
eidem competerent. & in conſequentiam, quòd in huiuſ
modi donatione nõ venirēt illa bona quæ dictæ dominæ
Beatrici donauit poſtea. ex quo tempore ſuę mortis per
ipſum donatorem nõ poſsidebantur, ſed nec illo tempore
ſibi competebant, aut pertinebant.

Reſpondeo tamen ad contrarium illud, licet prima fa
cie videatur vrgere, & dictorum dominorum conſulto-
rum & patrum reſolutionem reddere dubiam. Imprimis
dum dicebatur, quòd relatiuũ verbo futuri temporis iun
ctum conditionem importet, dico contrarium illud intel
ligi debere quando diſponens id quod adijcitur per rela-
tiuum, ſciebat vel credebat poſſe ſe habere ad eſſe. vel nõ
eſſe, ſecus autem ſi credebat poſſe ſe habere tantummo-
do ad eſſe. quia tunc non importat conditionem, ſed facit
cauſam. Ita not. domi. Iacobinus de ſancto Georgio in l.
quidam cùm teſtamentum. notab.1.C.de poſth. hæred.
inſti. vbi ponderans illum tex. dicit, quòd ex quo teſtator
ægrotus erat, & credebat ſe breui moriturum ex infirmi
tate illa, ideò non ſperabat ſibi naſci filios in vita ſua, ſed
demum poſt eius obitum, Ideò dixit, ſi quis mihi filius
meus naſcatur infra decem menſes poſt mortem meam,
inſtituo eum hæredem. Sed quia naſci poſt mortem non
fuit cauſa finalis inſtitutionis, ideò, quamuis in vita teſta-
toris naſcatur, non rumpit teſtamentum, quia ſi teſtator
eum crediſſet in vita ſua naſci, veriſimiliter eũ inſtituiſ-
ſet hæredem. Sic ad propoſitum cùm donator ſciret ſe do
naſſe magnifico domino conſulenti mobilia, aurum, ar-
gentum, & pecunias, donatione quidem pura & irreuo-
cabili (quam dicunt inter viuos) dominium bonorum il
lorum fuiſſe in dictum donatarium (vt ſuprà dicebamus)
tranſlatum, retento ſibi quandiu viueret bonorum illo-
rum vſufructu: veriſimiliter cogitauit illa bona tempo-
re ſuæ mortis eſſe debere penes ſe, cùm de illis non poſ-
ſet reſiſtēte huiuſmodi donatione diſponere. Concluden
dum erit in caſu noſtro, quòd iſtud relatiuũ conditionem
non operabitur, licet verbo futuri temporis iungatur.

Et minus facit aliud obiectum, ſcilicet ꝙ illud relati-
uum, quæ, referatur ad illa etiam verba mobile, aurum, ar
gentum, & pecunias. cùm Latini ſermonis congrua locu
tio impediat ne ad illa verba referatur. prout eſt glo. not.
in cap.2. iuncto tex. ibi, de elect. lib.6. vbi relatiuum, qui-
bus,

bus, solum refertur ad scrutinium, & sic ad illud quod po
test salua recti sermonis ratione determinare. Refert &
sequitur And.Sicul.consi.30.col.5.versi.item cũ opponi-
tur,&c.vol.1.Igitur solũ potest referri in casu nostro illud
relatiuũ, quæ, quod est nautri generis pluralis numeri, ad
dictionẽ,alia, quæ est eiusdẽ generis & numeri, & non ad
alias dictiones prædictas quæ disconueniunt à d. relatiuo,
videlicet illa tria priora nomina,in numero & genere, &
nomen pecunias,in genere. & si mul iuncta in omnibus.
Et minus obstabit contrariũ factũ de decisione Alex.
in d. consil.24. Quoniam relatiuum solum restringit il-
lud antecedẽs ad quod principaliter refertur, & nõ alia.vt
est text.in l.à filio.§.fi.ff. de ali.lega.& decidit Bart.per il-
lum tex.in l. si quis legauerit.ff.de auro & arg. lega. Præ-
sertim quando ante relatiuum ponitur copula. per. tex.in
l.hoc legatum. & seq. quæ incip. ea tamen adiectio.ff. de
leg.3.vbi positum relatiuum cum copula,ampliat.vt not.
Batt.& omnes in l. omnes populi.ff. de iusti.& iure.& in
l.1.C. de sum. tri. & ita seipsum resoluit Alex. qui pon-
derat ibi,quòd copula non præcedit.
Possumus etiam dicere, quod vbi præcedunt antece-
dentia multa,deinde subijcitur relatiuũ quis vel qui, cum
aliqua qualitate, quod etiam dictum relatiuum secũdum
bonam grammaticã possit ad omnia præcedentia referri,
tamen si per huiusmodi relatiuũ importatur aliqua qua-
litas quę non congruit cuilibet antecedenti,quod tunc il-
lud relatiuum nõ facit ad omnia antecedentia ad quæ re-
ferri potest relatio. sed ad illa solũ quibus illa qualitas con
gruit. Istam decisionem colligit Gemi. in præall.c.2. per
gloss.in ver.ex quibus. de elect.lib.6.& allegat Archid.8.
q.1.c.verum.Refert & sequitur do.Iason in d.l.1. colum.
2.vers.vnum nota,&c.in 2.lectura.C.de summa trinitate
& do.Philipp.Decius consi.11.versic.18.volum.1.Sic ad
propositum, in casu nostro subditur qualitas possessionis
per verbum illud,possidebo, quæ tamen propriè non ca-
dit ad mobilia aurum,argẽtum, & pecunias,cum res mo-
biles non dicãtur propriè possideri,vt not.gl.in l.3.in ver.
pedibus.ff.de acquir.posses.& alia in l.1.C.vti.posside.&
in.l.3. & vtrobique Doct.ff. vtrobi. Et sic videtur quod
etiam cessantibus responsionibus antepositis, quòd rela-
tiuum illud,quę,solum referatur ad dictionem illam,alia.
præsertim quia (vt suprà dicebamus) fieri debet interpre
6 tatio contra donatorem.† Quod vel ex eo patet apertius,
quòd donator ex omnibus bonis suis reseruauit sibi dun-
taxat cẽtum libras, de quibus ipse donator posset testari.
Quandoquidem exceptio firmat regulam in casibus non
exceptuatis,vt dixerũt præfati domini cõsultores. & not.
Feli.remissiuè in c.quoniam frequenter.ad princi. extrà,
vt lite non contest. & omnino do.Philipp.Decius, in re-
gula prima, post medium.versi. circa secundum dictum.
vbi diffusè prosequitur hanc materiam, & nullus eo me-
lius illam attigit.ff. de reg. iur. Et aliàs reseruatio illa cen-
tum librarũ nihil aliud innuit (vt prædixi) quàm exceptio
quæ donationem illam firmauit in alijs bonis quæ reser-
uata non fuerunt.l. quæsitum.§. denique.& ibi Bar.ff. de
fundo instructo.gl.in §. vbi autẽ.in auth. de nũp alie.&c.
& in c.2.& ibi Abb.extrà de coniug.leprosorum.quomo
do arguit Ang.consi.289.incip.circunscripta, &c.col.3.&
consil.239.incip.quidã emptores.& Roma.in suo consil.
237.inci.quoad primum,&c.col.2.vers.pręterea,&c.Re-
fert & sequitur Philip.Dec.cons.283.inc.& diligẽter, &c.
col.2.vers.& hoc idem,&c. vol.3. Ita etiã in facti contin-
gentia resoluebã suprà cõsi.37.versi.1.& cons.67.vers.12.
Et si attendamus ea quæ supra vers.5. supra dicebãtur,
fatebimur cum dictis magnificis patribus & cõsultoribus,
donationem quam postea dictæ dominæ Beatrici vxori
suæ fecit,esse nullam, aut saltem (si posset aliqua dici) ꝙ
in dictis bonis secundò (vt est dictum) vxori prædictæ
donatis,plus iuris habeat dominus cõsulens. ita resoluunt
per præmissa Iason, & alij in l.quoties.C.de reuoc.donat.
Cor.cons.89.in litera f.volum.3. Soc.consi.53.inci.in præ
senti consultatione.ad fi.vol.1.& do. Philip.Decius cons.
7 239.inci.primũ videtur.in addi.vol.2.† Ex quibus vide-
tur esse superfluũ ingredi pelagus illud cõflictus in vtran
que partem,vtrum donatio facta vxori firmetur iuramẽ-
to.Quoniam (fateor) ex illo solo capite annullari nõ pos-
set,cum pro affirmatiua sit opinio communis,vt attesta-
tur Soci.in suo consil.66.incip.frustra.&c.colum.4.vesi.
2.principaliter.volu.1.do.Philip.Decius consi.202.incip.
vt præsens, &c.per totum.volu.1. Fran.de Aretio consil.
74.incip. diligenter.&c. colum.3.versic.primum est,&c.
vbi concordat opi.contrarias. Socin.in suo tract.fallen.in
regula 104.do. Anto.de Petrucijs in repetitione l.1.in se
cundo effectu.ff.de iureiur. Roma. consi.44. incip.ex su-
prascripto themate.& consi.299.inci.præsupposito,quòd
dictum legatum. Fede.de Senis consil.160. inci. punctus
quęstionis talis est, constante matrimonio inter cõiuges.
Paul.de Cast.consil.101. inci.notandũ est,&c. Alex.cons.
8.incip.visis & consideratis his, &c.volu.2.& consi.157.
incip.viso instrumento donationis.eod. volu.& do.Bar-
tholomęus de Chassenay compatriota & conterraneus
meus, in suo consuetudinario Burgundiæ, in tit.de iure
dotium.§.7.in gl.in verbo, *suppose que lesdicts contracts*,Et
in hac patria Cataloniæ cessat hic conflictus opinionum.
Quoniam Regiæ audiẽtiæ stylus pro affirmatiua consue
uit sententiam ferre, Vnde facit ius stabile pro dicta parte
affirmatiua,vt not.domini de Rota decisio.710.in antiq.
Et ita etiam in facti contingentia resolui in arduo casu su
prà consi.20. versic. 30.& consi.75. versi.8.& ita etiã re
soluit dominus Didacus de Segura in repeti.l.1. §.si vir.
colum.19.versi.hinc etiam.ff.de acquirenda possessione.
8 † Attẽdatur etiam quòd licet multa fuerint in firma do-
natoris ipsius manu descripta, illa tamen solum videntur
esse donata, quæ per notariũ descripta sunt in instrumẽto
donationis antedictæ,& per donatariam acceptata, posita
pro ficto donationis illius validitate, prout in facti con-
tingentia resolui suprà consi.64. in addi.ad dictum consi.
versi.7.& consi.76.in addi.ad illud consi.versic.6.vbi de-
munstro requiri donatarij acceptationẽ.& maximè,quia
in illa donatione donauit vxori prædictæ fornimentum
illius cameræ,quod ipsa elegisset,nõ potuit dicta domina
Beatrix ante electionẽ per eam factam ius aliquod in di-
ctis furnimẽtis prætendere, prout in simili resoluit Iaco.
Marquilles in vsatico,de intestatis.& facit l.centesimis.§.
fi.ff.de verbo. oblig. Vnde cum non constet in processu
de electione per dictam dominam facta,& non potuerit
ante electionem huiusmodi ius aliquod prætendere.con
sequens est quod ista domina Beatrix dicta bona teneat in
vim resignationis vsusfructus eidem per magnificũ con-
sulentem facto,prout in simili not.in l.apud Labeonem.
§.fi.ff. de seruo cor. Bal.in l.1. in 5.oppo. C.de condi.ob
9 Causam.per l.marito.& vtrobique Doc.ff.solu.matri.† In
super data pro ficto dictæ donationis secũdæ validitate,
vt dicebamus proximè,ponderentur verba quibus dona-
tor vtitur dum dicit, quod nunc est, & alibi, ꝙ nunc ha-
beo:& alibi,quæ nunc sunt & alibi,quæ sunt hodie in do
mo mea, sequitur,quòd ad hoc quod dicta domina Bea-
trix illa consequi posset deberet probare tempore dona-
tionis huiusmodi fuisse in bonis ipsius donatoris. Quan-
doquidem qualitas adiuncta verbo regulari debet secun-
dum tempus verbi, ut concludunt præfati magnifici con
sultores.Prosequitur do.Phili. Decius consi.258.incip.in
casu ad me transmisso, &c. colum.3.versi.nec obstãt,&c.
vol.2.Ita etiam resolui suprà consi.65.versi.6. Et est aliàs
regula iuris,quòd vbi certa qualitas in aliqua dispositione
exprimitur,debet ante omnia probari,quando illa est cau
sa quòd allegans admittatur,aut recipiatur.vt probat tex.
valde singularis in l.2.§.1.vbi Bar.ff.qui satisd.cog.quem
text.allegat ad hoc pro singulari dom. Card.in clemen.1.
de sequest.poss.& fruct, Refert.& sequitur Andr. Barba.
consi.15.incipien.circa dubia,&c.colum.6.versic.præte-
rea accedat. &c.volum.1. Ita etiam determinabam suprà
consi.1.

consil. 1. in addi. versic. 51. & consil. 81. versic. 1. & consil.
10 99. versic. 1. † Dici potest etiam, quòd ex quo præfatus donator & vxor eius prædicta, sciebant donationẽ primam, videtur ipse dominus Gilabertus in hac secunda donatione solũ donasse ius vsusfructus sibi in sua vita retentũ. Præsertim cùm ad vxoris prædictæ cõmodũ iam facta fuisset quadriennio antè donatio vsusfructus prædicti in casu quo dicta domina Beatrix superuiueret dict. domino Gilaberto. Pro qua conclusione est text. quẽ Bart. ibi ad hoc not. in l. Sticho. ff. de vsufruct. leg. Idem Bart. & moder. in l. quod in rerum. §. 1. ff. de lega. 1. Bal. & Paul. de Cast. & alij in l. vxor patrui. C. de leg. Præsertim ex quo dicta domina Beatrix plenissimam habebat de dicta prima donatione magnifico domino consulenti factã notitiam. Quia videtur istam quæ sibi facta est accepiasse quoad ius illud vsusfructus, vt concludit in simili Philipp. Decius cons. 177. incip. & pro tenui, &c. colum. 2. versi. sed an ista, &c. volu. 1. arg. l. si fundũ. C. de euict. vbi imputatur emptori, qui rem quam sciebat alienam emit, vt agere non possit de euictione. cùm sciret qualitatem rei. Simile habetur in l. fratres. C. communia vtri. iudi. & not. Doct. in l. familię. C. fa. ercis. & facit text. in l. 1. in fin. ff. de action. empt. & l. 1. §. si intelligatur. & in l. quæritur. §. fi. ff. de ædil. edicto. cũ simil. Et præmissis addantur quæ scripsit egregius dominus Didacus Segura præallegatus in repeti. l. quẽadmodum. colum. 9. vers. vnum tamen est notandum. ff. de acquir. possess. fol. 91. col. 1.

Ex quibus concludendo cum præfatis magnificis dominis consultoribus & patribus. & resoluo pro dicti domini consulentis iustitia. Ita decidebã, saluo, &c. Barchinonæ 1528. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum quod dicatur esse? & quid si testator vocat illud cõtractum, aut codicillum, si habeat omnia requisita ad testamentum.*

2 *Testamento inter liberos condito, an & quæ solennitates sint remissæ?*

3 *Imperfectio duplex consideratur in testamento quarum altera omnia testamenta vitiat, & illa est voluntatis. altera verò, quæ est solennitatis, testamẽta quæ in piam causam aut inter liberos celebrata non fuerunt, reddit nulla: & quomodo vna istarum imperfectionum ab altera discernatur, nume. 4. & 5. & si perfectum fuerit quò ad institutionem & substitutionem, licet testator dicat se aliquid addere velle, non tamen dicitur imperfectum huiusmodi testamentum imperfectione voluntatis. d. num. 5.*

Testamentum inter liberos an & quando reddatur nullum, quando lectum non fuit à notario? & quid si fuerit ad piam causam conditum? d. nu. 3.

5 *Dispositio l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. locum habet etiam in testamento nuncupatiuo.*

Ex testamento inter liberos etiã imperfecto solennitatis imperfectione succeditur, & non ab intestato.

Testamentum potest mandare fieri iudex de iure communi ex testium dictis, & depositionibus qui vltimæ voluntatis expressioni vel depositioni interfuerunt, mandando ex dictis illis confici instrumentum, quod vim habebit testamenti, & in Catalonia ex regiis priuilegijs, quæ certã tradunt formam, ita disponitur: vocaturque huiusmodi testamentum sacramentale.

CONSILIVM CXVI.

CONSTITVTVS in graui infirmitate, qua postea disponente Altissimo decessit quondam magnificus do. Iacobus Bastida, in notarij & duorum, imò etiam plurium præsentia, dicitur de bonis suis, quæ in magna copia habebat in hac forma disposuisse. Cùm enim omnes eius liberi impuberes essent, cuiusmodi ætas benemeritorum non est capax, vt per Feli. remissiuè in c. postulasti. colum. 6. versi. vlterius, &c. extrà, de rescript. & in c. quod super. extrà, de fide instru. & latius prosecutus sum suprà consi. 88. versi. 16. primogenitum eius filium masculum, & eiusdem filios masculos successiuè hęredes instituit vniuersales. Secundogenitum autem in certa quantitate: & filiam in alia, quæ dotis loco succederet, particulares hæredes scripsit. Ad substitutiones autẽ postea deueniens, dicto primogenito sine filijs masculis decedenti, vel ipsis masculis sine liberis etiã masculis decedentibus, secundogenitum & liberos illius, etiam masculos, substituit. Progressusque ad vlteriores substitutionum gradus, extraneos etiam suo ordine vocauit, prout hæc omnia seriosius per notarium redacta sunt in scriptis. Conformauitq́ue præfatus quondam dictus Bastida vltimam suam voluntatem, tum quoad institutionem, tum etiam quoad substitutiones prædictas, vsui practico ac stylo, quẽ suæ qualitatis & cõditionis homines in Barchinona & in hoc Cataloniæ principatu solent obseruare. post quas quidem institutiones & executorũ (quos manumissores vocant) electionem, & legata tum pia, tum alia, posteaquã illa omnia fuissent, d. dom. Bastida iubente, per notarium prædictum scripta, & per eundem in testium illorum præsentia lecta, postq; ipse etiam do. Bastida scripturam huiusmodi accepiasset & approbasset, notario & testibus antedictis præsentibus, coram quibus etiam declarauit ita se velle testari, prout in dicta scriptura continebatur, dictus do. Bastida altero die migrauit ex hac vita, priusquã tamen illa scriptura per dictum notarium testificaretur. quoniã dictus notarius cogitabat dictum dom. Bastidam, qui filijs suis de tutoribus non prouiderat, & alia quædam legata, quæ per testatores solent communiter apponi, cuiusmodi sunt quæ bacinis (vt dicunt) pauperum fiunt, & alia id genus non apposuerat, aliquid suo testamento prædicto addere velle.

Quæritur igitur ex præmissis, vtrum testamentum illud possit imperfectum dici, ea inquã imperfectione, per quam validitas illius de iure communi impediatur? Et ex quo capite filij dicti dom. Bastidæ succedent, vtrum scilicet ex huiusmodi testamento, an verò ab intestato? Et an notarius possit hodie ex actu & scriptura huiusmodi testamentum conficere, aut instrumentũ ex illo testamento, citra pœnam l. iubemus. C. de testa. per quam notarius ex imperfecto testamento conficiens instrumentum pęna falsi punitur.

Et si fortè non valeret vt testamentum de iure cõmuni, an saltem valere possit vt testamentum sacramentale, quod (secundum iura patriæ) valet quando aliquis suam voluntatem expressit in scriptis, aut sine scriptis præsentibus testibus (etiã si nullus adfuerit notarius) in ipsa voluntate verbo tenus dicta;, vel scripta, cùm seruari possit iuris prædicti municipalis solennitas, de qua in regio priuilegio, quod vocant, recognouerunt proceres. versi. 49. incip. Item est consuetudo, de iuramento scilicet testium infra tempus certum, & in loco vbi in dicto versi. 49. continetur, præstando, q ipsi testes viderunt, & audiuerunt scribi, seu dici, prout in illa scriptura, quæ per dictum notarium confecta fuit, continetur.
1 † Aggredior primi dubij membrum primum, an testamentum de quo quæritur dici possit imperfectum, ea dico imperfectione, quæ ipsum annullet. Et cùm sola voluntatis imperfectio sit illa, quę regulariter annullat testamentum, cõsidero igitur iuristatores illud appellare testamentum in quo continetur hæredis institutio, etiã si testator illud vocauerit contractum, codicillum, aut donationem. l. testamentum. & ibi Bald. in 1. notab. C. de testa. l. fi. vbi Bar. colum. 2. vers. venio ad quæstionem. & ibi etiam Bald. colum. 7. versic. extra quæro. C. de Codicil. Quandoquidem iura diffiniendo testamentum largè, dicunt esse mentis seu voluntatis testationem, & iustam sentẽtiam de eo quod quis post suũ obitum

obitum fieri vult.l.1.ff.de testa.& Insti.eod.in princ.cùm
tamē propriè accipiatur pro hæredis institutione (vt præ
dixi) secundum Bal.in l. & in epistola. colum.1.versi.nec
obstat, q; litera dicit.C.de fideic.& Bar.in d.l.5.ff.de testa.

Considero etiam, quòd licet de iuris communis dispo-
sitione debeaut septem testes in testamento præter nota-
riū interuenire.l.hac consultissima.§.per nuncupationem
& ibi Bal.C.de testa.& l.dominus.ff.eo.tit.cum similibus.
Attamen de iure d. principatus Cetaloniæ si duo vel tres
testes fuerint adhibiti, valeat huiusmodi testamentum co
ram eis factū, vt continetur in regio priuilegio prædicto.
versi.26. Emanauit etiam circa testamentorū huiusmodi
constructionem aut celebrationem regis Petri priuile-
gium datū Barchinonæ 14.Calend. Nouēbr.anno 1309.
quo, derogando iuri scripto, concessit quòd testamēta va-
leāt, licet exhæredētur aut prætereātur illi, qui altàs erant
instituendi. quanuis etiam in illis seruatæ non fuerint iuris
solennitates: dum tamē sint adhibiti duo testes (etiam nō
rogati) & sint in publicam formam redacta. Quod qui-
dem regium priuilegium insertum est in libro legum pa-
2 triæ, quas constitutiones vocant.fol.293.† Considero in-
super magnificum quondam Iecobum prædictū inter li-
beros fuisse testatū in testamēto inter succedētes ab inte-
stato, & multò magis inter liberos cōdito: sufficiat quod-
cunque voluntatis iudicium.l.hac consultissima.§.si quis
C.de testa.l.2.ff. de iniusto rupto & irrito facto testa. l.fi.
ibi, quibuscumque verbis, aut indicijs.C.fa.ercisc.no.do.
meus Iason in auth. q; siue. C.de testa. & sequitur Alex.
consi.104.incip.paucis vtar, &c.colum.2.versic.2. princi
paliter, &c.volum.2.idem consi.546.colum.2.versi. sed
præmissis.eo. vol. vbi allegans l. hac consultissima.præd.
§.ex imperfecto.per illum tex.dicit, testamentum inter
liberos siue in scriptis, siue nuncupatiuè fiat, secundū cō-
munem opinionem valere, quoad liberos, etiam si in hu-
iusmodi testamēto duo testes solùm interuenerint, etiam
si rogati non fuerint. vt est glos.& doct.in l.fi.in versi.ex-
cepto testamento.C. de testa. Breuiter in testamento in-
ter liberos oīs iuris ciuilis solēnitas est relaxata: & reman-
sit illa sola, quæ est de iure gentium, prout notabiliter vo
luit Ang.in d.§.ex imperfecto. Refert & sequitur Andr.
Siculus consi.43.colum.7.versi.& faciat dictum Ang.vol.
3.vnde Bar.in d.§.ex imperfecto.quærens vnde est, quòd
testamentum patris inter liberos valeat absque solennita
te aliqua, respondet, quia in huiusmodi testamento solum
gentium ius attenditur & seruatur, & cessat ius ciuile. Ita
etiam voluit. Bald.quem refert & sequitur Iason in l.1.in
2.lectura.colum.8.versi.non obstat, &c.C.de sacrosanct.
3 eccle.† Postremò considero, quòd in testamentis duplex
attendi solet imperfectio. Alia est voluntatis, quæ testa-
mentum omne regulariter siue inter liberos, siue etiam
ad pias causas celebratum ennullat, vt decidunt Bart. &
doct.post glos.in l.si is, qui.ff.de testa.& in d.§.ex imperfe
cto.Bald.in l.ex ea.in princ.ff. eod.de testa. & Aret.om-
nino in d.l.si is, qui & in l.furiosum. C.qui testa.fac.poss.
Alia autem dicitur imperfectio solennitatis, quæ regula-
riter omne testamentum reddit nullum, quod inter libe-
ros, vel ad piam causam conditū non fuerit. vt not. Doct.
vbi suprà, & voluit Alex.in l.ex facto. §.si quis rogatus.
colum.30.versi.& per hoc etiam deciditur.ff. ad Trebell.

Vidēdum igitur superest, vtrum testamentum hoc de
quo quæritur imperfectum dici possit: & qualis erit hæc
imperfectio? Et cum testamenti perfectio concludatur
secundum Bal.& moder.in l.si is, qui.præalleg.arg.d.l.fu-
riosum. C.qui testa.fa. poss.in vltimo puncto testamenti.
& præsupponatur in themate non fuisse in hoc testamen
to prouisum de tutoribus filijs institutis, & alia quædam
legata, quę solent cōmuniter in omnibus testamentis ap-
poni, omissa, videtur huiusmodi testamentum imperfe-
ctum dici posse: & ex illo nullum ius oriri. Sicut vbi testa
tor dixit, quòd alia disponere volebat. Quia tūc videtur,
quòd testamantum non habuit pro absoluto. Ex cuius-
modi testamento (vt prædixi) non oritur ius. vt not. Bal.
Io.de Imo.& Moder.in l.si is, qui.sæpe allar.d.l.furiosum.
Refert & sequitur.Soci.consi.92. inci.in causa eo.Anto-
nij.colum.2.versic.Antonius Calibrarij, &c.volu.3. Ista
autem imperfectio diceretur esse volūtatis imperfectio,
secundum quod Bart.& Doct.ibi tenere videntur per illa
iura.& idem Bart.in §.ex imperfecto. sepeall. in 1.q.po-
nit exemplum in huiusmodi imperfectione: puta, quādo
priusquam testator suum compleuisset testamentum, fu-
rore mortis pręuētus est. per alle.l.furiosum.& l.si is, qui.
concludens illam imperfectionem, testamentum etiam à
patre conditum inter liberos annullare. In cuiusmodi etiā
testamento loquitur d.l.si is, qui. secundū quod glo. Doct.
& Bar.ibi voluerunt. In quam etiam sententiam doct.alij
in d.§.imperfecto.concurrunt, quorum dictis & aucto-
ritate casus noster prima facie videtur decidi debere ne-
gatiuè. Quinimò Bal.in auth.quod sine.C.de testa.voluit,
quod nedum testamētum legi debeat, & publicari per no-
tarium coram testatore ac testibus.l. fideic.§. quoties. &
ibi Bar.ff.de leg.3.& in l.ex eo. vbi etiam Bar.& Bal.ff.de
test. Verumetiam tunc demum dicatur esse perfecta vo-
luntas, quando notarius apposuit illa verbe, actum in tali
loco, &c.quem actum in hac patria vocāt clausuram. aliàs
(ait) sine eis est imperfecta voluntas. per d.l.si is, qui.&
ita tenet Paul.de Ca.cons.202.inci. Titius infirmitate gra
uatus.post princ. Et ita consulendo visus sum resoluisse su
prà.consi.103. versi.2.

Quibus tamen non obstantibus teneo hoc testamen-
tum de quo agitur imperfectum dici non posse, aliqua ex
dictis duabus imperfectionibus, & maximè volūtatis im
perfectione. Imprimis attendendum erit quòd testamen
tum præsumitur esse perfectum, vt voluit gl.& doct.in d.
l.si is, qui.& est glo.in d.l.fideicommissa.§.si rem.de lega.
3.& not.Alex.Rom.in rubr.ff.de no.ope.nuntiat. Quin-
imò Bald.in d.l.si is. qui.in 3. notab. voluit testamentum
nō præsumi imperfectum, nisi probetur. Et si refricemus
proximè dicta. quòd tunc dici possit testamentum, quan
do hæredis continet institutionem, dicere possumus testa
mentum hoc dici posse quale ibi diffinitur, prout etiā re-
soluit Bart. in præallega. l.1. ff. de testa. Et maximè iuris
monicipalis pręallegati atrēta dispositione, qua iuris cō-
monis solennitates, præsertim in huiusmodi testamento
inter liberos condito remittuntur. In quo etiam testium
rogitus aut notarij nō requiritur aut aliæ iuris solēnitates
ad illius validitatem necessariæ nō sunt, sed sufficit quod-
cunque volūtatis iudiciū, siue testetur in scriptis, siue nun
cupatiuè, vt proximè dicebamus.

Et posito pro ficto, quod testamentum hoc aliqua pos
set imperfectione notari, certè non potest illa dici volun
tatis imperfectio. Quandoquidem constat, vt in themate
præsupponitur, dictum testamentum, aut scripturā coram
dicto do.Bastida, & testibus à notario lectum fuisse. Con-
stat etiam dictum quondam do.Bastidam, coram notario
& testibus prædictis declarasse, velle ita testari prout in il
la scriptura notarij continebatur. Constat etiam scriptu-
ram illam perfectam esse quoad hæredis institutionem,
& alia quæ de substantia sunt testamenti. Vnde si fingere-
mus in huiusmodi scriptura imperfectionem aliquā esse,
illa non posset dici voluntatis, cum de dicti quondam do.
Bastidæ volūtare, dicentis se velle testari prout in illa scri
ptura continebatur, appareat. sed esse duntaxat solennita-
tis imperfectio, cuiusmodi testamētum inter liberos con
ditum non annullat, vt suprà dicebamus. Ex quibus appa-
ret locum de quo suprà hoc eodem versic. ibi, ista enim
imperfectio, &c.dicebatur, nō posse pro cōtrario objici.
Quandoquidem lecturę testamenti omissio sola non red
dit testamentum inter liberos conditum indistinctè nul-
lum, cum illa non sit voluntatis imperfectio, sed tunc de-
mum quando non constat ita voluisse testari, prout in di-
cta scriptura continebatur. Quod verum est, etiam si di-
cta scriptura fuisset per notarium scripta: prout resoluit

Peul.de

Paul. de Cast. consi. 360. vbi concludit, quòd valeat testamentum in quo testator coram certis testibus ecclesiam instituit, licet testes non rogauerit, nec fuerit coram ipsis testibus & testatore lectum, per d. authe. quod sine. & ibi arguit de testamento inter liberos facto, ad illud quod in piam causam factum est: vbi etiam concludit satis esse, si testamentum fuerit nuncupatum coram testibus. & subdit, quòd etiam si nunquam fuisset nuncupatũ, nihilominus illa scriptura probaret in pia causa: sicut probaret inter liberos. vt in d. authen. quod sine. Ita refert, & in terminis fortioribus sequitur Barba. cons. 42. colum. 2. versi. faciat etiam. quod voluit Paul. de Castr. vbi materiam hanc latissimè prosequitur, vol. 4. Et hanc sententiam distinguendo, & contrarias opiniones concordando, tenuit Io. de Imol. in sæpeal. l. si is. qui. & in c. 2. ext. eod. de testa. dicens. quòd interdum voluntas testatoris est imperfecta: quia non fuit coram testibus publicata, prout testator facere volebat: & tunc, vt dicit, valet huiusmodi voluntas inter liberos, & ad piam causam, allegat in arg. capit. cùm esses, & ca. relatum. eo. tit. Et in d. c. cum esses, idem Imol. tenuit huiusmodi testamentum valere, licet publicatum non sit & remittit se ad notata per ipsum in d. c. 2. eo. tit. de testa. addatur Anchar. in consi. 327. incip. de efficacia siue validitate testamenti: vbi etiam in terminis concludit pro huiusmodi testamenti validitate, etiam ad effectum reuocandi primum testamentum. & in eisdem terminis con-
4 suluit Barba. vbi ipsum proximè allegaui. † Cùm ergo dictus quondam dominus Bastida nuncupatiuè potuerit inter liberos testari (vt prædixi) & de ipsius Bastidæ voluntate per duos testes, aut plures dicitur apparere: potest notarius (si ipse velit. aut se rogatum asserit) dictã suam scripturam, cum debitis solennitatibus extendere. vt concludit ibi suprà Paul. de Cast. Refert & sequitur Barba. in d. consi. 42. colu. 4. vers. preterea dicit, si scriptura est, &c. per not. in c. cùm P. tabellio. extrà, de fide instrum. quia, vt dicit, continet voluntatem perfectam postquam scripta reperitur manu illius, qui rogatus reperitur, per not. in d. authen. quod sine. Communis etenim habet opinio, quòd dispositio d. §. ex imperfecto. locum habet etiam in nuncupatiuo, quicquid ibi dixerit Ful. Cuius somnio visus est adhæsisse Paul. de Cast. contrarius sibi ipsi, & vtriusque opinio. contulat And. Sicul. consi. 29. col. 6. versi. adduco, quod voluit, &c. vol. 1. & idẽ Pau. de Cast. in præall. auth. quod sine. dicit, quòd si duo testes implicitè, vel explicitè de testatoris volũtate deponant, sufficit quòd ipsi dicant, nos audiuimus patrem testari hoc modo inter liberos, & tunc probabunt testamẽtum nuncupatiuum. Cuiusmodi etiam testamentum de iure communi vltra prædicta est priuilegiatum, quòd possint in illo testes esse fœminæ, vt Bar. in dicto §. ex imperfecto notauit. Refert & sequitur And. Barb. vbi suprà. Notat etiam Bald. in alleg. authen. quod sine. post gloss. vbi assignat rationẽ specialitatis. & ita communiter doct. tenent in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. & do. Philip. Decius in regula fœminæ. in 14. speciali. ff. de reg. iur. vbi dictum huc extendit, etiam vbi bastardus instituitur à patre. & iura, quæ in cõtrarium suprà versi. præced. post princi. ibi, ista autem imperfectio, &c. allegata fuerunt ad probandum testamentum imperfectum esse volũtatis imperfectione, non possunt ad casum nostrum adaptari: vt Bald. ostendit in l. filij. C. fa. ercisc. & do. Iaso. in d. §. ex imperfecto. col. pe. ver. quærit Bal. &c. cùm in dictis iuribus non fuerint hęredes completè instituti, in casu autem nostro deducta in themate cõtrarium ostendunt. Quinimò (etiam circumscripto, quòd conditum est hoc testamẽtum de quo agitur inter liberos) dici potest perfectum, per ea quæ supradicta sunt, & aliàs ex dictis Bar. in sæpeall. §. ex imperfecto, & ex distinctione ipsius post glo. in d. l. si is, qui. ff. de testa. apparet iura præallegata non obstare.

Audiatur, quòd voluit Bart. in d. l. si is, qui. post gloss. in 2. quæst. vbi dicit & resoluit, quòd si testator in quadam schedula voluntatẽ suam scripserit, & decedat priusquam huiusmodi voluntatem coram notario & testibus publicasset, quòd huiusmodi testamentum est perfectum ratione voluntatis suæ in totum declaratæ per scripturam, & quòd valebit inter liberos, quãuis dici possit imperfectũ ratione solennitatis omissę. Quod intelligo quando constat testatorem ea intentione schedulam illam scripsisse, vt eius testamẽtum esset, vel quòd ita ordinaretur suum testamentum. Ita resoluit do. Iason in sæpeall. §. ex imperfecto. colum. 2. in prima limitat. vbi allegãs Guliel. de Cug. & Ang. in l. veluti. vbi etiam Bal. in lectura antiqua. ff. de edendo. dicit, quòd si pater fecerit scribi suam intẽtionem inter liberos, & dum notarius illã legere vellet mortuus sit, valet nihilominus, licet nõ fuerit illa scriptura lecta vel publicata. quia est defectus solennitatis, & non voluntatis. allegat idem tenere Io. de Ana. in cons. 57. inci. visis & consideratis, &c. ad fi.

Dicere possumus etiam post Soci. consi. 163. incip. non fuisset opus. colum. 4. versi. & pro fundamento præmitto volu. 2. quòd licet attenta forma & formalitate vnum sit testamentum, tamen essentialiter, quot sunt capitula separata disposita, tot possunt dici testamenta, seu testamentariæ dispositiones. Quod in simili dicit probari in l. scire debemus. cum ibi not per Bart. in princip. maximè in secunda solutione data ad l. si duos. ff. de contrahen. emptione. Quanuis etiam videatur esse testamentum quid indiuiduum, per l. furiosum. C. qui testa. fa. poss. hoc verũ est ex iuris ciuilis dispositione. ex æquitate verò iuris gẽtium, quam solùm dicimus attendi in testamento inter liberos, secus est: prout dixit Io. de Imo. in dicta l. si is, qui. saluando Bart. à contrarietate, quam eidem impingit Roma. in repeti. authen. similiter. in 18. speciali, circa voluntates vltimas. C. ad l. Falci. vbi Imo. pręallegatus saluando (vt dixi) Bart. qui in l. is qui testamento. ff. de fideicom. liber. voluit testamentum imperfectum, etiam ratione voluntatis, ad pias causas sustineri, dicens se ita consuluisse. cuius tamen contrarium, secũdum Roma. vbi suprà, voluit idem Bar. in d. l. si is, qui. vbi etiam Imol. præallegatus dicit Bar. contrariari. & in l. fi. ff. de rebus eorũ. & in l. cùm quis. C. de iur. & facti ignor. concludens, distinguendo idẽ Imola, quòd aut voluntas erat perfecta quoad piam causam, vel liberos, licet imperfecta esset quoad alia: & tunc valeat huiusmodi testamẽtum: & in illo casu procedat opi. Bart. in d. l. si is, qui testamento. secus autem (ait) vbi voluntas illa esset imperfecta circa illam mer dispositionem causæ piæ. quia tunc non valeret, & in casu illo loquitur Barto. in d. l. si is, qui. Quæ etiam distinctio colligitur ex scriptis eiusdem Bar. in d. l. si is, qui. & sequitur Alex. in d. §. ex imperfecto. Quam etiam distinctionem saluando Bar. à dicta contrarietate ponit expressè Anto. Nicellus in cõtrarietatibus Bart. concor. 210. incip. notanter, &c. Ita etiam not. idem Imol. in pręalleg. c. 2. ext. de testa. ponens exemplum, Testator mandauit fieri capellam in aliquo loco, & expendi ducenta. concludit. huiusmodi dispositionem valere & tenere, quia illa de se perfecta est quoad illũ actum posito quòd vlterius non processisset in testando, & disponendo, & mortuus fuisset, quia uitiari nõ debet ex alio actu omisso separato. arg. c. vtile. de reg. iur. li. 6. Refert & sequitur And. Sic. d. cõs. 42. vol. 4. quod cõsiliũ ad hũc casum uideatur oĩno. Quæ quidem decisio etiã in terminis in quib. loquitur, probatur optimè per expressum text. in l. intestato. ff. de le. tuto. vbi tex. dicit, intestato, patre mortuo, defertur agnatis tutela. quæ verba resoluũtur in conditionẽ. i. si pater intestatus defunctus fuerit. l. à testatore. ff. de cõdi. & dem. Subdit attñ ibi textus, Intestatus aũt esse videtur non solum is qui testamentum non fecit, sed etiam is, qui in suo testamento liberis suis tutores non dederit, quantum enim ad tutelam attinet, intestatus est. Cui est similis tex. in §. quod autem. Institu. de legi. tutela. Voluit enim text. intestatum eum, qui in suo testamento de tutoribus non prouidisset filijs suis, non quòd esset simpliciter

citer intestatus: sed quoad assignationem illam tutorum duntaxat. de quo videatur quod dixi consi. 120. versi. 10. Resultat igitur ex præmissis roborata conclusio, q cùm testamentum de quo quęritur dici non possit imperfectū saltem voluntatis imperfectione, & seruata fuerit iuris municipalis solennitas ad facturam testamenti adiuuenta quoad hæredum institutionem & substitutionem. imò qualem dispositio præall. l. iubemus. C. de testa. prouidet, q potest (vt prædixi) notarius testamentum huiusmodi testificari, siue (vt dicunt) claudere, etiā citra iudicis præceptum, & citra pœnæ metum quę in d. l. iubemus, infligitur contra notariū qui ex testamēto imperfecto conficit instrumentum. Ex quo tū textus iuncta gl. fi. probari videtur, q si testamentū imperfectū sit, ea imperfectione, quæ certa nō sit, q valeat testamētum in eo quod est certum. secus aūt si certum esset omnino, q testator volebat adhuc aliquid facere, quod nō fecit. quia tunc in eo quod nō fecit, nō valet. Et in totū nō valeret, si illud quod omissum est, esset de substantia testamenti, vt in l. si is, qui. & l. ex ea scriptura. ff. de testam. pręall. cum similibus. ita concludit in terminis Ant. de Prato veteri, inter consi. Alex. consi. 73. inci. non puto hunc notarium. per totum. vol. 1. & sequitur in eisdem terminis idem Alex. consi. 74. inci. viso testamento, &c. eo. vol. qui tamen loquuntur quando testator dixerat. Non faciam vlterius vsque cras manè & interim mortuus est.

Nec etiam obstat quod visus sim contrarium tenuisse, vt suprà vers. 3. dicebatur. Quoniam in præall. consi. 102. tum in d. versi. 2. cùm in versi. 3. constat nos esse in casu valde diuerso & penitus differenti: cū non constaret quis illam scripturam scripsisset, & minus quòd testator illam voluisset haberi pro testamēto. In casu autem isto cōstat scriptum esse per notarium, & iussu testatoris. & ipsum etiam testatorem dixisse, quòd ita volebat testari, prout in d. scriptura continebatur. Similiter in casu d. consi. 102. testator iusserat vocari notariū, siue vt publicaretur scriptura, vt prætenditur ex aduerso: siue ad aliud. & sic apparet illud testamentum (etiam si constaret esse scriptum manu testatoris) esse imperfectū voluntatis imperfectione, per iura quæ in d. consi. ad hoc propositum allegabam quæ (vt suprà monstrauimus) non possunt ad casum istū adaptari, cùm ibi testator non habuit illam scripturā (etiā si testamentum appellamus) pro perfecta & absoluta. quo casu iura ibi, & hic in contrarium allegata loquuntur. Et aliàs præsupponitur d. scripturam à notario lectam fuisse coram testatore, & ipsis testibus: & ipsum (vt dictum est sæpe) respondisse velle se ita testari, prout in d. scriptura continebatur. Vnde constat, nos esse in terminis valde dif-
5 ferentibus.† Facit etiam ad casum, quòd dictus do. Bastida, post conditum illud testamentum, vel illius iussu conscriptam huiusmodi scripturam, superuixit illo die & sequentis diei aliquot horas, & sic illi dispositioni potuisset vlterius addere si voluisset, & per consequens si non addidit ad illam, per ipsum do. Bastidā stetisse videtur. Arg. l. iure ciuili. ff. de cōdi. & demon. vbi Iac. de Are. dicit, quod ex quo plus non adiecit cùm potuit, videtur finem imposuisse testamento. arg. l. quod in rerum. Sequitur Anto. de Prato veteri vbi suprà, col. 2. ver. & ad prędicta. & Alex. in d. consi. 74. colum. 1. versi. præsertim quia testator, &c. allegat probari in d. l. si is, qui. & p not. ibi, & in d. l. ex eo. eo. titu. & in l. fideicommissa. §. 1. ff. de lega. 3. Ex quibus sequitur, quòd attento quòd hæredum institutio & substitutio in huiusmodi dispositione interuenerit, testamentum hoc dici non potest simpliciter imperfectum, etiam si testator dixisset se postea aliquid aliud addere velle: prout resoluit do. Antonius in d. cōs. 73. in princ. allegat text. In l. 2. iuncta l. asse. cum ibi not. per gl. & doct. ff. de hæred. insti. & in l. si quis. ff. de insti. & substi. sub condi. factis. & not. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. & Angel. consilio 56. incip. præclarus & egregius doctor: &c. & consilio sequenti.

Consequitur etiam ex pręmissis, quòd dicti quondam domini Bastida filij ex huiusmodi testamēto succedunt, & nō ab intestato. prout not. Ci. in l. quoties. C. de hæred. insti. vbi respondet ad gl. in d. §. ex imperfecto. quæ videtur sentire quòd non valet vt testamentum, sed vt succedatur ab intestato. cui etiā gloss. respondent gloss. & doct. in l. filij. vbi etiā Salic. omnino. C. famil. ercisc. & omnino do. Iason. in d. §. ex imperfecto. colum. 5. versic. Pro clara intelligentia, &c. vbi dicit hanc esse communē opinionē, quòd testamentum imperfectum à patre cōditum inter liberos, effectū habeat testamenti. & q ex illo testamento succedatur. quòdque comprehendatur in statuto de successione testamenti loquente.

Sequitur etiam ex præmissis esse superuacaneam discussionem secundi dubij, siue quæsiti. Quoniam si testamentum hoc valere potest de iure communi, multo magis vt sacramentale testamentum, per ea quæ suprà dixi, cùm etiam possit aliàs iudex etiam circunscripto regio de quo in themate ex dictis & depositionibus testiū, qui vltimæ voluntatis interfuerunt expressioni, vel dispositioni, conficere instrumentum: & mandare quòd habeatur pro testamento: ita quòd hæredi huiusmodi competat l. fi. C. de edicto diui Adria. toll. beneficiū: prout not. Petrus de Bella pertica cōpatriota meus. Ci. Guliel. de Cu. Bart. Alber. Sali. & domini & pręceptores mei Iason, Iacobinus de S. Geor. & Phil. Decius in d. l. fin. post glo. in ver. depositionibus. C. de edicto diui Adri. toll. & ita in facti contingentia & in arduo casu consulendo tenui suprà consi. 1. versi. 4. & in addi. d. consi. versi. 15.

Ex quibus in vnum congestis resoluendo totius consilij summā in vnam massam, cōcludo testamentū de quo quæritur, esse validum de iure cōmuni: & notarium cogi posse vt ipsum claudat: quòdque ex huiusmodi testamento succedūt filij dicti domini Bastidæ, veluti ex quolibet alio: & multo magis in casu quæsiti locū esse testamento sacramētali. Ita decidebā, saluo, &c. Barchinonæ 1528. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

S V M M A R I V M.

1 *Dubia plura quando quæruntur, responsio debet incipere ab eo, à quo plura quæsita tolluntur.*
Donatio facta per minorem regulariter non valet. d. num. 2. & quid si minoris iuramentum interuenerit in eadem. nu. 3.
2 *Donatio fact. per filiam metu & reuerentia patris est nulla, & qualis metus exigatur, & qualis reuerentia? & quòd in muliere minor metus sufficit quàm in masculo, & multo minor in puella. & quid vbi metus non affuit, sed sola reuerentia?*
4 *Facultas morte finitur.*
Maioricatus solius principis authoritate & licentia creari potest, & quando debeat interuenire? & si fuerit concessa facultas à principe, vel licentia, duobus creandi maioricatum, vtrum possit illorum alter absque alio creare illum? vel per vtrunque creatum reuocare? tum de iure commun, cùm de iure regni Castella. Et in quo cognoscatur quādo maioricatus, aut alius cōtractus est perfectus. & quòd de bonis maioricatus in esse deductis solui non debet æs alienū. nu. 5. & si grauati ære alieno maioricatum constituant, solui debet æs alienum (si alia bona non fuerint) de bonis dicti maioricatus. sicut soluitur in casu simili de bonis restitutioni subiectis, & alienari prohibitis, vbi etiam qualiter fiet illa solutio? nu. 6. & dotes inter æs alienum adnumerantur, quando constat de illis legitimè. nu. 7.
7 *Cōfessio testatoris de dote recepta vtrū sit obligatoria? vbi etiā quòd cōfessio testatoris in suo testamēto facta pro sua conscientia exoneratione valet, & inducat legatum.*

CONSILIVM CXVII.

PLVRA sunt dubia super quibus expostitur meum responsum, quæ tamen in tria principaliter subscripta puncta resoluuntur, super quibus tutius responderi potuisset, & maturius visis priuilegijs maioricatus tum antiqui, cùm moderni: de quibus in testamento illustris quondam comitis de Palma, & in eiusdem nuptialibus tum etiam primis, cùm secundis capitulis siue documentis, vt cognosci posset, si dicti vltimi maioricatus creatio & facultas principis (quia de primo non est dubium) ante leges Thori fuerit, quæ anno 1515. promulgatæ fuerunt, & quæ in multis maioricatus creationem & reuocationẽ alterant, & immutant. & si debeamus hũc casum secundũ d. leges regulare, an verò secundũ antiquas d. regni leges? Sed cùm d. priuilegia & instrumenta procul absint & in promptu nõ possint haberi, & requiror decisiuè dubijs illis respõdere, vt illustri dño cõsulenti comiti de Palma morem geram, breuiter & decisiuè, quantũ mihi data informatio patietur, respondebo, non quidem ad omnia quęsita. sed ad illa tria duntaxat, ex quorum decisione resoluuntur alia etiam quęsita, theoricam moder. imitatus in cap. cùm in iure peritus. ext. de offic. deleg. & in c. prudentiam. eo. tit. & in c. pastoralis. §. 1. ext. de rescript. & prosequitur Abb. consi. 82. incip. conditoris, & c. ad princip. volumine. 5.

Videndum est igitur vtrum donatio, quam fecit reuerenda & deuota domi. Eleonora puerto carrero egregio do. Antonio. puerto carrero fratri suo valeat? & si quouis modo aduersus illam succurri possit.

Secũdò, vtrum maioricatus per d. quon. illustrẽ Comitẽ creatus, & cõstitutus de quo in 52. cap. sui testamenti, dici possit creatus esse, ita quod bona quæ ipsi sunt attributa hodie remaneant indiuisibilia? & postremò æs alienum (in quo adnumero dotes tum primæ cùm secundæ vxorum dicti quondam illustris Comitis) & legata pia, & filiorũ legitimam, de quibus bonis debeat solui præsupposito prohicto ꝙ maioricatus ille de quo in hoc quæsito institui potuerit & creari.

Et cùm Speculat. optimus practicus in tit. de alleg. & disputa. §. porro. versic. in summa. voluerit in consilijs decisiuis (quale est quod à me petitur) esse respondendum absque iurium & rationum allegationibus, succinctè procedam, iurium (præsertim ad vtrãque partem) omittens allegationes, nisi vbi dubium esse probabile resolutionis vel determinationis meę, præsertim quòd in hac Cęsarea curia peregrinatus (cùm nondum aduenerit mea bibliotheca) liberis caream.
1 Dum itaque primo loco quæritur de validitate donationis per d. do. Eleonoram egregio do. Antonio fratri suo factæ de portione maternæ hæreditatis, dico quòd licet regulare sit, ꝙ donare potest omnis qui de iure prohibitus non reperiatur, attamen dici potest de iure communi interdictam esse minori donationem, vt abundè prosequitur Andr. Siculus. cons. mihi 53. versi. 4. & 18. vol. 2. dicens donationẽ simplicem impossibilem esse minori. & idem Barba. cons. 21. vers. 6. vol. 1. tenuit idipsum ampliando, quòd etiam cum decreto iudicis minor donare non posset. quod etiam voluit Phil. Cor. cons. mihi 51. in litera f. vol. 3. vulgatum est enim dictum iurisconsulti in l. filiusfa. ff. de donat. quòd donare est per-
2 dere. Et in casu pręsenti minus habere videtur difficultatis, quòd allegetur huiusmodi donatio facta metu & reuerentia patris. & alterum istorum duorũ (salua liberorum pleniori reuolutione) sufficere credo ad donationis huius nullitatem. de primo, scilicet de metu, iura sunt vulga. & notab. theorica Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. Crederem satis esse nedum vbi probaretur metus concussiuus, qui per minas alicuius potentis, aut soliti suas minas executioni mandare, causatur, verumetiam vbi ꝓbaretur metus impulsiuus, qualis vbi est per verbera aut carcerem actualiter interuenientia sit aliquid, aut etiam vbi tertia metus species probaretur (quam doct. trifariam metum diuidentes, timorem suspicionis non temerariæ, sed violentæ dicunt, in l. nouissimè. ff. ꝙ falso tuto. & in l. 2. C. si quis aliquem test. prohib.) verum etiam satis esse crediderim, vbi tacitus metus ex paterna reuerentia causatus probaretur: cùm filius patri, vxor marito, liberè resistere non audent. l. pe. ff. de furt. & in d. §. quæ onerandæ. & probatur ex qualitate personarum secundũ Bal. ibi. & not. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nuntia. & si hmõi metus sit iustus aut nõ & qui caderet in constantẽ mulierẽ, bonus iudex arbitrabitur cuius arbitrio relinquitur. vt est gl. singularis in c. cùm locum. ext. de sponsa duorum. quam glo. Roma. singulari mihi 229. incip. tu scis ꝙ contractus tunc ex metu, &c. dicit legistas nescire. quam etiam glo. Ant. de Butr. c. consultationi. eo. tit. fecit ad hoc propositum singularem. & de reuerentia paterna quòd sufficeret, (etiam circunscripto metu) ad donationis huius nullitatem, videtur esse tex. rectè ponderatus in d. §. quæ onerandę. ibi, metu vel nimia reuerentia, &c. inquantum iurisconsultus vtitur illa disiunctiua vel maximè consideratis alijs circunstantijs quæ hic pręsupponũtur, scilicet ętate d. d. Eleonoræ tenera, suggestionibus pluribus quæ factæ dicũtur eidem, affectione quam ad egregium donatarium habebat illustris quon. Comes eius pater, quã vel ẽt cęcus, aut alius quisquis rationis expers, ex tenore dicti test. quondam illustris Comitis perpenderet. quo nedum purificare conatur d. do. Antonium ill. Comiti de Palma natu maiori, verumetiam nititur illum ampliorem & pontentiorem reddere. & breuiter an contractus iste metu celebratus dici possit? qm̃ facti contingentiam ignoro: qui de illa certioratus fuerit, recurrat ad Soci. consi. 273. col. 3. & 4. volu. 2. vbi ostendit minorem metum in muliere, quàm in masculo exigi: & multo minorem in puella. & ita etiam resol-
3 ui suprà. cons. 105. nu. 9. Nõ discutio verum si d. do. Eleonoræ iuramentum in donationis actu interuenerit, an valebit huiusmodi donatio tanquam facta à maiori: quòd latè prosequuntur doct. in authen. sacra puberũ. C. si ad versus vendi. & in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. cum alijs vul. Sed pro nunc præsupposito pro vero quòd minori sit prohibitum à iure donare (vt suprà dicebamus) posset attentari quòd iuramentum in huiusmodi donat. de iure reprobata non teneret ad hoc quòd contractus ille, vel donatio valeret, licet produceret effectum, quòd dicta dom. Eleonora iurans ad obseruantiam iuramenti teneretur, & iuramantum seruaret. vt not. domini de Rota decis. 653. in antiq. Iason in l. nemo potest. ff. de lega primo & Decius consilio 202.

Et in terminis monialis renuntiantis quòd syndicus monasterij vbi est religiosa d. monialis agere possit ꝓ portione spectãte ad monasterium vel ad huiusmodi monialem, videatur Card. consi. 8. in tit. de iureiur. ꝙ incip. duæ puellæ. Cor. consil. 45. in litera h. vol. 2. & Fran. de Aretio consi. mihi 154. incip. in præsenti consultatione, &c. vbi loquuntur quando abbatissa & moniales ratificauerunt contractum factum per ingressam monasterium. in quo
4 etiam iuramentum interuenit. Ad id autem quòd secundo loco petebatur, vtrum maioricatus (de quo in secũdo quæsito prædicto) dici possit creatus & erectus, ita quòd bona quę ipsi sunt attributa hodie remaneant indiuisibilia videnda esset (vt in themate dixi) concessio per regiam serenitatem facta dicto quõdam illustri Comiti, ac etiam vt cognosci possit vtrum ordo assignatus dicto domino Comiti fuerit seruatus per ipsum. Quandoquidem solius principis auctoritate maioricatus constituitur. & erigitur. vt prosequitur abundè Lud. Bolog. consil. mihi 62. incip. Martinus & Maria, &c. vbi ponit etiã ex quibus moueri possit Rex aut princeps ad consentiendũ creationi maioricatus, de quo etiam per Oldr. consi. mihi 231. incip. vt eius de quo quæritur, &c. ad fi. & per Roma. consil. 29. incip. in casu maioriæ Hispalen. &c. & illa princ pis auctoritas &

tas & licentia hodie per dictas ll. thori debet huiusmodi creationem, aut constitutionem maioricatus præcedere: & non esset satis quòd postquam creatus esset huiusmodi maioricatus, interueniret illa facultas, aut licentia, nisi diceretur expressè in eadem quòd ipsa prodesset dicto maioricatui iam facto: vt dicitur in legibus thori prædicti.l.42. & certè si facta fuerit huiusmodi cõcessio præfato quondam illustri Comiti, & eius vxori dominæ Eleonoræ de la Vegua, prout verba testamenti sæped. comitis sonare videntur in articulo prædicto 12. nõ potuit illustris Comes prædictus solus dictum maioricatũ constituere, vel creare in toto, vel in parte, sicut in illius creatione non potuerunt reseruare potestatem aut facultatem (loquor cessante concessione Regia per priuilegium concessionis prædictæ vel licentiæ) dictum maioricatũ reuocandi in toto vel in parte, nec coniunctim nec diuisim. vt prosequitur Bolog. dicto cons.62. colum. mihi. 3. vers. quarto premitto. melius colum. 5. versi. secundo principaliter. & Pau. de Castro consi. mihi. 161. incip. in causa præsenti quæ vocatur maioris Hispalen. & Socin. consi.47. incip. facti narratione, &c. volum. 3. & hoc intelligo si dicta licẽtia & creatio leges thori antecessit: quoniam per l.47. earundem datur facultas reuocãdi maioricatum etiam iam creatum in toto, vel in parte, præterquam in certis casibus in eadem lege contentis. & certè in hac maioricatus materia nullus melius loquitur quàm dictus Bolog. in præalleg. consi.62. vbi ponit quid sit maioricatus, & qualiter constituatur & regulatur, maxime in partibus aut regnis Hispaniarum, vbi frequens est, signanter in regno Castellæ, vt experientia facti magistra docet. quoniam in regnis Aragonum & Valentiæ, nec etiam in principatu Cataloniæ non practicantur, aut sunt aliqui maioricatus: vt dicebam consilio illustrium fratrum Cardonæ contra illustrem ducem Cardonæ fratrem eorum in 2. dub. nu. 17.

Quinimò facultas illa per dictum quondam illustrem Comitem data illustri Comitissę vxori suæ in d. capitulo 12. dicti sui testamẽti, demonstrat ipsum dominum Comitem non habuisse dictum maioricatum pro perfecto & absoluto, sed complementum & perfectionem illius dictæ dominæ Comitissæ arbitrio & dispositione præmisit. quod cessantibus præmissis ipsum non potuisse facere suprà dicebamus. ad quod etiam faciũt quæ not. Anchar. & post eum And. Siculus in c. relatum. extrà, de testa. in quæst. de testatore, qui ductus pœnitentia primi testamẽti testes & clericum fecit vocare, & per eum scribi fecit legata quædam, quodque in alijs Christi pauperes instituebat, & in dictorum testium præsentia manifestabat quòd volebat omnia prædicta in publicam formam redigi per notarium. concludunt, quòd ex quo dictus testator mortuus erat priusquam notarius accederet, & illam scripturam redigeret in publicam formam, quòd huiusmodi dispositio dici non poterit testamentum, sed quædam, verborũ enuntiatio postea redigẽda in scriptis per notarium: sicut in simili videmus, ꝙ scriptura sententiæ quã iudex habet priusquam legatur & recitetur, non est sentẽtia, sed præparatio quædam. l.2. C. de sententijs ex breui. reci. & huiusmodi decisioni est similis alia decisio Paul. de Cast. consi. mihi 364. inci. visa dicti facti narratione. secundum antiquam impressionem. & alia eiusdem consi. 169. incip. in causa quæ vertitur, &c. ad fi. vbi resoluit in idẽ, dicens quòd quando testator post suę voluntatis declarationem dixit, quòd volebat huiusmodi suam declarationem per manum notarij expediri, talis declaratio non fuit facta animo tunc suam vltimam volũtatem condendi, sed animo quòd in futurum testamentum facere volebat: & si allud non sequatur, resoluit huiusmodi verba nihil operari, nec ex eis voluntatem vltimam (etiam ad piam causam) probari. & harum decisio est alia similis quã ponit Oldr. cõs. 119 inci. Titius condidit testamentũ, &c. & alia Io. And. & per easdem rationes addit. ad Spec. tit. de instru. edi. §. compendiosè. vers. sed fuit quęstio de facto. Ita etiam decidit Io. de Ana. cõs. mihi 51. inci. visis & cõsideratis, &c. in distinctione quã fecit. & omnino Philip. Decius consi. 159. inc. casus qui proponitur, &c. & ita in terminis proprijs resoluebam suprà consil. 102. nu. 13. vbi resoluo contractum non dici perfectum etiam si partes sint cõcordes de eo, si dicunt quòd notarius testificatur. per quas decisiones & rationes earundem apparet dictum quondam illustrem Comitem non habuisse illum maioricatũ pro perfecto & absoluto, vt suprà dicebamus.

Et posito pro ficto quòd ipse solus maioricatum illum cõstituere & creare potuisset, & quòd nun sit data facultas dicto quondam illustri Comiti & eius vxori prædictę dictum maioricatum instituendi: cùm sit natura maioricatus quòd ex quo semel auctoritate principis cõstitutus est, quòd non possit in totum vel in parte per eos quibus est facta cõcessio alterari (loquor vt prędixi nisi princeps in dicta facultate aliud concessisset) vt resoluunt Oldra. Pau. de Cast. & Bolog. vbi suprà. & cùm facultas illa facti siue voluntas dicto quõdam illustri Comiti per Regium priuilegium maioricatus attributa per ipsius Comitis obitum expirauit, & sit finita. l. locatio. ff. loca. & not. dominus meus Iason post Bar. in l. centesimis. & in l. inter stipulantem. §.1. ff. de verb. oblig. per l. cùm quis. vbi Alex. post Bar. qui legit illam. l. cum. l. in stipulationibus. eo. tit. sequitur quòd huiusmodi facultatem concedere non potuit dictus quondam illustris Comes illustri eius vxori, & per consequens ꝙ non sit hodie creatus maioricatus de quo nunc quæritur: multo minus creari possit hodie per Comitissam prædictam solam, prout suprà monstrauimus.

5 Sequitur & ex præmissis tertij quęsiti decisio, quòd cùm bona prædicta quæ assignabantur pro dicto maioricatu, sint hodie diuisibilia, cõsequens est quòd solui debet ex illis æs alienũ, & alia de quibus in dicto quæsito. quandoquidem iura maioricatus iam in esse producti, quem possidet illustris dominus Comes consulens, censentur quid esse indiuiduum (etiam circunscripto iure patriæ, vt per Bolog. vbi suprà. colum. 4. in princ.) & aliàs æquiparantur regalibus dignitatibus: vt notauit Socin. dicto consi.47. volu. 3. quę de sui natura sunt indiuisibiles. cap. Imperialẽ. §. præterea ducatus. de prohib. feudi. alie. per Feder. ideò perueniẽdum erit ad bona quæ diuidi possunt antequam deueniatur ad alia bona quæ restitutioni subiaceant. vt est vulg. doctorum theorica in l. filiusfam. §. diui. de lega. 1. & in authent. res quæ. C. communia de lega. & ita resoluit Francis. de Curte consilio 27. & consi. 63. col. penultima.

6 † Et posito quòd tẽpore vitę dicti quõdam illustris Comitis iste secundus maioricatus fuisset legitimè constitutus, & creatus, & in esse productus: adhuc de bonis illis solui deberet æs alienum, et legata pia, ac dotes, (quoniam illa præcesserunt facto dicti quondam illustris Comitis.) & per cõsequens huiusmodi bona, licet aliàs non possent alienari, eò quòd de illis cõstitutus esset maioricatus: attamen alienari possent ex illa causa necessaria procedente ex facto defuncti. prout notat abũdè Bolog. cons. 43. inci. ser Iacobus. colum. 3. vers. aut volumus dicere. not. Socin. consil. 16. incip. in causa quæ vertitur, &c. colum. 3. versi. ex quibus infero. vol. 3. & dominus meus Philippus Decius consi. 301. inci. visa petitione Philippi. col. 3. vers. sed maior est dubitatio, &c. & ita etiam in facti contingentia resolui in arduo casu suprà consi. 55. nu. 9.

Posset etiam dici (& fortè melius) quòd de bonis dictorum illustrium coniugum antequam creari potuisset maioricatus, aut in esse deduci, ante omnia debuerit æs alienum detrahi, & filiorum qui tẽpore creationis illius extabant, legitima: quia dicti filij qui superfuerunt patri, erant quodam modo creditores pro sua legitima in bonis parentum suorum. vt per Bal. in l. cùm quis. C. de iur. & facti ignor. & Philippus Cor. consi. 127. per totum. volum. 3. & consi. 264. in litera a. volu. 4. Ita quòd eis debeat solui vt æs alienum, & detrahi debeat etiam ante legata pia (licet quoad hoc vltimum lex patriæ resistit) vt not.

idem

idem Baldus in authenti. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. post Dinum in l. Marcellus. §. rei quæ. ff. ad Trebellianum. & ita nota. Franciſchinus de Curte conſilio decimotertio incipiente Ianuæ. ad finem. cõſilio trigeſimooctauo, incipiente domini Redemptoris, & cætera. post princip. & dominus meus Philippus Decius conſilio ducenteſimo trigeſimoſexto. incipiente non paruæ difficultas, & cætera. columna quinta. verſiculo non obſtat ratio. Quod vſque adeò verum eſt, quòd Romanus conſilio octauo incipiente non eſt dubium, & cætera. Bologn. conſilio quinquageſimonono. incipiente, cor mondum, & cætera. dominus meus Philippus Decius præallegat. conſilio ducenteſimo trigeſimo ſexto. & Faancifchinns de Curte vbi ſuprà, voluerunt filium hypothecariam actionem intentare poſſe pro ſua legitima. quod dictum Fulgoſium conſilio octuageſimo quarto. extendit etiam legitimæ ſupplementum. & ita
in facti contingentia reſolui ſuprà conſilio vndecimo. nu
7 mero primo & ſecundo vbi latè proſequor. † Nec (quia
dixi dotes adnumerari inter æs alienum) omitto debe-
re intelligi de dotibua, quas aut earum partem legitimè
conſtabit eſſe ſolutas aliunde tanquam per teſtatoris con
feſsionem. Ita notat Bartolus in l. cùm quia decedens
§. codicillis. ff. de legatis tertio. notat abundè dominus
meus Iaſon in l. Prætor ait, la ſecunda. ff. de iureiurand.
& Alexand. conſilio quadrageſimoquinto. columna ſe-
cunda volumine primo. & conſilio vigeſimoſexto. vo-
lumine ſecundo de quo etiam videatur omnino idem do
minus meus Iaſon in l. prima columna ſecunda. ff. de eo
per quem factum erit. & egregius Didacus de Segura
in repetit. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de legatis primo fo
lio vigeſimoquarto col. tertia verſiculo tu autem, &c.

Non tamen intelligar voluiſſe quòd confeſsiones illæ quas dictus quondam illuſtris teſtator in ſuo teſtamento fecerit pro ſuæ conſcientiæ exoneratione non valeant. quoniam (ceſſantibus alijs) valent huiuſmodi confeſsiones, & legatum inducunt. vt notat Abbas conſilio ſexageſimoquarto, columna penultima. volumine primo dominus meus Franciſchinus de Curte conſilio ſuo ſexto, poſt ſuum tractatum feud. in ſexto dubio. & domini Toloſani deciſione 211.

Et ita vt præmiſſum eſt & reſpõſum ad ſingula quæſita reſpectiuè dicebam & reſoluebam, ſaluis ſacti pleniori informatione, & maturiori deliberatione (quandoquidem, vt prædixi, conſilium hoc feci ſine libris) & cuiuſlibet melius ſentientis iudicio, & cætera. In villa Madricij ſiue Maioreti in Cæſarea curia. 1528. ad laudem & gloriam Dei. ego Celſus.

SVMMARIVM.

1 Legatarius pro conſequendo legato actione agit ex teſtamento contra hæredem poſtquam hæreditatem adiuit, & nõn ante.

2 Obligatio, vel confeſſio minoris ad obligationem tendens, regulariter non valet ipſo iure, ſi fuit extraiudicialis, nec facit donationem præſumi. vbi etiam quòd obligatio ex confeſſione (præterquàm in ea quæ ſuper dote, vel mutuo emanauit) non cauſatur. Et quid ſi fuerit confeſſio geminata? & quid ſi ad partis emanauit inſtantiam, vel fuerit apertè acceptata? & ſi fuerit erronea, an & quando poſſit reuocari? ſi fuerit, vt iſtì dictum, acceptata. & quid probare debeat qui vult eandem reuocare?

3 Actio in factum regulariter oritur ex iuramento in contractu appoſito, ſi tamen vna partium ſolùm dictam contractum iuraſſet, & non alia, non oritur ex tali iuramento (etiam ſi obligatorium eſſet) actio illa. & quare? & quòd actio in factum prædicta, vel præſcriptis verbis, & qualibet earum competunt duntaxat quando deficit alia actio.

4 Renuntiatio, vel promiſſio in compromiſſo facta, vt laudum futurùm effectum habeat, euaneſcunt, & nihil præiudicant illis qui fecerunt illas, ſi laudum non ſequatur.

5 Legatum factum per hæredem, qui tanquam hæres tenebatur legatario, factum videtur animo compenſandi, ſi factum fuerit de maiori quantitate, quàm debeatur. Et ſi ex vtroque legato quantitas debeatur.

6 Legatum dotis an & quando ſit conditionale?

Legatum conditionale an & quando trãſmittat legatarius ante conditionis euentum decedens, & quando dicatur conditionale?

CONSILIVM CXVIII.

CONTINVI aliquantiſper iudicium meum promere ſuper cauſa quam nobilis domina Eleonor de Guzman, nomine quo interuenit, agit in primitiuo, & poſtea hoc iudicio ſupplicationis contra illuſtrem Ducem Metinæ Sidoniæ, credens poſt bibliothecæ meæ (quam ex Barchinona vbi antea degebam aduehо) aduentum, ſerioſius & maturius reſpondere in puncto iuris. Sed cùm vrgeatur mea deciſio ad præfatum illuſtrem Ducem & magnificos eius conſiliarios tranſmittenda, non potui meum famulitium denegare, maluique velut anſer medios inter olores obſtrepere, & tubicinum more quod in buccam venit expromere, quàm eos qui de me aliquid bene ſperant, ſuo deſiderio fraudare. Ratus magnificos dominos conſiliarios prædictos, mea extemporanea ſcripta, & abſque librorum reuolutione confecta excuſaturos eſſe, & poſt dictorum meorum librorum aduentum meliora de me ſperaturos, quod vel ex eo ad id velim benè ſperare, quòd ante & poſt doctoratum quem ſum in Italia, natus annos duos & viginti, adſecutus, plura opera ſcripſi, (præter additiones ad omnea fermè Cæſarei & pontificij iuris doctores) quæ per calcographos diſſeminans feci me cunctis fermè iuris legumque peritis fama nobilem.

Deueniens itaque ad ſubiectam dictæ dominæ Eleonoræ cauſam, ex lectura proceſſus mihi crediti, comperio, octauo Auguſti anni 1525. in Regia Cancellariæ Granatæ ſententiando fuiſſe declaratum Eleonoram prædictam ſuam intentionem & petitionem probaſſe, & è diuerſo Ducem illuſtriſsimum ſuas exceptiones non probaſſe, quem ob id condemnauerunt ad ſoluendum certis inibi deſcriptis terminis, & formis, quatuor computa morabetinorum ex illis ſex computis quæ dicta domina Eleonor agenda petebat, & ſic fuit dictus illuſtriſsimus Dux in alijs duobus computis abſolutus, & in illis dictæ Eleonoræ perpetuum ſilentium impoſitum: & cùm in cauſa remiſsionis præfatus dux multa deduxiſſet, quæ in dicto primitiuo iudicio non fuerunt allegata: & ſignanter quòd legatum factum dominæ Beatrici (ex cuius ceſſo iure dicta domina Eleonor agit pro dicto legato) fuerat per dictam dominam Beatricem acceptatum, cum illa qualitate quòd ſibi ſolueretur per illuſtriſſimum Ducem Henricum, quem ſucceſsiſſe prætendebat in bonis diuiſibilibus illuſtriſsimi Ducis Ioannis patris ſui. Quòdque dicta domina Beatrix in ſuo teſtamento iuſsit legatum illud, aut legata non peti ab illuſtri Eleonora de Guzman dicti quondam Ducis Ioannis vxore ſecunda: ſed nec ab illuſtriſsimo Duce eius filio (cum quo iudicium hoc agitur (vel ab hæredibus illius. Ordinans de dictis legatis in teſtamento præfato in alias perſonas quàm in dictam dominam Eleonoram actricem eius ſororem, vel in dominam Yſabellam de Melgarejo

eius matrē, ex cuius iure cesso vtitur dicta domina Eleonor, vt dicebamus. Tandem comperio dictam Cancellariā in gradu reuisionis prædicto sententiam prædictam reformasse, & reparasse, adimendo ab illis quatuor computis morabetinorū (in quibus fuerat, vt est præmissum, condemnatus dux sæpedictus) trecenta & triginta tria millia & trecētos & triginta tres morabetinos: in quibus visum est dictæ Regiæ Cancellariæ Beatricem testari potuisse. à qua etiam sententia cùm dux prædictus ad Regiam maiestatē supplicasset, præstitis fideiussoribus pro mille & quingentis duplis auri iuxta theoricam legis 8. titu. 4. lib. 2. ordinationum Regiarum. & l. 42. c. 33. in libro pragmaticarum regiarum. In quo iudicio cùm de dictarum sententiarum (ex eisdem tamen actis ex dispositione legum prędictarum) agatur validitate, super quo quęritur à me quid iuris.

Et attēta petitione per dictam dominam Eleonoram 20. Decembris 1520. oblata Granatæ, & cū qua sex computa petebat (vt est dictū) videlicet duo cōputa quę illustris quon. Eleonor de Mendoca ducissa Metinę, & dicti quondam ducis Ioannis mater, illustrissimiq; ducis auia paterna, legauit dictis Beatrici & Eleonoræ: cuilibet earum (videlicet) vnum computum pro dotibus earūdem (vt ex clausula d. legati cōstat apertè) & pro alijs quatuor computis legatis eisdem disiunctiuè per d. quondam ducem Ioannem dictæ illustris testatricis filium hæredem, ac ipsarum legatariarum patrem naturalem: In qua quidem schedula ius cessum deducens pro ea portione quæ dictæ dominæ Beatrici competit, petit, quòd habita relatione per eam facta pro vera condemnarent ducem prędictum ad soluendum sibi realiter & cum effectu dicta sex computa morabetinorum, & deducens huiusmodi legata facta fuisse pro alimentis, petit sibi de alimentis hu-
1 iusmodi lite durante prouideri, & illa sibi taxari. † Intentauit itaque dicta Eleonor in huiusmodi sua petitione actionem ex testamento, quæ competit pro legatis, iuxta l. 1. C. communia de leg. & Instit. de legat. §. 1. cum similibus. quam tamen legatarius intentare non potest, nec de iure communi, nec ex legibus regni Castellæ, ante hæreditatem aditam. vt not. Bald. in d. l. 1. col. 1. versicu. quæro quando nascuntur, &c. C. commu. de lega. & est glo. in regula, nemo potest mutare. ff. de regu. iur. & de iure dicti regni est l. 33. & 37. titu. 4. in 6. partita. & per consequens infructuosa est dictæ Eleonoræ intentio & actio, quæ nō probauit præfatum ducem illustrium Eleonoræ auiæ & Ioannis patris hæreditatem adijsse, aut illorum hæredem esse: cùm etiam illustrissimus dux bonorū quę Ioannes pater ad suos hæredes trāsmittere potuit, & quę sunt diuisibilia, sit hæres dūtaxat pro octaua portione. & cùm præfatus illustrissimus dux 7. Martij, 1521. inter alia excepisset, bona diuisibilia in hæreditate testatorum prædictorum non fuisse in tanta portione quòd de illorū quinto huiusmodi legata fieri potuissent. quòdque prælatus dux Ioannes legatum illud cōputorum duorum pro qualibet fecisse visus est, & fecerit animo compensandi dictum legatum à matre, cuius hęres erat, factum: ita quòd si legatum deberetur, non tamen teneretur dux illustrissimus conuentus, nisi pro octaua parte duntaxat, pro qua erat patris hæres, vt est sępe dictum. Sæpedicta domina Eleonor videns intentatam ex testamento actionem stabilem non esse, vel firmam, allegauit promissionem eidē factam per dictum illustrissimum ducem in quodam instrumento compromissi inter ipsam & ducem sæpedictum facti 15. Octobris anno 1520. super qua quidem promissione licet ex aduerso fiat magnum capitale per alterius partis aduocatos, ego tamen parum æstimo ius illud, & contenta in instrumēto illo, vt possit nobilis actricis intentio fundari. Et in primis considero fuisse antea inter easdē partes in eosdē arbitros, & super causa & negotio præsenti cōpromissum, vt in d. instrumēto (licet enunciatiuè) dicitur. & cùm arbitri prædicti litē illam sua sententia arbitrali non diremissent, subsecutū fuit hoc quod ex aduerso productum est cōpromissum. ex quo subtili ingenio nituntur extorquere confessionē illustrissimi ducis, quòd (scilicet) ex præfatis illustribus Eleonora & Ioāne remanserint sibi bona diuisibilia, ex quibus illa legata possent solui: quòdq; ipse dux cōuentus solus & insolidum obligatus sit pro se & alijs suis paternis cohæredibus, præsertim quòd illam confessionem alibi (prout ex aduerso prętendi audio) videatur reiterare, ad quod pōderant illa verba, *Por ende nos ames las partes, otorgamos e conoscemos que hauiendo por cōstante (como yo el dicho duque don Alo Perez de Guzman he) que ouo vienes para pagar enteramente las dichas mandas las quales yo quiero pagar por mi y por los dichos mis herederos del dicho duque don iuo.* Ex quibus verbis promissionem quam allegant fecisse illustrissimum ducem prædictum de soluendo insolidum, fundāt aduocati dictæ do. Eleonoræ suam prætensionem. & in
2 consequentiam d. domini ducis obligationem. † Et certè si consideremus legem resistere contractui minoris, consequens erit obligationem illam non oriri ex dicto contractu, vel instrumento, iuxta theoricam l. si non sortem. & ibi notabiliter Alex. tradit. ff. de cond. inde. & alias extrà iudicialis obligatio sine causa non valet. vt not. Bal. in l. si donatione, col. 2. C. de colla. no. Rota. decisio. 264. incip. si testis. in antiq. Idem Bald. in l. generaliter. q. 2. C. de epis. & cle. & latius in addi. ad Spec. titu. de confess. col. 3. versi. confessio in iudicio. & omnino Lanfra. de Oria. in repe. c. quoniam contra falsam. in ver. confessiones. extrà, de prob. vbi dicit, quòd huiusmodi confessio vel obligatio sine causa ipso iure non valet nec donationem etiam præsumptam inducit. Ita etiam not. Anto. de Butr. in c. si cautio. & ibi Modern. extrà, de fide instrumen. & not. Alexan. in l. cùm de indebito. §. sed hoc de prob. & prosequitur Socin. consil. sexagesimo, incip. in prętenti, &c. colum. mihi 7. versic. præterea si non erat, &c. volum. 1. & Barb. consi. 69. versi. 1. vol. 1. cui decisioni adsistit lex regni: vt pater in l. 7. tit. 13. in 3. par. & in l. 2. ti. 7. lib. 2. fori.

Præterea si attēdamus illa verba quæ tanti fiunt ex aduerso. s. *he por bien; e, tengo por cierto & constante,* &c. sicut suprà sunt posita, etiam si præsupponamus, citra tamen veri præiudicium, illa verba confessionem (vt prętenditur ex aduerso) operari, non tamen ex huiusmodi confessione causaretur obligatio, quoniam habeo regulam quòd obligatio non causatur ex confessione, (prętterquam in ea quæ pro dote vel pro mutuo emanauit) nisi quando fiat ab administratore. vt not. Bald. in l. si ex cautione. q. 12. C. de non nume. pecu. & in l. generaliter. eod. titu. & no. in l. Publia. §. 1. ff. deposit. vbi omnino Alexan. qui dictum illud ampliat etiam in cōfessione duplici. dicens ex illa non oriri obligationem. Ita not. idem Alex. Bar. in l. triticum. ff. de verb. oblig. & addatur glos. in l. sed post & si possessori. §. si cùm de hæreditate. in ver. prolatum. ff. de iureiur. quam egregius Didacus de Segura, in repe. l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga. fol. 101. col. 4. versic. pro quo facit textus, &c. ad hoc dicit esse singularem, quod ex sola confessiona iudiciaria & ex nullo alio genere probationis oritur actio.

Corroboro, quoniam dicta verba debent intelligi ciuili mō, tanquā verba quę obligatoria nō sunt: vt est gl. in l. x. C. in quib. pa. coloni & censi. lib. 11. & habetur in c. cùm venissent. ext. de constit. & in l. obligationum substantia. ff. de act. & obli. Et abundè Rom. in repe. rub. ff. de arb. col. mihi 3. vbi dicit, quòd per huiusmodi verba non inducitur obligatio efficax, sed potius ad complacentiam dicta pręsumunt. arg. tex. in c. fi. & ibi Inn. & Abb. ext. de inst. quos refert, & sequitur Soc. cōsi. mihi 191. inci. visis literis mihi destinatis. col. mihi 10. versi. 3. principaliter & seq. vol. 2. & tradit Alex. cōs. mihi 135. inci. circa primū, &c. col. 4. vol. 2.

Dico magis ampliando determinationē prædictā, quòd nedū nō fuit orta (vt suprà dicebamus) obligatio verum

etiam

etiam eo quo interuenit modo, illustrissimo duci præfato
non nocebit. per ea, quæ no. Bald. consi. 198. ad fin. vol. 2.
& do. meus Ias. in §. si minus. super gl. 1. post Aret. instit.
de actio. præsertim cùm non appareat eam ad partis ema
nasse instantiam, vel ab ea fuisse acceptatã. quo casu Cin.
in l. 1. q. 15. & Sali. ibidem in 5. oppo. C. de confess. volũt
non obesse confitenti. not. Modern. in l. certum. §. fi. ff. si
cert. pet. & domi. meus Hippoly. de Marsil. in repet. l. de
vnoquoque. post medium. versi. item vltra præmissa sciaa
ff. de re iud. vbi multa ad hoc allegat. & do. meus Ias. in l.
error. ad prin. C. de iur. & facti igno. & do. meus Phi. Dec.
c. capitulum sanctæ crucis. ext. de rescript. col. 12. & latè
prosequitur Franc. de Curte consil. 77. ad princip.

Quæ quidẽ decisio procedit indubiè, ex quo esset hu-
iusmodi confessio (si ita dici possit) erronea: cuiusmodi
confessionem Socin. consi. 61. vol. 1. tenuit expressè non
valere, aut saltem (etiam si sæpius fuisset repetita) posse re
uocari: secundum Bald. in l. error. præalle. & in l. iusiuran-
dum & ad pecunias. in princi. ff. de iurei. & not. Roma. in
l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. & Feli. abundè c. cùm dile
cti. col. 6. extrà, de accu. & in proœ. decre. col. j. ad fi. Quod
dictum ampliauit Alex. in addi. ad Bar. in d. l. error. etiam
in confessione erronea iurata: & hoc, vt reuocari possit
nedum incontinenti, vt tradit idem Alexand. consil. 119.
vol. 3. verumetiam si per partem acceptata fuisset. vt idẽ
Alexand. voluit expressè in consil. 112. col. mihi. 3. versi-
cu. non obstat illud. & col. 5. versicu. præterea, &c. eod. vo
lu. 3. & Roman. consil. 484. & omnes scribentes in capit.
ex parte. extrà de confessis. etiam post conclusum in cau-
sa secundum eundem Roman. consil. 346. & vsq; ad sen
tentiam ipso iure, licet non post, nisi per restitutionem in
integrum, de quo per Barto. post glo. in l. cùm fideicom-
missum. ff. de confess. & not. Alexand. in l. quicquid. ff. de
verbo. oblig. & Lanfran. de Oriano in repe. dicti cap. quo
niam contra falsam. in d. ver. confessiones. versicu. pro ve
ritate inuestiganda. vbi etiam plenè discutit vtrum suffi-
ciat probare aliter rẽ se habere? & prædictis addatur An
dreas Siculus in repeti. rub. extrà, de fide instrum. col. 26.
& Cæpola in suo cõsi. 222. Constat ergo ex prædictis du
cem prædictum tempestiuè satis erroneam cõfessionem
reuocasse quam in ipso iudicij limine suæ dominationis
procurator 7. Maij, anno 1521. reuocasse legitur, implo-
rato si opus esset aduersus restitutionis in integrum be-
neficio. vnde pars aduersa pro suæ intentionis fundamen
to, 21. Septembris dicti anni produxit instrumento in-
uentarij de bonis per dictum quondam illustrem ducem
Ioãnem relictis sumptum. per quod attamen, sed nec per
alia quæuis ex aduerso deducta, probatur sæpedictæ con
fessionis veritas: quinimò probatur error manifestus ex
ipsiusmet instrumẽto, ex quo fundat se pars aduersa ver
bis enunciatiuis, in quibus d. domina Eleonor admittit
præfatum quondam ducem Ioannem reliquisse præter il
lustrem ducem conuentum hæredes alios. & per conse-
quens apparet dictum dominum ducem errasse, (si dica
mus illa verba operari confessionem) quòd insolidum te
neatur ad legatorum huiusmodi solutionem: & cõstat in
processu alios cum sæpedicto domino Duce cohæredes
esse, pro quorum portionibus nõ esset obligatus. & aliàs
non constat quòd bona diuisibilia quæ testatores illustres
prædicti reliquerunt, ad legatorum illorum solutionem
satisfaciant. Imò contrarium illius apparet ex actis causæ,
ex quibus dictus error est verificatus, qui probari dicitur
probando rem aliter se habere. iuxta no. in l. fi. de confes.
& in sæpedicta l. error. C. de iur. & facti igno. cum simi-
3 lib. † Auderem plus dicere, quòd etiam si diceremus illu
strem ducem confessum fuisse ea quæ prætenduntur ex
aduerso, (quæ suprà designauimus) ac etiam ex huius-
modi confessione obligationem ortam fuisse: attamen
non potuit aduersa pars actionem in factum, vel præscri
ptis verbis (quæ solent dicto casu competere) intentare:
quoniam illæ & earũ quælibet competunt duntaxat vbi
deficit alia actio. l. quia. & l. quoties. ff. de præscrip. verbis.
& no. Bar. in l. quædam. ff. de edendo, cum simil. multis.

Nec tanti facio quòd iuramentũ illustrissimi ducis in hoc
instrumento interuenerit, prout ex aduerso contenditur,
contra quod licet possint adduci multa (quæ fortè in am-
plioribus iuris allegationibus adducemus) attamẽ vnum
singulare verbum in præsentiarum non omitto, quod ad
uersariorũ obturabit ora, quamuis. n. ex iuramento oria-
tur actio quæ dicitur in factũ, sicut ex sententia, vt no. glo.
in l. actori. & ibi Bar. C. de reb. cre. Bal. in l. nam & postea
§. fi. & in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiu. attamẽ ex
quo solus illustrissimus dux in d. instrumento iurasse de-
prehenditur, & non ipsa dña Eleonor, ex hmõi iuramẽto
(etiã si promissoriũ esset) actio non orietur. Illud fuit di-
ctũ singulare Bal. qui nihil ignorauit, in §. item sacramen
ta. col. pe. in tit. de pace iur. fir. in vsibus feud. In hmõi et-
enim contractu, (qui claudicare non debet) iuramentum
debet apponi per vtrunq;. & idem dicit esse Bolog. consi.
2. quando contractus esset obligatorius pro vna parte so
lùm, quòd non valeat. ad hoc est tex. in l. Labeo. §. cõtractũ.
ff. de ver. sig. vbi dicitur obligationem dici propriè eam,
quæ descẽdit ex cõtractu, q in est obligatorius ex vtraq;
parte. cuius decisionis est ratio, quia inæqualitas in contra
ctibus est euitanda. vt in l. cũ emptor. in prin. ff. de rescin.
vend. Quinimò Fran. de Curte doctor illustris consi. mi
hi 55. inci. super processu inquisitionis, &c. col. 7. vers. for
tius demonstratur grauis cõiectura, &c. resoluit quòd si no
tarius in contractu vltro citroq; obligatorio iuramentũ
apponat ex parte vnius tantùm, quòd grauis oritur cõtra d.
notarium falsi coniectura. Sequitur ergo quòd d. dñæ Eleo-
noræ non põt pro dictis legatis cõpetere actio in factum,
ad quam visa est confugisse. & decisiones prædictæ cùm
procedant in contractu facto etiam à maiore, multò magis
habebunt locum in terminis nostris. cùm tamen de iure
multum referat an fiat à maiore, an verò à minore. Cui
etiam iura regni plurimùm fauent. vt patet in l. 6. titu. 11.
4 & l. 1. titu. 25. 3. partita. † Sed quid opus verbis? fingamus
cessare prædicta. & quòd nedum ex d. instrumento illustris-
simi ducis induceretur confessio, verumetiam promissio
& obligatio efficax, considero quòd illæ factæ essent in actu
cõpromissi, & in ipsomet cõpromisso, vt arbitralis sentẽ
tia sequeretur. vnde postquã nõ fuit sequuta, nullum fuit
causatum ex illis præiudicium illustrissimo duci. Ista est
notabilis doctr. Bal. quem ibi sequitur do. meus Iason, &
Moder. in l. si diuersa. C. de transact. vbi dicit Bal. quòd quã-
do is qui facit cõpromissum, renuntiat alicui iuri sibi cõ-
petenti, vt laudum futurũ effectum habeat, si ex illo com
promisso laudum non sequitur, euanescit facta renuntia
tio, & nihil præiudicat renũtianti. refert, & sequitur illud
dictum Alex. consi. mihi 22. inci. viso instrumento syndi
catus, &c. vol. 2. & dominus meus Philippus Decius re-
fert, & sequitur vtrunq; consil. 93. inci. & pro tenui, &c.
colum. mihi 2. versicu. confirmantur prædicta, &c. Idem
in regula, creditor qui promittit. ad prin. ff. de reg. iur. & c.
ad aures. extrà, de appell. Ita etiã voluit do. meus Ias. in l.
non dubium. col. mihi pe. versi. 4. nota, &c. & in l. sub præ
textu. ad fi. C. de transact. & in l. postquam liti. ff. de pact.
& omnino Socin. in l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pu-
pilla. & ita etiam in facti contingentia tenui suprà consil.
43. nu. 8. & 9. ex quibus liquidò cõstat nõ obesse illustris
simo duci confessionẽ, promissionẽ, obligationẽ, & iura
mẽtũ quæ ex d. instrumento contra ipsum prætendũtur.

Fateor prima frõte dici posse fuisse dũtaxat cõpromis
sum super iuribus Beatricis sæpedictæ debitis: de quib. du
bitabatur vtrũ transmissa fuissent in dñam agẽtẽ, vt sona
re videtur d. cõpromissi verba. in prin. ibi, *y por que cer-
ca de las dichas mandas hechas a la señora doña Beatriz de
Castilla mi hermana se speravan haver entre nos otros plei-
tos*, &c. & paulò post ibi, *y por que se pone en dubda si las
mãdas hechas a la dicha señora doña Beatriz expiraren por
su fallecimiento, o sy las passo o transmetio a herederos*, &c.

hoc tamen non obstante dico etiam fuisse de alijs compromissum, de quibus tam in iure quàm in facto dubitari poterat, cuiusmodi esset, si bona diuisibilia per illustres testatores sæpedictos relicta sufficerent ad iniúcta per ipsos in suis testamentis onera: & si dictus dominus Dux conuentus teneretur insolidum pro dictis legatis, an verò pro ea sola portione, pro qua hæres erat. quod colligitur ex illis verbis immediatè sequentibus ibi, *& per consequente a dona Ysabel de Melgarejo su madre & su heredera loqual lo cedio en vos dona Leonor de Guzman; & si alguna otra dubda howiere en las dichas mandas que los dichos licenciados, &c. lo vean y determinen conforme a los dichos testamẽtos de los dichos señores duque y duquesa en lo que los dichos testamẽtos disponen,* &c. & sequitur paulopost, ibi, *para que vean los dichos testamentos, o lo que mas se deue ver y determinar todas las dubdas que en razon de las dichas mandas houiere* Et verba illa suprà in prin. huius versi. allegata, loqnũtur de primo compromisso: & aliàs interpretantur & declarãtur per suprà dicta. Ex quibus sequitur suprascriptæ conclusionis per nos factæ veritas: & in consequentiam illius quòd illustrissimus dux actione ex testamento solùm conueniri potest: & pro ea portione solùm pro qua est hęres, posito quòd constaret
5 hæreditatem adijsse. † Superest autem videre quanta sit portio, quam d. domina Eleonota cõsequi potest. Et breuiter quoad legatum sibi factum attenta forma qua fecit legatũ dux illustris d. dominæ Eleonotæ pater, credo ꝙ quicquid sit in donatione facta per debitorem creditori, ꝙ in legato videtur habere parũ difficultatis. In casu etenim nostro tenebatur dictus illustris testator in tempus nuptiarum tum d. dominæ Eleonoræ, cùm beatrici postea defunctæ ad vnum computum morabetinorum, ex quo factum est dictũ legatũ expressè in auxilium suarũ nuptiarum. Ita not. expressè doct. in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. sol. mat. not. Bald. in l. si adulta. C. de hæred. actio. do. meus Ias. in l. huiusmodi. §. cùm pater. post doct. alioa ff. sol. mat. Ita etiam in consulendo resoluit Pau. de Cast. consi. 60. & melius cons. 128. & est bonus tex. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. & vtrobiq; videatur doct. do. Didacus de Segura in repe. l. cohęredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. fol. 29. versi. pro quo facit, &c. col. 5. vbi in vtroq; casu idem tenet. maximè ex quo quantitas ex testamento illustris quondam ducissæ debebatur: & ex testamento etiam dicti domini ducis filij & hæredis ducissæ prædictę. quo casu, videlicet quando ex vtroque testamento debetur quantitas, non dubitauit Soci. consil. 93. incip. circa primi, &c. colum. mihi 14. versic. confirmatur & tertiò, &c. volu. 1. secundum legatum animo compensandi factum. vbi multa ad hoc allegat.

Et ita videtur tacitè sentijsse Regiũ consilium, vel Cancellaria Granatę in pręmentionata 1. senteutia, per quam adiudicauerunt dictæ do. Eleonoræ tum sua cùm dictæ do. Eleonoræ persona, quatuor computa morabetinorũ, & in secunda dictæ Regiæ Cancellariæ sentensia solùm adempta luerunt trecenta & triginta millia, & trecẽti & triginta tres morabetini, in quibus d. Cancellariæ visum fuit præfatam dominam Beatricẽ testari potuisse, prout fuerat nomine partis illustrissimi ducis prædicti in causa remissionis allegatum. & sic vtraq; d. Regiæ Cancellarię sententia habuit pro constanti ꝙ in legato ducis Ioan. cõprehendebatur legatum dominæ Eleonoræ matris suæ.
6 † Sed an Beatricis legatũ ad dictam Leonoram adiudicauerit, Regia Cancellaria prædicta visa est in vtraq; sententia pro expedito habuisse ꝙ sic. quibus tamen ego aduersor, & sum opinionis contrariæ in terminis nostris. quãuis n. substantiabiliter esset opinio affirmatiua in filia naturali & legitima: quia pater eidẽ tenebatur ad legitimã: & per consequens legatum illud à patre factum filiæ pro dote ex qualitate filiæ ꝙ naturalis sit & legitima videretẽ esse purum: quod aliàs (etiam in filia naturali) est cõditionale, vt no. gl. & doc. in l. ex his. C. quãdo dies lega. cedat. Vbi autẽ cessat d. legitimę consideratio, cessat etiam decicisionis aut difficultatis huius ratio. Ita etiã no. Bart. ĩ l. Titio cẽtũ. §. Titio genero. ff. de cond. & dem. & not. Abb. consi. 91. vol. 2. & sic, cũ legatũ hoc sit conditionale, succedit decisio Bar. notabilis in l. si cui. ad fi. vbi do. Ias. ff. de leg. 1. vbi dicunt, ꝙ si legatarius ante purificatæ conditionis tẽpus, sub qua legatum percipere debeat, obierit diẽ, dictum legatum, siue portionem quę cõcernit eum, non transmittit ad hęredes. ad quod est gl. in l. Seius. ff. ad Trebel. & ita in facti contingentia resolui suprà consi. 69. nu. 1. & 2. sicut non transmittit dotis legatum legataria quæ priusquam nubat decedit. vt voluit Bart. in d. §. Titio genero. vbi etiam Bal. in l. qui negotiationem. §. pupillæ. ff. de admini. tuto. vbi etiam Bart. & in d. l. si diuortio. & ita etiam no. Pau. de Cast. consi. 98. in 2. dub. & Rom. consi. 115. & in terminis nostris cessat ratio quę doc. mouet ad tenendũ contrariã opinionem, siue quia testator non tenebatur ad relinquẽdum legitimã dictis legatarijs, (cùm essent filię naturales tantũ) & illustris ducissa minus, siue etiã quia tunc mihi pręsupponuntur fuisse impuberes, & maximè quia dictus quondã illustris testator (in cuius legato videtur esse difficultas maior) apertè visus est considerasse si nuberent, aut nõ nuberẽt. vñ succedit notabilis theorica Bar. distinguentis, & sędere distinctionis opiniones cõtrarias cõcordantis, ꝙ in hmôi legato fuit per illustrẽ quondã ducem appositum tẽpus nuptiarũ substantię legati, quo casu si ante purificatam conditionẽ legatarius decedat, non transmittit (vt suprà dicebatur) legatum illud. licet fortè secus esset quãdo tp̃s apponitur solutioni, vel executioni legati. ex quo. n. (ait Bar. ibi) legatum isto vltimo modo factum non sit conditionale, transmitti potest per legatariam pręcedentẽ. Quicquid aũt sit de distinctionis huius veritate, attamen oẽs admittunt ꝙ legasum semper conditionale reddatur, quandocunq; tẽpus est incertum, etiam si apponatur executioni siue præstatiom legati. Ita no. singulariter do. meus Ias. in d. §. hoc autem. Ioã. de Imo. in l. quodcunq;. §. fi. & in l. centesimis. vbi etiam Moder. ff. de verb. obli. per quam etiam gl. Bal. consuluit, quòd si testator legauit Titio centum purè, & dixerit postea ꝙ illa pręstari volebat post eius vxoris obitum, ꝙ legatarius interim decedens illa centũ non transmittit. & illud dictum sequitur simpliciter Florian. & do. meus Ias. vbi suprà. pro quo dicto allegat ibi text. formalem in l. quibus diebus. §. quib. dieb. ff. de condit. & dem. vbi defendit idem do. meus hanc cõclusionem ab impugnationibus Cuma. de quo etiam in l. si cui. & in l. huiusmodi. ff. quando dies lega. cedat. & videatur ad hoc omnino Pau. de Cast. consi. 76. & 106. & 107. & 129. vbi loquitur in legato facto filię simpliciter vt intelligatur factũ, si nupserit. In quo tñ casu Pau. de Cast. licet multas rationes alleget non tenerem cum eo si casus mihi occurreret.

Nec potest prodesse d. dñę Eleonoræ coniunctio verbalis, quę in vtroq; legato interuenit, qm̃ ius accrescendi vel non decrescẽdi impedinit disiunctio: per illam distributiuam, pro qualibet, in vtroq; legato positam. & cùm non intentauerit hoc remedium, contentus ero sola remissione ad decisionem per nos in facti contingentia factam suprà in d. consil. 69. nume. 4.

Sequitur ergo ex præmissis ꝙ agi possit simpliciter actione ex testamẽto (circũducta confessione, vel promissione, quæ prætenduntur ex aduerso) ad duo cõputa pro legato facto d. dominæ Eleonorę, cùm legatum eidem per quondã illustrẽ ducissam factũ, videatur in illo absorptũ: & ꝙ dña Beatrix pręcedẽs legatũ factũ sibi nõ transmisit in matrẽ: & consequenter ex iure cesso, nec etiã in pręfatam do. Eleonoram. Quòdq; pręfatus dux conuentus duntaxat condemnari potest pro ea portione pro qua est hęres illustris quondam eius patris: & in consequentiam illorum ꝙ reparari debent dictę Regię sententię à quibus cõsequens est legitimè supplicasse illustrissimum ducem, non obstantibus in contrarium suprà adductis

& alle-

& allegatis. & ita vt est præmissum, & conclusum, decidebam & resoluebam, saluo, &c. Toleti in curia Cæsarea, anno 1529. ad laudem & gloriam Dei. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *CAusa ardua non dicitur, quãdo de sola possessione agitur, etiamsi de re magni valoris agatur.*

2 *Possessor (etiam iniustus) non debet absque debita cognitione causæ regulariter sua possessione, seu quasi, priuari: etiam cum principis authoritate. & nu. 6. 7.*

3 *In maioricatu quamuis reguletur successio instar regalium dignitatum: attamen ex dispositione legum Castellæ, possessio ciuilis & naturalis maioricatus transit in gradu proximiorem, & primo loco vocatum, qui in illo maioricatu successurus est, (etiam absq; aliquo apprehensionis actu) quamuis alius dictam possessionẽ fuisset adeptus in vita detentoris vltimi, vel eo mortuo, quamuis etiam alius qui vocatus nõ esset primo loco possessionẽ à defuncto accepisset. & quid operetur ista possessio, & quid ab ea possessione differat, quæ à lege, vel statuto transfertur absque apprehensione quam ciuilissimam dicunt, vel artificialem? & an si iste talis spolietur, agere possit interdicto recuperandæ contra spoliantem? nu. 6.*

4 *Dictionis, confestim, & dictionis, incontinenti, natura, & effectus.*

5 *Legitimatus per subsequens matrimonium habetur per omnia pro verè legitimo. & in nullo differt ab eo.*

5 *Spoliatus ante omnia restitui debet, nisi prius ipse eum spoliasset, & de præcedenti spolio reconueniatur. vel quando vacabat possessio quam accepit, vel quando est notorius defectus proprietatis dicentis se spoliatum, & quid dicatur esse notoriũ? & an? & quando dominij incontinenti probãdi admittatur exceptio? & quid si iudicis aut principis authoritate fuerit spoliatus? vel vbi res à malæ fidei possessore transit ad verum dominum, vel quando possessor inuenitur habere verum dominium, & quando agitur de restitutione castri, vel fortalicij, vel alterius dominij quæ difficilè postea recuperarẽtur, possessor excipiens de dominio & alijs iuribus an sit audiendus, & cognitionem impediat super spolio, aut saltem debeat similiter terminari?*

7 *Princeps an & quando possit contra ius commune rescribere? & potestas illius in his quæ sunt de iure positiuo.*

Pro eodem illustrissimo duce Metinæ Sidoniæ contra illustrem Comitem de Vruenam super possessorio ducatus Metinæ prædicti, & Comitatus de Niebla: & super alijs terris & dominijs, quæ dictus dominus dux obtinet hodie & possidet. *Consilium 119.*

ESSET opus examine lõgo, & magna librorum reuolutione (quos hactenus ad hãc curiam Cæsaream peregrinatus ex Barchinona non recepi) si quis ad causam hãc quam illustris Comes de Vruenam dominus Petrus Giron vxorio nomine contra illustrissimum Metinæ Sidoniæ Ducem agit, respondere vellet cõsulendo super originali dictæ causæ iustitia c. vbi periculũ. de elect. lib. 6. & tam diffusam reuolutionem nõ patitur informatio facti (quę mihi non fuit reddita) & librorũ in qua sum constitutus penuria, cùm (vt prędixi) nunc vsque mea bi-
1 bliotheca non aduentarit. † Sed cùm in præsenti iudicio de sola possessione cõtendatur, vnde licet bona quorum per dictum dominum Comitem petitur possessio, excedere dicantur summam sexaginta mille ducatorum in annuo reditu, causa hæc non potest dici ardua. vt no. Bart. in l. admonendi. col. pen. ff. de iureiur. Anto. de But. not. in c. fi. col. 7. extrà, eod. & not. Mathesilla. singulari suo 2. inci. nota quòd in iudicijs, &c. ad quòd est text. in l. vnica. C. si de momenta. poss. fuerit appel. & in l. momentaneæ. C. qui legi. perso. hab. standi in iud. & ita etiam resolui in contingentia facti suprà consi. 1. in prin. His ergo attentis breuiter & succinctè me expediam, præsertim q meum nudum consilium decisiuum exposcitur ab illustrissimo duce prædicto, & magnificis eius cõsiliarijs, qui cum sua dominatione resident, transmittendum, quo meum conceptum & intentionem exprimam, cùm etiã causa hæc vix ingressa est iudicij limites (cùm duntaxat vsq; nũc super competẽtia iudicij fuerit altercatum) & q egregij Ducis prædicti aduocati in suis scriptis & schedulis non minus eleganter q̃ subtiliter & disertè illustrissimo duci prædicto exceptiones competentes deduxerunt, vt dicendum mihi nihil videatur superesse. & profectò textura processus docet egregios aduocatos prædictos ad vnguem obseruasse in eorum scriptis & schedulis theoricam Bart. in l. eleganter. §. si quis propter. de condi. indeb. & traditam per Fel. remissiuè in c. inter monasterium. col. 3. extrà, de re iud. circa exceptionum ordinem & formam in proponendis, ex quarum verificatione necessariò expellitur dictus illustris Comes, quamuis exceptiones iudicij legitimationem respicientes per Regiam sentẽtiam (quæ declarauit iudicium esse competẽs, & causam in d. supremo
2 consilio retinendam esse) fuerint repulsæ. † Deducit itaq; præfatus Comes dicto vxorio nomine se fuisse de facto, & absq; causæ cognitione spoliatum possessione ciuitatis & fortalicij Metinæ Sidoniæ, & aliarum villarum, & locorũ domus Metinæ Sidoniæ, & Comitatus de Niebla: quam possessionem dicit traditam fuisse illustrissimo duci prædicto Alphonso Perez de Guzman in vim literarum primæ & secundæ iussionis in fauorem dicti domini ducis concessarum: quas quidem literas regias, & possessionis inde secutæ traditionem conatur impugnare, q illæ fuerint absq; legitimæ partis requisitione concessæ, & ex falsa causa (.s. vt scãdalum euitetur,) & q illustrissimi ducis legitimata non fuit persona præcedente informatione, per quã (vt ait) debuit saltẽ cõstare bona prædicta esse maioricatũ, & dictum do. ducem esse natu maiorem, & vocatum esse ad illorum bonorum successionẽ. & aliàs (ait) debuisse cõstare de alijs quæ de iure & per leges regni sunt requisita, ipso do. Comite citato & audito. & maximè cùm ipse, vt prætendit, possideret d. bona pacificè, debuit ipse Comes vt prætenditur, (etiamsi extraneus fuisset) citari & audiri, ita disponentibus iure diuino & humano, quæ prohibent aliquem etiã prædonem sua possessione spoliari non auditum. & opponit contra ducis prædicti personam quòd sit legitimè natus ex damnato & reprobato coitu, & contubernio, cùm sit filius ex duob. fratrib. patruelibus, aduersus quem defectum dicit non obstare dispensationem apostolicam (saltem ad effectum excludendi dicti Comitis vxorem proximiorem ad succedendũ) & alia multa leuia & inania deducit idem Comes, ex quib. supplicare se dicit à dictis Regijs prouisionib. quas dicit d. Comitis procurator ad suæ partis de nouo deuenisse notitiã, & in summa tota difficultas (presupposita legitimitate personę dicti do. Ducis, de qua nõ dubito) consistit vtrũ d. dominus Comes, seu eius vxor prædicta dicere se possint esse spoliatos, ita q ante omnia debeant restitui in d. possessione? & si subsistat hoc iudicium, quod in supplicatione per dictum Comitem nomine prædicto interposita fundatur.

Difficultatem prima facie ingerebat, q possessor etiã iniustus nõ debet absq; causæ cognitione sua possessione priuari. vt tradunt Gemin. & doc. in c. licet Episcopus. de præb. lib. 6. per illum tex. ibi. Inno. in c. inter quatuor. ext. de maio. & obed. Barto. in l. fina. C. de edicto diui Adria.

tus.& Bal.in l.si deserta.C.propter publi.pensita.cum similib.quæ solent ad hoc allegari,ex quib.Bal.in l.nam ita diuus.col.10.versicu.nunquid possessor.ff.de adop.voluit notorium etiam prædonem citandum esse ad hoc quòd sua possessione priuetur.per text.in c.1.& in ca.in literis, extrà,de restit.spol. & in l.si quis à se fundum.C.vnde vi. quod etiam voluit ampliare Bal. in d.l.nam ita diuus.etiá si authoritate rescripti principis spoliatus fuisset cum hac forma,vel modo, nulli sit licitú possessionem alterius occupare.& ita videtur apertè disponere l.8.titu.14.lib.3.ordinationum Regiarú. vnde videtur dictus Comitis procurator rectè concludere, dú petit,ꝙ cùm dictus do.Comes de facto & absq; causæ cognitione fuerit spoliatus, sua possessione prædicta,fueritq; eadem tradita illustrissimo duci sæpedicto,ita eiú de facto,& ex abrupto(prout est processum) ab eodem domino duce debeat auferri, & sæpedicto Comiti restitui, iuxta theoricam Bal.in l.si pacto quo pœnam.C.de pact. cum similib. quæ tradit Alexand.ibi,& in consi.5.inci.in causa & lite,&c.vol. 2.& Roma.consil.222.incip.circa primum, &c.& est gl.
3 nota.ad hoc in l.mino.ff. de euictionib. † Quibus tamen non obstãtibus in casu nostro contrariú arbitrur esse verius:& subsistente legitimitate personæ illustrissimi ducis,& ꝙ in dicto maioricatu,prout in omnibus communiter disponitur quòd masculus fœminam, & maior natu minorem natu præcedãt in successione huiusmodi, lex Thori 45.videtur apertè decidere casum nostrum, quæ prouidet ꝙ ciuilis & naturalis possessio bonorum maioricatus per mortem vltimi possessoris & detẽtoris illius, transeat ipso facto,& absq; alio apprehensionis actu in sequentem gradu proximioré, qui in d.maioricatu successurus est, licet alius fuisset adeptus possessioné in vita detentoris vltimi,vel eo mortuo, vel etiam ab eodem vltimo detentore illam recepisset alius,quàm vocatus primo loco.Ex quibus potest cócludi dictum dominum Comitem dicere nó posse se spoliatum,cùm non possederit dicta bona post obitum ducis Henrici,qui erat frater natu maior illustrissimi Ducis conuenti,etiam per actualé possessionem,quam dictus Comes dicitur accepisse:quoniá licet regulariter successio in maioricatu regulariter secúdum naturam feudi regalium dignitatú, ꝙ eorum in quibus primogenitus succedit:vt not.Soc.consi.mihi 47.incip.Martinus & Maria.col.6.in 2.dub.principali.& licet in feudis possessio non cõtinuetur in hæredes,'vt no.Bal. in c.1.in tit.quid sit inuestitura.per l.cùm hærede.ff.de acquir.possess.& not.do.meus Ias.in l.fi.col.4.præallega.C. de edicto diui Adri.tollendo, attamen ex dispositione l. Thori preallegata,ius cóe ampliatur,& absq; alia trãsmissione d. possessio transiuit in illustrissimum ducem prædictum tanquam 1.loco vocatum,moriente d.duce Henrico absq; liberis. cùm ipse esset filius masculus natu maior dicti quódam ducis Ioan.& sic erat satis ꝙ d.Illustrissimus dux cóuentus esset in quasi possessione iuris illius geniture d. quondá duce Henrico defuncto:ita ꝙ absq; vlteriori examine transiuit in ipsum dominum ducé dicta possessio ex dictæ legis Thori bñficio. & ad hoc pondero dictionem luego,in d.l.positam,quæ Latiné importat dictionem,incontinenti,vel confestim.Exponitur autem dictio incontinenti,absque interuallo,prout not. Andr.Barba.in c.cæterùm.extrà,de rescrip. & in c.1.extrà,de mutuis pen.& idem etiam dicit do.meus Ias.de dictione confestim,quando profertur à lege.in l.de pupillo §.si quis ipsi Prætori.ff.de no.ope.nun. & in facti contingentia resoluebá suprà consi.1.in addi.nu.52.concludens ꝙ ex quo lex vel constitutio Cataloniæ disponit,ꝙ vxor viro suo defuncto cófestim bona sui viri possidere cẽseatur pro suis dote & augmento, ꝙ non debet examinari vtrum dos fuerit soluta vel non,aliàs enim non possideret incontinenti.& certè si verba sæpeallegatæ legis Thori attendamus,& ꝙ voluit possessionem ciuilem & naturalem transferri in 1.loco vocatum,(& sic in casu nostro in ducé sæpedictú) sumus in potioribus terminis quàm vbi possessio simpliciter transfertur in aliquem ex beneficio consuetudinis vel statuti: qualem Bal.in rub.ext.de caus.poss.& propriet.& can. in c.2.extra, de consuetu.& idem Bal.in l.fi.C.de manu.artificialem appellat, & ciuilissimam. cuius effectum etiam ibi ponunt.& Barb.consi. 58.incip.sapienter,&c.col.mihi 10.versi.capio. aliam dubitationem,&c.vol.2.& do.meus Philip.Deci.consi.84. inci.excellentissimi doctores.post principiú.& hoc prosecutus sum in d.cósi.1.nu.15. vbi laté discutio effectum & proprietatem huiusmodi possessionis. Est tamen ista possessio quæ per legem Thori prædictam defertur,magis priuilegiata & qualificata. quoniam ex dictæ l.Thori beneficio trãsfertur possessio in proximiorem vocatum, quamuis alius eam apprehendisset. & casu quando ex dispositione consuetudinis vel statuti transfertur simpliciter,do.meus Ias.in l.si sorori.C.de iure delib.post Bald.in authen defuncto.C.ad Tertul.voluit non competere beneficium consuetudinis vel statuti prædictorum. quãdo alius actualiter habet possessionem. cuius tamen oppositum tenuit, & bene do.Barthol.Chassenay, comparriota meus in suo consuetudinario Burgundiæ, in rub.de successionibus.in gl.in ver.proximiorem.vbi probat ex beneficio dictæ consuetudinis , aut statuti cópetere contra detentorem,& interdictum retinendæ,& etiam interdictum recuperandæ.Quod(cùm non sit in casu d.l.Thori
4 dubium)non examino. † Sed quia prætenditur ex aduerso debuisse illustrissimum ducem conuentum docere ꝙ esset filius natu maior post dictum ducem Henricum: oppositum illius ex præmissis apparet, quod appareat ꝙ sit proximus,licet non constet ipsum esse proximiorem, & ab alio non præcedi, & in casu nostro etiam si probatum non esset ista bona esse maioricatú,attamen ex quo sunt feuda regalium dignitatum in quibus regulariter fœmina non succedit,vt est tex.in c.1.§.& quia vidimus & ibi Iac.de Belut.in titu.qui feud.dare poss.& probat Roma.consi.35.& melius consi.364.& plenissimè do.Franciscchi.de Curte in suo tract.feud.parte 3.in 1.q.principa. intelligo quando extant eiusdem lineæ masculi , propter ea quæ dixi suprà consi.93.nu.16. ex quibus apparet esse satis in casu nostro, ꝙ constaret do.Ducem conuentum filium esse illustris ducis Ioan. etiam si nó appareret ꝙ ipse esset natu maior.præsertim ex quo d.domina comitissa ex iuris præsumptione suprà allegata succedere nó poterat in dictis bonis,& sic nec illa possidere. & valde friuolum est quod allegat se sororem esse vtrinq; cóiunctá ducis Henrici , etiam si fingamus illa bona maioricatum non esse, attamen cùm illa constet esse feudalia.in illis.n. gradus duplex ille non consideratur.vt not.Aluar.in c.1. §.hoc quoq;.in titu.qui feudum dar.pos.& Mart.de Laude in d.§.& quia vidimus.& Ang.in suo consi.106.inci.
5 sanctissima & illustrissima Regina. † Illud autem quod obijcit,dispensationem Apostolicam super matrimonio quod illustris dux Ioannes prohibebatur cõtrahere cum illustri Eleonora de Guzman matre dicti ducis conuenti personam non legitimasse,resistit huic obiecto doctrina Alex.in l.necessarijs.ff.de acquir.hæred.& do.mei Ias.in l.vnica.C.quando non pet.part. vbi dicunt, legitimatum per subsequens matrimonium haberi per omnia pro legitimo, & in nullo differre à verè legitimato,ita ꝙ huiusmodi filij succedũt etiam in feudis, vt per do.meum Philip.Dec.consi.155.not.do.meus Hippo.de Mar sil.singulari mihi 530.incip.dixi tibi,&c.do.meus Ias.in l.generaliter.§.cùm autem.ad fi.C.de institutionibus & substitutionibus sub conditione factis.maximè vbi dispensatum est in radicem matrimonij.vnde videnda esset forma dispensationis prædictæ,quoniam lata est differentia quando in radicem matrimonij, & quando simpliciter super matrimonio dispensatur . per ea quæ notant Abb. & alij in capit.per venerabilem.columna mihi quinta.versiculo,ego pro concordia dicerem. extrà, qui filij sint legiti-

mi,&

6 mi.& latius prosequor suprà consi.30.nume.7. & 8. † Et
subsistente præmissorũ veritate, consequens est dictum
dominum comitem dicere non posse se fuisse(vt præten
dit) spoliatum: cùm non posit dici possessor: cùm suæ
prætensæ possesioni resistat dictæ l. Thori dispositio.ex
cuius beneficio possesio cùm transiuerit in dominũ du-
cem,fuit ipse dux à dicto Comite spoliatus:ita quòd cō-
petebat illustrissimo duci interdictum recuperandæ ad-
uersus dictum comitem: vt suprà nume.3.dicebamus.&
ita etiam noi.Ioan, Fab.Instit.de hæred.quali.& differen
tia.§.fi.& Insti.de interd.§.1.& not. dominus Guido Pa
pæ in suis decision.q.552. Vnde non debet dictus domi-
nus Comes ante oĩa restitui cùm reconueniatur de præ-
cedenti spolio.vt notat Bartho.Cæpola,consil.60.incip.
omissa facti serie.col.4.2.dubio.allegat.cap.fina.extra,de
ordin.cogni.& aliàs quia constare potest,quòd dux illu-
strissimus in possessorio habeat iura potiora. vnde potuit
dicto Comiti auferri possesio. vt conclu.Roman.consi.
mihi 499.incip.in præmissa,&c.vbi allegat Host.& Inno.
in cap.accepta.vbi etiam Abb.col.2.extrà,de restit.spol.
Tum etiam quia dici potest, quia tempore quo præfatus
dominus dux possesionẽ actualiter accepit, vacabat pos
sesin.& si fingamus illam statim mortuo duce Henrico
prædicto ad ipsum ducem nõ transiuisse ex dictæ l. Tho
ri beneficio, vt suprà concludebamus:quandoquidem ex
post facto quò dictus dominus Comes posidere desijt ,
(si dici posit aliquã io possedisse)doctor Nicolaus ex Re
gia commisione possesionẽ actualem tradidit illustris-
simo duci sæpedicto,qui etiam ex dictæ l. Thori disposi
tione cùm huiusmodi bona posideret ciuiliter & natu-
raliter,potuit etiam licitè illorum possesionem actuali-
ter occupare.vt dicit Anton.de But.in c.cùm dilectus.in
4.notab.per illum text.extrà,de ordi.cogn.Et ex illo eñ
capite obstat dicto Comiti restitutionẽ petenti exceptio
dominij.vt est glo.notab. in l.fi.in ver.ignorantia.C.vn-
de vi.& ibi Bal.ita not.in casus figuratione. & not.Bar.in
l.fi.de vi. vbi concludit quòd quando quis fuit spoliatus,
& vera fuit illata violentia , non posit agenti interdicto
recuperandæ opponi exceptio dominij etiam incōtinen
ti probandi . quia spoliatus ante oĩa restitui debet.l.si quis
à se fundum.C.vnde vi. Secus autẽ dicit esse in quasi vio
lentia quando vacat possesio.vt in casu l.fi.C.vnde vi.&
hoc idem tradit Ang.in l.a.C. de edicto diui Adria. toll.
& maximè quia ex deductis videtur esse notorius defe-
ctus proprietatis dicti domini Comitis.dicitur enim no
torium quod ex actis colligitur.vt per Innoc.in c.ex insi
nuatione.extrà, de appella.& no.doct.in c.cùm olim.&
ibi Abb.extrà,de verbo.signi.& Bald.in authen.ad hæc
C.de vsur.& quicquid est probatum in iudicio dicitur es
se notorium.vt Anto.de Butr.in c.fi.in 6.notab.per illum
text.extrà,de tempo.ordi.ꝙ dominus meus Phil.Dec.in
d.c.ex insinuatione,ideo succedit,quòd interdicto recu-
perandæ agenti,prout facit dictus dominus Comes, ob-
stat defectus notorius proprietatis.vt voluit Inno.c.con
stitutus.extrà,de filijs presbyt. dominus Anto.c.ex lite-
ris.col.10.extrà,de restit.spol.cum simil.quæ tradit Ale-
xand.in l.naturaliter.§.nihil commune. col.6. versic.10.
fallit.ff.de acquir.possess.& Lanfranc.de Oria.in repetit.
rubr. de causa possess.& propriet.

Similiter dictus dominus Comes tradidit,aut restituit
dicto doctori Nicolao huiusmodi possesionem, & non
illustrissimo duci , & sic nulla videtur competere restitu
tio dicto Comiti contra dominum ducem sæpedictum.
per glo.notab.in c.cùm causam.extrà,de restit.spol.& no.
in c.consultationibus.extrà,de offi.delegati.

Vlterius quando res à malæ fidei possessore transit ad
verum dominum,ille qui dicit se spoliatum non est antè
omnia restituendus.Ita notãt doctores in c.dilectus.ver
sicu. verum.extrà,de ordi.cogni.& in l.si quis emptionis
titu.C.de præscri.30.vel 40.annorum.Ita refert,& sequi
tur præallega.Bartholomæus Veronensis d.consi.60.2.
dubio. Est etiam decisio notabi. Aegidij Bellameræ con
clu.36.prout eum refert,& sequitur Soc.in l.rem quę no
bis.q.9.ff.de acquir.possess. vbi concludit quòd possessor
qui reperitur habere dominium, rem illam non cogitur
restituere: quoniã ipse conuentus videtur habere ius for
tius ex quo dominium habet cum possesione de præsen
ti:quando maximè huiusmodi possesio peruenit ad ip-
sum dominum absque vitio.

Similiter vbi fit spoliatio de iudicis licentia, non resti-
tuitur spoliatus,secundum Inno.in c.super hoc.extrà,de
renunt.refert, & sequitur Ang.in d.l.si quis à se fundũ.&
vtrunque dominus meus Philip. Deci.consi. 125.& Lan
francus.de Oria. vbi suprà,(ꝙ tamẽ vbi procederet absq;
alijs per me ponderatis, non auderem affirmare pro con
stanti:) multò ergo minus erit in casu nostro.vt per glo.
7.q.1.c.præsentium,in gl.fi.& in c.si constiterit.& vtro-
bique doctores.extra,de constit.

Et pro conclusione dico post Pau.de Cast.in l.si de vi.
ff.de iudi. ꝙ quandocũq; vertitur periculum magnum,
si spoliato res restituerentur,puta quia agitur de possesio
ne castri,vel fortalicij, quod esset difficile postea recupe-
rare,illo casu excipiens de dominio,& alijs iuribus,est au
diendus.& impedit huiusmodi exceptio super spolio co
gnitionem,aut saltem debent simul exceptiones illæ ter-
minari.Ita not.Bal.in d.l.2.C.de edicto diui Adri.toll.al-
legat Innoc.in c.literas.extrà,de restit.spol. Ita etiam re-
fert,& sequitur Bartholomæus Veronensis d.consi.60.&
Socin.consi.87.versi.34.vol.3. & not.etiam ad hoc pro-
positum Anto.de Butr.in c.fi.col.mihi 4.versic. venio ad
secundam partem.extrà,de ordi.cogni.vbi dicit, ꝙ spo-
liatus non est ante omnia restituendus,quando posset im
7 minere magnum periculum in restitutione illius.† Et iu
ra suprà in contrarium allegata non obstant : quibus etiã
est per præmissa satisfactum.Lex enim meminerint, lo-
quitur in rescripto principis,per quod in dubio ius com-
mune non eliditur , aut alteratur : Ideo secus erit vbi de
principis apparebit intentiõne,qui rescribere potest con-
tra ius, vt not. dominus meus Ias.in l.omnes.C.si contra
ius,&c.& in l.3.§.si is pro quo.ff.quod quisq; iur.not.do
minus meus Hypo.de Marsil.in l.de vnoquoq;.post prin
cip. versi.nec habet obstare.ff.de re iudi.allegat ibi domi
num meum Ias. prædictum in l.1.col.2.ff.de consti.prin
cip.& Fel.in c.quæ in ecclesiarum. extrà, de consti.& in
c.nonnulli.col.10.extrà , de rescript.ita etiam Alexã.con
si.2.colum.10.volu.1.& Socin.consi.120.incip.memini
aliàs,&c.col.4.vol.3.Quandoquidẽ princeps in his quæ
sunt iuris positiui , sola veritate moueri potest, vt prose-
quitur abundè Franciſchinus de Curte consi.mihi 49.in-
cip.memoriæ recolendæ. versi.nec enim.& plurib.sequ.
& dominus meus Philip.Dec.consil.125.volu.1.& si at-
tẽdamus quòd dictus doctor Nicolaus non procesit nisi
cum literis secundæ iusionis Regiæ serenitatis , dicimus
esse satisfactum contrario suprà facto de lege Regia,per
quam cauetur nõ posse quem sua possesione priuari per
Regias literas.per l.30.titu.18.3.partita.& per l.1.& 2.ti
tu.12.lib.3.ordinationum Regiarum.

Postremò cùm incœptum fuerit hoc iudicium suppli
cationis,& seu in vim supplicationis per dictum Comi-
tem interpositæ,lapsi sunt iã anni 53.& plures,post con-
cessas & executas dictas Regias prouisiones,à quib. sup-
plicauit.& postquam in vim illarum se dicit desijsse posi
dere,consequens est, ꝙ vel hoc iudicium non procedit,
vel ꝙ interposita per eum supplicatio est nulla,quę infra
tẽpus legis nõ fuit executa,& minus terminata, cùm ta-
mẽ causa supplicationis quoad instãtiæ tẽpus de iure cõi
non differt ab appellationis causa. vt not. dominus meus
Ias.in l.si quis aduersus.C.de prec.impe.offe.no.do.meus
Philip. Deci.in l.edicto.versicu.noto tamen.C.de edicto
diui Adriani tollend. & in huiusmodi iudicijs possesso-
rijs dubitauerũt multi vtrũ esset permissum supplicasse,
quoniam de appella.concludunt pro negatiua,vt per do-

minum meum Iasonem. in l.pendente,in 3.notab.C.de bono.possel.secundum tabu.(cuius dicti veritatem prosequor latè suprà consi.1.in addit.nume.54.& multò magis post secundę iussionis literas, quoniam illis debuit pareri vt fuit allegatum per aduocatos illustrissimi ducis.& probatur in l.30.titu.18.partita 3.& in l.1.& 2.tit.12.lib.3.ordinationum Regiarum.)

Hæc sunt quæ pro temporis angustia & in librorum egestate constituto prima fronte se offerebant: persecuturus latius nactus veram informationem casus & facti, & bibliothecam(de qua dum hæc scriberem,nuntium recepi ex Aragnnum regno in via cum eadem venientem. Vestrum autem erit magnifici illustrissimi ducis consiliarij rudi & impolito ac indigesto stylo veniam dare,ac de me in ampliori resolutione melius sperare. Ita autem vt præmissum est & decisum, concludebam & resoluebam,saluo,&c. Toleti in curia Cæsarea anno 1529.ad laudem & gloriam Dei.egu Cellus.

SVMMARIVM.

1 ADuocatis subtilibus committi debent causæ graues & arduæ,licet etiam quandoque subtilius considerat imperitus,quàm doctus.

Maioricatus successio regulariter ordinatur secundum naturam successionis regalium dignitatum,& quòd in illis,nec in feudo regulariter fœmina non succedit.quod resoluo nume.48. vbi probo fœminas in maioricatu, & in feudo etiam regalium dignitatum admitti,& venire appellatione descendentium.

2 Dictio hæres, in feudis ad solos masculos refertur (licet sit etiam apta comprehendere fœminas,) & dictio successores,post illam dictionem apposita restringit eam.& resoluo.nume.23.24.& 48.

3 Causa quare maioricatus constituuntur, est vt bona vnita conseruentur in familia constituentis. quæ sola ratio potest assignari:familia autem per masculos,& non per fœminas conseruatur.& quare? & resoluo nu.49.& 50.

Arguere licet a ratione expressa vel tacita, & ab illarum vtraque cessante,quando vna sola potest assignari.ibid.& resoluo nu.49.& 50.

4 Descendentium appellatione licet fœminæ comprehendantur,non tamen quando vocantur descendentes ex linea masculina. & resoluo nume.23.& 25. vbi decido contrarium(nisi fortè in priuilegio immunitatis nu.5.

5 Filiorum appellatione non veniunt nepotes. contrarium resoluo num.26.& 52.

6 Qualitas masculorum posita in vna dispositione, censetur etiam in alia repetita,& quid si in eodem,vel alio ca.& resoluo nu.50.& 52.& 53. vbi etiã quod qualitas non expressa licet subaudiatur in vno cap.non intelligitur in alio cap.repetita, præsertim in diuersis dispositionibus.

8 Descendentes si vocentur cum Titio,vel si Titius et alij vocentur sub nomine collectiuo,qualiter succedent? resoluo nu.27.28.29.31.& 35.

9 Substitutio inutilis non potest aliam vtilem facere. resoluo nu.32.33.& 58.

10 Intestatus dicitur decedere etiam qui testamentum fecit, quò ad ea tamen de quibus testari non potuit & resoluo numero 59.

11 Primogenitus præfertur alijs filijs in successione regalium dignitatum,& aliorum bonorũ quæ diuisionem non admittunt.& quæ sint primogenituræ prærogatiuæ.

12 Linea descendẽtium diuiduntur in lineas primogenitorum, & secundo & tertio genitorum,& vlteriorum,etiam in eodem gradu, quæ diuisio solet attendi de cõsuetudine nobilium,præsertim in regno Castellæ. & vbi consideratur ista diuersitas linearum primogenitorum,linea vim habet et effectum hæreditarij tituli,quo etiam casu nepos ex primogenito patruum suum excludit.nu.13.

14 Linea illius qui successit, euacuari debet priusquã ad aliam lineam deueniri possit.& nu.22.

15 Exclusio alicuius per alium ne succederet, est perpetua, ita quòd postea succedere non potuerit,etiam si moriatur ille qui eum exclusit,sed admittetur alius post dictum exclusum primo loco vocatus.

16 Dispositio noua dicitur, vbi aliquid adijcitur, aut detrahitur ab antiqua.

17 Testamenti dispositio dicitur posterior, quamuis post illud testamentum testator per donationem disponat.

18 Dictio infrà scripti refertur ad sequentia descripta quæ possunt ad oculum tantùm legi.

19 Contrarietas vt euitetur, potius impropriari debent verba, etiam offendendo verba testatoris. & infra versiculo verba.

20 Relatiui quæ natura est, quòd quando ponitur siue copula, quòd stet restrictiuè.

Relatio facta etiam intelligitur cum omnibus suis qualitatibus.

Testamentaria dispositioni non videtur esse per aliam derogatum,nisi quatenus reperitur expressum.& requiritur specialis pœnitentia prioris voluntatis derogatoria.

21 Dictiones prout.& secundum,vbi in aliqua dispositione posita sunt, ad aliquod quod sit de præterito referuntur. si de illo facto constet,ponuntur restrictiuè.& vbi id quod referunt non valet, vel appareat aliter,etiam vitiatur huiusmodi dispositio referens.

Declarans nihil noui facit.

22 Masculi quando in aliqua dispositione vocantur,& illis deficientibus fœminæ, tunc intelliguntur esse fœminæ exclusæ per eiusdem lineæ & gradus masculos.

Fideicommissum in quo proximiores vocantur,vel familia, qualiter reguletur,in succedẽdo? vbi etiam respectu eius attendatur proximitas.& quid in feudo?

24 Et,copulæ natura qualis sit.& quid vbi ponitur inter personas inter quas ordinata cadit affectio? nu.27.

Dictio successio,licet apta sit successorem sanguinis & hæreditatis apprehendere,attamen vbi post eam dictio, descendentes additur,qualificat illam dictionem,& significat quid distinctum à descendente,denotando successorem hæreditatis.

25 Filia filij dicitur esse de descendentibus per lineam masculinam, sicut neptis ex filio est agnata, & admittitur ex dispositione testatoris, quæ prouidit quòd hæreditas eius vadat de vno in alium per lineam masculinam,quamuis talis filias patruos habeat,& hoc etiã in feudo locũ hẽt.

26 Descendentium appellatione quando veniat filius.

27 Ordo charitatis,aut affectionis, vel scriptura quãdo est inter plures institutos, aut vocatos, illi censentur inuicem ordine successiuo substituti,ita quòd si primò nominatus non reperitur,aut est inhabilis, admittuntur secundo nominati.& qualis sit ista substitutio? nu.28.

28 Titius,& filij,vel descendentes si vocentur,succedunt ordine successiuo, & qualiter reguletur huiusmodi successio.

29 Substitutionis vulgaris effectus.

30 Dispositio testatoris fideicommissaria,præsertim ea quæ vocat descendentes,ex qua semel successum fuit, non poterunt alij descendentes in vim illius vlterius succedere.

Nepotes quamuis veniant appellatione filiorum, vbi de eorum fauore agitur, attamen vbi semel ex tali dispositione fuerunt admissi filij,non vocantur ex illa nepotes.

31 Dictio ex, causam proximam & immediatam denotat, vbi infertur quòd proximiores veniant appellatione descendentium ex Titio.& nume 55.

32 Gra-

32 Grauamen appositum filio non videtur in dubio ad filios filij nepotes testatoris extendi. Et idem in alienationis prohibitione facta filio. & numero 55.

33 Testamentum & haeredis institutio, ad notarij vel alterius interrogationem valet, secundum magis communem opinionem. licet Bartolus & Roman. contradicant.

34 Testamentum valet quando ex dictis & depositionibus testium, qui vltimae alicuius voluntati & dispositioni inter fuerunt, iudex mandat instrumentum confici. quia tunc instrumentum illud vim habet testamenti.

35 Producens instrumentũ in iudicio videtur illud approbare: nec releuat eum protestatio quae solet communiter fieri, scilicet quòd producit eum si, & quatenus vel inquantum, pro se faciat, & non in plus.

36 Filij naturales Titij faciunt deficere fideicõmissum quo alius erat ei substitutus si sine filijs decederet.

Nepos repraesentat personam sui patris, nedum vbi de aui, sed etiam quando de alterius agitur successione. in qua non haereditario sed proprio iure succeditur.

37 Primogenito non potest inferre pater, vel princeps, praeiudicium in iure primogeniturae.

38 Clausula accessoria, vel in accessorijs posita, primariam dispositionem non alterat, aut immutat.

39 Geminationis virtus & effectus.

40 Verba melius est nihil operari, quàm quod absurdum aliquod, aut contrarietatem inducerent. & suprà in ver. contrarietas.

42 Testator si filium sibi haeredem instituat sub infrascripta conditione, quam postea non apposuit, valet institutio, ac si purè facta esset.

43 Donator potest in rebus donatis (etiam donatione inter viuos) donatarium sibi haeredem instituere: & grauamina & substitutiones apponere, vel ea, quae in ipsa donatione apposuerat, immutare, vel alterare, aut etiam in totum tollere.

44 Homagij natura est, quòd vni soli domino respectu eiusdem dominij praestatur.

45 Descendentes Titij si vocentur ad successionem, non censetur simul omnes vocari, sed descendẽtes illius qui primo loco successit primo vocantur. Et quid in fideicommisso?

46 Filiorum appellatione venit etiam foemina, quando extraneus, & eius filij instituuntur, aut substituuntur: etiam si statuti, vel cõsuetudinis dispositio resisterent huiusmodi interpretationi. & nu. 51.

47 Filius probatur esse legitimus, quando probatur esse natus cõstante matrimonio in domo parentũ, scientibus vicinis.

50 Retentio facilius conceditur quàm noua petitio. quod est dicere, honestius repellitur, quàm eijcitur hospes.

52 Repetitio non intelligitur esse facta quando est rerum quae relinquũtur diuersitas, & personarũ quibus relinquitur. Et quid vbi est identitas personarum? & 55.

54 Clausula, meliori modo quo potuit, operatur quòd actus sustentetur eo modo quo potest.

Limitata causa limitatum producit effectum.

56 Fideicommissum reciprocum non inducitur inter descendentes, vel vocatos, nisi factum fuerit in tota haereditate, & ab vltimo moriente.

57 Voluntas tacita testatoris quando attendatur ad hoc quòd transeat in dispositionem.

60 Matrimonium clandestinum licet de iure sit prohibitum: est tamen validum, dummodo probetur. & sufficiunt ad probandum illud duo testes masculi, & foeminae, qui deponant de verbis aptis ad contrahendum matrimonium. & probatur etiam per coniugum confessionem vbi de alterius matrimonij praeiudicio non agitur. & quare?

62 Noctis tempore factum probatur, si constat lunam tunc luxisse, vel probando claritatem luminis candelarum, aut alterius rei.

Testes socius & particeps criminis regulariter nõ probant. hoc debet intelligi in rebus quae omnino prohibentur, & in quibus actus non valet.

63 Testis omni exceptione maior quis dicatur?

Testi domestico an & quando credatur, si fuerit bonus vir, vel si fuerit persona valde honesta? vel quando probandum est aliquid quod gestum est domi? & 64.

64 Testes omni exceptione maiores licet requiruntur ad dissoluendum matrimonium, attamen ad probandum matrimonium sufficit ordinaria probatio, vbi non est contraria praesumptio.

Matrimonium contractum per puellam contra patris voluntatem est validum. & non vitiatur matrimonium si aliquis contraxerit matrimonium, & illud fuerit nullũ, contraxerit postea cum alia, etiam lite super dicto primo matrimonio pendente. & nu. 65.

66 Mandatum requiritur (etiam speciale ad obtinendam dispensationem.

Testes deponentes super contentis in aliquo instrumẽto qualiter deponere debent, ad hoc quod probent?

67 Metu contractum matrimonium est nullum. & qualis metus requiritur? & qualiter probatur? & quòd duo testes deponentes super metu praeferũtur mille testibus, qui de spõtanea voluntate deponerent. & non requiritur protestatio ad hoc quod matrimonium metu contractum nullum sit. nu. 68. Si tamen interuenerit multum operabitur. nu. 69. Et quando praesumatur durare, vel cessare metus? ibi. vbi etiam quòd minor metus sufficit in muliere, et minor in puella tenera, & delicata.

69 Principum praeceptum etiam simplex, imò etiam blanditiae illorum iustum metum causant.

70 Res inter alios acta regulariter tertio non praeiudicat. & num. 77. praesertim quando lata est dolo, vel culpa illius contra quem fertur. numer. 71. vel vbi fertur contra non comparentem, vel absentem, quia tunc magis esse praesumitur lata ratione contumaciae quàm ex defectu iuris absentis. nu. 72. & idem erit vbi per collusionem, vel simulationem illius lata fuit. & qualiter probabitur collusio, vel simulatio? nu. 73. & 74. & quod regulariter facit res inter alios acta (legitima dico) quale quale praeiudicium. Et qualiter intelligatur? 94.

73 Conditio, si Titius sine liberis decedat, quandiu ipse vixerit purificari non potest. & conditionis natura (siue fuerit expressa, siue tacita) est suspendere actum illum, vt productus non sit, nec effectum sortiatur. nu. 74. Et si conditio postea impleatur, an & quãdo retrotrahatur? nu. 75.

Ius actori superueniens ex causa de praeterito pendente iudicio, licet illi prosit ad victoriam obtinendam, secus tamen est (praesertim vbi est personale) quando post sententiã superuenit, & quare? nu. 76.

77 Citatio an sit necessaria ad hoc quòd priuilegia & dispensationes illis praeiudicent. Et an sit necessaria in declaratione, vel interpretatione, aut alio actu praeiudiciali? & quid vbi ius competit duntaxat in spe? num. 80.

78 Declaratio fieri non debet nisi in dubio, & nõ debet esse perimens, aut annullãs, nec debet ita fieri quòd illius volũtati, qui dicta verba protulerit, cõtrarietur, vel aduersetur.

79 Sententia est nulla, quae lata fuit ex falsa causa expressa, etiam per relationem ad acta. et quid si lata fuerit per errorem ad acta relatum?

80 Citari debet regulariter is de cuius agitur praeiudicio principaliter, & quid si secundario de illius agatur praeiudicio? & quãdo dicatur agi principaliter de alterius praeiudicio? & quid si ius illud solum consistat in spe? et quãdo dicatur

do dicatur ? & quomodo de citatione constare ?

81 *Citatio legit. una debet fieri ad partis instantiam, aliàs est nulla et debet in persona fieri, quãdo citãdus potest apprehendi facilè in persona. & quæ requirantur ad hoc vt citatio facta ad domum valeat ? & litera citatoria etiam si fuerint affixa in ostio domus citãdi, non faciunt quòd citatio sit valida, si fuerint statim inde ablata. vbi etiam quòd citatio debet esse trina, aut saltem vna peremptoria: & an & quando princeps parte non citata procedere possit. nu. 82. & seq.*

82 *Princeps superiorem non recognoscens an & quando procedere possit omissa citatione, si de plenitudine potestatis procedat, vel de certa scientia. Et quando procedit causæ cognitionem adhibendo, citare debet illos qui ex tali processu lædi possunt, aut læduntur. nu. 83. & 84. & quod etiam in notorijs (maximè quando notorium non est ius aduersario non competere) citatio debet interuenire. & quid vbi princeps gratiam concedit, aut priuilegium? nu. 85. & quid vbi de sola possessione agitur? idem.*

86 *Causa non dicitur esse grauis, vel magna, vbi possessorio duntaxat agitur. licet respectu proprietatis agatur de re maxima.*

87 *Testamentum & fideicommissum an sint de iuregentium, vel ciuili.*

Princeps derogare an possit concessioni, vel gratia quam concessit. & quãdo non possit aliquẽ priuare dominio suorum bonorum, nisi ex iusta causa, de qua debeat aliter quàm per ipsius principis assertionem constare, & parte citata & audita. nu. 88. & illo etiam casu tenetur princeps ad compensandum illum, cui ius tollit. 89.

90 *Clausula, motu proprio, & ex certa scientia, nihil operantur in his, de quibus non fuit princeps debitè & legitimè certioratus.*

91 *Clausulæ, supplentes, & plenitudinis potestatis, solùm operantur quo ad solemnitates de iure positiuo introductas, non autem quo ad eas quæ iure naturali fuerunt adinuenta, cuiusmodi sunt citatio, defensio, & causæ cognitio, & alia huiusmodi.*

92 *Sententia ad hoc quod valeat, debet ad partis instantiam ferri.*

93 *Intimatio debet fieri etiam si is cui fienda est, notitiam illius actus habeat, (nisi etiam notitiam habeat de qualitatibus, & circunstantijs) & etiam quando ipsius interest illud scire, vt aliquid faciat, vel non faciat. & debet intimatio illa fieri solenniter.*

95 *Hæres contrauenire quamuis non possit regulariter facto defuncti, cuius est hæres attamen quando successit non iure hæreditario, contrauenire potest. & idem etiam si successerit vt hæres: quãdo reuocare vult alienata in fraudem, vel inofficiosam donationem: etiam si hæreditatem illius acceptauerit. nu. 96.*

In materia maioricatus & matrimonij.

Consilium 120.

ET si dici posit aduersum me dictum illud Genesis cap. 19. Recede hinc, ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Attamen Danielis auctoritate, ca. 1. tutò respondere possum, notorium esse aduenas in quibus nulla est macula, eruditos in omni sapientia, & doctos in disciplina, posse in regio palatio stare, & alios docere. Qui nimò probantur obscura interpretari, (quorum solutio sapientibus illius regionis erat denegata) & ligata dissoluere. Vnde ipsi alienigenæ Esdræ 2. & Danielis 5. ca. magnis honorati donis leguntur, purpura operti, concessum eisdem in auro bibere, super aurum dormire, & curru & torq; fræno aureis, ac officijs publicis decorari. Quandoquidem aduenæ voluntario & nõ subdito obligatione naturali coacto præmium debetur. 13. q. 2. c. præposterum. & l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sill.

Requisitus itaque ab illustri Comiti de Nassauo, vt maturè perlecto ac examinato processu, quem illustris do. Menciæ de Mendoca. Marchionissæ de Zenete vxoris eius nomine ducis in hoc supremo Castellæ consil. contra magnificum Alphonsum de Fonseca commendatorem maiorem Castellæ prædictum, super villis, castris & locis de coca & alahejos & valde fuentes, & certis annuis redditibus (quos vocant de iure) responderem, an & quantum iuris habeat in dictis locis contentiosis præfata illustris domina Marchionissa, non potui (licet meæ literę ad tantum pondus non sufficiant) me cum Mose excusare, quòd imperitus essem. Exo. 4. ca. vel quod eloquens non essem, præsertim cùm non solùm ad forum contentiosum, vel iustitiam mea expetatur decisio: sed etiam ad dictorum illustrium consulentium quietem, conscientes quod iussus essem decisionem rationibus & auctoritate roborare. Vnde non putui dictorũ illustrium preces (quę mihi sunt iussa) nisi magna mea iniuria aspernari: confidens quòd ille qui Mosis os aperuit, ab Excelso petitum non denegabit auxilium.

Ex copioso itaque processu facti positio veridica resultat, quòd reuerendissimus Alphonsus de Fonseca Hispalensis Archiepiscopus obtentis à regia serenitate literis, & priuilegio de constituendo maioricatum (de quo infrà dicemus) vt per regias literas datas Burgis 12. die mensis Aprilis. 1453. apparet: necnõ & ab apostolica sede obtenta facultate, cuius prætextu disponere posset de bonis suis, etiam de his quæ ratione suorum beneficiorum acquisiuerat, (de quibus tamen apostolicis literis, seu bullis non apparet in processu) die tertia mensis Septembris anno 1460. testamentum suum condidit, & in eodem in vim apostolicarum & regiarum literarum prædictarũ, & concessionũ ac facultatũ instituit maioricatũ de suis villis, castris, fortalicijs & locis de alahejos, castrejon, valde fuentes, & coca: & de eorum terris, terminis, & locis ac vasallis & dominio & iurisdictione earundem: Necnon & de trecentum mille denarijs (quos morabetinos appellant) quos dictus Archiepiscopus ex priuilegio tenebat in locis diuersis, centum mille (videlicet) super dicta Hispalensi ciuitate: & alia ducenta millia in Salamantina, ciuitate, & certis alijs diœcesis prædictæ locis. & quoniam in verbis solet aliquando pondus inesse, & sententia, post dictorum locorum & bonorum (super quibus in dubiũ nõ reuocatur) expressionem, subiunxit hęc verba: *E instituimos e hazemos maior & señor de todo ello y lo traspassamos y cedemos, y damos todo e cada cosa y parte dello, con los titulos derecho y aciones que nos auemos a ello y a cada cosa y parte dello a Hernando de Fonseca nostro hermano. y si necessario es lo instituimos por nostro heredero de todo ello y de cada cosa y parte dello, con las clausulas vinculos y condiciones contenidas en las dichas facultades y priuilegios que nos tenemos. Y despues de los dias del dicho Hernando de Fonseca nuestro hermano haya el dicho maioradgo y sucedan en el sus decẽdientes y successores por la via y forma que el ordenare e dispusiere, y segun la forma y disposicion que se cõtiene en los dichos priuilegios y facultades reales, contanto que sea toda via vna persona que haya el dicho maioradgo.*

Succedente autem tempore Archiepiscopus prædictus anno 1462. die 6. Iulij certis ex causis Ferdinando fratre suo prædicto donationem fecit sub hac verborũ forma: *Por quanto el dicho señor arcobispo otorgo su testamento & maioradgo de la sus villas de alahejos, castrejon e valde fuentes y de ciertos marauedis y de otras cosas se lo hauia mandado y assignado todo al honrrado cauallero Hernando de Fonseca su hermano que presente estaua por titulo de maioradgo para si y para sus hijos & decendientes para agora*

y para

y para siempre jamas con ciertos vinculos y limitaciones y satisfaciones y cargos, y segun mas largamente en el dicho testamento que el dicho señor arçobispo tiene cerrado & sellado se contiene. y agora el dicho señor arçobispo no con intencion de renocar y anullar el dicho testamento en quanto al dicho maioradgo y vinculos y sustituciones, mas habiendo commo lo ha por firme y stable y rato y grato y valedero: de agora para siempre jamas, y otro si acatando que el dicho Hernando de Fonseca desde su niñez asta oy le hauia seruido y segaido siempre con mucho amor y lealtad. y speraua que assi lo seruira y figuira de aqui adelante, y por los muchos cargos que del tiene, y por ser ya constituido en edad que es justo y razonable que en tãto que el Alcançaua la successiõ del dicho maioradgo en sus dias tenga algun mas crecimiento de renta y emolumento con que pueda mantenerse y crecer su estado en espensa contiana y honor. Por onde dio que de su propria voluntad en la mejor forma y manera que podia y deuia de derecho otorgo y conocio que hazia e hizo y ordeno y constituyo por titulo de donacion por virtud de las facultades y licencias apostolicas y reales que tiene para ello maioradgo delos bienes deiuso declarados por la forma y ordenacion infrascripta: y con las condiciones y modos y vinculos y clausulas summissiones y prohibiciones y penas, que en el dicho su testamento y de aqui adelante en esta presente scritura son y seran contenidas, en el dicho señor Hernando de Fonseca su hermano, y en sus decendientes que del viniren ligitimos y naturales por linea directa masculina. y en todos los otros aqui en el dicho maioradgo houiere de venir segun la orden en el dicho testamento contenida: y en la forma siguiente conuiene asaber que desde oy dia dela hecha desta carta y instrumento diò e donò ced ò y traspasso para el dicho maioradgo al dicho Hernando de Fonseca que presente estaua dicha su villa de alahejos con sus lugares de castrejon y valde fuentes. Et in eodem immiscuit ducenta illa millia morabetinorum, de quibus suprà, tradiditque dictus Archiepiscopus possessionem Ferdinando prædicto per traditionem scripturę donationis prędictę, quam etiam realiter & actualiter adeptus fuit d. Ferdinandus.

Contigit autem dictum Ferdinandum Archiepiscopo præmori, qui in suo testamẽto Alphonsum filiũ suum primogenitum & illustris Marchionissæ prædictæ auum maternum, in castris, villis & locis, & rebus prædictis donatis hęredem sibi scripsit 1463. die 8. Februarij, apposito fideicommisso, si ipse infra quartumdecimum annum decederet. moritur & successiuè dictus Archiepiscopus, facto (vt dicunt) testamẽto ad sui medici interrogationem, In quo inter cætera declarauit, quòd Alphonsus prædictus in dicto maioricatu succederet, prout, et quemadmodum prænominatum Ferdinandum fratrem suum instituerat dicti Alphonsi patrem, & debita testium informatione & examinatione præcedente, fuit dictum testamentum instante præfato Alphonso, publicatum per vnum ex Alcaldis villæ Vallisoleti, die 11. Decembris 1474. Ita quòd post Archiepiscopi sæpedicti decessum, Alphonsus bona omnia quæ in dicto testamento, & maioricatus constitutione exprimuntur, possedit, vt & tanquam vocatus ad huiusmodi maioricatum ex dispositione præfati Archiepiscopi.

Cùm Alphonsus prędictus masculos non haberet, sed solas filias fœminas ex domina Maria de Toledo, quarum primogenita domina Maria cùm anno 1502. clandestinè nupsisset cum illustriss. Marchione de Zenete Roderico de Mendoca refragante patre, qui volebat eam nupui dare (prout de facto fecit, cùm de iure non posset, vt patebit ex infrà dicendis) Petro Ruyz de Fonseca dicti Antonij de Fonseca filio anno 1504. (vt latius in secundi dubij examinatione prosequemur.) Postquam diuulgari cœptum est dictum matrimoniũ cum pręfato Marchione cõtractum, & postquam dicta domina Maria nec minis, nec verberibus à patre sibi inflictis, sed nec longo carceris pędore induci potuit, vt cõtractũ matrimonium cum illustriss. Marchione negaret, suscitata est causa corã bonæ memoriæ serenissima Regina Elizabet, anno prædicto 1502. mense Septembri super dicto maioricatu inter dictos Antonium de Fõseca & Alphõsum fratres, siue ad instantiam aut instigationem dicti Antonij, siue motu ꝓprio serenissimæ reginæ prædictæ, & citato dicto Alphõso tam suo quàm administratorio nomine (vt prætenditur) suarum filiarum, quædam sententia & seu declaratio lata fuit post trinam citationem, in & cum qua dicta regina motu proprio, & ex certa scientia, & de regiæ potestatis plenitudine declarauit dictas villas, castra, & fortalitia, & loca prædicta, & trecentos mille morabetinos de iure suprà mentionatos, & omnia alia in dicti maioricatus institutione, & donatione præmentionata contenta, debere pertinere ad vnã solam personam, quæ masculus esset, legitimus & naturalis, ex recta linea dicti Ferdinandi de Fonseca descendens, & quod non pertineret, vel competeret fœminabus, nec descendẽtibus ex eis, & per consequens declarauit serenissima Regina prædicta maioricatum & bona huiusmodi cõpetere, & pertinere debere Alphonso prædicto, tanquam filio primogenito & naturali sæpedicti Ferdinandi, & descendentibus illius masculis ex masculis, & non fœminabus, aut descendentibus ex eis: ita quòd decedente dicto Alphonso nullo relicto masculo legitimo & naturali ex eo per lineam rectam masculinam descendente, præfata serenissima regina maioricatũ, & bona prędicta declarauit pertinere filio secundo naturali & legitimo dicti Ferdinandi, & post illius obitum eiusdẽ filijs masculis & legitimis per rectam lineam masculinam (vt est dictum) descendentibus, de qua quidem sententia intrà tertio dubio latius prosequemur. Cùm autem Alphõsus prędictus post annos aliquos posteà decessisset superstitibus dicta domina, Maria, & eius & prenominatę dominę Marię de Toledo filiabus, dictaque do. Maria ex illustri Marchione de Zenete prædicto (quo cum reclamante patre contraxerat, & ob id erat sibi infestissima) præfatam illustrem Marchionissam dominam Menciam, & alias fœminas & nullos masculos moriẽs reliquisset, instante illustri Marchionissa prædicta lis in hoc supremo Castellæ consilio suscitata est super dicti maioricatus successione, ad quã se dicit esse vocatam dicta domina Marchionissa, excluso dicto magnifico domino Antonio de Fonseca eius patruo magno, qui post Alphõsi dictæ dominæ Marchionissæ aui materni decessum, dicti maioricatus bona occupauit, & cùm scire velit illustris Marchionissa sæpedicta an ex d. processus meritis fundetur eius successio in dicto maioricatu, petitur à me resolutio mea iurium (vt prædixi) rationibus & auctoritatibus roborata. & quamuis in dicto laborioso processu fuerint plura hinc inde deducta, de quibus probabiliter dubitari potest, attamen dubiorum omnis sententia dependet ex trium infrascriptorum resolutione.

Discutiendum itaque primo loco erit, vtrum illustris Marchionissa quę fœmina est, & ex fœmina nepte dicti Ferdinandi ex filio tamen primogenito descendens, ad huiusmodi maioricatum vocetur? & quando possit dici creatus, aut institutus maioricatus?

Secundo, dato quòd fœminę ex dicto Alphõso primogenito dicti maioricatus vltimo possessore descendentes esse vocatæ possint dici, vtrum obstat exceptio illegitimi matrimonij, quod illustris domina Maria de Toledo dominæ Marchionissę mater cum illustri dicto Marchione de Zenete contraxit, cùm prælata domina Maria dicatur antea cũ præfato Petro Ruiz eius fratre patruele contraxisse, & illud confirmasse prætendatur?

Tertiò, posito quod dicta domina Marchionissa ad maioricatum sæpedictum esset vocata à fundatore, seu constituente maioricatum, vtrum eidem obstat regia sententia prędicta, ita quòd illius admissionem impediat?

1 Ex.celsus

1 †Excelsus igitur dominus humiliter imploratus adsistat.
& ꝑfecto grauitas & magnitudo causę clarissimi alicuius
doctoris, & in iuribus regni (quæ in multis à nostro com
muni iure deuiare audio) experti, consultationem postu-
larent. cùm Bal. in l. fi. C. de hęred. insti. (quem refert Bar-
ba. consi. mihi 43. inci. præclare scribitur Iudich. &c. colu.
6. versi. pōderat, &c. volum. 5.) dicat causas magnas & ar-
duas cōmitti debere subtilibus aduocatis, & non idiotis,
attamen cùm fuerit hæc causa per clarissimos & subtilis-
simos adoocatos, vt patres mihi venerādos, agitata, & so-
lennium aliquot doctorum consilijs (quæ tamen non, vi-
di) & resolutionibus illustrata, nō dubitabo meam expro
mere sententiam: & velut anser (vt dicunt) medios stre-
pere inter olores, memor legisse apud Spec. subtilius quan
doque considerare iudicem imperitum, quàm peritum:
vt scripsit in tit. de arbit. §. sequitur. versi. ex eo. colum. 15.
pręsertim, quia literarum defectum apud me supplet af-
fectio, quæ est cuiusque rei potissima pars: & quatenus
firmior sit, & clarior, statui pro meo more, quem in ar-
duis negotijs tenui, partis vtriusque iustitiam examinaret
sciens eum qui per contraria graditur, ferro sibi viā aperi
re, secundū Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs substit.
Et breuiter omisso multiloquio (quo solent vti illi, qui
bus non est res ampla domi) videtur prima fronte dicen-
dum præfatam illustrem Marchionissam non esse voca-
tam. Pro cuius dicti fundamento, pręsuppono quòd ma-
ioricatus in succedendo regulari debet secundum natu-
ram feudi regalium dignitatum, & eorum in quibus pri-
mogenitus tātum succedit. ita not. abundè Socin. in cons.
mihi. 47. incip. facti narratione, &c. colum. 3. versic. tertia
ratio est, &c. vol. 3. quod etiam tenuit Bolog. cons. 62. in-
cip. Martinus & Maria. in 2. dub. principali. Sed in feudis
dignitatum certè fœmina non succedit. vt est text. in cap.
1. §. & quia vidimus. & ibi Iacobus de Beluiso. Bal. Aluar.
& omnes, in tit. qui feudum dare poss. Roma. consi. 35. &
melius consil. 364. & omnino do. meus Franciscinus de
2 Curte in suo tract. feud. par. 3. q. 1. principali. † Et licet di-
ctus Archiepiscopus instituens vocauerit in illius institu
tione post obitum Ferdinandi, descendentes & successo-
res illius, cuiusmodi nomine (attento quòd agitur de ma
ioricatu, & ex conclusione proximè facta) videtur quòd
ad solos masculos referri debeant: sicut in feudis dictio
hæres, solet communiter pro descendente masculo inter
pretari. vt not. vterque Imola, in l. quod dicitur. ff. de ver.
obliga. Bal. in l. etiam. super glos. in fi. ff. sol. matri. ibi dicit
hanc esse communem opinionem. quam etiam tenuit
Cald. sub rubric. de verb. signifi. consi. 15. pro quibus est
bo. tex. in c. 1. §. & si clientulus. de alie. feud. in vsibus feud.
pro quo etiam dicto bene facit text. in præalleg. cap. 1. §.
sed quia vidimus. qui feud. dare poss. Quinimo nedum vi
detur idem esse dicendum de illa dictione successores,
verumetiam dici posset, quòd illa dictio restringatur, &
restringat dictionem descendentes, quę illam pręcedit: si-
cut vbi apponitur in feudi concessione restringitur per
dictionem pręcedentem hęredibus, vt succedens esse de-
beat masculus & hęres & successor vniuersalis. prout not.
Io. de Imol. in l. 1. colum. pen. ff. de verb. obliga. & in l. sti-
pulatio: ista habere licere. eod. tit. per glo. ibi in verb. cæ-
terorum. & not. Bal. in ca. imperialem. ad princip. de pro-
3 hib. feudi alie. per Federic. † Et in casu nostro minus vide-
tur habere difficultatis, cùm sit quæstio de bonis maiori-
catus, qui (vt ex illius tenore, præsertim ex præfatione
constat) erectus esse videtur, vt bona vnita conseruentur
in familia illorum de Fonseca, cuius erat prædictus Archi
episcopus constituens: qualem etiam rationem dicunt at-
tendendam esse, Oldr. consi. 231. inci. vt eius de quo quę-
ritur. Pau. de Cast. consil. 161. incip. in causa præsenti quæ
vocatur maiorię Hispalensis. Roma. cons. 29. inci. in causa
maioriæ. Hispalensis. Bolog. præall. cons. 62. & Socin. pre-
allegato etiam consil. 47. & Ioan. And. in addit. ad Spec. in
rubr. de success. ab intestato. & Bald. in l. maximū vitium,
C. de lib. preter. Tanta est enim vis, & ius cōsolidationis
inseparabilis, vt diuidi non possint, aut separari, imò de-
beant integrè deuenire ad eos, quibus est conuentum in
priuilegio erectionis in maioricatum. Quandoquidē per
diuitias familiarum dignitas conseruatur. l. 1. ibi, vt digni-
tas familiarum salua sit. ff. de ventr. inspic. quam etiam ra-
tionem Cynus in l. 1. C. de adult. assignat. & illam solam
videtur dictus Archiepiscopus attēdisse, motus ex illa sola
ad huiusmodi maioricatum constituēdum. Sicut in simili
dicimus de statuto excludēte fœminas propter masculos:
solam illam rationem attendi posse: vt voluit Roma. con
sil. mihi 27. inci. visa municipali constitutione, &c. 2. dub.
& consil. 16. incip. viso themate consultationis, &c. col. 2.
vers. secundum autem principaliter considero. vbi voluit
ideò fœminas à testatore vel statuto excludi, q per mas-
culos cōseruatur agnatio, & familia, quę per diuitias con
seruantur, vt dicit Bald. inter cons. fi. Ang. fratris sui, consil.
67. incip. Martinus Ioannes de Florentia, & idem Ang.
consilio 340. incip. totum dictum statutum. vbi loquitur
pulchrè ad propositum.

Si itaque in casu nostro causa erectionis maioricatus,
& indiuisibilitas illius fuerit solùm conseruandæ familiæ
causa, & agnationis illorum de Fonseca, (vt est dictum) &
ex dicti domini Archiepiscopi dispositione constat, siue
illa ratio fuerit expressa, siue coniecturata, licitum est ab
illa arguere, secundum Bal. in d. l. maximum vitium. C. de
lib. preter. & in l. quanuis. C. de fideicom. & sequitur Paul.
de Cast. & Raph. Cuma. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr.
Quinimò licitum est arguere à dicta ratione, cessante d. l.
quanuis. & ibi doct. & in l. milites agrum. ff. de re milit. &
ita resoluebam suprà consi. 75. versi. 6. Sed si illustris Mar
chionissa admitteretur, aut eius mater prędicta, cessare vi-
deretur in casu nostro ratio prędicta: scilicet conseruatio-
nis familiæ & agnationis. quoniam fœmina non dicitur
caput aut princeps familiæ, sed finis illius. l. pronuntiatio.
§. fi. ff. de verbor. signif. Ita declarat Bald. in l. 1. colu. mihi
3. versi. quæro per quam bonorū possessionem. C. quan-
do non pet. par. & Paul. de Cast. in l. maritus. C. de procur,
vbi dicit, quòd fœmina est caput & principium lineę fœ-
mininæ & non masculinæ: quoniam linea & familia in-
cipit à masculis, & per illos cōseruatur, vt prosequitur ab-
undè Alex. in l. Gallus. §. nunc de lege Vellea. ff. de lib. &
posthu. idem consi. 41. inci. consideratis, &c. volum. 3. &
Socin. consil. 30. incip. quanuis ex his. col. 3. versi. nec ob-
stare videtur, &c. volum. 1. & ita etiā dicebamus in pręal-
leg. consi. 75. versi. 7. & per consequens videtur dicta illu-
stris Marchionissa omnino excludi à dicti maioricatus
4 successione. † Et licet sub nomine descendentium fœmi-
nę (etiam si ex fęminabus descendant), compręhēdantur;
vt per Alex. consi. mihi 160. inci. viso themate suprà scri
pto, &c. volum. 2. per text. quem ad hoc allegat in l. fin. C.
de suis & legi. & in authen. de hæred. quæ ab intest. desc.
in princ. attamen in occurrenti casu dicendum videtur (at
tentis supradictis) solos masculos contineri, per ea quæ
not. Soci. consil. 63. versi. 22. volu. 3. q dictus Archiepisco
pus in donatione præmentionata designauit apertius, in
qua vocauit Ferdinādū, & descendētes illius qui ex eo ve-
nirent ex directa linea masculina. quod non videtur
posse verificari in sæpedicta illustri Marchionissa, nec in
illustri eius matre, secundum Bald. in l. cum acutissimi. in
litera antiqua. C. de fideicom. qui per tex. in c. vbicunque.
de pœn. li. 6. dicit, quod nepos ex fœmina non veniat ap-
pellatione generationis: quod est multò magis. & Bar. in
l. 1. ff. de iure immunit. & in l. quia tale. ff. solu. mat. voluit
huiusmodi nepotem, etiam masculum ex fœmina descen
dentem dici non posse de genere ascendentis. ad quod est
text. in authent. de incestis nupt. iuncta gloss. in verb. ge-
neris, & ad idem est tex. cum glo. in l. 1. ff. de proba. & Phi
lip. Cor. in l. 1. C. de cōd. incertis, voluit quod appellatione
descendentium masculorum non veniant masculi descen
dentes ex fœminabus. & Pa. de Cast. in d. l. maritus. allegat
Spec.

Spec.titu.de locat.§. nunc aliqua.q.43.quam etiam deci-
sio.refert & sequitur Alex.in d.§.nunc de lege Velleia.si
cut etiam non dicuntur esse de progenie, qui descendunt
ex fœmina,secundum Rom.in l.1.in prin.ff.ad Silleia.per
tex.in l.fi.C.de dot.promiss.iuncta l.dedit doté.ff.de col-
la.bonorum.nec etiam dicitur esse sanguine.l.consangui
nitatis. & l. lege duodecim tabularum. C.de legi. hæred.
cũ simil.multis,quæ possent accumulari: maximè ex quo
dicta illustris Marchionissa est Ferdinãdi proneptis ex fœ
mina nepte.& sic non videtur dici posse descendens dicti
Ferdinandi per lineam rectam masculinam. Quandoqui
dem linea & familia cõsistit in descendentibus per sexum
masculinum.l.familiæ.ff.de ver.signifi.ita not.Alex.consi.
160.incip.viso themate, &c. volum.2.allegat Cinum,&
conterraneum meum Pet. de bella pertica. in l.fi. colum.
3.ff.de consti.princip. Suprà dicta illustris Maria de Tole
do illustris etiam Marchionissæ mater fuit finis lineæ il-
lorum de Fonseca, quan uis filia fuerit dicti Alphonsi de
Fonseca,primogeniti dicti Ferdinãdi, vt suprà dicebamus
& declarat Bart.in l.1.C.quando non pet.par.& fuit exor
dium & caput lineæ fœmininæ, quoniam (vt dictum
est) linea & familia incipit à masculis, & per illos, & non
per fœminas conseruatur.ita not.Alexan.in l.Gallus.præ-
allegat.§. nunc de lege Velleian.ff. de liber. & posthum.
Quantò magis videtur esse clara præmissa ex quo dictus
dominus Archiepiscopus nõ vocauit simpliciter in ere-
ctione maioricatus descendentes ex recta linea Ferdinan
di,sed ex illius recta linea masculina descendentes, & sic
videmur esse in claris, & non in incertis, vnde locus non
est cõiecturis,vt sunt iura vulg.& ita ponderat And.Bar-
ba.post dominum Anto.in c.Raynutius.in sua Ioannina.
5 col.5.& 43.ext.de testa.† Nec dicatur ex aduerso disposi-
tionẽ fundatoris verificatã fuisse in successione Alphonsi
primogeniti Ferdinandi: quia licet ille fuerit d. Ferdinãdi
filius,& sic ex eius recta linea masculina proueniens, non
tñ videtur dici posse de descendẽtibus illius. sicut etiã non
videtur cõtineri appellatione nepotũ: cùm regulariter ap
pellatione filiorũ non veniãt nepotes.vt est gl.in l. filij ap
pellatione.ff.de ver.sign.& in cle.1.in ver.li.de baptismo.
Præsertim in terminis nostris, in quibus locutus Archi-
episcopus sæped.de descendentibus & successoribus,non
videtur se retulisse ad filios Ferdinandi, sed nec ad ipsius
nepotes simpliciter: verumetiam omnes inuitauit in in-
finitum,prout in notabili casu resoluit Alex.d.consi.160.
vol.2.per text.in l.fi.C.de suis & legi.& in authen. de hę-
6 red.quæ ab intestat.desc.in princip.† Nec potest dici præ-
dicta non procedere præterquam in his quæ in donatio-
ne sunt descripta, & per consequens locum non habere
quoad villam de Coca & cẽtum illos mille morabetinos,
quos dictus Archiepiscopus in ciuitate Hispalẽsi habebat
quoniam & dicta villa,& castrum de Coca,& illi morabe
tini videntur esse comprehensi in dicta donatione, quin
ex præfatione donationis illius colligi potest,quòd inten
tio fuerit & mens dicti Archiepiscopi donare omnia illa
de quibus in suo testamẽto maioricatum constituerat.ad
hoc ponderari possunt illa verba: *y de ciertos marauedis y de otras causas*, referẽdo se ad testamentum prædictum,ma-
ximè cùm dictus Archiepiscopus in donatione sæpedi-
cta repetat sæpius non esse suæ intentionis reuocare di-
ctum testamentum quantum ad maioricatum quod quò
ad id ratum habebat,& firmum & stabile.vnde non vide
tur à donatione dictam villam de Coca & centum illos
mille morabetinos ademisse, præsertim quod tam in di-
cto suo testamento quàm in donatione sæpedicta proui-
deat maioricatum illum integrè ad vnã solam personam
deuenire,& notum est quod testamenti pars vna,vel clau
sula, vel alterius etiam scripturę aliam interpretatur.l.qui
filiabus.ff.de lega.1.cum simil.vnde videtur inferendum
esse & concludendum,quod illa qualitas masculorum,quam
in donatione sæpedicta elegit Archiepiscopus, censeatur
etiam repetita in suo testamento, per ea quæ in notabili
casu consulẽdo tenuit Oldr.cons.mihi 80.inc.quidam pa
terfamilias,dicens,quod vltima clausula habens certi loci ad-
iectionem, vim & effectum generalis legati præcedentis
minuit, & arctat ad locũ specialiter prouisum. allegat bo.
tex.in l.nam quod.§.fi.ff. de pe.leg. vbi si oĩs penus legata
fuerit prǽter vinũ quod Romæ fuerit illa qualitas loci Ro
mæ legatũ factũ de penu vniuersaliter restringit ad penũ
quę duntaxat Romę reperitur.& ille tex.videtur optimè
adaptari posse ad casum nostrũ.allegat etiam tex.in l.quæ
situm.§.1.ff. de lega.3. iuncto secũdo & vltimo responso
dicti §.cum glo. vbi dicitur formaliter, quidã ita scripsit,
argentum omne,& supellectilem quancunque habeo,ti-
bi dono, & quicquid habeo in prædio Semproniano.dici
tur ibi,quòd legatum illud vniuersale restringitur ad illud
solum quod in dicto prædio Semproniano reperitur. &
ille tex.videtur etiam loqui in diuersis orationibus.& pro
bare videtur text. in l.hæres.§.vxori.ff.de leg.3.vbi plura
legata facta fuerunt vxori, & vltimo adijcitur, quòd eius
causa paratum esset.& secundum istam qualitatem, quæ
in vltimo legato apponitur, determinantur omnia præce
dentia. quod etiam probari videtur in terminis fortiori-
bus.in l.Aurelius.§.testator.ff.de libe.legata.ex quibus vi
detur. indubiè dicendum qualitatẽ illam masculini sexus,
ex masculis per lineam rectam descendentium etiam in
7 testamento repetitam esse.† Archiepiscopus etenim sæpe
dictus cùm in donationis sępedictæ instrumento præmi
sisset,quòd suæ intentionis non erat reuocare dictum te-
stamentum quò ad institutionem maioricatus, & quò ad
vincula & substitutiones.postea subdidit, *y en la forma y ordenacion,infrascripta*. & sequitur, *E con las cõdiciones y modos y vinculos y clausulas y submissiones y prohibiciones y penas en el dicho testamento y aqui adelante en esta presente scrittura son y seran contenidas*. Et postea videtur
inseruisse illam clausulam, per quam vocat Ferdinandum
fratrem suum & descendẽtes eius, qui ex eo venirent per
rectam lineam masculinam. Et sic videtur, quòd illa ver
ba in sæpedicta illustri Marchionissa verificari non pos-
sint. Quantò magis quòd descendentes masculi ex ma-
sculis, & ex illorum recta linea vocantur,(vt prætendit d.
magnificus Antonius de Fonseca: quamuis in executo-
rijs literis dictæ regię sententiæ non ita dicatur) quamuis
enim dictus Archiepiscopus se ad dictum testamentum
retulerit, ex quo tamen constat quod ad substitutiones sub-
sequentes relationem fecit,quę potius in casu dubio sumi
deberent ad sequens quàm ad præcedens testamentum,
quia maioris efficaciæ sunt ad ea quę sequuntur, quàm e-
contra.vt not.glo.in l.quisquis.ff.de leg.3.glo. & Bar.in l.
filium.ff.quando dies lega.ced.not. Bar.in l.auia. ad princ.
ff.de condi.& demon.& Rom.consi. mihi 153.incip. di-
8 ligenter inspectis,&c. ad princ. † Prætereà si attendamus
quòd hoc nomen,descendentes, cõprehendit omnes de-
scendentes in infinitum,vt not.Iacob. de Beluisu in auth.
de resti.fideicom.§.nos igitur. Alex.consil.56. volu.1.&
consi.22.volum.2.& consi.57.vol.3.per tex.in l.fin.C.de
suis & legit.& in auth. de hær. quæ ab intestato desc.§.1.
Itaq; cùm dicti descendentes & successores masculi Fer-
dinandi vocantur post ipsum,& ordine successiuo,vt no.
Barb.in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liber. & posth. per
tex.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.& Bald.in l.fin. vers.no-
tandum est,&c. C.de verb.signifi.vbi volunt,quòd quan-
do vocantur aliqui sub nomine collectiuo inter quos ca-
dit prælatio hominis, debet accipi dispositio ordine suc-
cessiuo,ita quòd non veniunt omnes simul, scilicet gra-
datim,præferendo priores, & postponendo posteriores.
& adducit Bald. vbi suprà tex. rotundum in l. cùm ita.§.
in fideicommisso.ff.de leg.2.& quod ibi no.Pau. de Cast.
quod etiam voluerunt Ang.& Paul. de Castr.in d.l.fi. di-
centes,quòd si fiat legatum,vel institutio cippit,vel fami-
liæ, tunc prius vocari debent proximiores in gradu secun
dum ordinem successionis ab intestato. & dicit Angelus
vbi suprà, quod ita fuit iudicatum Petrusij ipso existente pa-
trono

trono per tex. in d. §. fratre. & in d. l. cùm pater. §. pen. eo. tit. de leg. 2. & in d. §. in fideicommisso. & l. hæredes mei §. cùm ita. ff. ad Trebel. In terminis etenim nostris in quibus filij & successores Ferdinandi vocantur in testamento Archiepi, & in donationis instrumēto descendētes ex masculis, dicere possumus φ inter dictos successores vel descēdētes inducere voluerit sepedictus Archieps tacitũ reciprocum fideicommissum, & illos inuicem substituere. argu. l. si pater impuberes. cũ gl. & ibi no. in l. qui duos. ff. de vulg. & pupil. & in l. pen. C. de impub. & alijs substi. & est casus in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. cum

9 alijs multis quæ possunt ad hoc propositũ allegari. † Vlterius si prælata illustris Marchionissa inniti velit ex dicti Archiepiscopi testamento, attendere debet quòd in illo fuit institutus Ferdinandus eius proauus: qui cùm testatori prædecesserit, videtur institutio de ipso facta quasi caduca. vt C. de cad. toll. l. vnica. §. pro secundo. & l. vnica. §. 1. ff. de his quæ pro non scrip. habentur. & vtrobique doct. cum alijs. vulg. decisio. Consequens est, quòd cùm testamētum nun possit à substitutione inchoare, vt sunt in ra vulg. non potuit vtilis esse substitutio facta de descendentibus Ferdinandi prædicti, qui fuerunt eidem substituti: cùm ipse Ferdinandus hæres non fuerit sæpedicti, Archiepiscopi. & ita resoluit in fortioribus terminis Oldra. consi. mihi 177. incip. testator in suo testamento, concludēs quòd frater testatoris substitutus filio secundo nasciture (qui substitutus erat primo filio hæredi scripto) non admittatur decedente primo filio prædicto sine liberis, ex quo substitutus erat non dicto hæredi, sed secundo filio nascituro, qui tamen non fuit natus, & sic in casu qui non euenit: per regulã, quòd secunda substitutio quæ fuit inutilis in personam secundi filij, qui natus non fuit, nō potuit substitutionem vulem facere in persona illius substituti. & allegat Oldr. ibi casum ad hoc in l. qui habebat. ff. de vulg. & pupi. & cum Old. decis. præd. transit Io. Andr. in addi. ad Spec. tit. de testa. §. in primis. & sequitur Alex. consi. 1. col. 6. vol. 1. Et ex præmissis infertur, quòd licet Alphonsus filius fuerit dicti Ferdinandi primogenitus, nō tamen successit in illis bonis maioricatus: nō quidem in vim testamēti per præmissa: nec etiam quia filius, quoniam separata sunt ius succedendi, & ius filiationis, vt declarat Barto. subtiliter in l. 1. versi. ex prædictis apparet ff. de acquir. hæred. per tex. in c. quamuis pactum. de pac. lib. 6. vbi renuntiatur iuri succedendi, & tantũ remanet filiatio. quoniam successio non est de substantiali essen-

10 tia filiationis. † Nec dicatur etiam Alphonsum prædictũ in vim electionis & nominationis de eo factæ per d. Ferdinandum patrem suum successisse, quòd in testamento illius fuerit hæres vniuersalis scriptus in dictis bonis quo niã dici potest, quòd institutio illa facta fuit solùm quò ad bona in donatione sepedicta apposita & donata, cùm tamen in donationis huiusmodi actu non fuerit d. Ferdinando data facultas successorem nominandi, sed in testamento solùm in quo dicitur, quòd post ipsius Ferdinandi obitum succedant in illo successores ipsius Ferdinandi, eis modo, & formis, quibus ipse disponeret & ordinaret. & certum est φ quò ad villam de Coca non instituit Ferdinandus Alphōsum, sed rogauit duntaxat Archiepiscopum vt gratiam quam sibi facere intendebat de illa, non auferret à d. Alphonso, sed eam faceret eidem. Et sic videtur dici posse, quòd dictus Ferdinandus quò ad bona maioricatus in quibus eligere poterat, aut nominare vnum ex filijs suis quẽ vellet, decessit intestatus, licet testamentum fecerit, prout in simili not. Raph. Fulg. in l. generaliter. & notatur in l. si mater. C. de institutionibus & substitutionib. sub conditione factis. vbi dicitur intestatus decessisse ille qui testamentum fecit, sed non quò ad certa bona, de quibus ordinare non poterat. per tex. in l. intestato. ff. de legit. tutela. vbi tex. in princip. dicit, quòd intestato parente mortuo, agnatis tutela defertur. quæ verba resoluuntur in conditionem, si pater fuerit intestatus. i. à testatore. ff. de condi. & demon. & tamen subdit ibi tex. intestatus autem videtur non solùm is qui testamentũ non fecit, sed & is qui suo testamento liberis suis tutores non dederit. quantum enim ad tutelam pertinet, intestatus est. cui est simillis tex. in §. quod autem. instit. de legit. agna. tutela. Ex quibus illustris Marchionissa videtur etiã repelli, cùm (vt dictum est) ad huiusmodi successionem non fuerit nominatus, aut electus Alphonsus auus eius maternus per Ferdinandum patrem suum: & multò minus dicta sæpedicta do. Marchionissa, vel illustris do. Maria mater illius. & sic videtur esse concludendum quò ad primum hoc quæsitum, sæped. do. Marchionissam à constituente maioricatum, (videlicet d. Archiepiscopo) vocatam non fuisse: sed ex verbis ipsius & mente repulsam, dato quòd esset d. Alphonsi descendens legitima (de quo in sequenti dubio tractabitur:) in consequentiam cuius videtur esse concludendum iustè & rectè per indelebilis memoriæ reginam Elisabeth, & eius sententiam prędictam declaratam fuisse contra dictam illustram Marchionissam, & personam do. Mariæ matris eius, & Alphonsi sępedicti

11 eius aui materni. † Quibus tamen (licet prima facie colorata videantur) non obstātibus contrariam sententiam amplector vt veriorem. & in primis considero, quòd ex natura maioricatus & dispositione expressa sæpedicti Archiepiscopi debet vna sola persona ad maioricatum istũ & successionem illius admitti post dicti Ferdinandi obitum. Vnde posito pro ficto quòd d. Ferdinandus in suo testamento sa prędictum Alphonsum non elegisset, aut instituisset, nihilominus ipse ex dispositione Archiepiscopi de iure vocatus erat, tanquam dicti Ferdinandi primogenitus. ita consulendo resoluit Abb. Sicu. consi. 1. incip. nitar in præsenti, &c. vol. 2. vbi concludit quòd in successione Comitatus primogenitus alijs fratribus suis præfertur: (pro eo, dicit, quòd est indiuisibilis) per tex. in ca. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feudi alie. per Feder. Cuius opinionem & rationem comprobat multis rōnibus & auctoritatibus And. Côsiculus eius inter consf. Franc. de Curte, consi. mihi 66. inci. sapienter, &c. col. 1. versi. & adduco elegans consilium, &c. Idem Barba. consil. 10. incip. sapienter scribitur 10. Regũ, &c. col. 5. versic. cùm ergo in proposito, &c. volum. 2. idem consil. 18. & consil. 20. eod. volu. post. Oldral. qui eandem opin. tenuit consi. 94. incip. eleganter circa negotium, &c. Resoluūtque præallegati doc. & alij, quos referunt, quòd ratione indiuiduitatis defertur huiusmodi successio in huiusmodi bonis ordine geniture. c. licet. extrà, de voto. Quãdoquidem (vt dicunt) in regalium dignitatum successione, & aliorum bonorum quæ sectionem non admittunt, aut diuisionem, ius primogenituræ dignitas est, quæ nunquã moritur, vt voluit glo. in c. quàm sit periculosum. 7. q. 1. quam glo. doc. omnes ibi commendant. Ideò quòd occasione dicti iuris acquiritur, non dicitur acquirī titu. singu. sed vniuersali, id est, in vniuersum ius succedendo. c. grandi. ibi, iure regni succederet. de suppl. negli. prælatorum. lib. 6. & facit ad hoc tex. in d. c. licet. Hinc dicunt, quòd in bonis huiusmodi pater nō dicitur hęredem habere, cùm illa debeantur primogenito vt filio primogenito, non autem vt filio & hæredi. vt in c. 1. in princip. de feudo marchię, &c. in vsibus feudorum. & quia bona quę per filium acquiruntur vt filium duntaxat, absq; eo quòd sit hæres, non dicuntur esse corpus hæreditarium l. filiu fa. §. cum quis rogatus. ff. de leg. 1. & l. ex facto. §. si. ff. ad Trebel. & ibi est Modern. & ita in facti contingentia consulendo resolui suprà consi. 49. versi. 26. & in indiuiduo in materia maioricatus suprà consi. 93. versic. 6. vbi latè prosequor hanc materiam. & his addantur quę ponuntur infrà versic. 37. Ideò dicebant Oldr. d. consi. 94. & Io. And. in allegato c. licet quòd pater nō potest filium suum priuare iure primogenituræ, quoniam successio illius est sibi data lege canonica & diuina & consuetudinaria. arg. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & c. tua. extrà, de testa. & c. si diligenti. extrà,

ti.extrà, de foro compe. Quinimò Soci.consil.mihi 255. incip. visis instrumentis, &c.col.mihi 6.versi.ponderanda est, &c.vol.2.dicebat quòd ius primogeniture vel maioritatis est quædam naturalis qualitas quę inest, sicut esse vtrinque coniunctum: per text.sing.quem ad hoc ponderat in §.reliquum.in authen.de hæredi. quæ ab intestato defer. quem etiam tex.ad hoc propositum induxit Io. And.in addi.ad Specu. titu.de feud.& ita etiam illum induxit Franc.de Aretio.consil.mihi 164.incip.diligenter & maturè, &c.col.5.versi.sed tamen his non obstantib. idem And.Sicu.prælleg.consi.66.inter consilia Francis. de Curte, col.mihi 11.versic.& per hoc concludit, &c.& not.Guliel.de Monte ferrato in suo tracta.success.regum Franciæ.par.1.vers.addo etiam alias differentias, &c. vbi resoluunt, quòd successio vel legitima primogeniti in dignitatibus regalibus est tota hæreditas, ex quo sunt indiuisibiles. Et sic arguēdo ab expressa ratione eorum de dignitatibus regalibus quæ sunt indiuisibiles, ad maioricatum sui etiam natura indiuisibilem (quod argumentum nedum vbi ab expressa, verumetiam vbi à tacita ratione arguitur, permissum esse suprà dicebamus) possumus intrepidè concludere, dicti Alphonsi tanquam filij primogeniti Ferdinandi sæpedictam successionem fundatam esse in omnibus bonis quæ in maioricatū istum sunt erecta, & quò ad illam non potuisse dubium resricari, (prout etiam factum non fuit.) Quinimò constat sæpedictū do. Antonium passim in processu, & in diuersis illius partibus & locis, ac etiam in suis articulis confessum fuisse, quòd dictus Alphonsus tanquam primogenitus Ferdinādi suc
12 cesserit in dictis bonis. † Infertur ex præmissis, quòd fundata dicti Alphonsi successione in d.maioricatu, fundata sit etiam dictarum illustriū dominę Marię, & Marchionissæ ex illo capite maioritatis & primogenituræ successio per suprà dicta. Et ad illorum demonstrationem remitto, quòd sicut in linea descendente continentur filius, nepos, pronepos, abnepos, & sic de singulis, vt in l.nō facilè.& in l.fi.ff.de grad.& in c.quod dilectio.& c.fi.extrà, de consang.& affin. sic etiam de communi nobilium consuetudine in Hispanijs, & in omnibus ferme prouincijs, & præsertim in hoc regno Castellæ, diuiditur illa descendentium linea in plures descendentium species: videlicet in lineam descendentium primogenitorum, & in lineam descendentium secundogenitorum, & in lineam descendentium tertiogenitorum: & sic de alijs. quę consuetudo in talibus vincit ius commune.ca. vnico.de alie.feudi, in vsibus feud.& illas species & diuersitates attendere solet vt plurimum nobilium & magnatum (vt prædixi) consuetudo in hoc regno Castellæ, & constituentes præsertim maioricatum; & quandoque testatores in eorum testamentis: ita quòd magis priuilegiata sit linea descendentium primogenitorum, vel ex primogenitis, etiam si remotiores sint à stipite, quàm linea descendentium secundò & tertiò genitorū, licet gradu sint proximiores, prout experientia facti magistra docet. & prosequitur abundè præfatus Guliel. vbi suprà.part.1.ad princip. quę etiā consuetudo, veluti iuri diuino conformis, tenet, vt Genes.c. 25.dicitur.& 7.q.1.c.quàm periculosum. quæ etiam consuetudo plures inducens lineas siue species descendentiū, tanquam conformis iuri canonico valet.c.grandi.præall. de suppl.negli.præla.lib.6.& d.c.licet.ibi, ordine genituræ.priuandum, & regnum ipsum ad minorē fratrem tuū appellatione postposita deuoluendum, &c.extrà, de voto. Hinc fit, quòd in successionibus huiusmodi nepos ex filio primogenito præfertur patruo, prout doct.resoluūt communiter in l.maximum vitium.C.de libe.præter.& latiùs prosequendo resoluit in d.consi.49.versi.28.& consi.93.vers.6.& in materia maioricatus ita resoluit doctor subtilis, doctor de Villasandino in suo tract.primogenituræ.q.33.Et hodie est expeditum per l.Thori.40.in ordine, quæ vult, quòd nepos, imò etiā pronepos, & vlteriores, præferantur patruis suis, & eorum patruis magnis, & propatruis in successione maioricatus, nisi aliud fuerit ordinatum à constituente maioricatū, etiam si pater, aut alij ascendentes à quibus veniunt, eorum obitus tempo-
13 re ius in dicto maioricatu non habuissent. † Hoc ita veluti euidentiali præsupposito, dico quòd si ordinem illū & diuersitatem linearum attendamus in descendētibus, secundum quem ordinē est regulanda in bonis huiusmodi successio, ipsa primogenitura vel linea prouenieus ab eo procedensq; à principis & d. Archiepiscopi maioricatum instituentis & erigētis ordinatione, vim habet & effectum hæreditarij tituli: prout Old.d.consi.94.voluit in 4.& 5.col.& Areti.d.consil.164.& Socin.præallg.etiam consi.252.vbi resoluunt, quòd ex quo ius primogenituræ vel maioritatis (quæ sunt idem, vt no.Barba.præalleg. consi.50.versi.ponderandum, &c.vol.2.allegat Bal.in l. cùm antiquioribus.C.de iure delib.& text.in c.lex est 1. dist.) sit quędam qualitas quę inest, sicut esse vtrinq; coniunctum, effectus qualitatis illius erit, vt filius aut filia primogeniti patruum (vt versic.proximo dicebatur in fine) excludant, sicut eum vtrinq; coniunctus excluderet.per tex.in authen.cessante.C.de suu & legit. hæred. qui solet communiter ad hoc propositū allegari.& ad hoc est tex. quo in iure nullus melior inuenitur, in authent.itaque.C. communia de successio.

Quòd autem illam linearum & descendentium attenderit diuersitatem Archiepiscopus sæpedictus, vel ex eo patet, quòd vocauit Ferdinandum & eius descendentes & successores in maioricatu sæpedicto, ita tamen quòd semper in eo succederēt vna sola persona, & sic primogenitus, vt suprà cōcludebamus, & resoluit Ang.cons.281. Ioan.Andr.in addi.ad Specu.in rub.de feud.consi.66.inter consi.Fran.de Curte, vbi resoluunt, quòd si res aliqua debeat ad vnum solum deuenire, quòd primogenitus est consequetur. & eo præmortuo sine liberis, secundogenitus etiam illam consequetur. quoniam illo casu nepos ex primogenito patruum excludet.vt doct.præall.resoluunt.& ita decidit Franc.de Aret.in præall.consi.164.Soci.consi.252.& dicebamus suprà. vbi etiā dicebamus hodie decisum esse.per l.40.legum Tauri. & ita visus est d. Archiepiscopus se cōformasse ad iuris communis dispositionem primogenitum eligentis ad successionem illius rei, quæ ad vnum solum deuenire potest (vt prædixi) iuxta theoricam.Bal.in l.precibus.ad fi.C.de impub.& alijs substit.arg.l.si duo.& ibi Bal.ff.de acquir.hæred.cum simi
14 lib. † Si ergo successerit in d.maioricatu Alphonsus tanquam vocatus à constituente maioricatum, vt confessus est d.do.Ant.respondendo ad 9.arti.eorum quos illustris Marchionissa primo loco obtulit in hoc supremo Castellæ consilio, & alibi sæpe, & successit in eodem post dicti Ferdinandi patris sui obitùm in vniuersum tanquam primogenitus vocatus, quāuis superstes cum eo esset d.Antonius frater eius natu minor, vt ipsemet in dictis articu. art.9.& 10.& alibi sæpe in processu cōfitetur. Cōsequēs est ex præmissis, quòd ad hoc quòd succedere possit d.Anton. debet prius euacuari linea d.Alphōsi, cuius illustris Marchionissa neptis est, (licet ex filiā) priusquā ad ipsum Antonium secūdogenitum, aut lineam ipsius deueniatur. ita no.Bal.Pau.de Cast.Ioan.de Imo. & Soc.in l.cùm ita.§. in fideicommisso.per illum tex.ff.de lega.2.vbi Bal.in 2. notab.& post eum doct.suprà allegati, resoluunt quòd ad fideicommissum relictum familiæ non admittuntur oēs simpliciter, sed ordine quodā, vt prius vocati singulariter veniāt, & qui ex his descēdūt & his descēdētib.aut extinctis, ad alios qui reperiūtur in ordine proximitatis recurritur. & expressius loquitur idem Bal.consi.mihi 32.inci. præmissis verbis statutorum.col.pe. vbi singulariter determinat hoc dubium dicēs, quòd quando testator disponit, quòd res vna vadat de liberis in liberos, si vnus ex liberis decedat plurib. filijs relictis, donec aliquis de illa linea superest, succedūt superstites illius lineę, & finita vna linea, tunc demum ad alterius lineam deuenitur. per

text.

tex. in c. 1. in titu. de natura success. feudi. refert, & sequi-
tur Phil. Cor. consi. mihi 190. incip. plures. super hac con
sultatione, &c. in litera d. vol. 3. & ita semper in consulen
do tenui: vt patet suprà consi. 5. versi. 9. & consi. 49. versi.
22. & consi. 93. suprà allegatis. versic. 10. & quotidie ser-
uatur in practicâ, ꝙ in emphyteusi succedunt in portio-
ne delata patri eius liberi, prout refert & sequitur dictus
Phil. Corn. consi. mihi 233. incip. in hac cõsultatione, &c.
in litera n. vol. 4. & Socin. in prealle. consi. 252. in 1. dub.
Cùm ergo in hoc maioricatu succedat de linea in lineã,
priùs (vt est dictum) euacuari debet istius Alphonsi, qui
successit linea, antequam ad nouam lineam Antonij se-
cundogeniti & Alphonsi fratris deueniatur. & his acce-
dant quæ dicuntur infrà versi. 22. post medium dicti ver
15 si. † Ex quo enim Alphonsus (vt est dictum) successit tan
quam caput lineæ primogeniti Ferdinandi excluso Anto
nio eius fratre, exclusio d. Antonij & descendentium ex
eo fuit perpetua. per text. in c. 1. §. quinetiam in titu. Epi-
scopum vel Abb. vbi fœminæ semel excluse postea non
admittantur. Vnde Bal. ibi in 2. notab. per illum text. con
cludit, ꝙ fœmina semel à masculo exclusa in perpetuum
sit exclusa, ita quòd illius masculi mors vlterius fœminæ
non patrocinabitur. & ita tenet Cald. consil. 3. in rubr. de
feudis. Rapha. Cuma. consi. mihi 99. incip. quædam pos-
sessio. in 2. du. Ful. cõsi. 12. inci. ad id de quo quæritur, &c.
in princ. Pau. de Cast. consi. 227. visa suprà scripta, &c. Ale
xan. consi. 29. incip. quoniam abundè, &c. & Bal. idem in
materia statuti excludentis fęminas propter masculos. in
authen. sed & si quis. col. 5. versi. & per hoc infertur, &c.
C. de secund. nup. vbi post glo. ampliat prædicta, etiam si
hæreditas momento ad filium deueniat. quod etiam vo-
luit idem Bal. in l. si poncionella. C. quãdo dies lega. cedat
& est doctr. Bart. in l. 1. col. 1. ff. ad Tertull. & prosequun-
tur abundè domini & præceptores mei Iacobin. de san-
cto Georgio in suo tracta. feud. in glo. in ver. & fœminis.
Franci. de Curte, in tract. feud. part. 3. q. 37. & sequenti. &
Phil. Deci. consi. mihi 309. incip. viso puncto in quo in ef
fectu quæritur, &c. in 1. du. & ita etiam resolui suprà con
16 si. 26. versi. 48. & prealle. consi. 93. versi. 57. † Et ne prin-
cipijs ignoratis aut fundamentis, nos errare contingat, di-
scutiendum erit vtrũ prædictus Archiepiscopus dici pos
sit instituisse plures maioricatus, an verò vnum duntaxat:
& an illum in suo testamẽto, an verò in donatione sæpe-
mentionata cõstituerit. Et certè præsupponitur in facto,
testamentum in quo dicitur esse creatus & conditus ma-
ioricatus conditum fuisse anno 1460. post quod biennio
postea donationem sæpedictam etiam præsupposuimus
factam fuisse Ferdinando de bonis in d. testamento speci
ficatis (dempta villa de Coca & centum illis mille mora
betinis quorum suprà meminimus.) Vnde si dicimus li-
cuisse d. Archiepiscopo in vim d. priuilegij regij, seu facul
tatis, dictum maioricatum semel creatũ reuocare, & im-
mutare vsq; ad vltimum vitę suæ terminum (vt in d. con
cessione fuit expressè sibi concessum) videretur prima fa
cie dicendum ꝙ nouum maioricatũ in donationis actu
prædicto cõstituerit aliũ quidem, q̃ eũ quẽ in d. testamẽ
to creauerat, & ordinauerat. quoniam est regulare ꝙ vbi
aliquid adijcitur aut detrahitur antiquæ dispositioni, di-
citur noua dispositio. l. ius ciuile. & ibi Bart. Bald. & om-
nes. ff. de iusti. & iu. gloss. notab. in clemen. 2. in ver. san-
ctioni. de vita & hon. cleric. vbi papa fecerat sanctionem
pœnalem, & postea fecit additionem illi sanctioni. deci-
dit ibi quòd additio non erit pœnalis, sed erit noua dispo
sitio. & ad hoc facit quod no. doc. in l. s. §. si quis simplici
ter. ibi. cùm adijcit aliquod vel detrahit. ff. de verb. ob. 1.

Et si velimus dicare maioricatũ in testamento consti-
tutũ non fuisse reuocatũ, vt ex donationis illius verbis ap
paret, videretur attamen dicẽdũ ꝙ dicti maioricatus in
stitutio restricta fuerit, & limitata per illã donationem, ita
ꝙ vbi vocabat indistinctè in testamento descẽdentes, &
successores Ferdinandi post ipsius Ferdinãdi mortem re
strinxerit, aut (quod verisimilius est) declarauerit illa ver-
ba, descendentes & successores, ad masculos ex recta li-
nea masculina à d. Ferdinando prouenietes. vt verba sunt
clara: & sic illud dubiũ super quo poterat hæsitari, (vtrũ
scilicet appellatione descendentium aut successorem fœ
minæ veniant) declarasse videtur.

Sed vlterius cogitanti, si verba donationis subtiliùs cõ
sideremus, vt imperator admonet in authen. de restit. fi-
deicom. §. nos igitur. ibi subtiliùs testamentum conside-
rantes inuenimus in verbis, &c. coll. 6. quem text. ad hoc
propositum allegat Bal. in c. 1. de feudo guardię. in vsibus
feud. concludemus intrepidè fuisse vnicum solum maio-
se clarum.& tex.in l.3.ff.de liber. & posthum.& in l.1.ff.
de his quæ pro nó script.hab.& in l.vnica.§.in primo.C.
de cad.tollen.& in l.Thais.§.splendophorus.& Alber.&
docto.post glo.ibi, ff.de fideicom.libert.& ita etiam in fa
cti cótingentia, resolui suprà consi.36.versi.4.& 5.& con
33 si.37.versi.23.& 24.† Et vbi cessarent præmissa, ꝙ non
attamen dictum contrarium non militat, ex quo dictus
Alphósus fuit postea per Archiepm in suo vlti.testamen
to quod moriens dicitur condidisse, institutus.qđ licet ad
sui medici fecisse dicatur interrogationẽ, attamẽ est de iu
re validú.licet.n.Pileus in suis quæst.& Iac. de Aren.in l.
hæredes palã.in prin.ff.de testa.visi fuerint voluisse, ꝙ te
stamentú ad alterius interrogationẽ factum nó valeat, ea
potissimum ratione, quia daretur aliàs materias falsum fa
bricandi: cùm infirmus mortis cogitatione turbatus de fa
cili oĩbus applaudit: & oĩbus de quibus interrogatur, re-
spondet ꝙ sic. prout refert Ioã.And.in addi.ad Specu.tit.
de testa.§.1.versic.quid si is. quam etiam opin.approbat
idem Io.And.prout eũ refert Ant.de But.c.cùm tibi.ex-
trà, de testa.& Pa.de Ca.in l.hac cóslultissima.C.qui testa.
facere poss.Qui tñ Io.And.refertur infideliter ab Ant.de
But.& Pau.de Cast.vbi suprà: cùm non dicit, ꝙ hmõi te
stamẽtum non valeat: qm̃ veritas est in contrariú, prout
tenuit glo.in l.iubemus.C.de testa.quæ fuit opin.Azon.
quã opin.sequuntur, & tenent Mar.Sill.Iac.But.& Cin.
ibi: & volunt ꝙ hæredis institutio per testatorem facta,
qui loquitur articulatè, valeat.& hæc opin.cõiter appro-
batur in iudicijs & scholis, & est tenenda, secundum An
ge ibi. licet (vt prædixi) aliqui contradicant. & ita etiam
sibi voluit Fulgo. post Salice. quam etiam opinio. tenent
idem Ang.& Bened. de Plumbino in l.in fraudem.ff.de
mili.testa.& Io.de Imo.in d.c.cúm tibi.vbi refert Io.An
dr.in d.additione hanc opi.tenere.& licet doct.aliqui lo-
quantur in notario interrogante, attamen gl.illa quam se
quũtur communiter, nó loquitur in notario, sed in quo-
libet & Bartol. in d. l. iubemus. & in l.hæredes palam.
eodem titu.& Pontanus in l.1.§.si quis ita.ff.de verbor.
oblig. licet loquantur in notario testatorẽ interrogante:
non tñ secus esse volunt, vbi alius interrogat: prætertim
quia ipsi vñr sequi glo.opin.quæ loquitur indistinctè, &
generaliter, vt prædixi.& potest dici ꝙ ideò loq videan-
tur in notario, quia magis frequenter & cõiter accidit, ꝙ
testatores interrogent, q̃ aliquis alius. ꝙ ob id vñr facere
vim in qualitate interrogantis. Quandoquidẽ est regula,
ꝙ si apponantur ea quæ frequentius contingunt, non
tamen excluduntur alij casus. prout no.do.meus Ias.in l.
oĩbus.ff.de vulg.& pupil.& Antonius Corsetus singulari
118.in verb.frequentia.& circunscripta auctoritate Bar
toli & Põtani, lõgè magis est cõis opi.doc.qui tenent ge
neraliter illam in quolibet interrogãte. quam etiá opinio
nẽ sui secutus suprà consil. 102.versi.1. vbi etiam allego
alios doctores qui tenent istam opi. & doct.oẽs cõiter te
nent ꝙ non sit dubiú nisi ratione suspitionis, ꝙ non fue-
rit intentio testatoris disponendi, sed complacẽdi gratia,
& euitandi molestiam, ita ꝙ doct.omnes præsupponunt
communiter, ꝙ non vitietur, ea ratione ꝙ testator non
censeatur hæredis nomen expressisse. & sic forma in d.l.
iubemus, tradita, deficiat, quoniá si illa ratione vitiaretur,
esset etiam idem dicendum, quando notarius interroga-
ret. qñquidem interuentus notarij, vel eius interrogatio
non supplet defectum solemnitatis testamenti.& in hoc
Castellæ regno hodie est expeditú, ꝑ ꝑ l.ordinamẽti.sub
rub.de testa.quæ est prima in ordine.& maximè quia Al
phonsus iste per Ferdinádum patrem fuerit successor de
signatus.& ꝙ dictus Archiepiscopus etiam tunc de qui-
busdam alijs interrogatus nihil responderit, vnde cessat
illa præsumptio, qua docto.ad tenendum opinio. contra
34 riam mouentur.† Et de dicta testamentaria dispositione
constat per instrumentum publicum ex dictis & depo-
sitionibus testium, qui d. vltimæ dispositioni dicti Ar-
chiepiscopi pręsentes fuerunt, mandarum confici per al-
terum ex Alcaldis dictæ villæ Vallisoleti, iuxta theori-
cam quam Petr. de Bellapertica compatriota meus, Ci-
nus, Gulielmus de Cugno, & domini & præceptores
mei Iacobinus de sancto Georgio, Iason, & Philippus
Decius post docto. alios tradunt, in l.finali.C. de edicto
diui Adrian.toll.vbi volunt, quod satis est etiam ad effe-
ctum obtinendi ex beneficio d.l.fin.quòd iudex ex testi-
bus corã quibus testator suam voluntatẽ expressit, dicta
& dispositiones recipiat, & ex eorum dictis & depositio
nibus instrumẽtum confici mandet, qđ vires habebit &
effectum testamẽti, etiam ad prædicta. & ita in facti con
tingentia resolui suprà consilio 1.in addit.versiculo 145.
& consilio centesimo decimosexto, versiculo quinto.

& aliàs dicti testamẽti publicatio ritè fuit & legitimè fa
cta,iuxta theoricam,quam tradit glossator legum Tauri
in l.3.in verb.nuncupatiuo. Quinimò potuit Alphonsus
prędictus petere quòd testes illi examinarentur,& publi
carentur ad perpetuam rei memoriam super dicto testa
mento.l.publicati.C.de testamen.quod nedum fuit hæ-
redi concessum,verùm etiam legatario, vt in gloss.præ-
dicta.& voluit Bal. in d.l.publicati. ac ẽt fideicõmissario
vniuersali,cùm aliàs cõsequi nequeat suũ fideicõmissum,
nisi hæreditas adeatur. vt voluit Phil.de Perusio de nobi
libus de Corneo.cõsi.mihi.248.inci.ante oĩa præmitten
35 dũ est &c.in litera f.vol.1. † Et certè non vr̃ hodie dubi-
tari posse de validitate hmõi testamenti pro eo ꝙ illud
produxerit d.magnfi.do.Antonius,in iudicio qđ inter ip
sum & Alphonsum sæped. fratrẽ super hmõi successio-
ne fuerat intentatũ corã d. serenissima Regina Elisabeth,
per quã quidem productionẽ vr̃ Antonius prædictũ te-
stamẽtũ approbasse:licet in illius productione fuerit pro
testatus,ꝙ illud nõ producebat,nisi quatenus vel inquan
tũ pro se faceret.quandoquidẽ hmõi protestatio scđm
cõem opin.non releuat protestantẽ: quã refert Bal.in l.
fi.C.de fideic.libe.Berthachinus in suo reptorio in verb.
productio.versi.29.do.meus Ias.in l.nõ solùm.§.morte.
ff.de no.ope.nun.& in §.itẽ si quis.col.24. Insti.de actio.
36 & Ro.consi.63.versic.3. † Postremò si dicamus apposi-
tũ fuisse d.Alphonso fideicõmissum per illã dictionẽ, de-
scendentes , intelligendũ esset si d.Alphonsus absq; filijs
decederet:adeò ꝙ si aliter non appareat,filiorũ etiã natu
raliũ supexistẽtia faceret deficere fideicõmissum,& sub-
stitutũ excluderent:vt est casus in l.ex facto.§.si quis ro-
gatus.ff.ad Treb.vbi gl.facit hanc differentiã,& sequũtur
ibi vterq; Imo.& idẽ tenẽt Bal.Ang.Pau.de Cast.& Sali.
in l.generaliter. §.cùm aũt.C.de inst. & subst.& idẽ Bal.
Pau.de Cast.in l.cùm acutissimi.C.de fideic.cõsequẽs est
ergo ꝙ d. illustris Marchionissa & ex sua , & ex illustris
matris suæ persona,cuius gradu & loco succedit,suã intẽ
tionẽ fundatã haberet in successione d.maioricatus.Qñ-
quidẽ licet dubitari soleat vtrũ filius sui patris repręsen-
tet personã,qñ de alterius q̃ aui successione tractatur,vt
oĩno per do.meũ Phil.Dec.consi.1.in 2.dub.attamen ex
quo succeditur in isto maioricatu nõ hęreditario,sed iure
proprio,(vt suprà versi.11.dicebamus)ista dña Marchio
nissa subintrauit locũ illustris eius matris ex sua persona:
prout firmauit Bar.in l.cùm auris , de libe.præterit.C. ꝑ
illũ tex.in l.1.§.si sic.ff.de coll.dot. & in l.1.§.si filius.de
cõiungen.cũ emanci.libe.& Alex. & Cuma.in d.§.in fi-
37 deicõmisso. † Qđ vsq; adeò verum est,ꝙ pater in d.iure
primogeniture nõ potuit illustri do.Marię,vel ab ea de-
scendẽtibus præiudicare:prout no.Io.And.in c.licet.ext.
de voto.& sequitur And.Sicu.inter cõsi.Frãcisci de Cur.
consi.66.præalle.col.mihi 11.versi.& super hoc conclu-
dit,&c.Soc.consi.251.inci.in pñti cõsultatione.col.mihi
13.versi.confirmantur præmissa, &c.vol.2.vbi amplian
do resoluit non posse papã legitimare filiũ Regis etiã de
voluntate illius in præiudiciũ eorũ quib.de iure vel con-
suetudine Regnũ defertur.qm̃ in illo(ait)succeditur non
iure hæreditario,sed iure sanguinis. vt præmisimus.& in
terminis nostris, ꝙ pater non possit præiudicare filio in
iure primogenituræ tenuit doc.Loarte in suo trac.maio-
ricatus.q.27.& doct.de villa Sandino in suo trac.primo-
genituræ.q.13.versi.Itẽ quæro an Rex,&c.& ita etiã te-
net Guliel.de Monteferrato in suo trac.succes.Regũ Frã
38 ciæ par.1.q.28. † Nec omitto,ꝙ si attendamus verba do
nationis,clausula illa per quã prætenditur ex aduerso so-
los masculos descendentes ex recta linea masculina Fer-
dinãdi appellatos esse,apposita est in clausulis accessorijs.
& virtus accessoriæ clausulæ non alterauit aut immuta-
uit primitiuã dispositionẽ testamẽtariam. cle.1. de pręb.
& in simili no.Bart. post Petrũ de Bellapert.in l.1.col.2.
versi.quæro post Petrũ & Cinum.ff.de offi.Proconsu.&
prosequitur Alexan.in l.more.ff.de iurisd.om.iud.Ioã.de
Imo.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.oblig.Pa-
normi.c.cùm nostris.col.pen.extrà de conces.præben.&
Feli.abundè in c.licet. vbi allegat concordantes infinitos.
extrà de offi.ordi.& ita etiam in consulendo tenui,vt pa
tet suprà consi.88.versic.25. vbi etiam allego alia loca in
39 quibus ita tenui. † Similiter posito etiam pro ficto,ꝙ di-
spositio,de qua in d.donatione, deberet attendi, & ꝙ in
eadem in verbis ponderatis vocasset Archiepiscopus ma
sculos legitimos & naturales,qui ex d.Ferdinando per re
ctam lineã masculinam (vt prætenditur ex aduerso)de-
scenderent,certè verba illa deberent intelligi habita con-
sideratione ad testamentũ quod refert(vt prędixi)in cu-
ius dispositione concesserat d.Ferdinando facultatem eli
gendi successorem in d.maioricatu,masculũ aut fęminãt
sic ꝙ illã facultatem tam amplã restrinxisse visus est d.Ar
chiepiscopus:ita ꝙ superexistente masculo ex vna linea,
habita cõsideratione ad linearum multiplicitatem, secun
dum quod nos considerauimus suprà versi.12. & 22.fœ
mina non admitteretur.& sic illustris domina Maria,vel
eius filia domina Marchionissa admitti non potuisset , si
d.Alphonsus qui successerat , filios masculos reliquisset :
cùm in dictis verbis nedum vocauerit Archiepiscopus
sæpedictus masculos,sed etiã oẽs alios qui ex d.testamen
ti dispositione vocabantur. ex quo quidẽ testamento vo
catur indubiè illustris Marchionissa,vt vers.11.& seq.&
vers.16.& seq.dicebamus.Cùm.n.d.Archiepiscopus an
te dispositionem illam, imò etiam in eadẽ clausula & ora
tione perfecta,& in princi.& in fi.aliàs sæpe ad testamen
tariam se retulerit dispositionem, debuit illa dispositio re
gulari secundũ quod in d.testamẽto facta fuisset . quam-
uis aliter ĩ ipsa donatione fuisset expressum, vt suprà ver
sic.21.dicebamus præsertim ꝙ relatio ad testamentũ hu
iusmodi nedũ geminata, sed etiã sępius reiterata & mul-
tiplicata fuit. & virtus geminationis est, ꝙ semꝑ aliquid
plus addat & operetur vltra expressa.l. Balista.ff.ad Tre-
bellian.& no.Bald.pulchrè,in procem.ffo rum,dũ loqui-
tur de verbis,habeatur,& similibus.& hoc etiam suadẽt
verba ponderata in d.donatione, & sequentia im media-
tè ibi, *y en la forma seguiente* quæ etiã verba sunt restri-
ctiua dispositionis factæ in donatione sæpedicta (posito
pro ficto ꝙ illa deberet attendi:) & ex his etiam constat
dictum Archiepiscopũ ad testamentariam dispositionẽ
semper se restrinxisse ex geminatione & reiteratione prę
dicta.qm̃ verba geminata & reiterata(prout in casu no-
stro interuenerũt) plus operabuntur q̃ verba singularia,
secundum Archidiaco.cap.ab eo.de appella.lib.6.& not.
Bal.in l.precibus.C.de impub.& alijs subst. & ita resolui
etiã in feudo suprà consi.26.versi.36.& consi.113.versi.
8.Quod verum est etiam si talia verba simplicia fictio-
nem denotarent:vt not.Bald.in 1.const.ffo rum,per tex.
in l.1.§.fin.ibi,pro nullo habetur, &c.ff.quod quisq; iur.
Quãdoquidẽ verba geminata præcisam semper designãt
intentionem disponentis, secundũ Bal.in c.eam te.col.2.
extrà, de rescrip. & semper copulãt expressis maiora.vt
pleni sunt Codices. & bene facit glo.sing.in l.cùm pœna
ff.de arbitr.& quod not.Bald.in præalleg.l.precibus.col.
15.in quæst.magistra.versic.nunc vlterius procedo post
multa argumenta.C.de impub. & alijs substit. ĩ all.Qui
nimo geminatio & reiteratio illa ter facta, disponentis,
enixam voluntatem ostẽdit,ꝙ.s.testamentariã suam di-
spositionem ad quam toties se retulit, attẽdi volebat:aut
saltem ꝙ illa quam in donatione sæpedi.faciebat, secun-
dum illam testamẽtariã regularetur.l.si mulier.in fi.cum
glo.C.ad Velleian.text. cum glo.in c.si quis iratus.2.q.3.
40 & not.Panormit.consi.82. col.4.vol.1. † Et certè nisi ita
intelligeremus,sequeretur vnũ absurdum ꝙ suprà versi.
19.& 20.ponderauimus. cùm.n.debeat oĩs scriptura ita
interpretari,ne sibijpsi contradicat: vt suprà versicu.19.
pręallegato latè prosecuti fuimus.ita quòd melius est ver
ba nihil operari,quàm quòd absurdum aliquod aut con-
trarietatem inducerent , secundum Bald. in l.terminato.

ad fin.C.de fruct. & litium expen.argu.l.nam ad ea.ff.de condi.& demon. & c.inter dilectos.extrà,de fide instru. & not.Barto.in l.fi.§.idem quæsijt.ff.de cond.indeb.Bal. in l.cum falsa. ad fi.C.de iuris & facti igno.cum similibus quæ tradit Alexand. in l.1.ff.ne quis eum qui. & hoc est verum in qualibet materia,vt veritas per distinctionem inueniatur,vt dicit Alex.consi.141.incip.viso testamento, col.4.vol.2.refert & sequitur do.meus Philip.Decius consi.337.incip.in casu proposito ad medium. versi.non obstant allegata, &c.vol.5.& tenet arg.ab absurdo,vt euitetur incoouenoiens siue in statutis,siue in testamentis,siue etiam in cõtractibus loquamur.l.nam & absurdum.ff. de bonis lib.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excus.tut.l.furti. §.pactus.& ibi Bar.ff.de bis qui no.infa.& Bal.in l.qđ verò.ff.de legi.& in l.non dubiũ.C.eod.tit.& in l.qm sororẽ.de his quibus vt indig.C. & not.doc.in c. dudũ.§.1.de præbẽ.lib.6. Et ita etiã inferebãsuprà consi.93.versi.8.

Possumus etiam dicere, quòd illa clausula vel dispositio ex qua prætenduntur soli masculi,& ex eis descendentes masculi appellari, ex quo testamentariæ dispositioni quam refert cõtrariatur ratione perplexitatis sic resultantis,vitiabitur,etiam si res ad casom intestati deduceretur, vt rosuluit Bart.in l.quoties.§.si duo.per illum text.ff.de hæred.instit. & consil.156.quem cum alijs multis refert & sequitur Fran.de Curte consil.mihi 74.incip.And.&c.
41 ad princip. † Potest etiam ex dispositionis verbis donationis sæpedictæ dici non fuisse vocatos masculos ex masculis,nec etiam alium quemuis præter Ferdinãdum,habita tamen relatione ad testamentum,vt prędixi.Ex quo enim subiunxit immediatè Archiepiscopus post illa verba(ex qui d.dominus Anto.se vocatum esse prætendit) *segun lo orden en el dicho testamento cõtenido:* & subdit, *y en la forma seguiente,conuiene a saber que desde oi dia de la hecha desta carta e instrumento dio dono cedio y traspasso para el dicho maiorazgo al dicho Fernando de Fonseca que presente estaua la dicha su villa de Alabejos con sus lugares,&c.* vt suprà ponuntur in themathe.& ibi,vbi solùm designauit bona donata, non meminit descendentium,sed solius Ferdinandi. & in ducentis mille morabetinis,quos in eadem donatione expressit,meminit etiam solius Ferdinandi,& descendentium illius,(absq; tamen expressione masculorum,)sic videtur solam banc dispositionem,& non aliam attẽdi debere. Quandoquidem ista cum testamentaria dispositione toties relata facilè concordabuntur.Et sic ab ordine literæ apparet ista verba,& dispositionem illam tanquam vltimam obseruari debere. quoniam de iure voluntas vltima debet attendi.Et princeps in facultate maioricatus voluit vltimam volũtatem attendendam esse,vt suprà versic.17.dicebamus.quæ tamen dicuntur prępupposita, q per dispositionem in donatiune factam succelsio huius maioricatus esset regulan
42 da. † Nec facit ad casum quòd d.Archiepiscopus cùm dixisset *y en la forma seguiente*, non tamen apposuit formã aliquã in succedendo:sed simpliciter vocauit dictum Ferdinandum qm vocasse censetur Ferdinandum habito respectu ad succedendi formã, quã apposuerat,(vt sæpè diximus.)& aliàs est iuris dispositio,& etiã in testamẽtis,q si quis hæredẽ instituat secundũ infrascriptã conditionẽ, licet postea nullã cõditionẽ apposuerit, valebit attamen institutio,ac si purè facta fuisset.ita no.Bal.in l.fi.C.communia de lega.quem ad hoc propositum allegat Abb.cõsil.80. incip. casus in effectu contingens. ad principium. vol.2.vbi etiam allegat l.pen.C.de insti.& substi.sub con di.fact.& ad hoc facit quod in simili no.And.Sicu.consil. 5.versi.1.idem consi.21.vol.3.& domious meus Francis.
43 de Curte, consi.12.post suum tract.feud.col.3. † Et certè dici posset, quòd dispositio facta in donatione sapedicta per Archiepiscopum nõ erat vltima: sed illa quam fecit in suo testamẽto'. quoniam dictus Archiepiscopus ex sibi concessa regia facultate potuit dictum maioricatum reuocare,vel immutare in toto vel in parte, etiã circa succedendi formam,vt suprà dicebamus versi.16. Attamen potuit de iure cõi in rebus illis donatis hæredem sibi instruere donatarium.per tex.in l. fideicommissa.§. si tẽ.ff. de le.3.& in l.vnum ex familia.§.imperator.ff. de le.2.& insti.eo. §.non solũ.& potuit in rebus ita donatis grauare donatarium,& in donatione apposita grauamina mutare, & iterũ ea quæ in testamento apposuerat variare.per tex. in l.ex facto.§.Iulia. quoq;.ff.ad Treb.prout refert & sequif Guido papæ per illum tex.in consi.194.inci. Iacobus de Molina ad fi.vol.3.& consi.60.inci.dubia elicit .in fine primi dubij.vol.1.& domini Tolosani in decisi.suis, q. 453.incip.Item fuit quæsitum,&c.allegant l.Titia § Lucius.ff.de le.2.vbi est tex.apertus,quòd is cui facta est donatio potest fideicommisso grauari, & latè firmat Bal.in c.1.§.item sacramenta. post Andr.de Iser.ibi in tit.de pace iur.firm. vbi ponit quæstionem de Aragonum Rege, qui duos cùm filios haberet, vni Regnum Aragonum,alteri verò maioricatum concessit,iurauerunt que dicti fratres assignationem & dispositionem prædictam perpetuò tenere auctoritate & consensu dicti Regis interueniente.Postea autem Rex inter dictos eius filios substitutiones quasdam fecit.& concludit, quòd cùm ista sit dispositio quædam & ordinatio à patre facta,supremi iudicij dispositionem præueniens, & inde naturam mutabilem assumens vsque ad supremum vitæ exitum, vt C.de inoffi.testa.l.parentibus.& l.si filia.§. Papinianus.ff.fami. ercis.& l.fi.C.de pact.sic Rege mutante suam volũtatem prædictam,iuramentũ quod inter se fecerunt fratres prędicti inter se viribus euacuatum est,aut moderatũ,prout Regi placuit.& licet dominus apostillator dictarum decisionum videatur ab illa conclusione recedere, quia ipse audiuit(vt dicit)sępius in parlamentis Franciæ contrariũ fuisse iudicatum:illam tamen opin. fatetur de iuris rigore veriorem esse, & secundum illam dicit sæpius se consuluisse.& solùm mouetur ad reuocandum suam opin.ex quadam generali consuetudine Franciæ quam dicit esse inter nobiles.cuiusmodi non allegatur in regno Castellæ. Et sic sumus in dispositione iuris communis secundum quod opinio & decisio suprà dicta locum habet.vt notat dominus meus Iacobinus de sanctu Georgio in suo tracta.feu.in gl.in ver. & vnus ex dictis vasallis habens,&c. quæ est gl.fi.ad fi.& ita in facti contingentia decisionem
44 prædictã sum secutus suprà consi.100.versi.12. † Et certè si verba donationis sæpedictæ attẽdamus,dicemus ita factam non fuisse donationem,quo minus reuocare non posset: quandoquidem expressè in eadem Archiepsicopus sæpedictus cauit,q per iuramentum fidelitatis & homagium quod mandabat dicto Ferdinando præstari, Alcaldus suus castri de Alaheios non esset absolutus à iuramento & homagio quod sibi præstiterat.cùm tamen homagij & huiusmodi iuramenti natura est, q vni soli domino respectu eiusdem dominij præstetur. ita not doct. in c.1.in titu. qualiter vasallus iura.præstare debe.& in c. ex diligenti.extrà,de simo.& Spec.no. in tit.de feud.col. pe.& fi.& do.meus Iacobinus in suo tract. de homagio.
45 † Ex quibus quidem resolutiuè dicimus illustrem d.Marchionissam ad huiusmodi maioricatum esse vocatam,siue dispositionem testamentariam,siuè donationem prędictam attendamus. Nec omitto,q d.Alphonsus à Ferdinãdo patre suo(vt est pręmissum)fuit vocatus,à quo nullum fuit eidem grauamen appositum, nisi vbi in minori decederet ætate,(& sic in casu qui locum non habuit,)& hoc in vim facultatis d. Ferdinãdo per Archiepiscopum in suo testamento concesso. Electus autem aut nominatus vigore alicuius testamẽti, dicitur esse nominatus aut electus in ipso testamento,secundum Bart.in l.vnum ex familia.§.si de Falcid.ff.de lega.2.& ita resoluimus suprà consi.37.versi.26.vbi latius examinatur.quo præsupposito stante clarum est q d. dominus Anto. non potest ad hunc maioricatum admitti,cùm stipes & origo successoris in

ris in

risin d. Alphonso attenderetur, de cuius descendentibus
d. Antonius nō est, sed præfata illustris Marchionissa. Vo
luit.n.d. Archiepiscopus q descēdētes & successores Fer
dinandi, per modum & formam quam d. Ferdinandus di
sponeret & ordinaret succederēt. Qui quidem Ferdinan
dus etiam si d. Alphonsum nō elegisset, aut nominasset,
attamē ille de iuris cōis dispositione aliàs vocabatur tan-
quam filius primogenitus d. Ferdinandi, vt suprà diceba
tur, versi. t t.& seq. vnde Archieps vocādo descendētes
& successores Ferdinādi, visus dr iam apposuisse inter de
scēdētes ex ipso Alphonso primogenito, & ipsum dñm
Ant.& descēdētes ex ipso, cùm essent maximè Alphon-
sus & Ant. fratres cōsanguinei dūtaxat, & nō vtrinq; cō
iūcti. Et certè uidetur esse de hoc aperta decisio dñi mei
Franciſchini de Cur. cōsi. t t. vbi si filij qui non sint vtrin
que coniuncti, instituentur, & fiat eisdem substitutio, filij
videntur esse suis parentibus substituti.& sic in casu no-
stro vr fundator Archieps in vocatione descendentium
voluisse q descendentes illius qui primò succederent, es
sent substituti (data pro ficto substitutione:) vt per Dinū
in suo trac. succes. ab intest. par.3.& est de hoc gl. in auth.
cessante. in ratione sui dicti. C. de legi. hære. quā etiam vo
luit procedere in fideicōmisso. glo. in sæpeall. §. in fidei-
cōmisso. in versi. proximo loco. qui §.& gl. sunt in l. cùm
ita. ff. de leg. 2.& Bald. consi. 488. inci. casus talis est quidā
Titius decessit. secundum nouā impressionem. vol. 3.&
Alexan. consi. 88. vol. t. quod est repetitū consi. 137. eod.
t. vol.& consil. 26. incip. videretur fortasse &c. col. 4. vol.
3. Vñ possumus dicere illa verba, descendentes masculos,
si & vbi essent in d. donatione apposita, & successione, se
cundum dispositionē donationis esse regulanda (cuius tñ
contrarium suprà monstrauimus) intelligi debere, q ma
sculi fœminis de eiusdem succedentis linea præferentur,
vt suprà vers. 2 2.& vers. 30. dicebamus. qñquidem ratio-
nabile est q verba reducātur ad ius cōe, disponēs testato
rē præsumi semper cogitasse voluisse id quod ius cōe di-
sponit, vt no. Bald. in sæped. l. precib. col. 2 2. C. de impub.
& alijs substi. allegat. l. si quis ita. §. pe. ff. de testa. tute.& re
fert & sequitur And. Sicu. in repe. l. cùm acutissimi. charta
pe. C. de fideicō. & in cōmento capituli Raynutius, char
ta 2.& 55. extrà, de testa. vbi concordantias infinitas alle-
46 gat. † Et attendatur q d. Ferdinādus. institutus, aut noīa-
tus ab Archiepiscopo ad hunc maioricatum, erat extra-
neus Archiepiscopo prædicto, qñ, aiunt, testator extra-
neum hæredem instituit, & eius filios: tunc appellatione
filiorum venit etiā fœmina, licet fortè dispositio statuti,
vel consuetudinis hmōi resisteret interpretationi. ita no.
Angel. in suis repor. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi decidit,
q in dubio mens testatoris etiam præsumitur talis qualis
est dispositio statuti, vel consuetudinis sui loci, nisi quan-
do extraneus filios extranei Titij instituat, quia veniunt
etiā fœminæ. l. qui filiab. ff. de leg. 1. & l. filij appellatione
ff. de verb. sign.& ita dicit se in facti contingentia consul
uisse.& fuit doctr. Dini consulentis in facto, quē Bar. cō-
memorat. sequendo dictū illud in l. hæredes. §. cùm ita. ff.
ad Trebel.& sequitur Ang. Raph. Cuma.& Rom. ibi.&
idem etiam voluit Bar. in l. iurisiurādi. §. si liberi. ff. de ado
pt.& ita etiam consuluit Bart. consi. suo incip. do. Amate:
& consi. inci. q. ista habet duo dubia.& his addantur quæ
dñr infrà versi. 51. Sic ad propositum si dicimus in testa-
mento d. Archiepi descendentes & successores Ferdinan
di vocatos esse post ipsum, veniet indubiè illustris Mar-
chionissa sæpedicta, in vim illorum verborū, vt est sæpe-
dictum, etiā si nomen hmōi fœminas non admitteret,
& vbi soli masculi vocarentur (vt prætenditur ex aduer-
so) hoc esset ad exclusionem fœminarum hmōi lineæ, ha
bita consideratione ad linearum diuersitatem: prout eas
47 distinguebamus suprà versi. 2 2.† Nec facio vim de illa le
gitimitate, quæ ex aduerso allegatur, quoniam infrà 2. du
bio in conclusione illius versi. 69. ostendemus calumnio
sè opponi.& ad propositū nostrum satis est, q probatum

sit d. illustrem Marchionissam in domo parentum natam
esse scientibus vicinis. l. si vicinis. C. de nup. l. filium. ff. de
his qui sunt sui vel alie. iur. & oīno do. meus Hypoly. de
Marsi. in l. 1. §. ad quæstionē. ad fi. versi. vlterius Bar. colli
git, &c. ff. de quæst. vbi docet modū probādi filiationem.
Ita etiam Barb. consi. 27.& per totum, vol. 1.& do. meus
Phil. Dec. consi. 53. vol. 1.& consi. 272. ad princ. vol. 2.&
in terminis nostris videmur esse extra oēm aleam, quia
contra matrimoniū à quo descendit illustris Marchionis
sa, nihil est probatum: quinimò cōtra aliud quod præten
ditur est iuris prohibitio, & præsumptiones ac etiam pro
48 bationes liquidæ. † Et videtur ex præmissis nedū funda-
ta iustitia sæped. illustris Marchionissæ, qd. s. admittatur
ex testamēti, cùm donationis prædictę verbis ad maiori
catū sæpedictum, verumetiam vñr esse sublata contraria
.s. pro d. do. Ant. facta, quib. tñ ad maiorē præmissorū cor
roborationē, & ad superabundātē cautelā respōdebimus,
vbi maximè iudicauerimus scrupulum superesse.

Ad primū ergo cōtrarium factum de d. Socini, consil.
47. q successio in maioricatu reguletur instar successio-
nis regalium dignitatū, respondetur Soci. non bene pro-
bare suum d. quod etiā si probaret, dicimus fęminas non
esse semper repulsas à feudo etiam regalium dignitatum.
quinimò vbi est in aliquo feudi natura alterata, veniunt
quemadmodū & masculi. vt Abb. consi. 3. inci. nitar, &c.
col. 4. versi. ex his infertur, &c. vol. 2. vbi dicit q legitima
successio dicitur.& verificatur etiam in filiabus, in digni-
tate ducatus, Marchiæ, & comitatus. sic etiam in conces
sione castri facta alicui, & descendentib. illius, cōprehen
ditur etiā fœmina. vt not. Alex. consi. 160. col. 1. vol. 2. idē
consi. 24. inci. pōderatis his, &c. vol. 5. Fran. de Curte con
si. mihi 75. incip. do. Ludouicus, &c. in 1. dubio do. meus
Phil. Dec. consi. 169. incip. cōsultus ab illustri Marchione
de Trans, &c. in 1. dub.& abundè And. Sicu. c. significa-
sti. col. mihi 8. extrà, de rescript. Et præmissis addantur ra
tio & decisio quam suprà versi. 47. posui. Et ita resolui in
sæpeall. consi. 93. versi. 16. Nec est verum simpliciter qd
suprà secundo contrario dicebatur, q descendentium &
successorum appellatione fœmina non veniret, contrariū
etenim illius suprà versi. 2 3.& seq. monstrauimus esse ve
rum: quibus addatur do. meus Phil. Deci. in præall. consil.
269. in 1. dubio. in casu aūt nostro minus videtur habere
dubij: q d. Ferdinandus, cuius descendentes & successo-
res appellati sunt, erat extraneus d. Archiepiscopo maio-
49 ricatum constituenti, vt proximè dicebamus. † Et si re
gium priuilegiū facultatis sæpedictæ attēdamus, ad quod
etiam d. Archieps fundator tum in testamento, cùm etiā
in donatione se quoad succedendi formam remisit, nedū
dicemus fœminas ad huiusmodi successionē suo casu (vt
suprà dicebamus) admitti, cum etiam illegitimi, & quiuis
alij non repellantur, verumetiā dicemus rationem crea-
tionis, vel cōstitutionis dicti maioricatus, quam suprà in
tertio contrario assignabamus, (.s. agnationis & cōseruan
dæ familiæ causa) non obstare, cùm multò minus sint il-
legitimi de aliqua familia quàm fœminæ: vt Barba. plenè
& apertè demonstrat consi. 27. versi. 55. vol. 1.

Cui etiam contrario satisfaciendo dicere possumus, q
in materia priuatiua & punitiua illud quod expressum nō
est, priuationem nō inducit, aut punitionem. De punitio
na pulchrè loquitur Bal. in l. super chirographis. C. si cer.
pe. per tex. in authē. de nō alie. §. quia verò Leonis, &c. et
bene facit text. in l. si quis. aliàs est l. sed & si quis. §. diuus
aūt Marcus. ibi, pęnam in eum statutum non esse. ff. de re
lig.& sumpt. funerum. quem tex. Bald. in l. nemo. C. de sa
crosan. eccles. ponderauit ad hoc propositum. De priua-
tione aūt, etiā si maior versaretur ratio, no. pulchrè Bald.
in authent. ex testa. C. de secundis nupt. col. 4. per text. in
authent. de non elig. secundò nub. §. cùm igitur. ibi, nec
quælibet lex est tale quid dicēs. pro quo est gl. notab. quā
cōmendat ad hoc Panorm. in c. si. extrà, de iure patro. vbi
allegat aliam in c. Eps. 15. q. 7. quibus addo similem in c.
cùm

cùm vos.extrà, de offi.ord.& latè prosequitur Alex.con
si.mihi 104.inci. vr prima consideratione dicẽdum, &c,
col.12.vol.1 & ita etiã resolui in sæpeal.cõsi.93.versi. 20.
50 † Insuper attẽdatur ꝙ hic non agitur de exclusione d.ma
gnfici Ant. sed agitur de retẽtione bonorũ illustris Mar
chionissæ sæped.acquisitorum virtute exclusionis factę
à sæped.Alphonso eius auo materno defuncto.& hmôi
retentio facilius conceditur, q petitio: vt no.Bal.in l.2.C.
de fideicõ.in 3.notab.& facit tex.in l.per retentionem.C.
de vsufruc. & patet in excõicato, qui prohibetur agere,
vel petere.c.cùm inter.extrà.de except.& in notabi.casu
tradit.Bened.Capra,cons.19.inci.viso & cõsiderato,&c.
& Alex.post alios in sępedicta l.precibus.in gl.fi.& ita in
terminis refert,& sequitur do.meus Phil.Dec.consi.mi-
hi 309.incip. viso puncto in quo in effectu quæritur.col.
mihi 4.vers.2.ampliatur regula.& seq.vol.2.Et certè sola
ratio conseruandæ familiæ,& agnationis,non sufficeret,
(vt fatetur Aretinus consi.suo 164. suprà in contrarium
allegato) ad hoc ꝙ masculorum qualitas in primo gradu
excludentium repetita videatur esse in sequenti ca. quod
etiam oñdit do.meus Phil. Deci.vbi suprà.& multò mi-
nus in casu nostro,ex quo fœminæ non sunt oĩno exclu-
51 sæ,vt suprà dicebatur. † Quartum obiectum factum su-
prà,ꝙ illustris Marchionissa non sit de Ferdinãdi descen-
dentibus per lineã rectam masculinam,sublatũ est per ea
quæ suprà versic.23.24.25.26.& 48.dicebamus: ex quo
maximè instituti & substituti non erant de descendenti-
bus fundatoris.& fundatur ista resolutio authoritate Pau.
de Cast.consi.77.incip. casus iste frequenter contingit.&
consi.355.incip. viso d. testamento. vbi distinguendo &
contrarias opiniones cõcordando resoluit,ꝙ substitutus
vbi esset de testatoris descendentibus, appellatione filio-
rũ non venirent fœminæ,aliàs secus.secundũ quam deci
sionẽ latè consuluit And.Sic.consi.52.inci.cir.hanc dubi-
tationem. inter consilia Alex.vol.4.quod etiã voluit Ra
pha.Fulg.in l.1.C.de cond.insti.& eũ refert Pau.de Cast.
ibi.& Raph.Cuma.cons.117.incip.in testamento,&c.&
52 dixi suprà versi.46. † Nec etiam quod versi.5.obijcieba-
tur habet locũ (ꝙ.s.in Alphõso non fuerit impleta dispo
sitio Archiepi,eo ꝙ non posset dici de descẽdentibus Fer
dinandi,cuius erat filius.cuius contrarium suprà versi.28.
& 31.monstrauimus.vbi etiã probatur descendentes Fer
dinandi non fuisse in infinitũ vocatos:prout suprà 7.con
trario dicebatur.cui etiam contrario infrà versicu.55,&
sequen satisfit abundè.

Nec etiã est verũ quod suprà versi.6.obijciebatur, ꝙ
masculorum qualitas in donatione apposita censeatur re
petita etiã quoad villam de Coca,& alia bona dicti maio
ricatus,quę in donatione nõ fuerũt expressa.Nec.n.pro-
cedit hoc contrariũ(vt suprà dixi,)siue ꝙ nedum sunt di
spositiones in diuersis & distinctis capitulis perfectis po
sitæ:quo casu positæ in vno c.qualitas in alio nõ censetur
esse repetita.l.in repetẽdis & ibi no. doc.ff.de leg.3.l.qui
fundum.ff.de contrahen.empt.& ponit Bart.in l.Seiæ.§.
Gaio.ff.de fundo instructo.& in l.si is qui ducẽta. §. verũ
ff.de reb. dub. & multò minus qñ sunt positæ in diuersis
instrumentis,per rationes prędictas.Qñ etenim qualitas
vna siue conditio alicui dispositioni adijcitur, non cense
tur esse repetita in alia dispositione in oratione diuersa:
vt probatur in d.l.qui fundum. & plenè not.Bart.in d.§.
Gaio.siue etiã ꝙ in cõtractib.nunquam censetur esse re-
petita extrinseca persona, vt est tex.in l.si ita stipulatus.§.
Chrysogonus.ff.de verb.oblig. Vbi facta fuit numeratio
vnius noĩe, & postea simpliciter fuit interposita stipula-
tio,& non censetur esse repetita qualitas,ꝙ noĩe illius,cu
ius facta est numeratio, censeatur esse facta hmôi stipula
tio,ꝙ nunquã subintelligatur extrinseca persona.& in ca
su nostro maior rõ militat,quam in casu d.§.Chrysogo-
nus.qm̃ ibi rerum erat identitas: & qm̃ numeratio & sti
pulatio emanarunt super eadẽ re:hic aũt est rerũ & per-
sonarũ diuersitas.Vnde succedit notabilis decisio Bart.in
d.l.repetendis.ꝙ repetitio nõ inducitur,qñ est diuersitas
rerum quæ relinquũtur,& personarum quibus relinqui-
tur.qđ in terminis nostris applicatur.quia in casu nostro
est rerum diuersitas: quia in donatione minus est relictũ
ꝗ̃ in testamento,ac etiã personarum.cùm masculi & fœ-
minæ in testamento appellentur,vt est suprà demonstra
tum,ponderãdo dictionẽ,descendentes & successores,vt
suprà versi.23.25.26.& 48. dicebamus. Et in donatione
prætendatur ex aduerso solos masculos esse vocatos. &
Bar.vbi suprà, voluit ꝙ etiam si sit personarum idẽtitas
rerum aũt diuersitas,nunquã fiat repetitio si orones sint
perfectæ allegat d.l.qui fundum.ff.de contrahen.empt.&
l.2.§.1.ff.vi bono.rapt.quantò magis in casu nr̃o, in quo
nedum sunt orationes perfectę,verumetiam sunt diuersi
53 contractus,& instrumenta.vt prædixi. † Possumus etiam
dicere post do.meum Phil. Dec. in præall.consi.309.col.
pen.versi.& ex isto clarissimo fundamento. & seq.ꝙ ex
quo sexus masculini qualitas non est licet subaudiatur in
vno cap.nunquam intelligitur esse repetita in alio.vt no.
Bal.in l.1.in princ.in lectura antiqua. & ibi Alex.in gl.in
ver.si quis.ff.quod quisque iur.vbi do.meus Ias. dat aliàs
responsiones ad hmôi contrarium. & est regu.ꝙ dispo-
sitio generaliter facta non debet restringi propter aliqua
verba inferius prolata,quæ non conueniunt oĩbus cõpre
hensis in generali dispositione. vt probatur in l.regula.§.
regula.ff.de iur.& fac.igno.& per illum tex.arguit in ca-
su simili Ioã.de Imo.in l.si ita quis.§.ea.lege.ff.de verbo.
oblig.& hoc maximè vr̃ in casu nostro procedere,in quo
diuersæ sunt dispositiones.& ita respõdẽdo ad illud con
trarium dicit do. meus Philip. Deci.consil.299.incip.in
causa mihi cõmissa.versic.non obstat ꝙ in tali sacerdote.
Cùm.n.d.Archieps in ipsa donatione,imò etiam in ordi
ne successionis expressè dixerit se ordinem illum (habi-
bita relatione ad testamentum) velle seruari in bonis quę
postea noĩaret,& postea nõ nominauit oĩa bona in dicta
donatione quæ posuerat in testamento in erectione ma
ioricatus ibidẽ creati, sequeretur absurdũ illud qđ suprà
versi.19.& versi.20. põderauimus,ꝙ per dispositionẽ fa
ctã in donatione si illa deberet attẽdi,& ex eadẽ si soli ma
sculi vocarentur,nõ succederet vna sola persona in oĩbus
bonis dicti Archiepiscopi. cuius contrarium disposuisse,
& voluisse dictũ Archiepiscopũ suprà vers.5.docebatur.

Postremò si dicatur,ꝙ versi.aut artic.ille,per quem so-
li masculi prætenduntur esse vocati,sit clausula de per se,
quæ præcedentẽ dispositionem inter masculos habeat re
gulare,& declarare,(vt suprà versi.7.dicebatur) respon-
deo,ꝙ ex quo clausula illa videtur apposita infra vnam di
spositionem, non refertur ad alia capitula etiam eiusdem
instrumẽti,etiam si qualificata esset ad masculos.per text.
& ibi docto.in l.3.§.filij.ff.de libe.ꝙ posthu.& suprà ver.
præced.monstrauimus.

Et si dicamus illa verba declarare dispositionem testa
mentariam,vt suprà dicebatur in contrarium, responde-
mus ex verbis illis non induci dispositionẽ.Quandoqui-
dem declaratio, vel interpretatio,vt suprà versicu.20.di-
54 cebamus, nihil addit. † Postremò debet attendi, ꝙ in sæ
pedicta donatione apposita est clausula illa, *en la mejor
forma y manera que podia y deuia de derecho*, Cuius qui-
dem clausulæ vis est, & effectus, ꝙ sustentetur eo modo
quo potest,vt no.Bal.in l.cùm pater.§.filius.ff.de leg.2.
Card.in c.cùm ex officij.extrà,de præscript.& temissiuè
do.meus Phil.Dec.consi.14.inci.& pro tenui, &c.col.2.
versi.cõfirmatur hoc,&c.idẽ cõl.77.inci.viso pũcto, &c.
col.mihi 2.versi.nam clausula omni meliori modo &c.

Quod aũt eodem versi.7.dicebatur,ꝙ relatio facta sit
non ad testamentum simpliciter,sed etiam ad sequentes
substitutiones,non obstat:qm̃ sic attendiť ꝙ donator ex-
pressè cauit, quòd testamentum quò ad maioricatus crea
tionẽ & erectionem,& quò ad succedendi formã & mo
dũ in eodẽ,reuocatum non sit,sed firmum maneat, & ra-
tũ:dicemus,quòd hmôi contrarium non obstabit(quod
etiam

etiam plusquã sublatum fuit per ea quæ suprà versi.20.&
seq.dicta sunt,)ex quo maximè toties fuit facta relatio ad
sæpedictum testamentũ.cuius geminationis(vt suprà di
cebamus versi.39.)effectus fuit ꝙ verba illa,dispositionẽ
illã ad testamentũ qđ referebatur,ordinationẽ restringãt.
Et in illa donatione facta non fuit simpliciter ad testamẽ
tũ illud relatio: verùm etiã dispositio illa (si & vbi debe-
ret attendi) fuit secundũ testamentariã dispositionem re
stricta,vt suprà versic.21.ponderando verba illa, *segun la
orden en el dubo testamento.* & alia verba quę ibidẽ pon
derata dicebantur.Limitata etenim causa limitatũ produ
cit effectũ.l.cancellauerat.ff.de his quæ in testamẽto de-
lentur.& l.in agris.ff.de acquir. rer.do. & relatũ censetur
esse in referente.l.asse toto.ff.de hæred.inst.& l.si ita scri
ptum.ff.de cõd.& dem.& no.Bar.in authen.ex causa.ubi
Bal.q.7.& Alex.col.10.de libe.præt.C.doc.in l.cùm pa-
ter filiæ.ff.de leg.2.Io.de Imo.in c.cùm nonnulli. extrà,
de re iudi.& Fel.c.cùm super.col.4.extrà,de offic.deleg.
55 † Cõtrarium aũt octauo loco factũ,nõ procedit: ꝙ in eo
dicebamus Ferdinandi descendentes vocatos esse infini-
tũ,qm vocati non sunt simpliciter descẽdentes Ferdinan
di,sed qui ex Ferdinando descenderẽt.quæ quidẽ præpo
sitio ex,denotat causam immediatã & proximã:(vt su-
prà versic.31.dicebatur)præsertim cùm non sit apposita
dictio aliqua quæ id denotet.In quibus terminis loquun
tur doctores supra in contrarium adducti.Sicut etiã in si
mili dicimus,ꝙ alienationis prohibitio facta filijs,(quia
onerosa)non extenditur ad nepotes.§.nos igitur. iuncta
gl.in authen.de rest.fideic.coll.9.idem tenet do.meus Ias.
post Bar.& alios, & nouissimè Ferdinandus Laozes Hi-
spanus in l.filiusfami.§.diui.ff.de leg.1.item Bart.in l.Lu-
cius Sempronio.ff.de leg.3.Alex.cõs.56.inci.Idionãdus.
vol.5.Sic etiam nepotes appellatione filiorũ non veniũt,
vbi de eorũ agitur præiudicio , vel incõmodo:prout est
quando filij remanerent grauati onere fideicõmissi:quia
fideicommissum dicitur onus.l.cohæredi.§.cùm filię.ff.
de vulg.& pup.uot.in l.ex trib.C.de impub.& alijs sub
sti.& in sæpeall.l.precibus.eo.tit.& latè prosequitur Phil.
Corn.consi.182.incip.videtur t.facie,&c.col.3.vol.2.&
consil.199.inci.in pręsenti consultatione, &c.col.12.eo.
vol.2. & prosequitur latè Fran.de Curte consil.mihi 45.
inci.sæpe reuoluta;&c.col.5.vers.2.principaliter nos mo
uet,&c.vbi per multa iura & auctoritates quæ allegat, vo
luit,ꝙ licet verbũ filios,aptum sit cõprehendere nepotes
in dispositione fauorabili alteri non onerosa,secđm Bart.
in d.l.liberorũ.col.4.ff.de verb.sig. attamen secus est vbi
de eorũ præiudicio agitur, vt proximè & suprà versi.31.
dicebamus.vel vbi dispositio semel fuit impleta, vel effe-
ctum sortita in vno solo filio,vel nepote,qui tẽpore pu-
rificatæ conditionis aut substitutionis admissus est : quo
casu non veniunt deinceps nepotes appellatione filiorũ,
56 vt suprà versi.50. resoluebamus. † Postremò si attenda-
mus posito pro ficto ꝙ descendentes Ferdinandi essent
in infinitũ vocati , attamen ex quo nouissimus grauatus
non est in d.maioricatu,dici põt inter descẽdentes hmõi
reciprocũ fideicõmissum inductũ non fuisse.casus est sin
gularis in l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.2.& ita te-
nent Din.Bar.& cõiter doc.ibi.& in l.pe.C.de impub.&
alijs subst.& in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebellia.
& in l.si pater impuberes.ff.de vulg.& pupil. Requiritur
etenim ad hoc ꝙ tacitũ fideicõmissum reciprocũ induca
tur,ꝙ fiat substitutio ĩ tota hæreditate,& ꝙ vltimo mo-
rienti.ad qđ est tex.cũ gl.in l.pater impuberes.ff.de vulg.
& pupil.& l.qui duos.eo.tit.& sequitur Pau.de Cast.post
Bar.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Treb.Et vbi substi
tutio fieret ab vltimo moriente, non tñ in tota hæredita
te,tunc non vr̃ inter hmõi substitutos tacitum reciprocũ
fideicõmissum induci,per illũ tex.ibi,oẽm hæreditatem.
vbi etiam Bart.ponderat ad hoc tex.illũ.& sequuntur ibi
Ang.Io.de Imo.Raph.Cuma. & Pau.de Cast.& idem te
nent in l.quidã testamento Proculũ.ff.de vulg.& pupi.&

no.Diuus,post eum Bar.in d.§.Seia libertis.& ita in facti
cõtingentia semper resolui:vt patet suprà consi.55.vers.
57 6.& consil.168.versi.11.12.& 13.& consil.93.in fi. † Iura
etenim quæ dicunt attendendã voluntatẽ testatoris,intel
telligi debent qñ de hmõi voluntate dispositiuè apparet,
quia non sufficit ꝙ ita voluerit,nisi etiam ita disponat.vt
per Bar.in l.quidã cùm filium.ff.de hæred.insti.& ibi Io.
de Imo.col.2.versi.itẽ no.&c.post Bal.dicens,ꝙ illud qđ
tacitè agitur,ita demum habetur pro expresso qñ illud ta
citum transit in dispositionẽ.intelligo(ait)ex iuris inter-
pretatione.ex eo qđ no. in l.cùm quid.ff.si cert.pet.secus
si non transit in dispositionẽ.ad qđ facit text. in l.si repe-
tendi.C.de cond.ob causam. Vnde quod testõr nõ loqui
tur,velle non præsumitur, vt Bal.ait in l.2.§.fin aũt ad de
ficientis.col.1.per illũ tex.C.de cad.toll.& in l.cùm pro-
poneretur.ff.de leg.1. Quę quidã voluntas debet cõpre-
hendi ex verbis.vt no.Bal.in c.2.requiris.ext.de appel.p
tex.in l.Gal.§.quidã rectè.ibi,vt eo casu valeat,q ex ver-
bis concipi possit.ff.de lib. & posthu. idẽ Bal.in l.1.C.de
his qui ante aper. tab. & refert & sequitur do.meus Phil.
Dec.cons.287.ubi multa accumula.quod inci.in ciuitate
Placentiæ.col.3.uersi.sed supradictis & similib.&c.quod
etiã latissimè prosequor suprà consi.63.uer.5.ubi exami
no qñ dicatur de tali uolũtate apparere.& cõsi.37.uer.3.
58 † Nonũ aũt contrariũ nõ obstat,quo arguebamus institu
tionem de Ferdinãdo factã ex capite caduci, vel quasi ca
duci,nõ prodesse. Cõstat.n.ex suprà uers.26.deductis,&
in plurib.alijs seq.uersic.substitutionẽ factã Ferdinando,
uulgarẽ esse. & uersi.29.ostendimus Alphonsum ex uul.
gari admitti potuisse. qñquidem à uulgari põt incipere te
stamentũ(ut suprà uersi.42.dicebatur)præmortuo hære-
de.& bodie de his non posset alterari,cùm Alphõsus fue
rit ab Archiepõ hæres institutus:ut uersi.33.dicebamus.
de cuius testamenti ualiditate dicebamus suprà uersi.33.
præall.& seq.& Anto.de Fonseca nihil posse hodie cõtra
d.testamentũ obijcere cõcludebamus suprà cons.30. 35.
& 36.Vñ vers.39.resoluim⁹ tũc demũ masculos ad hmõi
successionẽ admitti,(etiã si fingeremus Archiepm in do
natione sæpedicta fideicommissum inter descendentes
masculos Ferdinãdi induxisse) uel in testamento, qñ es-
sent ex linea ultimi descendẽtes masculi,& illis deficiẽti-
bus fœminas eiusdẽ lineæ appellari. considerando lineas
secđm distinctionem quã suprà uersic.12. & 22.fecimus.
Quare uersi.45.concludebamus illustrẽ dn. Marchionis
sam prædictã tum ex testamento, cùm ex donationis sæ
pedicta dispositione uocatã esse ad maioricatũ , excluso
sæpedicto magnifico do.Anto.patruo suo magno.cuius
quidẽ do.Antonij exclusionẽ suprà uersi.15.dicebamus
esse perpetuã.Vnde uers.50.inferebamus in hac causa de
d.magnifici do.Antonij exclusione non agi,qui iã fuerat
ab Alphonso fratre suo primogenito exclusus, sed de re-
tentione dictorũ bonorũ in quibus Alphõsus prędictus
successerat,cùm fuisset à patre d.Alphonsus ex potestate
sibi per Archiepm sæpedictũ cõcessa,noĩatus,& electus
ad successionẽ dicti maioricatus,vt uersic.45.dicebatur,
apparet contrariã ulti.loco factã nõ procedere. Quẽ etiã
Alphõsum cessante d.noĩatione d.uersi.45. ad sæpedictũ
maioricatũ tum ex iuris cõis dispositione,cùm ex verbis
priuilegij siue facultatis prędictæ docebamus esse uoca-
tũ . Ex quibus resoluitur iuridicã esse conclusionẽ suprà
versi.45.sæpedicto factã. qua resoluebamus dñam Mar-
chionissam tum ex testamentaria dispositione,cùm etiã
ex donatione ipsa appellatã esse ad maioricatus sępedicti
successionẽ,non obstantibus in contrariũ suprà adductis
60 alijsq́, relutantibus ex eisdẽ.†Aggrediendo secđm dubiũ,
quo quærebatur an fuerit inter illustrẽ Rodericum Mar
chionẽ de Zenete & Mariã de Toledo illustris Marchio
nissæ genitores uerũ matrimoniũ . Pro affirmatiua uidetr̃
intrepidè concludendũ , cùm nullũ inter dictos illustres
cõiuges impedimẽtum aut obstaculum allegetur, nisi ꝙ
illustris domina Maria prætẽdatur antea cũ Petro Ruiz,
fratre

fratre suo patruele, matrimoniū contraxisse, & illud consummasse: q̄ si tollatur obstaculū, remanebit indubitata d. matrimonij validitas, & illustris Marchionissæ fundata intētio. Cōstat autē ex processu (vltra cōes cartellos, quibus dicti illustres coniuges se profitebātur matrimonium contrahere) q̄ dicti illustres cōiuges in vigilia S. Petri apostoli, de anno 1502. matrimonium clandestinum contraxerūt per verba legitimè de præsenti: prout deponūt Ludonic⁹ Henrriquez & Garcias de Montalou, & dña Theresia del Castillo. quorū duo primi de præsentia & auditu verborū, de visu, q̄ cōtraxerunt dictū matrimonium, & cartellos prædictos illius testes matrimonij scripserunt (vt est dictū) deponunt dicta autē dn. Theresia de sola præsentia & visu, licet non de auditu verborū testificatur: & circunscripta dictorū coniugū cōfessione, de qua infrà dicetur, & cartellis prædictis, audeo dicere probatō esse matrimoniū tēpore præallegato contractū. quandoquidem ad probandū matrimonium oedū sufficiunt testes duo maiores omni exceptione, verumetiā vbi plures testes producuntur, qui non essent omni exceptioni maiores, illi probant plenè, quando concurrunt aliæ præsumpoones, vt infrà prosequemur.

Et licet matrimoniū hoc dicatur esse clandestinū, considero q̄ licet huiusmodi matrimonium de iure sit prohibitum, attamen ita contractū est validū, dummodo probetur. quia clandestinitas matrimoniū nō vitiat, ex quo solus consensus sufficit. vt not. Abb. c. 1. de clandest. despon. idem Abb. ca. cùm exhibitis. eo. tit. Spec. eo. tit. in prin. & Oldr. consi. 256. inc. Clemens Episc. & in probando matrimonio sufficiunt duo testes masculi, vel fœminæ. ca. super eo. 2. extrà, de testi. & ibi Abb. Deponunt autem duo illi primi testes de verbis mutuis dictorū illustriū aptis ad matrimonium per verba de præsenti contrahendum, ex quibus euidēter matrimoniū probatur. c. tuæ. extrà, de spons. c. si inter. eod. tit. & facit c. 1. ex trà, de sponsa duorū & 27. q. 2. c. sufficit. & testes antedicti deponunt q̄ dicti illustres coniuges reiterauerunt, & replicauerunt sæpius dicta verba: vnde redditur eorū attestatio efficacior: quia reiteratus actus magis deliberatus dicitur. 2. q. 3. c. si quis reatus. vbi glo. & not. in c. & si Christus. extrà, de iuretur. & dixi

61 suprà vers. 39. † Et maximè, q̄ illorum duorū testium dictum coadiuuatur per scripturam illā priuatam dictorum cartellorum, quos in processu constat exhibitos, & ostēsos fuisse ac visos à multis, antequam dicta domina Maria cum Petro Ruiz fratre patruele suo matrimonium cogeretur contrahere: ac etiam per dictorum coniugum illustrium confessionem, quæ etiam solet attendi, etiā quando agitur de cōtracto matrimonio. vt not. Abb. post alios doc. & glo. in c. super eo. extrà, de eo qui cog. cōiang. vxo. suæ. & in ca. 2. in 2. notabili. extrà, de clandest. despon. & no. Host. in summa. eo. tit. §. qualiter contrahatur. vers. sed si ambo confiteantur. & Roma. singulari mihi 620. incip. tu audiuisti. l. fin. C. de transact. & c.

Fateor confessioni prædictæ detractum iri, si constaret eam factam fuisse post contractum matrimonium cū dicto Petro Ruiz, ex quo in alterius matrimonij præiudicium accederet: vt not. Abb. post glo. & doct. in d. c. super eo. col. 2. vers. 2. casu, & c. Probatur ratione manifesta conclusio præmissa cum. n. solo consensu matrimonium contrahatur. c. cùm in locum. extrà, de sponsal. c. sufficit. 27. q. 2. & l. nuptias. & vtrobique doct. ff. de reg. iur. sequitur q̄ cōfessio præiudicat: quia in dependentibus à voluntate & potestate simplici confitentium statur eorum confessioni: ut not. Bart. in l. si fortè. ff. de castr. pecul. & in authent. si quis in aliquo. C. de edēdo. & no. in l. si donationem. C. de colla. cū simi. & facit tex. in l. cùm te. C. de traoiac. & in c. cū sedem. §. nos imprimis. ext. de resti. spol. cū similibus.

Bene facit etiam q̄ confessio matrimonij contracti io effectu tendit ad confirmationem præcedentis matrimonij, ideò uidetur saltem tunc contractum matrimonium reuocare, quia in dependentibus ab animo actus qui uidetur fieri ad præcedentis dispositionis confirmationem & continuationem, si retrotractionem pateretur, nouā dispositionē inducit. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauerit, ibi, aut quid si petitum. ff. de acquir. hære. cum similibus. Cùm ergo solo consensu matrimonium contrahatur, (vt prædixi) non est dicendū q̄ sola coniugū confessione probari non possit. & maximè quia in isto casu ex fama, & alijs testium aliorū adminiculis roboratur, ex quibus informari poterunt mentes, iudicare debētium ad declarandum legitimum esse matrimonium. Ad q̄ bene facit text. in c. præterea. extrà, de testi. & in c. illud. ex trà, de præsumpt. & in simili casu consuluit Barba. consi. 6. uol. 1. & certè ex processu causæ matrimonialis in hoc iudicio producto constat, q̄ longè antequā contraheret dicta illustris domina Maria cū præ dicto Petro Ruiz, iam publicatum erat q̄ cum dicto illustri Marchione contraxerat matrimonium prædictū, & fuerunt à multis uisi cartelli prædicti, per quos mutuo confitebantur se matrimonium legitimum etiam per uerba de præsenti cōtraxisse, & hoc etiam ad dicti quondā Alphōsi dominæ Mariæ patris, & Antonij prædicti, imo etiam ad regiæ serenitatis deuenisse notitiā. Quinimò constat adeò publicū fuisse d. matrimoniū, q̄ præfatus Alphonsus diutius conatus est dictam dominam Mariam filiā suā ab huiusmodi matrimonio & proposito diuertere, & cum blandicijs non posset, addidit minas regias, & postremo uerbera, & carcerem, ut præmitimus in themate. Ex quibus etiā cessantibus minis, & uerberibus, quæ dictam illustrē dominā Mariam impulerūt ad matrimoniū cū dicto Petro Ruiz (vt infrà subdemus amplius) contrahendū, constat de legitimitate prioris matrimonij, q̄ cū illustri Marchione sæpedicto cōtraxit, ex

62 quo nata est illustris domina Marchionissa. † Nec obstat clādestinitas dicti matrimonij, vt prædixi, vel q̄ de nocte fuit contractum, quoniam sensus visus testiū coadiuuatus fuit per claritatem luminis, & candelarum quæ in dicta camera io qua contractum fuit, erant, vt testes deponunt quo casu bene probant testes actū factū tempore noctis, qui etiā deponunt plenè de uisu in nocte quando luna lucebat, ut dicit Oldra. quē Bal. & Ang. referunt & sequuntur in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. q̄ metus causa. Bal. c. 1. §. col. p. io tit. quę fuit prima causa benefi. amittend. & in l. A retula. ad prin. uersi. & nota q̄ Oldr. ff. de stab. hom. & concludit Alex. consi. 24. inci. animaduerte, & c. volu. 2. & Fel. c. sicut. col. 4. uer. & cōtra testes. ext rà, de re indica. quibus addantur quæ dixi suprà consi. 62. uersi. 5. ubi hanc materiam prosequor abundè.

Nec etiam obstaret, si diceretur matrimonium clandestinū esse punibile, ideò testes super huiusmodi matrimonio depoentes non probare, tanquā participes criminis. c. ueniens. extrà, de testi. & l. fi. C. de accusa. & no. Aocha. consi. 23. incip. uisa inquisitione, & c. & Fulgo. consi. mihi 136. inci. super eo. & c. ad fi. & consi. 173. inci. in causa inquisitionis, & c. & ita etiā tenui ad consi. 62. uersi. 3. respondetur etenim, q̄ haberent locum præ missa in criminibus, quæ omnino prohibentur, & in quibus actus non ualet. l. nō dubiū. C. de legi. in casu autē nostro secus esset, quoniā validum est huiusmodi matrimoniū, ut suprà dicebamus, ergo debet posse probari per testes, qui interfuerunt. & probatur in ca. 1. de clandest. despon. & 30. quæst. 5. c. nec illud in fi. fortè allegata in contrariū locū haberent, quando esset in gradu prohibito contractum matrimonium, cùm in illo casu non teneat. in quo etiam casu loquitur c. fi. extrà, de clandest. despon. q̄ tamen non pono pro constāti, nec aliter (cùm sit extra propositū nostrū) examino.

63 † Sed nec obstabit domesticitas quæ contra dictos testes objicitur ad effectum repellendi eos ne probent, & q̄ dicit non possunt omni exceptione maiores. q̄ tamen videtur tex. requirere in c. 1. ibi, circunspectos omni exceptione maiores. & ibi Abb. in 3. notabili. extrà, de cōiang. & alibi gl. dicit, hos testes omni exceptione maiores dici, qui nulla exceptione legitima repelli possunt, & out. gloss. in l. si. de

sti.de inutil.stipul.§.item verborũ.& Bald.in l.optimam.
C.de contra.& committ.stipul.& licet ille tex.in c.1.prę-
alleg.loquatur quãdo agitur de separando matrimonium
attamen, idẽ est in probãdo matrimonio: vt gl.ibi sentit.
& probat etiam gl.in c.literis.in fi.extrà,de testib.& ita vi
sus est sentire And.Sicu.per illam gl.consi.53.col.3.in fi.&
consi.45.ad prin.vol.1.Respondeo etenim, ꝙ dicti testes
cũ nulla exceptione legitima repelli possunt, omni exce-
ptione maiores dici possunt:prout etiam sunt.Preter id.n.
ꝙ non cõstat ꝙ tempore depositionis eorum familiares
essent,& salariati dicti Marchionis illustris: ꝙ tamen de-
buit apparere, q̃m qualitas in testes consideratur tp̃e quo
deponit: vt not.doct. in l.3.§.duo.ff.de Carbo.edicto.&
in terminis nui.Spec.tit.de teste.§.1. versicu.quid si olim
fuit,&c.Bal.in l.2.vers.sed quęro,&c.C.eo.ti.Abb. in c.ex
his.ext.eo.de testi.& Alex.cõs.49.inci. viso processu.&c.
vol.5. Constat ex ꝓcessu ꝙ dicti testes sunt boni viri, &
nubiles.& aliàs creditur testi etiã domestico,si aliàs sit bo
nus vir.vt no.Inn.in c.literis.pręal.vbi etiã do.Ant.& Io.
de Imo.no.Bal.& Sal.in l.3.C.eo.refert & sequit do.meus
Hip. de Mars.in sua practica criminali.in proce.post prin.
vers.facit etiã nõ creditur,&c.Et hoc maximè ex quo agi
tur de probandu matrimonio clandestino,quod in secre-
tis domus & camerę dictę quundã illustris Marchionissę
contractũ fuit.Testis.n.domesticus etiam pro domestico
admittitur ad probandum ea quæ domi geruntur, q̃m illa
melius & magis certò scire præsumuntur domestici,& fa
miliares, q̃ alij quique,ideò probãt illo casu. licet aliàs re-
pellerentur.ita not.in l.consensu.C.de repud.no.Io.And.
in add.ad Spec.tit. de teste.§.1. vers. Item ꝙ domesticus.
Bart.in l.si quando.ad fi.C.vnde vi.& est bo.tex.in l.quo-
ties.quem ad hoc ibi not.Bar.C.de usufr.li.11.& in c.ve-
niens extrà,de testib.& in terminis videatur Ant.de But.
in ca.3.loco.ext.de proba.& cons.24.incip.quæstio vulga
ta dubia habet,&c. & omnino do.meus Hipp.consi.102.
inci.pauci sunt dies, &c. & aliunde impedit testes prædi-
ctos repelli(etiam si familiares fuissent illustris Marchio-
nis prædicti tempore quo deposuerunt) ꝙ sint personæ
valde honestæ,& bonæ vitę & cõditionis,cuiusmodi te-
stes admittuntur,nec eis aliqualiter minuitur de fide pro-
pter familiaritatẽ vel domesticitatem, vt habetur in c.lite
ris.sæpeall.vbi bo.tex.per quẽ ita tenet Inn.ibi.Ita etiam
notant Bal.& Sali.in l.2.C.de testi. & hoc etiã voluit gl.3.
q.1.in summa.quam ad hoc allegat Io.de Ana.in ca.cùm
oporteat.ext.de accusa.refert & sequitur do.meus Hip.in
l.1.§.ad quæstionem.post princ.versic.limita etiam hunc
tex.vbi multa ad hoc propositũ accumulat.ff.de quæstio-
64 nibus.† Et cap.primũ suprà allegatum,de consang.& affi.
loquitur (vt est dictum) q̃n agitur de dissoluendo matri-
monium, & non bene infertur ad casum nostrũ, vbi agi-
tur de probando matrimonium.cùm.n.in casu d.c.1.fuis-
set contractũ matrimoniũ & copula secuta, non sint om-
ni exceptione maiores, sicut etiã vbi agitur de reproban-
do instrumentũ.d.l.optimam.& d.§.item verborũ.cuius
dicti ratio est, q̃m vbi agitur de probando illud quod ha-
bet præsumptionem in contrariũ, probationes clariores
requiruntur, vt not.in c.quia verisimile.& ibi Abb.extrà,
de præsumptio. Satis est.n. probatio ordinaria ad proban-
dum matrimonium, cùm solus sufficiat consensus etiã in
matrimonio clãdestino(vt suprà dicebamus.)& no.Abb.
in d.c.1.de cland.despon. & quia iura quæ loquũtur in ma
trimonio,etiam locũ habent in matrimonio clandestino,
vt prosequitur abundè Io.de Imo. cons. mihi 125.inci.in
causa quæ vertitur,&c. Si.n.solus consensus sufficiat,ergo
nõ requiritur extraordinaria probatio,quia tũc solus con-
sensus nõ sufficeret. & quia matrimonium clandestinum
obligat etiam in foro animæ. vt ergo peccatũ euitetur,fa-
uorabilis videtur etiam probatio clandestini matrimonij:
quia fauorabilis est dispositio per quã animę saluti cõsuli-
tur.auth.sacramenta puberũ.C. si aduersus vendi.not. Io.
And.& doc.in c.ex tenore.extrà, qui filij sint legi.& gl.in
d.c.literis.bene ponderata non meretur in contrariũ alle-
gari. Dicit.n.Nota in separãdo matrimonio præcipuè ad-
mittendos esse testes, qui sint probatæ vitæ & opinionis.
vt c.ex literis.extrà,de consang.& affi. Verbum.n.præci-
puè,sequentia & non pręcedẽtia verba respicere videtur,
ꝙ præcipuè testes omni exceptione maiores admittũtur.
& sic non negatur,quin etiam alij admittantur.& hoc mo
do probat contrarium eius ad quod allegatur.

Præterea dato ꝙ etiam in probãdo matrimonio testes
omni exceptione maiores requirerentur, vt prætenditur
ex aduerso, licet iure nõ probetur, hoc esset fortè q̃n duo
soli testes producerentur. In casu aũt nostro plures testes
producti sunt,per quos verificatur, & militant & cõcur-
runt aliæ coniecturæ & pręsumptiones multę,quę dictas
probationes & testium dicta coadiuuant. Vnde conclu-
dendum videtur ex talibus depositionibus testium fuisse
legitimè probatũ matrimonium sæpedictum, per ea quæ
not.Flor.in l.3.§.eiusdẽ.ff.de testi.& hoc maximè, ex quo
agitur de probando matrimonium clandestinũ,& de no-
cte contractum, quo casu dici potest admitti debere te-
stes etiam si aliàs repellerentur. vt not. Alex. consil. mihi
111.incip.visis & discussis,&c. ad fin.vol.2.& cons.156.
incip.viso,&c.col.4.vers.posset etiam responderi. vol.5.

Nec facio vim ꝙ d. matrimonium contractum fuerit
contra sæpedicti Alphonsi patris illustris do. Mariæ vo-
luntatem,q̃m in processu non constat.de quo etiã si con-
staret, non propter hoc redderetur hmõi matrimonium
nullum,vt voluit Io.And.in c.statutum. el primero. vers.
& facit hæc decretalis,&c. de hær.li.6.in nouella,vbi con
cludit, ꝙ leges q̃ cõsensum patris requirũt in contrahẽdo
matrimonio,sint correctę.& multo magis statuta vel cõ-
stitutiones principum.vt no.Fel.post.Abb.,& alios in c.1.
de spons.& omnino do.meus Phil. Dec.qui multa ad hoc
accumulat in cõsi.231.inci. viso casu proposito,&c. in 1.
dub.,vbi concludit, ꝙ licet filia contra patris voluntatem
nubat,nõ tñ ob hoc poterit exhæredari.quod consiliũ ad
hoc propositũ est multũ notabile, & singulare.& ita etiã
65 resolui suprà cons.38.nu.1.& seq.† Apparet etiam plus-
quam sufficienter ex processu dictos illustres coniuges so
lenniter matrimoniũ hmõi contraxisse,& illud in sanctæ
matris ecclesiæ facie celebrasse, cõtra quod quidem ita vt
dicitur celebratũ ex aduerso obijcitur ꝙ celebratum fue-
rit in fraudem matrimonij per d.do.Mariam (vt præten-
ditur ex aduerso) cum præfato Petro Ruiz contracti, &
lite super hmõi matrimonio indecisa pendente. Dico.n.
non ob hoc vitiari ita contractũ matrimonium,etiã si di-
camus illud tunc primum, & non antea contractũ fuisse.
ad hoc est text.in c.cùm apostolica. & ibi Abb. per illum
tex.ext.de sponsal.bene fateor ꝙ illo casu deberet secun-
dum hoc matrimoniũ contra prohibitionẽ ecclesiæ con-
tractum sequestrari,prout not.Io.de Imo.d.cons.125.al-
legat tex.in c.lator.& ibi gl.singularis. & Abb.post Host.
ext.de re iud.& not.Gemi.cons.76.inci.super 1.dub.&c.
66 † Nec facit, ꝙ dicatur esse contractum in præiudicium d.
matrimonij quod Petrus Ruiz cum d. do. Maria contra-
xisse dicitur.Nec.n.constat sufficienter de d.matrimonio.
cum.n.appareat ex processu fratres esse patrueles d.Petrũ
Ruiz,& illustrem do.Mariam sępedictã,filiosq; duorum
fratrum esse, & non apparet,legitimè de dispensatione, vt
infrà monstrabimus,saltẽ nõ constat ꝙ ad vtriusq; suppli
cationẽ fuerit concessa: cùm tñ certo certius sit, ꝙ debet
interuenire mandatũ speciale ad dispensationem obtinen
dam super matrimonij impedimẽtis, vt not. abundè Cor
setus sing.174.inc.in impetrãda dispensatione.sub verbo,
mandatum. & aliàs non apparet ꝙ contrahentes prædicti
sciuissent dispensationẽ obtentam. Quamuis.n.fuerit per
d.magnifi.Antoniũ articulatũ in articulis quos primo lo-
co obtulit,q. die 20.Iunij,1504. sæpedictus Petrus Ruiz
matrimonium in facie matris ecclesię cũ dicta illustri do.
Maria contraxit,& ꝙ episc.Burg. eorum patruus bullam
dispensationis ostẽdit quã in suis manibus tenebat, prout
deponunt

deponunt testes aliqui per dictũ magnificum Antonium
præsentati:attamen nõ probatur ex eo dicta dispensatio.
nec enim dicit aliquis testiũ ꝙ fuit dispẽsatio, sed ꝙ Epi-
scopus Burgensis dicebat esse dispensationem illas literas
quas in manibus tenebat. Et si dispẽsatio quæ fuit in pro-
cessu producta, sit illa quæ concessa fuit, certè non fuit illa
quam Episcopus prædictus ostẽdebat, de qua testes prę-
dicti deponunt:qm̃ illa quæ fuit in processu producta, ex-
pedita est sub annulo piscatoris:illa autem quam tenebat
Episcopus (vt dicti testes deponunt)erat bulla plumbea:
& sic non fuit illa quę est in processu, & de alia non con-
stat. & aliàs clarum est ꝙ testes qui deponũt se vidisse in-
strumentum, non deponunt tenorẽ illius, nisi etiã dicant
se legisse. vt not.doct.in c.cum olim.lo.1.extrà, de priuil.
not.Bart.& doct.in l.sicut.C.de fide instr.& Ang.in auth.
de tabellio.in princ.col.3. & ita etiam in facti contingen-
tia resolui suprà cõs.107. nu.5. Quinimo etiã si dicerent
testes se legisse bullam illam, non tamen probarent scien-
tiam dictorũ contrahentium, cùm nõ deponant ꝙ fuerit
lecta coram dictis contrahentibus. & hæc sunt vulgata &
67 nota in iure.† Præterea posito pro ficto ꝙ de pręmissis ap
pareret, & non de præcedenti matrimonio clandestino,
esset nihilominus dictũ matrimonium cum Petro Ruiz
contractum nullũ:cum ex processu cõstet dictã illustrem
do.Mariã minis, & verberibus, & longa carceris macera-
tione coactam à patre, vt d.matrimoniũ cum Petro Ruiz
prædicto cõtraheret. & certę minæ, carcer, & verbera su-
prà allegata nedũ probantur, verùm etiã ꝙ hac causa fue-
runt inflicta, de quibus deponũt Theresia del Castillo, &
Didacus Valdes, super a 5.art.eorũ, quos illustris Marchio
in causa matrimoniali produxit: & Io. de Velastegui pa-
ter, & Io.de Velastigui filius, testes per dic.Fõseca in causa
matrimoniali prædicta producti & præsentati sup art.44.

Et certè probato metu prædicto sequitur ꝙ dictũ ma
trimonium tanquam meticulosum non valeat, etiã si per
vnum solum testem probatus esset metus: & de spõtanea
voluntate plures alij testes deponerent. vt not.Bal.in l.ob
seruare.§.proficisci.ff.de offi.procons.& lega.& Roma.in
repeti.rubric.ff.de arbitris.colu.9.& aliàs est regulare, ꝙ
duo testes qui de metu vel coactione deponũt, præferun
tur etiam mille testibus qui de spontanea voluntate depo
nunt. vt notat Inn. in ca.super hoc extra, de renuntia.do.
meus Iason in l.interpositas.C.de transactionib.do.meus
Philip. Dec.in regula, in omnibus causis.ff.de regulis iur.
not. Paris de Puteo in suo tract.syndicatus, ca.quia sæpe
judices: fol.98.& Ant.Cors.singularib. suis, sing.360.inc.
mille testes sub verb.testis 10. & ita in facti contingentia
resolui suprà cons.14.nu.7.in cons.autem meo 105.nu.9.
vers.vlterius allegatus est, probo matrimoniũ metu con-
tractum esse nullum: vt in princ.versi.huius dicebam: &
infrà latius prosequor. Et licet arbitrarium esse dicatur qñ
iustus metus fuerit necne.l.3.ibi, huius rei inquisitio iudi
cis est.ff. ex quibus caus.maior.doctor.post Inn.in c.cùm
dilectus.in gl.in ver.curialiũ.ext.ꝙ metus causa.& Anch.
cons.299.inci. visa facti narratione, &c.vbi etiã dicit me-
tum probari ex indicijs & præsumptionibus. ꝙ etiam vo
luit Bal.cons.26.incip.punctus, &c.vol.3. & in l.si quis in
hoc genus.versi.adde tñ vnum.C.de episc. & cler. & Bar.
in l.de pupillo.§.si quis ipsi Prętori.ff.de noui op.nuntia.
q.9.& Alex.cons.48.incipiente, quoniam per excellentis-
simum, &c.volum.quæst. attamen minor metus in mu-
liere, & minor in puella tenera sufficit, quàm in masculo.
vt dicit do.meus Dec.præallegatus in dicta regula, in om
nibus causis.& Socin.in cons.273.colu.3.& 4.vol.2. & ita
etiam in facti contingentia resolui suprà cons. præall.14.
68 nu.6.& 7.& 105.& consi.117.nu.2.& infrà nu.69.† Nec
fuit opus ꝙ d.do. Maria protestaretur ante contractum
matrimoniũ. sufficit.n.ꝙ metus probetur, licet non fuerit
protestatum. vt not.Bart.in l.2.§. ꝙ diximus.ff.si quis cau
tionibus. vbi etiam Alex.in fi.idem Alex. in l.qui alien.§.
Celsus.ff.de acquir.hęred. vbi dicit esse satis, ꝙ tultus me-
tus probetur. & ita etiam not.Paul.de Cast.cons.21.incip.
in causa desertionis, &c.ad fi.vers.Nec videtur obstare. &
Franc.de Aretio cons.mihi 163.inci.verum est ꝙ Comi-
cus ait. &c. & do.meus Philip. Dec.in dicta regula, in om-
69 nibus.ff.de reg.iur. † Nec obstaret ꝙ non probatur illatus
metus.aut verbera paulò ante cõtractum matrimonium.
est enim satis ꝙ probẽtur ad illum effectum præcessisses
& illo casu præsumeretur ad hoc durare. vt not. omnino
do.meus Hyp.in sua pract.criminali.§ expedita.ad princi
pium.idem in l.furem.vers.6.C.ad le.Cor. de Sica.& hoc
tenet expressè Bal.in l.2.C.ꝙ metus causa. vbi col.2.vers.
sed nuæro, &c.cõcludit, ꝙ post metum illatum ex aliquo
sequẽti actu etiam ex interuallo nunquã purgetur metus
eadem causa metus durante, & subsistẽte. ꝙ dictũ refert,
& sequitur Alex.in præall.cons.48.& And.Siculus consi.
54.col.14.volu.1.& tenet expresse Ang.in d.§. Celsus. &
Bart.in l.si ob turpem.ad fi.ff.de cõdi.ob turpem causam.
versi.& ideo in quæstione, &c.vbi ponens quæstionẽ de
muliere à marito verberata, ꝙ ipsa consentire nollet cui-
dã contractui, concludit ꝙ licet ex interuallo postea con
sentiat, videtur metu mariti cõsensisse. & hoc notat Abb.
clarus in c.accedens.in 3.notab.ext.de procu.dicens illum
qui tenetur aliquem libertati restituere, non satisfacere, si
relaxat eum simpliciter in suo territorio: quia dum est in
territorio illius, non dicitur esse in libertate: cùm de facili
possit retineri. allegat c.fi.ext.de restit.spol. & notat Bart.
in l.qui carcerem.ff.ꝙ metus causa. vbi dicit illum qui est
in carcere dici nõ posse relaxari, si ducatur extra carcerem
& habeat custodẽ. Et ita refert, & sequit do.meus Hipo.
in sua prędicta practica criminali.§.attingam.nu.16.vers.
sed iuxta ꝑdicta, &c.vbi multa singularia dicit ad hoc pro
positum. & notat Anch.abundè præall. cons.299.ad finẽ,
vbi concludit, ꝙ satisdatio facta per metum locũ non ha-
bet, licet postea facta fuerit ex interuallo executio in bur-
go.S. Dominici: quia locus ille erat sub dominio domini
Othonis qui metum intulerat Parmæ: vnde persistente
eadem causa timoris non purgabatur metus. & per hoc ap
paret ꝙ testes d.dñi Fonseca non probant concludenter,
ꝙ d.do. Maria qñ cũ Petro Ruiz matrimonium contra-
xit, non erat detẽta, sed erat in sua plena libertate: ex quo
ipsa erat in fortalicio de Alahejos, in quo fuerat antea de-
tenta, ꝙ erat de dominio sui patris. Et maximè quia deti-
nebatur ob illam causam domina Maria mater eius, quæ
etiam tempore litis motæ super causa matrimoniali ad-
huc erat detenta per dictum Alphõsum maritum suum,
& patrem dictæ illustris do. Mariæ. Vnde succedit doctri
na Cardinalis cons.mihi 137.incip.redemptoris omnium
qui est Rex regum, &c.vbi concludit ꝙ promissio facta
à Rege carcerato, & confirmata per eum postquam liber
tati restitutus est, dimisso tamen in carcere eius filio, non
validatur, aut confirmatur, etiã si facta fuerit confirmatio
illa per dictum Regem existentem in suo regno, etiam si
cum iuramento promissionem per eum factam in carce-
re approbasset: quia suberat eadem causa timoris propter
dictum suum filium, per l. isti quidem.ff. ꝙ metus causa.
& l.fi.C.de curatore furiosi. & præmissis accedat decisio
Calderini, consi.1.in titu.ꝙ metus causa. vbi concludit ꝙ
mulier quæ monasterium intrauit per metũ, licet in mo-
nasterio per annos plures perseuerauit, nõ tñ videtur esse
purgatus metus: quia durat eadem causa metus, ꝙ scilicet
dominus ciuitatis qui compulit eam monasterium ingre
di, viuebat. & pro illa decisione est casus in c.accedẽs.ext.
de cõuer.cõiug. Ad ꝙ aggregat multa And.Sicu. in præ-
all.consi.54.col.13.& 14.vol.1.& cons.vlt.col.11.& seq.
vol.2.& Fran.de Aretio cons.14.incip. viso & diligenter
considerato themate.colum.9. versic. sed sessat nunc vi-
dere.& Alex. consil.1. volumine 3.

Et certè cùm minor metus requiratur in muliere, &
adhuc minor in puella tenera, quàm in masculo: vt suprà
dicebam nu.67. nullus autem negauerit carcerẽ, flagella,
verbera, & minas, quinimò corporis cruciatus quos illu-
stris

stris do. Maria prædicta perpessa probatur in processu, iustum induxisse metum, nedũ in puella tenera, & delicatè nutrita, verumetiam in quocunque masculo. & certè mirum est quomodo potuerit tanto tempore illa tolerare quòd ex solo illorum terrore statim non succubuerit, & patris acquieuerit voluntati.

Nec omitto probatum esse in processu ꝙ illustris do. Maria sæped. à regina Elizabeth. sæpedicta persuasa est ꝙ patris acquiesceret voluntati, & nuberet cum dicto Petro Ruiz dimisso sæpedicto domino Marchione. Vnde dici potest, (etiam supradictis cessantibus) dictã do. Mariam metu Regum catholicorum ad cõtrahendum cum d. Petro Ruiz inductam. cùm etiam simplex præceptum Regis iustum inducit metum. vt est glo. in ca. conueuior. 33. q. 8. & not. Ioa. Andr. c. fi. ext. qui cleric. vel vouentes, &c. & Alex. consi. 16. incip. ponderatis narratis, &c. ad fin. vol. 5. Quinimò Felinus c. 1. ad princ. ext. de offi. deleg. voluit, ꝙ principum blanditiæ instantissimæ iustum metum inducant. ꝙ etiam voluit Barb. c. nam concupiscentiã. versi. 20. extrà, de const. & c. mandatum. ad princ. extrà, de rescript. & Philip. Dec. consi. 219. ad principium.

Et licet suprà dixerim, non esse necessariam protestationem ad irritandum actum metu factum, attamen adiuuãt protestationes & reclamationes quas postea d. do. Maria fecisse probatur (licet clandestinæ fuerint) saltem contra dictum Petrum Ruiz, qui causa fuit, ꝙ metus inferretur. pro quo est text. in l. metũ. §. sed licet. ibi, nisi ipse hanc vim sibi, &c. ff. ꝙ metus causa. & suprà cons. 151. in fine resoluebamus. & hoc maximè, ex quo dictæ reclamationes tam in iudicio quàm extra factæ fuerunt & sciente dicto Petro Ruiz.

Ex quibus in vnam massam congestis concludimus validum esse matrimonium ꝙ illustris do. Maria sæpedicta cum illustri Marchione contraxit. de quo legitimè apparet, etiam priusquam cum dicto Petro Ruiz diceretur matrimonium contraxisse. de quo quidem matrimonio ꝙ Petrus Ruiz prædictus cũ illa dicitur contraxisse, non constat, saltem validè. & in consequentiam resoluitur dictam illustrem dominam Marchionissam, tãquam neptem legitimam & naturalem dicti quondã Alphonsi media persona dictæ do. Mariæ matris suæ, debere ad huiusmodi
70 maioricatũ admitti: vt suprà no. 59. resoluebamus. † Consequens est tertium dubium absoluere, quo quærebatur vtrum sententia per indelebilis memoriæ Elisabeth Reginam lata, illustri Marchionissæ præiudicet, dato ꝙ d. domina Marchionissa vocata esset ad maioricatũ prædictũ, prout suprà concludebamus, ita ꝙ ab huiusmodi iudicio repellatur? & certè dubium hoc parum videbatur habere difficultatis: quoniã fundata fit illustris partis huius intentio in rubro & in nigro, C. res inter alios acta. & plura sũt necessaria ad hoc ꝙ huiusmodi sñia d. dom. Marchionissę præiudicet: quæ in illo iudicio non interuenerunt, vt infrà docebimus, de quibus in l. 1. & 2. C. quibus res iud. nõ nocet. & in l. sæpe. ff. de re iudi. & c. 1. ext. eodem. & quæ ponit abundè Fel. in c. cùm Berth. col. 9. extrà, de re iudic.
71 & diffusè per Bolog. cons. 77. per totum. † Et inter cætera clarum est ꝙ sententia lata contra aliquem non præiudicet tertio, si lata sit dolo vel culpa eius contra quem fertur, vt quia collusit, vel litem malè instituit, vel per incuriam aut dolum, aut illius absentiam lata fuerit, vt voluerunt Io. de Imol. Panor. & alij. & nouissimè Fel. in c. cum super. ext. de re iudic. & not. Bart. in d. l. sæpe. doct. in l. si perlusorio. ff. de appel. arg. l. qui repudiãs. §. fi. ff. de inoff. testa. & l. si ideo & l. si per imprudẽtiam. ff. de euict. & refert, & sequitur Philip. Cor. cons. mihi 261. inci. de duobus principaliter. in litera a. la 2. versi. & in super &c. vol. 4. Ita etiam Felin. in d. c. cùm Berthol. extrà, de re iudicata. Rom. cons. mihi 349. incip. præsens consultatio, &c. ad fin. & do. meus Hip. de Marsi. qui refert & sequitur in l. in fans. nu. 20. versi. circa tertium dubium. ff. ad legem. Cor.
72 de Sica. † Vbi etenim sentẽtia contra aliquem non comparentem vel absentem, præsumitur etiam magis lata ratione contumaciæ, quam ex defectu iuris, vel ꝙ ipse absens iniustam causam haberet. per tex. notabilem in d. l. si ideò. ff. de euictio. & probat text. in l. Papin. §. meminisse. & in l. qui repudiantis. ff. de inoffi. testa. & not. Car. in cle. 1. col. 4. de re iudi. & Feli. abundè in d. c. cùm Bertoldus. vbi gloriatur ꝙ ita regulã hanc examinauerit. & do. meus Hipoly. qui multa ad hoc accumulat, in sua pract. criminali. §. postquam nu. 51. vers. & facit etiã ratio. & sequenti. Idem cons. 134. versi. pro quibus faciũt. vol. 2. vbi dans huius dicti rationem dicit, ꝙ contumacia dicitur ficta, & non vera probatio. allegat Nellum in suo tract. bannitorum. in prima parte primi temporis. q. 1. ad fi. & Areti. in suo tract. maleficiorum. in sua gloss. in ver. qui iudex videns, &c. vers. quæritur an tale statutum. vbi multa ad hoc allegat. & subdit ꝙ contumacia nõ est verum sed fictum delictũ. allegat Bar. in l. multis. C. de appell. & in l. si filio. la 2. ad fi. ff. sol. matr. & Io. de Imol. in l. pen. §. ad crimen.
73 ff. de pub. iudi. † Vlterius nedum interuenit absentia dicti Alphonsi, verumetiam ex parte ipsius simulatio & collusio detegitur ex multis, quæ sententiam illam regiam nullam reddunt. Attendamus ergo ꝙ etiã si dictus Alphonsus grauatus fuisset maioricatum illũ Antonio fratri suo restituere si absque filijs masculis decederet, attamen huiusmodi substitutio vel grauamẽ locũ non habebat quandiu ipse Alphõsus viueret, nec illi potuit quæstio moueri super huiusmodi bonis, quoniam vsque ad vltimum vitæ illius exitum potuit masculos (si illos duntaxat esse vocatos fingamus) habere, & sic tẽpus mortis ipsius Alphonsi conditionem induxit. l. cùm hæres. ff. quando dies legacedat. & l. hæres meus. ff. de condi. & demon. Conditio etenim in tempus mortis apposita verificata nõ videtur, quãdiu aliquid superest vitę. vt no. in §. deinceps. in auth. de nupt. & not. in simili Oldr. cons. mihi 339. incip. ad habẽdam, &c. vbi resoluit, ꝙ per donationem factam alicui si donator absque filijs moreretur, dominium & possessio non fuerunt in donatarium translata (etiam si fuerit in huiusmodi donatione clausula constituti apposita) ante tempus obitus donatoris, quia donatio cõditionalis fuit, & ante purificatam cõditionem (quæ per donatoris obitum duntaxat purificari potuit) donatio & clausula constituti tanquam accessoria locum non habuerunt. vt dicit Oldr. vbi supra. allegat text. in l. si absenti. §. 1. ibi, neque aliter accipiẽtis fiunt, quàm si conditio extiterit. ff. de acquir. poss. & facit text. in l. cedere diẽ. ff. de verbo. signifi. & in c. super eo. & vtrobique doct. extrà, de condi. appo. & ita in facti contingẽtia resolui suprà consi. 53. nu. 61. &
74 cõs. 60. n. 15. vbi latius examino. † Natura etenĩ cõditionis (siue tacita fuerit, siue expressa) est suspendere. ita ꝙ priusquam eueniat conditio, nõ sit actus ille in esse productus, nec effectum aliquem sortiatur. l. cedere diem. prę a l. l. sub conditione. ff. de cõdict. indeb. l. 1. ff. de regula Catho. sequitur ergo eis ꝙ suprà dicebamus veritas. s. ꝙ Alphonso non potuit quæstio moueri super huiusmodi bonis, sed obitus illius expectari debuit, etiã si fingamus solos masculos illius, & non fœminas admitti debere. cuius tñ contrarium suprà passim monstratum est. & videatur gl. singularis in l. item quia. in verb. petitur. ff. de pact. quã Albe. de Rosa. & Alex. ibi dicunt esse singularem ad hoc, ꝙ conditio etiam tacita impedit ortum actionis & obligationis. Idem Alex. Imol. in l. 3. ff. de leg. 1. & Bal. in c. significasti. ext. de elec. idem do. meus Iason post Ro. in l. 2. §. creditũ vbi alleg. Ro. in vers. post nuptias. ff. si cer. pet. & idẽ Iason in d. l. itẽ q a. & refert, & sequit do. Dida. de segurà in repe. l. s. §. si vir. ff. de acq. pos. fo. 85. col. 5. vers. nec obstat, &c. similiter si attendamus ꝙ in illo iudicio non cõparuit Alphonsus per se, vel legitimum defensorem, & ꝙ tpe quo dictum iudicium cœptũ, est tunc erat publicatũ dictũ matrimonium illustris dñæ Mariæ filij d. Alphonsi & Marchionis de Zenete sæpedicti: cui quidẽ matrimonij d. Alphonsus aduersabatur. & ꝙ tpe quo dictũ iudiciũ cœptũ est, Al-

est, Alphonsus prædictus infestissimè oderat d. do. Ma-
riã, ꝙ nupsisse diceretur cũ illustri Marchione prædicto,
cùm ipse vellet & curasset, etiã adhibitis blãditijs, & po-
stremò minis Regũ Catholicorũ ꝙ ipsa nuberet cum d.
Petro Ruiz cõsobrino suo, dictiq; do. Antonij filio: & po
stremò ꝙ in dicta causa nihil fuit pro patre d. Alphonsi,
& minus filiarũ suarum prædictarũ dictũ vel allegatum,
inficiabitur nullus ex præmissis probatã esse simulationẽ
& collusionẽ ac fraudẽ quæ ex parte d. Alphonsi interue
nit: per ea quæ not. in simili Bolog. cons. 25. col. 2. And. Si
cul. cons. 27. vers. 61. vol. 1. & cons. 72. post. princ. vol. 3. &
Matthæus de Afflictis in suo tract. de iure protomileos.
75 in gl. in ver. nisi quis. col. 4. † Nec facit si dicatur conditio-
nẽ illã (si Alphõsus videlicet absque liberis masculis dece-
deret: quã suprà dicebamus attendendam esse, vt conueni
ri posset aut cogi ipse Alphonsus bona contẽtiosa restitue
re) purificatã fuisse post ipsius Alphonsi absque masculis
obitum, & ideò retrotrahi conditionẽ illam ad tẽpus sen-
tentiæ: vt in simili cõcludit Old. in d. cons. 139. Dico. n. ꝙ
hoc fieri non potuit præiudiciũ illustris Marchionissæ. vt
not. Bar. in l. si indebitum. §. si procur. & in l. bonorum. ff.
rem ratam haberi. & est gl. in regula ratihabitionem. lib. 6.
quã ad hoc allegat Alex. cons. 78. inci. viso, &c. col. 3. vo. 5.
& tradit Bart. in l. res alien. in princ. ff. de pigno. act. & not.
Card. in c. ad petitionem. ext. de accus. per c. super eo. ext.
de offi. deleg. & in c. ex multiplici. & vtrobique doct. ext.
de dec. & ad hoc facit ꝙ not. Alex. cons. 25. inci. viso testa
mento, &c. col. mihi 2. vers. preterea posito, &c. vol. 3. vbi
dicit, ꝙ implementũ conditionis postea secutæ non trahi
tur retro ad tẽpus celebratæ donationis. allegat l. quidã cũ
filium §. fi. ff. de verb. obli. & ad hoc propositũ accumulat
multa do. meus Philip. Dec. cons. 247. inci. in causa magni
76 fici baronis Danes, &c. in 1. dub. † Attendatur etiã ꝙ licet
ius actoris superueniens ex causa de præterito pendente
iudicio sibi prosit ad victoriã obtinendã, nõ tñ est verum
vbi ius (maximè personale) post latã sententiam superue-
nit: vel vbi ex causa de futuro prouenit. vt not. Bar. in l. nõ
potest videri. vbi etiam doct. ff. de iudi. & ibi etiã glo. not.
doct. in c. Abbate sanè. de re iudi. li. 6. & Bart. in l. & an ea-
dẽ. §. actiones. ff. de except. re iudi. Ius etenim futurum, &
tractus futuri temporis nõ spectãt ad iudicem: nec potest
in iudicio regulariter deduci. l. non quemadmodum. ff. de
77 iudi. & in l. 1. in fin. ff. de vsu. cũ similibus. † Sequitur ergo
ex præmissis ꝙ huiusmodi sententia Regia illustri Mar-
chionissæ nõ præiudicauit, sed nec illustri eius matri. ex
quo maximè citata non fuit: cùm tñ dictæ sententiæ latæ
tempore ius esset d. do. Mariæ quæsitũ. quoniã videmus
ꝙ priuilegia & dispensationes non nocent eis quibus ius
quæsitum est non citatis. vt declarant do. Anto. & Abb. c.
at si clerici. §. de adulterijs. ext. de iudi. & concludit Bal. in
l. rescripta. C. de precibus impe. offer. & in l. 2. C. de iur. &
facti igno. & not. Paul. de Cast. & moder. in l. Gallus. §. &
quid si tantum. ff. de lib. & posth.

Et corollariè infertur ex præmissis, ꝙ si dicamus regi-
næ Elisabeth non esse propriè sententiam, sed interpreta
tionem voluntatis Archiepiscopi constituentis maiorica-
tum, (vt verba illius sonare videntur) attamen citari de-
buerunt d. quondam Alphonsi filiæ: prout not. Bal. in l. a.
C. de tempo. appell. vbi Bal. ad literam dicit, ꝙ citatio par
tis licet nõ sit necessaria in concessione rescripti. Attamen
in processu ad vlteriora requiritur, vbi maximè ex tali in-
terpretatione læderetur. Sic etiã vbi rescriptum aut pri-
uilegium cõtrouersias decidunt, vel sunt decisiones actus
contradictorij iudicij, requiritur citatio partium quæ læ-
di possunt. vt not. Bal. in c. cùm olim. ext. de re iudi. refert,
& sequitur Soc. cons. 266. inci. in causa quæ vertitur inter
c. &c. col. mihi a 2. ver. nec obstat si dicatur prædicta pro-
cedere, &c. vol. a. Ita etiam notat Anch. & Io. de Imol. in
clemẽtina pastoralis. de re iudi. col. 5. in cle. 1. col. antepen.
de iureiur. dicentes, ꝙ papa nõ potuit declarare quandam
domum priuatã pauperum esse hospitale publicum parte
non citata. per l. de vnoquoque. & quæ notant. ibi. ff. de re
iudicata. & ita etiam tenuit dom. meus Philip. Dec. consi.
416. in fine. vbi voluit expressè requiri citationem in de-
78 claratione quæ fit à principe. † Omitto ꝙ declaratio & in
terpretatio cum debeat esse ea positiua, nõ autẽ perimens
& annullãs, vt dicit Bal. in auth. qui semel. col. mihi 3. ver.
sequitur videre. C. de proba. allegat text. in c. cùm dilecti.
extrà, de accusa. non potuit huiusmodi declaratio per re-
gium consilium fieri, vt suprà dicebatur in 1. dubio. cùm
etiam fuerit d. Archieps clarè & apertè locutus, nominan
do eos qui succederent in dicto maioricatu. Vnde volun
tas defuncti declarari non potuit ad detrahendum verbis
illius. l. si alij. ff. de vsufru. lega. & notat Bald. in l. cũ virum.
C. de fideic. & in l. precib. C. de impub. & alijs substi. dicẽs
errari sepius in coniecturando mentẽ defuncti, cùm illius
animum non videamus. inferens in authentica, nisi roga-
ti. C. ad Trebellianũ, ꝙ qñ testator seipsum declarat, nun-
quã recurritur ad interpretationẽ & glo. legis. quãquidem
interpretatio omnis in casu claro dicitur esse calumniosa.
vt per gl. & doct. in l. quicquid astringẽdæ. ff. de verb. ob-
79 lig. † Ex quibus infertur corollariè ꝙ cùm finalis & im-
pulsiua causa propter quã ita fuit declaratum in fauorẽ d.
Antonij fuerit, ꝙ soli masculi descẽdẽtes ex masculis per
lineam rectam Ferdinandi fuissent ab Archiepiscopo pre-
dicto vocati (cuius contrarium esse verum suprà 1. du-
bio monstrauimus) dicitur esse d. sententia ea falsa causa
expressa lata (aut saltem ex erronea.) ex quo capite red-
ditur huiusmodi sententia nulla: cùm certo certius sit ꝙ
sententia lata per errorem ad acta relatum sit nulla (aut
saltem irritanda) etiam si transiuerit in rem iudicatam: vt
not. omnino Feli. in c. quoniã contra falsam nu. 27. ext. de
proba. Idem omnino & moder. in speal. c. cùm Berthol-
80 dus. ext. de re iudi. & c. 1. & c. inter cæteras. eo. tit. † Nec di
catur fuisse satis ꝙ d. Alphonsus de cuius agebatur princi-
paliter interesse, & qui ius habebat de presenti, fuerit cita-
tus, & ꝙ d. Alphonsi filie nõ debuerunt necessariò ad hu-
iusmodi iudicij validitatem citari, quæ (etiam si fœminæ
fuissent ex dicti maioricatus cõstitutione vocatæ) de pre
senti ius habebant, sed solùm in spe. cùm tñ eorum, qui in
spe duntaxat ius habent, citatio non requiratur. Sicut nec
vbi agitur contra hæredem citandus est necessario substi-
tutus in videtur esse textus in l. 1. §. denũtiari. ff. de ventre
inspi. & ita dicit Bartolus præcedere ea quæ habẽtur in l.
filius fa. & diui. ff. de legatis 1. & in l. nihil. §. omnib. eo. tit.
& in l. peto. §. prædium. etiam eod. tit. qñquidem hic vide
tur agi solùm de quadam spe succedendi, quæ nõ dicitur
esse in bonis dictarum filiarum Alphonsi. l. pretia rerum.
ff. ad legem Falcidiam. Ideo Alex. cons. a. incip. visis codi-
cillis, &c. colum. 6. versi. & casum nostrum. volum. 1. te-
net Principem legitimare posse bastardum vt succedat in
feudo in præiudicium agnatorum, quibus feudũ debeba-
tur: per gl. in c. naturales. vbi hoc tenent Bal. & doctores,
in tit. si de feudo fuerit controuersia inter dominum &
agnatos. in vsibus feudorum. Respondeo enim post mo-
der. in preall. l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de li. & posthu.
& post Bart. in l. a. C. de tempo. appell. ꝙ vbi de graui ali-
cuius præiudicio agitur, ille debet citari. & Bart. loquitur
in concessione priuilegij ꝙ est multo minus. & ita respon
det Alex. in d. §. diui. ad preall. §. denuntiari. & addantur
aliæ solutiones & respõsiones quas do. meus Phi. Dec. cõs.
239. inc. non videtur dubitãdum in 3. dub. ad huiusmodi
contrarium adducit. Et Guido papæ in suis decisio. Del-
phi. q. 232. & quas posui suprà cõs. 26. nu. 28. & 50. & me-
lius omnino nu. 82. vbi latissimè cõtrariũ hoc prosequor,
& decido. Et si põderemus ꝙ Alphonso prædicto qõ mo
ueri non poterat super hmõi bonis (vt supra proximè di
cebamus) cùm non esset locus fideicõmisso (si fingimus
fideicõmissum vel admittimus) post ipsius Alphonsi obi
tum, nõ inficiabimur agi principaliter de illustris do. Ma-
riæ præiudicio, quam d. do. Alphonsus prætendebat vo-
catam nõ esse ad maioricatum de quo agitur, & sic prin-
cipaliter

cipaliter dicitur de ipsius do. Mariæ agi præiudicio: iuxta
theoricam domini mei Ias. in l. decem. col. 10. ff. de verb.
oblig. referentis Gemini. post glo. in c. quamuis pactum.
de pactis, lib. 6. Idem Iason in l. ne quicquam. col. 6. ff. de
officio pro consulis & legat. & Felin. in c. cùm M. Ferra-
riensis. col. 15. versic. fallit secundò. extrà, de consti. & in
c. fi. ad princip. extrà, de maior. & obed. Idem Feli. in cap.
cùm olim. col. 9. extrà, de re iud. quam etiam tradit dom.
meus Philip. Deci. in regula, in iure ciuili. ff. de regu. iur.

Nec dicatur in actis apparere de dictæ illustris do. Ma
riæ citatione, quod Alphõsus eius pater fuerit eum suo, cùm
dictarum eius filiarum nomine citatus, & aliàs citatæ fue
runt per edictum ad ianuam cameræ dictarum filiarum
affixum. & aliàs si de illarum citatione nõ appareret, esset
attamen præsumendum illam præcessisse: per gl. & no. in
l. de vnoquoq;. ff. de re iud. & in c. qm̃ contra falsam. ext.
de proba. præsertim ex quo dictæ Alphonsi filiæ in sen-
tentia regia nominãtur. quo casu doct. non vñr dubitare.
Respondeo etenim post Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de ap
pella. & post dñm Anto. & Moder. in d. c. qm̃ contra fal-
sam. quod illud esset verum in dubio, vbi de earum citatione
fieret in d. sententia regia mentio. qm̃ fortè pro hmõi ci-
tatione præsumeretur, sicut in simil. per ostensionẽ acto
rum tolleretur citationis præsumptio. & ad hoc bene fa-
cit tex. in c. vnico. de litis contest. & quod not. Io. And. in
81 add. ad Spec. tit. de sentẽtia. §. vt aũt. versi. & no. &c. † Qui
nimò dici potest ex actis apparere dictas filias citatas nõ
fuisse (saltem legitimè) siue quod citatio ad partis instan-
tiã fieri debuit ad hoc quod sit valida. vt no. Io. And. & doct.
in d. c. qm̃ contra falsam. Bald. in l. consentaneum. C. quo-
modo & qñ iudex & do. meus Hipoly. in d. l. de vnoquo-
que. nu. 139. versi. modò visis prædictis, &c. vbi multa ac
cumulat. ff. de re iudi. siue quod dictas filias ex actis cõstat ci
tatas fuisse duntaxat per affixionem literarum citatoria-
rum ad ianuam cameræ suæ: cùm tñ citatio per edictum
non valeat, qñ facilè citandus põt personaliter apprehen-
di: scd'm qd' voluũt Din. Bar. Bal. Paul. de Cast. Io. de Imo.
& alij in l. 4. §. ait pretor. ff. de dam. infe. & no. Inn. in c. fi.
extrà de eo qui mittit. in poss. causa rei seruãdæ. & refert
& sequitur Phil. Corn. consi. mihi 52. incip. in hac consul
tatione. in litera d. vol. 3. Imò voluit idem Phili. Corn. in
consi. 95. in litera f. eod. vol. quod citatus ad domum non di-
citur verus contumax. Et attẽdatur quod nuntius qui dictas
literas citatorias affixit ostio cameræ dictarum filiarum
refert in sua relatione se statim dictas literas ab ostio præ
dicto amouisse. vnde non dr̃ esse cõpetenter aut legitimè
facta hmõi citatio: vt no. do. meus Phi. Dec. c. ex parte de
cani. col. 4. extrà, de rescri. vbi allegat Bal. & alios, de qui-
bus ibi per eum. refert & sequitur do. meus Hipoly. in d.
l. de vnoquoq; nu. 51. versi. in hac materia, &c.

Et aliàs trina citatio cùm debuerit aut saltem vna per-
emptoria (cuiusmodi quò ad dictas filias non adfuerũt)
vt prosequitur idem do. meus Hipoly. vbi suprà. nu. 158.
versic. vlterius circa principalem materiam. & seq. & de-
beat esse citatio valida ad hoc quod subsistat iudiciũ: vt con-
cludit ibid. nu. 50. vbi allegat gl. in l. si accusatoribus. in gl.
fi. C. de accusa. quam glo. refert & sequitur Bal. in c. 1. tit. de
pace tenenda, &c. & cõsi. 173. inci. præsupposito, &c. vol.
3. intantũ quod nisi citatio valida præcedat, annullantur pro
cessus & sententia subsequens. vt suprà proximè diceba-
mus. & prosequitur idem do. meus Hipol. in d. l. de vno-
82 quoq; nu. 50. versi. modò vltra prædicta, &c. † Nec dicãt
principem ex causa procedere posse parte non citata, vt
est gl. notab. in l. antepe. ex quibus cau. maio. no. do. meus
Ias. in l. 1. ff. de consti. princip. & Socin. consi. mihi 20. ver
sic. memini me aliàs, &c. col. 4. volu. 3. vbi præsertim est
quæstio de sententia principis: quoniam Imperator vel
Princeps si ille superiorem nõ recognoscit, cùm talis nõ
teneatur ad solẽnitatem vel formæ obseruantiam, proce
dere potest viua voce. vt not. glo. singu. in c. fina. in ver. il
lustrium. de re iudic. lib. 6. & c. institutionis. 25. q. 2. & not.
Specu. in titu. de sententia. §. iuxta. col. 3. versic. non valet
etiam, &c. In sentẽtia etenim principis iuris ordo non re
quiritur. vt per. Inno. in c. in causis. extrà, de re iudic. not.
Bal. in c. 1. col. 2. versi. no. snĩam imperatoris, &c. in titu. si
de inuestitura lis oriatur. & Bar. in l. Aemilius. ff. de mino.
& Ang. in l. princeps. ff. de legi. signãter vbi princeps atte
staĩ de plenitudine ptãtis processisse: qm̃ illa clausula pro
cessum nullũ rõne ordinis iudiciarij non seruati validat.
vt not. Abb. in c. cùm olim. col. pen. de re iud. allegat tex.
in c. ad petitionẽ. ext. de accusa. Qñ. n. princeps aliquid fa
cit de plenitudine ptãtis, vr̃ nihil ĩ cõtrariũ opponi posse.
vt no. Bald. in procœ. decret. col. 4. vbi allegat Collecta. di
cẽs non posse dici principi, cur ita facis. vt not. idẽ Bal. in
procœm. feud. col. 9. versi. sed pauca de principe dicamus.
& de plenitudine potestatis procedit (vt prædixi) etiam
parte non citata princeps, secundum Hostien. Ioan. And.
Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in c. in nostra col. pen. ex-
trà de procur. Quinimò voluit Bald. in l. rescripta. ad fin.
versic. 3. quæritur, &c. C. de precib. Imper. offer. & in l. a.
col. mihi 7. versi. item no. quod si papa. C. de serui. & aqua. &
Ang. in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. dicit quod
potest Imperator de plenitudine potestatis etiã sine cau-
sa nobis auferre dominium rerum nostrarum: & qui di-
cunt contrarium, secundum eum mentiuntur.

Accedat quod d. Regia serenitas in snĩa prædicta vsa fuit
clausula, ex certa scientia. & quod factũ est ex certa prin-
cipis scientia, non videtur in dubiũ posse reuocari. vt no.
Bar. in l. conficiuntur. §. codic. ff. de iure codic. in princip.
idem Bar. consi. mihi 169. incip. ciuitatis Camerinæ, &c.
col. 2. & Oldr. consi. 152. inci. factum tale est. col. 4. Qui-
nimò non videtur quis audiendus contra illud quod prin
ceps ex certa scientia facit: sed repelli debet, & est impo-
nendum eidẽ perpetuum silẽtium. Ita posuit notabiliter
Bal. in c. 1. versi. si quis autem. per illum tex. in tit. de pace
Costantię. Ad quod facit qd' de hmõi clausula no. Abb.
cõsi. 84. col. pe. Pau. de Cast. cõsi. 8. incip. viso instrumen-
to. & Alex. consi. 215. incip. nec arguẽdi. col. 6. vol. a. cum
83 similibus. † Ad quæ tamen & alia id genus contraria, quę
prima facie iustitiam dicti magnifici Antonij de Fonse-
ca reddebant apparentem, & dictam regiam sententiam
colorabãt, respondeo huiusmodi sententiam etiam si va
lidam esse fingamus, (cuius contrariũ suprà ostẽsum est)
dictæ illustri Marchionissæ non obstare, quod in contuma-
ciam dicti Alphonsi (vt est dictum suprà proximè) lata
fuerit, & quod nulla interuenit causæ cognitio. cũ sit apertũ
quod ad hoc quod aliquid dicatur esse factũ causa cognita, dẽt ci
tari is qui læditur aut lædi põt. l. in causę. §. causa cognita.
ff. de mino. c. j. ext. de causa pos. & proprie. & quod in suorũ
iuriũ allegationibus & defensionibus audiatur. vt no. So-
cin. consi. 32. col. pen. vol. 1. And. Sicu. consil. 40. versic. 5.
vol. 1. & Bolog. consi. 36. col. 3. versi. 3. facit, &c. & domi
nus meus Iason in l. iudices. C. de iudi. & ita etiam suprà
84 in facti contingentia resolui consi. 88. nu. 31. † Et citatio
(etiam in notorijs) omitti nõ debet, præsertim vbi noto
rium non est ius non competere aduersario, vt per Bald.
in cap. ad nostram. el. 3. extrà, de iureiurã. & prosequitur
dominus meus Hipoly. de Marsil. dicens hanc esse com
munem opin. in sua pract. criminali. §. aggredior. ad fi. &
Francisc. de Curte consil. 20. & 21. per totum, vbi etiam
loquitur in Romano Põtifice. quod etiam tenent Hosti.
Io. And. in eodem papa. in c. vestra. ext. de proc. qd' dictũ
refert & sequitur Alex. consi. mihi 86. inc. visis codicillis.
ad fi. vol. 2. allegat. Bal. in l. fi. ad fi. C. de fruc. & litium ex-
pen. & facit optimè gl. notab. in l. fi. C. de legi. quæ vult quod
principis sentẽtia absq; citatione nulla sit. quã glo. appro-
bat ibi Bal. & Abb. in c. venerabilem. col. mihi 2. versi. no.
tertiò. ext. de elect. & prosequitur abundè do. meus Phil.
Deci. in cap. cùm olim col. mihi 10. versicu. processus pa
pæ. extrà, de re iudicata. vbi dicit, quòd papa (quod est
fortius) non potest contra non citatum procedere etiam
de potestatis plenitudine. ad hoc allegat Abb. in c. primo.

col.a.extrà,de causa posse.& propriet. & text.cle.pasto-
ralis.ad fi.de re iudic.& l.fin.C.de legi.quam etiam opin.
confirmat rationibus & auctoritatibus Franc.de Aretio
consi.mihi 165.incip.sicut Ioannes.col.2.versic.circa se-
cundum,&c. vbi dicit plures solemnes doctores in hanc
sententiam consuluisse.ad quod videatur Soc.in tract.seu
rubr.citationum,artic.7.in prin.Roma.singulari 671.in-
cip.tu scis ꝙ nedum iudex,&c.Alexã.in d.l.de vno quo-
que.col.pen.& Philip.Corn.consi.313.in litera c.volu.4.
85 † Doctores autem suprà in contrarium allegati,loquun-
tur in principe, qui gratiam facit alicui de plenitudine po
testatis:& constat ꝙ illa potestate voluit vti: & de certa il
lius scia sibi prędicare:quia illo casu iura cõtraria loquũ
tur in principe per viam extraiudicialem procedente , vt
per Roma.d.consi.369. incipiẽ.circa primũ &c.5.dubio.
& aliàs loquuntur in principe concedente gratiam , vel
priuilegium.& certè lata est differentia in principe qui iu
diciariè procedit, & in eo qui gratiam vel priuilegium
concedit:quoniam vbi concedit priuilegium, non est de
more nec etiam de iure ꝙ aliquis citetur:quoniam est do
num superioris. & ita resoluit Bal.in l.nam ita diuus.ff.de
adopt. sicut enim solus princeps legem condere potest,
sic & concedere priuilegium nullo citato: quoniam do-
num est superioris, vt dicit idem Bald. in l.fina.C.quibus
res iudi. non nocet. & in d.l.fina.ad fin.C.de fructibus &
litium expen. & in suprà allegato c.cùm olim. extrà, de
re iudica.vbi dicit,ꝙ in impetratione gratiæ nemo citan
dus, (quia est donatio quædam:) & ita etiam dicit Ale-
xan.in dispensatione.consi.mihi 6.incipien.circa proces-
sum.ad fin.dicens , ꝙ in dispensatione quam papa aliquo
casu facit,nõ est opus citare illos quorum interest.allegat
Innoc.in c.nisi cùm pridem.in glo.in ver.indulgeri.de re
nun.Quod tamen dictum Alex.non assero pro constan-
ti.quoniam Francis.de Curte consi.mihi 57.incipien.su-
per memorata, &c.col.mihi 31.versi.6.ex capite,&c.vo
luit etiam in dispensatione & legitimatione necessariam
esse citationem eorum qui læduntur : maximè quando
fit post obitum patris illius qui legitimatur.Idem Franc.
de Curte consil.mihi 49.incipien. memoriæ recolendæ.
col.mihi 75.versicu.tertia resultat conclusio,&c.& Soci.
consi.164.incip. visa bulla Bonifacij.col.antepen.versic.
86 2.ex parte,&c.vol.2. † Præter quæ dico, ꝙ doct.præall.
loquuntur vt plurimum quando princeps aufert ab ali-
quo possessionem,vel quando princeps in causa possesso
rij procederet , non autem quando in causa proprietatis,
vel vbi dominiũ auferret. Causa etenim possessorij cùm
non reputetur esse grauis,aut magna, licet de re maxima
respectu proprietaris agatur, vt no.Bart.in l.admonendi.
col.pen.de iureiur.& doct.communiter in l.edicto.C.de
edicto diui Adria.toll.& dixi remissiuè suprà consi.præ-
cedenti.num.1.ideò communis est sententia,ꝙ princeps
absq; citatione non posset actum facere etiã contra sub-
ditum (etiam in ciuilibus) per quem dominium de iure
gentium sibi quæsitum auferatur , etiam si de potestatis
plenitudine procedat.vt per multa concludit Soci.consi.
mihi 266.incip.in causa quæ vertitur.col.mihi 21. versi.
sed tamen præmissis non obstantibus,&c. vol.a. dicens,
ꝙ illa est communis opin.doctorum & sententia.Et lo-
quitur ibi Soci. in priuilegio,vel rescripto quæ non sunt
mera gratia:subdens,ꝙ quando læderetur aliquis graui-
ter ex interprætatione rescripti, ꝙ citari deberet.allegat
in l.a.C.de tempo.appella.& Bald.in d.c.cùm olim.& di
xi suprà.nu.82.eandem etiam opinionẽ tenuit idem So-
cin.consil.mihi 12.incip.quoniam in præsentiarum,&c.
1.dub.volu.1.qui etiam loquitur in terminis fortioribus,
videlicet vbi de possessione agitur .quam etiam senten-
tiam tenet idem Socin.præall.consi.165.incip. visa bulla
Bonifacij & laudo lato, &c.col.mihi 8.versi. quintus ca-
sus,&c.vol.2.vbi etiam distinguendo contrarietas opin.
ad concordiam reducens resoluit quoad citationem , ꝙ
princeps in iure quæsito de iure gentium aliquem actum

facere non possit contra non citatum, etiam de potesta-
tis plenitudine. quam etiam sententiam tenuit do.meus
Phili.Dec.consi.198.incip.& pro tenui,&c.col.mihi.pe.
versi.non obstat ꝙ Imperator,&c.dicens hanc esse com
munem opin.quam tenuit Bar.in procœ.ffo rum.col.3. &
Abb.& Mod.in c.quæ in ecclesiarum.extrà, de consti.te
nuit eandem idem do.meus Phil.Dec.in regula,id quod
nostrum.ff.de reg.iur.& consi.357.incip.in causa magni-
fici do.Perri.col.mihi 3.versi.à fortiori.vbi multa ad hoc
allegat.& Franc.de Curte consi.49.50.& 51.vbi plenissi
87 mè. † Præterea nõ obstat si dicatur hic agi de fideicõmis
so, quo illustris Marchionissa vocatam se prætẽdit ad ma
ioricatus huius successionem.quod quidem ius fideicõ-
missi fuit à iure ciuili introductũ à diuo Augusto,vt ro-
gatus hæreditatẽ restituere cogeretur,& sic scd'm distin-
ctionem versi.præced.factam,princeps ius hmõi tollere
põt,etiam absq; causa: vt no.Bal.in l.fi.col.a.versi.sed im
mediatè opponitur.C.sn̄iam rescindi non posse.Ange.in
l.Lucius.ff.de euictio.& Pau.de Cast.in l.cùm heredes.in
prin.ff.de acqui.poss.& in l.3.ff.de testa.cũ simil. Respon
deo ꝙ etiã si hic simpliciter de fideicõmisso ageretur(cu
ius contrarium suprà 1.dubio monstraui) attamen in ista
fideicõmisso derogatione ageretur de testamento,impu-
gnando & annullando voluntatem testõris : quod facere
non posset Imperator.l.si testamentum.C.de testa.vbi di
citur ꝙ testamẽtum auctoritate rescripti principis rescin
di non debet.ad quod facit tex.in l.rescripta.C.de precib.
Imperator offe. Testamentum etenim quoad substantiã
illius est de iur.gen.licet quò ad solẽnitates sit de iure ciui
li.ita no.Bar.in terminis in l.interdum.col.3.ff. de condi.
indeb.Eo enim ipso quo gentes esse cęperunt,de suis bo
nis disponebant.vt no.Pau. de Cast.in l. testandi.C.de te
sta.& Fulg.& Mod.in d.l.si testamentũ,vbi dicit se in ci-
uitate Tridentina cõsuluisse, ꝙ Imperator derogare non
possit testamento, cùm sit de iure gen.quod etiam tenet
Sali.ibi refert & sequitur do.meus Phil.Dec.d.consi.357.
versi.prædictis attamen non obstantibus.& pręmissa vi
dẽtur habere minus difficultatis si dicamus agi in vim do
nationis sæpedictæ, & facultatum per catholicos Reges
d.Archiepiscopo cõcessarum, quæ sunt irreuocabiles ex
pacto.l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.3. & l.hu
manum: & vtrobiq; doc.C.de legi.cum similibus.Cùm
enim sit contractus de iure gen.non potest princeps dero
gare his quæ per ipsum sunt introducta, nisi subsit causa
de iure gen.rationabilis,per l.huius edicti.ff.de pac.& ita
prosequitur And.Sicu.per multas col.in c.canonum sta-
tuta.col.mihi 11.versi.& si mihi dicatur,&c.ext.de con
sti.dicẽs, ꝙ licet Imperator sit supra caput iuris ciuilis,est
tñ sub pedibus iuris gentium. vnde subdit ꝙ non potest
Imperator venire contra suos contractus aut conuentio
nes.vnde loquendo in terminis nostris dicit ꝙ sicut Im-
perator non potest auferre dñium rei meę,vt tenent cõi-
ter oẽs in c.quæ in ecclesiarum.eo.titu.de cõsti. sic etiam
non potest mihi tollere obligationem de iure gentium
quæsitam ex contractu suo,& multò minus ex alieno.&
ita etiam resoluebamus in facti contingentia & in arduo
casu consi.26.suprà allegato.nu.26.30.& 73.vbi oĩno.&
præsertim in maioricatu,per ea quæ resoluit Bolo.consi.
mihi 62.inci.Martinus & Maria.1.dub. & alij quos secu
88 tus sum & refero suprà consil.117.nu.4. † Nec omitto ꝙ
vbi princeps ex iusta causa aufert alicui rei suæ dominiũ
de iure gen.(præsertim)quæsitum,tenetur ad recompen
sandum illum,& dare sibi rem æquiualentem,aut solue-
re pretium eidem illius rei quæ aufertur. Ita no.Archid.
c.per principalẽ 9.q.3.Bart.in l.fi.§. Titius.ff.de pig.act.
refert sequitur Soc.in d.consi.266.col.pen. versi.respon-
deo,&c.allegat ibi glo.in c.1.§.ad hoc.& ibi Bal.in n t.de
pace iur.fir.in vsibus feud.& ita etiam no.do.meus Phil.
Dec.in d.consi.357.col.4.versi.postremo, & c.allegat Fe
lin.qui omnino videatur in c.quæ in ecclesiarum.col.11.
vbi etiam Barb.concord. multas adducit.extra,de cõsti.

89 † Et

89 † Et clausulæ, motus proprij, & ex certa scientia, & pleni
tudinis ptãis non obstãt, cùm sint appositæ stãtibus pro
veris his quæ in d. snĩa narrantur, prout in simili respon-
det hmói contrario do. meus Phil. Dec. consi. 198. incip.
& pro tenui, &c. col. antep. versi. nõ obstat 1. snĩa, &c. vbi
etiam dicit ꝙ clausula ex certa sciẽtia, solùm operatur in
his in quibus princeps notitiam habere præsumitur, secus
aũt in his quę cõsistunt in facto. vt no. Bal. in l. fi. C. snĩam
rescindi non posse. quem refert & sequitur Alex. in cons.
125. inci. visu tit. quęstionis, &c. vol. 2. Pau. de Cast. consi.
159. incip. qõ ista vertitur, &c. in fi. vbi etiam dicit, ꝙ ista
clausula nihil operatur in his quæ apparent ignorata. Idẽ
etiã no. præall. Soc. in d. cõsi. 164. col. 4. vers. 2. rñdeo, &c.
vol. 2. Fran. de Curte præall. consi. 49. incip. memoriæ re-
colendæ. col. mihi 22. versi. t 3. &c. vbi etiam dicit clausu-
lam ex certa scientia, & plenitudinis potestatis, & motus
proprij, operari duntaxat in his quæ sunt iuris. & ita not.
Felin. qui multa ad hoc accumulat in c. nonnulli. col. mihi
21. versi. limita secundò, &c. ext. de rescri. & ita visus sum
resoluisse suprà consi. 26. nu. 74. & consi. 88. nu. 31. & con
90 si. 106. in subscriptione, num. 16. † Vel dicamus ꝙ hmói
clausulæ, plenitudinis potestatis, & supplentes, operantur
solùm quò ad solemnitates de iure positiuo introductas,
non aũt quò ad eas quæ sunt de iure naturali adinuentæ,
vt est citatio, defensio, & causæ cognitio. Ita not. Spec. tit.
de leg. §. nunc ostendendũ. versi. 16. & sequitur ibi Io. And.
arg. cle. pastoralis. de re iud. refert & sequitur Soc. d. consi.
164. col. pe. versi. nec obst. & paulò antè vbi hanc conclu
sionem cõprobat. quã etiam tenuit idẽ Soci. d. consi. 266.
col. mihi 26. versi. nec clausulæ supplentes, &c. & Alexã.
consi. 62. inci. assumã, &c. ad fi. vol. 1. & cons. 78. quod in-
cip. circa primum col. 4. versi. circa sextum, &c. eo. vol. &
ita etiam resolui suprà d. consi. 106. in subscript. nu. 16.

Et aliàs hmói clausula operatur solùm qñ princeps cũ
debita causæ cognitione processisset, quo casu dici posset
esse p̃sumẽdũ pro veritate d. snię, vel declarationis, aliàs se
cus. Ita no. Soci. d. cons. 164. col. 4. versi. sed ad ista rñdeo.
vbi multa ad hoc allegat. & versi. soluitur & alio modo. &
præalle. consi. 266. col. pe. versi. amplius dico. & Franc. de
Curte, d. cons. 49. col. mihi 74. versi. sed defectus citatio-
nis, &c. & Feli. in c. cùm inter in prin. ext. de except. & in
d. c. nonnulli. versi. præal. & Pau. de Cast. cons. 157. incip.
quæstio ista versatur, &c. Causæ aũt cognitionẽ non in-
teruenisse monstrauimus suprà nu. 83. quinimò Regiã se
renitatẽ motam fuisse ex falsa, aut saltem ex erronea cau-
sa ad ita declarandum: & sic prędictam snĩam & eius di-
positionem cessare: vt suprà dicebã. & ad hoc est bona gl.
in c. cùm ordinem. ext. de rescri. & facit l. in agris. ff. de ac
quir. rer. do. & l. cùm tale. §. falsam. ff. de cond. & demon.
91 cum simil. † Et attendatur etiam ꝙ hmói clausulæ con-
tra præsumptam principis mentem nihil operantur, cùm
ille non videatur in iure tertij voluisse prȩiudicare, scdm
Abb. in c. cum nris. col. 4. ext. de cõcess. præb. & in c. cùm
olim suprà allegato. extrà, de re iu. & in c. cùm causam. lo
2. extrà, de testi. vbi resoluit clausulam motus proprij nõ
firmare gratiã contra mẽtem principis: nec etiã in præiu
diciũ tertij. quod etiã voluit Ioã. And. c. si motu proprio:
de prȩb. lib. 6. Cald. c. cùm dilectus. ext. de iure patro. glo.
in cle. si Roman. in ver. valida. de præb. dñi de Rota deci.
45. in antiq. Cardi. consil. 142. incipiente, punctus quæ-
stionis, &c. & Franc. de Curte consi. mihi 35. inci. statuto
seu capitulis ciuitatis Ianuæ, &c. ad fi. & ita etiam resolui
suprà d. consi. 88. nume 29.

Sequitur ergo ꝙ ex quo causa in d. Regia snĩa expres-
sa non fuit legitima, non est præsumendum ꝙ ex alia iu-
sta causa ita declarauerit: & per consequens ꝙ ex eadem
auferri non potuit dominiũ horum bonorũ à prȩfata illu
stri do. Maria. & licet ita declaratũ fuerit, & desuper exe-
cutoriæ concessæ: attamẽ ex hoc nõ dicitur illustris Mar
chionissa sæpedicta iure suo, & dominio bonorũ huius-
modi maioricatus priuari. vt no. Card. in c. quia diligẽtia.
extrà, de electi. & præsumendũ non est ita velle tolerare
Cæsaream & Catholicam maiestatem, cùm non debeat
iniuria nasci, vnde iura nascuntur. vt dicit text. in l. memi-
nerint. C. vnde vi.

Infertur etiam ex præmissis ꝙ illustris Marchionissa
præd. rectè petit in hoc iudicio (& ita etiam debet decla-
rari) ꝙ irritetur de facto traditio possessionis in vim di-
ctarum executoriarum prȩfato do. Antonio tradita, sicut
de facto fuit in illa traditione processum, secundum theo
ricam gl. & doct. in l. 1. ff. de fer. & in l. dies festos. C. eod.
titu. & 2. q. 1. c. priuatos. & ibi concord. adducit glo. & no.
omnino And. Sicu. consi. 51. nu. 28. & 32. vol. 1. dixi de fa
cto traditionem possessionis datam, quia huiusmodi seu
sẽtia nulla (saltem legitima) causę cognitione (vt patet ex
deductis suprà nu. 83.) interueniente lata fuit.

Cuius etiam do. Marchionissę in hoc iudicio fundatur
intentio, ꝙ lata fuerit cõtra illustrem do. Mariam, & do.
Maiorem, filias dicti Alphonsi impuberes & indefensas
cuiusmodi etiam defectus habet dictam sentẽtiam vitia-
re. l. contra pupillum. ff. de re iudic. & l. cùm & minores.
C. si aduersus rem iudic. & in terminis consuluit Philipp.
Cor. consi. mihi 184. incip. post completum, &c. in litera
b. versi. item de iure. vol. 4. & Bologn. consi. 36. col. 3. ver
si. 2. principaliter, &c. consi. 37. col. 8. versi. venio nunc ad
92 sententiam, &c. † Potest etiam dicta Regia sententia im-
pugnari, ꝙ regulare sit non valere sentẽtiam quæ ad par-
tis instantiam latam fuisse non apparet. vt not. doct. post
Ioan. And. c. quoniam contra falsam. extrà de proba. Bal.
in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. quem refert & sequitur An
char. consi. mihi 166. incip. visis diligenter, &c. ad princi.
& est glo. in l. properandum. in glo. magistra. vbi etiam
moderni post alios doct. C. de iud. Bal. consi. 61. incip. su-
per contentis, &c. vol. 6. & do. meus Hipoly. in l. de vno
quoq; sæpeall. post Imo. & alios. ff. de re iud. & in l. vnius
§. cogniturũ. nu. 21. versi. ad superius dicta, &c. ff. de quę-
93 stionibus. † Nec dicatur sæpedictã do. Mariam habuisse
notitiam litis & causæ motæ per dictum Anto. ac etiam
d. illustrem Marchionissam sciuisse Regiam sententiam
sæpedictam latam fuisse: & sic ꝙ nulliter & post tempus
sibi concessum à iure appellauit, prout antè fuit ex aduer
so oppositum. Respondeo etenim, ꝙ ex processu de hu-
iusmodi notitia & scientia non constat, de qua etiã si con
staret, illa non fuit legitima. quoniam ad hoc ꝙ dicatur
quis habere scientiam aut notitiam alicuius rei, necessum
est ꝙ non solum habeat de ipsa re notitiam, verumetiam
ꝙ habeat scientiã de qualitatibus & circunstantijs, illius
secundũ gl. notab. in c. concertationi. in ver. sciuerit. & ibi
Gemin. de appella. lib. 6. Quæ quidem notificatio vel in
timatio solemniter est fienda parti cuius interest scire, vt
aliquid faciat vel non faciat, ita ꝙ non sufficit etiam si
aliunde sciuerit, nisi etiam fuerit eidem solemniter noti-
ficatum: ad quod est glo. notab. in cle. 1. de appella. quam
ad casum & propositum nostrum allegat do. meus Hipo
ly. in sæped. l. de vnoquoq; nu. 63. versic. item adde vltra
prædicta. & Feli. in terminis. in c. cũ contingat. col. mihi
5. versi. limita primò secundam conclusionẽ. ext. de rescrj.
vbi loquitur in appellatione. & Andr. Barbat. ibi nu. 19.
& Roma. consi. mihi 327. nu. 7. & ita resolui suprà consi.
94 meo 18. nu. 10. † nec etiam dicatur, ꝙ licet res inter alios
acta regulariter plenum præiudicium non faciat, attamen
men facit qualequale, vim habens semiplenæ probatio-
nis, secundum Angelum in l. sæpedict. columna 37. vbi
etiam dicit esse de pane lucrãdo. ff. de re iudic. vbi allegat
Anton. de Butrio. capitu. penulti. columna 3. extrà, eod.
titu. Barto. in l. admonendi. colum. mihi 14. versicu. quæ-
ro quid si dicta testium. ff. de iureiura. Quam doctrinam
Barto. sequitur Anton. de Butri. cap. fina. & ibi etiam Ab
ba. qui allegat Lapp. allegation. 53. eodem titulo de re iu-
dica. & Angelus in l. 2. C. de edendo. Respondeo etenim,
quòd illud qualequale præiudicium debet intelligi, id est
præsumptionem duntaxat. vt est gloss. singularis. in l. si

duo patroni.ff.de iureiur. Ang.in l.1.ff.de excep.rei iudic. & in repet.l.sciendum.col.14.ff.de verbo.obligat.quam glo.pro peregrina & multum singulari exclamat Rapha. Fulgos.post Barto.in d.l.si duo patroni.cui addatur socia in l.2.C.quibus res iudic.non nocet.& in cap.cùm super. præalleg.in glo.2.& hanc partem, q.f.non faciat semiple nam probationem, tenent Albe.de Ros. Bal.Ang.& Ra pha.Fulg. in d.l.si duo patroni. Et hunc effectum quem producit res inter alios acta quoad tertium, nullus videtur melius declarare quàm Bald.in d.l.si duo patroni:vbi refert Gulielmũ de Cugno ita tenere in l.4.§.si ex die.ff.de fideicõ.liber.quem tex.ad hoc not.Bal.in c.per tuas.ext. de proba.quam doctrinam Gulielmi de Cugno.& Bald. vbi suprà.exclamat Alberi. Maleta in suo trac.de testi.ver si.sed dubitatur.char.27. vbi post eos dicit, q ista qualis qualis præsumptio solùm operatur duos effectus:primus est, q faciat prævalere parem & æqualem probationem. Secundus est, q iudex faueat in deferendo iuramentum suppletiuum illi,qui solùm vnum testem haberet: quàm etiam sententiam tenuit Rom.in d.l.si duo patroni.& illam per rationes & authoritates multas corroborat, refe rens & secutus præmissa Franc.de Curte consil.mihi 72. incip.magnifice vir.col.5.versi.ad secundum motiuum.al legat ad hoc inter cætera text.in l.sed si possessori.§.fina. cum l.seq.ff.de iureiur.& c.inter dilectos.ad medium.ext. de fide instru.& subdit Abbaté quem suprà pro contrario allegauimus in c.fin.extrà, de iureiur.non firmare pedem,sed arbitrio iudicis relinquere. & concludit q com munis opinio sit contra dñm Ant. Quoniam nec senten tia, nec etiam testes, contra personas non citatas, & quę non fuerunt in iudicio,semiplenam probationem faciũt: sed solùm qualequale præiudicium,vt prædixi.Et hæc fue rint superabundanter dicta: quoniam illa locum habent qñ iudicium fuit rectè & ritè agitatum,non autem qò in cõtumaciam partis,multo minus qñ partis simulatio, vel

95 collusio interuenit.per ea quę suprà dicebamus.† Superest scrupulus q illustris Marchionissa sit hæres Alphonsi cui successit per mediã personam illustris do.Mariæ ma tris suæ,vt in hoc iudicio deducit,ius prætendit in hmôi maioricatus successione. vnde vr q saltem ex hoc capite contrauenire non possit d.Regiæ sententiæ contra d.Al phonsum latæ,cui ipse acquieuit: ex quo nõ probatur appellasse,& per cõsequens quoad d.Alphonsum in rẽ tran sijuerit iudicatam:qm vulgata est regula iuris,q hæres facto defuncti contrauenire non possit,aut illud impugnare,saltem pro ea parte pro qua hęres est l.cùm à matre.& ibi no.oẽs.C.de rei vend.& l.pro hæreditarijs.C.de here dit.acti.& l.ab eo.C.de neg.gest.& l.fi.§.in cõputatione. & vtrobiq; doc.C.de iur.deli.cũ vulg.alijs de quo dixi su prà consi.a 2.verfic.1. Rñdeo.n.q licet in hoc contrario pars aduersa multũ institerit in processu, attamen nõ me retur in casu nřo allegari.qñquidem suprà num.11.& 31. ostẽdimus q in hoc maioricatu succeditur iure sanguinis, & non iure hereditario.Ideò possumus dicere q licet hę res personã defuncti repræsentet circa bona & iura actiua & passiua defuncti,qa succedit in hæreditate,quæ est successio in vniuersum ius defuncti.l.hereditas.ff.de reg. iur.l.nihil aliud.ff.de verb.sig. attamen ex quo ius qđ illu stris quondam do. Maria, & successiuè illustris eius filia do.Marchionissa hẽt in isto maioricatu nõ habebat à de functo Alphonso,ideò in illo non repræsentat d.Alphon sum eius auum,l.Arist.§.fi.ff.de dona. & ita disting.Bar. in l.rem alienam.ff.de pig.actio.& in l.Lucius.ff.solu.ma. & ibi etiã Io.de Imo.post.Bal.Palarienſ.Ideò succeditur in hmôi maioricatu per filium aut filiam,licet heres non sit vltimi possessoris,aut vbi hæreditatem illius repudiasset.qm non succeditur in eis. sicut nec in feudo ex pacto & prouidentia,iure hæreditario.c.1.de succel.feudi.in vsi bus feud.& no.Bal.in c.1.in tit.an agnatus vel filius.eo.li. Ita et no.Albe.de Ros.in l.tres fratres.ff.de pac.do.meus Iaſ.in l.Gal.§.quidã rectè.ad fi.ff.de libe. & posth.Idẽ in authẽ.vñ si parẽs.col.3.C.de inof.test.& plenissimè ĩ l.a. col.87.C.de iure emphy.& Alex.consi.91.col.10.vol.1.

96 † Pôt etiã dici q sicut hæres non prohibetur alienata in fraudem reuocare, vt no.Rom.consi.18.ad fi.& Alex.cõ sil.22.incip.viso processu,&c.ad fi.vol.3.sicut etiam non prohibetur inofficiosam donationẽ reuocare: vt dicit Sa li.in l.1.in vlt.notab.q.9.de offi.testa.sic etiã non prohibe tur contrauenire d.Regiæ sniæ (etiã si Alphonsus eã approbasset) attenta collusione quã suprà nu.73.& 74.deduxi. & hoc præsertim ex quo d.illustris quõdã dña Ma ria non habuit ab Alphõso illud qđ sibi necessariò relin quere tenebat.ita no.Bar.in l.2.in verſi.apponitur q hæres. per illam text.& glo.ibi.C.de inoffi.dona.ad qđ est etiã alia bona gl.in l.2.in ver.reuocare.C.si quid in fraudẽ patro.vbi dicit in hoc plus posse heredem q̃ defunctum ita no.Bar.in l.Titia.§.Imperator.versi.quæro quid si iste filius.ff.de le.2.& Bal.in d.l.1.versi. quæro vtrum iuramen tum.C.de inof.dõ. vbi dicit q hmôi filius pôt contra factum patris venire etiam si hęres sit,quia ratũ habere nõ tenetur quod in fraudem factũ est.& licet paternam hæreditatem acceptauerit,agere poterit attamen in reuocatoria,quod etiam tenet Sali.in d.l.1.versi.quæro nonò,&c. refert & sequitur Francis.de Curte consi.1.in fi.

Ex quibus in vnã massam digestis (in quibus longior opinione mea fui) concludo q illustris Marchionissa vo cat expresse ex dispositione Hispalensis Archiepi,tanquã neptis Alphonsi ad maioricatum hunc de quo agitur,excludit urq; per ipsam d.magnificus dñs Ant. patruus eius magnus, & quandiu supererit aliquis ex descendentibus Alphõsi siue masculi fuerint,siue fœminæ,(cui etiam illustrę Marchionissæ vioũ illegitimitatis,vel regia snia,de qb.s.dictũ ẽ nõ obs. vt.s.fuis dub.respectiuẽ dicebam⁹.) Et ita vt est præmissum & cõclusum dicebamus & resol uebamus Toleti in curia Cæsarea anno 1549.ad laudẽ & gloriã Dei.saluo,&c.in quorũ fidẽ & testimonium pôti cõsilio me subscripsi,& solito sigillo sigillaui.ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in criminali causa pro reo, an & quando debeat similiter qua reus condemnandus erat, corporali pœna puniri? & quid vbi pœna est pecuniaria? nu. 3. vbi etiam examino quando incurratur huiusmodi pœna & an possit mora purgari? & quid in commentarien si, vel in eo qui se commentariensem constituit? d.nu. 1.*

2 *Captus etiam nulliter si relaxetur cum iuramento de se repræsentando, vel præstitis fideiussoribus, non potest huiusmodi capturam impugnare.*

3 *Absentia etiam iusta, non excusat à pœna conuentionali, quicquid sit in pœna iudiciali.*

4 *Terminus qua quis promisit se facturum aliquid, an debeat expectari, quando constat infra illum non posse illud fieri: & quid si dixerit se nolle facere?*

5 *Fideiussor de repræsentando captum pro crimine an & qua liter puniri debeat si non repræsentat? suprà nu. 1. et quid si tẽpus nõ fuit appositum, quando possit interpellare. nu. 3. & an et qñ possit hmôi fideiussor morã purgare. ibi. Et si plures fideiussores de repræsentando sub certa pœna se obligauerunt, an possit à quolibet insolidum exigi. nu. 4.*

5 *Renuntiare potest quis iuri pro se introducto, & an & quã do debeat certiorari?*

CONSILIVM CXXI.

Captus fuisse dicitur ab Archipræto ribus illustris Admiraldi Castellæ (quos Alcaldos maiores vocant) quidam Petrus Ca drado, habitator villæ Metinæ de Rioseco, & in carcere detrusus, quòd mandasset cuidam Francisco de la Serna, habitatori Metinæ del Campo, q certa vulnera in personam Francisci de Quin tana,

tans, habitatoris dictæ villæ Metinæ de Rioseco infligeret: contra quem Cadrado cùm procederetur per Alcaldos maiores prædictos, postquam publicatas hincinde offensiones & defentiones, 2. mensis Iunij hoc anno 1529. fuit dictus Cadrado à carceribus quibus detinebatur relaxatus: datis per eum profideiussoribus Bartholomæo Esquierdo mercatore, & licentiato Michaele Cuenca medico sæpedictæ villæ Metinæ de Rioseco habitatoribus, qui cum clausulis & renuntiationibus vrgentibus in forma se obligauerũt dictum relaxatum carceribus restituere, pedem pro pede, manum pro manu, & sub pęna quatuor mille ducatorum auri, quam voluerũt ipso facto incurrere, & applicari debere illustris Admiraldi prædicti fisco, si ipsi quotiescunq; per illustrem Admiraldum prædictum, & seu dictos eius Alcaldos maiores antedictos, aut per alium quemnis qui de dicta causa cognoscere posset, interpellati & requisiti, non repræsentarent, & in dictis carceribus restituerent præfatũ Petrum Cadrado. Et his non contenti fideiussores prædicti se constituerunt commentarienses dicti Cadrado, & voluerunt incidere in pęna ad quas commentarienses qui carceratum non repręsentant tenentur. Cùm aũt post dicti Cadrado relaxationem lapso fermè vno mense requirerentur dicti fideiussores quatenus infra diem sequentem (quem Alcaldi maiores prædicti eis pro omni dilatione ac termino constituebant, & assignabant) dictum Cadrado carceribus prædictis restituerent, iuxta formam obligationis & fideiussionis prædictis, & posteà requirentibus fideiussoribus seu eorum altero, quatenus dictum terminum prorogarent, allegantes præfatum Cadrado à regno Castellæ abesse: & ideò fideiussores prædictos non posse ipsum repræsentare, infra tam breuem terminũ, qualis fuit eisdem assignatus. Alcaldi prædicti terminum præfatũ de repræsentando (vt est dictum) assignatum per alios tres dies immediatè sequentes prorogauerunt: quibus elapsis (cùm dictum Cadrado non repręsentassent, vt est dictum) fideiussores prædicti Alcaldorum sępedictorum mãdato carceribus mancipati fuerunt, licet appellasse dicũtur verbo coram altero ex dictis Alcaldis ad suam illustrem dominationẽ. & quam appellationis causam coram appellationum iudice ab illustri sua dominatione dato prosequentes deducũt in effectu inter cætera impossibilitatem mãdati: cùm dictus Cadrado sit extra regnum Castellę vt est dictum, de quo se obtulerunt informationẽ dare: cuius etiam mandati (ꝙ nullo instante datum fuerit) nullitatem allegant, aut saltem per præmissa dicti mandati iniquitatem allegabant. & ꝙ dictus Cadrado relaxatus fuerit, existente causa in calculo ferendæ sententiæ: & sic postquam constabat eum esse nõ culpabilem, maximè ꝙ in huiusmodi iudicio non interuenerat accusator aut pars ciuilis, & ꝙ fideiussores prædicti bona sufficientia ad huiusmodi quantitatem soluendam habebant. Vnde secundum leges Regni Castellæ (vt prætendunt) carcerari non debuerunt, & cùm per appellationis iudicẽ fuerit processus illustri Admiraldo prædicto in Catalonia tũc existenti remissus, voluerit q; sua dominatio vt exprimerẽt quæ sint partes iudicis appellationis prædicti in declarando & sententiando, quàm potero breuiter & succinctè sequentibus intentionem meam aperiam. Et licet Spec. optimus practicus in titu. de aduoc. §. porrò. versi. sequitur. voluerit in consilijs decisiuis (cuiusmodi est hoc quod petitur ab illustri dominatione sua) procedendum esse absque iurium & rationum allegationibus, attamen ne egregius appellationũ iudex (cui forte sum ignotus) de dicti & decisionis infrà subdendæ veritate dubitet, statui rationibus & auctoritatibus meas decisiones roborare, præsertim vbi probabi-
2 liter dubitari possit. † Et vulgaris equidem est contentio quam doctores examinant, si reus à carceribus relaxatus datis fideiussoribus aufugerit, verũ fideiussores eandem pœnam debeant pati, quã passurus erat ille qui aufugit. de quo per canonistas in rub. extrà, de fideiuss. & in c. cùm homo. vbi glo. 23. q. 5. & in c. ex rescripto. vbi Bal. & alij extrà, de iureiur. prosequuntur legistæ in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & in l. ad commentariensem. C. de custod. reorum. Alexan. & alij in l. si quis reum. eod. titu. & breuiter communis est doctorum cõclusio, ꝙ fideiussor simplex non tenetur ad pœnã corporalem, cum non possit quis ex contractu se obligare ad pęnam mortis, aut amissionem membri, vt in d. l. liber homo. Nisi tamen regni Castellæ consuetudo, vel leges disponant aliud, quæ possunt disponere ꝙ fideiussor simplex corporali pœna puniatur. vt voluit gl. in d. c. cùm homo. & sequuntur doctores ibi. & Bald. in d. c. ex rescripto. Moder. in rubr. extrà, de fideiusso. vbi Barba. ad fin. idem capit. 2. extrà, de constit. Ancharan. in repeti. c. 1. eod. titu. Felin. in præalleg. c. 2. col. 2. de consil. idem in c. consultationibus. §. sanè. ad fi. extrà, de offi. deleg. post glo. ibi, & in c. ius naturale. col. 7. 1. dist. Bal. in rub. C. res inter alios acta in l. j. C. ne fili' pro patre. & in l. si qua. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Sali. in d. l. ad cõmentariensem. & dominus meus Iason in l. rem in iudicium. ff. de in litem iur. vbi autem non constituerẽt se fideiussores simpliciter, sed etiam custodes & cõmentarienses, tunc etiam ex illo capite ex quo relaxati custodiam sumpserunt fideiussores huiusmodi (vt in casu nostro accidit) possunt simili pœna qua dictus Cadrado puniendus erat mulctari per d. l. ad commẽtariensem. & ibi Sali. & doct. post Cinũ cum similibus. & ita resoluit And. Sicu. in d. rub. ext. de fideiussor. ad fi. vbi etiã alij doc. pręsertim Moderni, & doc. quos suprà retulimus. & ita resoluit Ioan. de Ana. consi. 1. & in addi. & Bal. cõsi. 210. vol. 1.

Nec omitto fideiussorem etiam simplicem qui reum criminis dolo non exhibet, posse arbitrio iudicis puniri. l. si quis reum. præall. ff. de exhib. reis. & in l. 2. & vtrobiq; doc. C. ad Turpil. & not. Ioan. Fab. insti. de actio. §. in omnibus. in glo. in versi. siue ex maleficio. Ex quibus infertur corollariè, ꝙ dicti fideiussores potuerũt legitimè capi & carcerari siue ex illo capite quo se cõstituerunt commentariẽses & custodes dicti relaxati, siue etiam ex fideiussionis capite cùm adsistat (vt audio) cõsuetudo, ꝙ fideiussor ad pęnã corporalem se possit obligare. siue etiam ad consequendã pœnam illam pecuniariam quatuor mille ducatorum, quam notoriè incurrerunt dicti fideiussores, vt proximè monstrabimus, & in consequentiã huius est notoria nullitas appellationis per dictos fideiussores inter-
2 posita, & absq; grauamine saltem legitimo. † Quæ etiã fideiussorum appellatio vel ex eo monstratur esse nõ iuridica, ꝙ dicti fideiussores, vt commutaretur eis carcer, alios fideiussores præstiterunt, vt constat ex processu, vnde resultat ꝙ per huiusmodi fideiussorum præstationem videntur capturam approbasse, & fateri se legitimè fuisse captos. Ita nota. dominus Amedæus de Castellione, qui fuit maximus practicus, in suo tract. syndicatus, col. pen. versi. postremò dicendum est. vbi refert ita tenere Bart. in sua disputatio. quæ incipien. Lappus fuit captus, & c. refert & sequitur Baptista de sancto Seuerino in suo tract. de debit. suspecto, & fugit. quæst. penultim. & refert & sequitur Thomas Ferrat. ex aduocatis Brixiæ, in suo tract. cautelarum. cautela 13. incipien. iura sunt vulgaria. in 2. membro. & ita etiam determinaui in facti contingentia suprà consi. 72. nume. 10. vbi resolui talem ita relaxatum non posse agere in syndicatu cõtra iudicem qui eum etiã
3 nulliter & iniustè cepit. † Quòd autem valida fuerit obligatio ad pœnam illam quatuor mille ducatorum in casu quo dictum Cadrado non repræsentarent, non ambigitur à doctoribus. & Ioan. Fabri, in dicto §. in omnibus. Institut. de actio. & præallega. doct. tradiderunt expressè, & no. Areti. in suo tract. malefic. in glo. in versic. pro quibus Antonius fideiussit. Cuman. consil. 32. & Bartholo. Cæpola. consil. 25. incipien. cum per ser. Iacobum 1. dubio. de hoc enim est bonus text. in l. 2. in fi. cum l. sequen. ff. qui satisd. cogan. & probatur in l. si quis reum. ibi, certa quantitas comprehẽsa est. ff. de custo. reorum. arguẽdo à

côtrario sensu.& de validitate obligationis fideiussorum ad pœnam illam pecuniariã non ambiguitur, vt prædixi.

Sed nec dubitauit vir peritus (etiã mediocriter doct') fideiussores hmôi dictã pecuniariã pęnã Icurrisse. ad hoc .n. petita fuit dicta fideiussio, vt si ex aliqua causa dicti fideiussores præfatũ Cadrado non repręsentarent, tenerentur illi ad p̃missam pęnã. vt probař in l.fin.§.fi.in tex.iuncta glo.& ibi not. doc.ff.de eo per quẽ factũ erit, quo minus quis in iud.sistat.& in fortiorib.terminis côcludit Cępo.d.consi.15.ad fi.fuit.n.per dictos fideiussores pęna cômissa per solam contrauentionem eorum in non repræsentando dictum Cadrado.l.nuda.C.de côtra.& cômitt.stip.& ibi doc.& And.Sicu.oĩno in c.Rainal.post Consiculum suũ.extrà, de testa. Quod etiam verũ est, licet hodie vellent dictũ Cadrado repræsentare.l.hoc iure.ff. de verb.oblig.& l.ita stipulatus, col.7.per Alex.eo.tit.& no. Spec.in tit.de contu.§.4.versi. quid si duob.& seq.& melius versi.sed quid si ille paruit.& no.Ang.post glo.in authen.de nô alie.§.quia verò colla.2.& d. Cadrado absentia quam fideiussores prædicti allegauerunt, non liberauit, aut excusauit eos à pęna pręmissa, etiã si fuisset absentia iusta: qm̃ illa non excusat à pęna conuentionali: vt est gl.singu.in l.si cúm militarib.C.de in integ. rest.refert & sequitus Rom.in repet.rub.ff.de arbit.col.28. And.Sicu. in repe.capituli Raynu.in sua Ioannina.ad fi.& facit glo. in l.non solùm.ff.de rei vendic.& in l.3.§.si rem.ff.de lega.3.refert & sequitur Anto.Corsetus singu.212.incip.licet iusta absentia, sub verb.pœna.1.& huic conclusioni lex Regni adsistit, vt patet in l.36.& 37.tit.11.5.partita,
4 quæ ita disponunt in effectu. † Quinimò auderem dicere, q̃ ex quo dicti fideiussores allegauerunt dicti Cadradi absentiam extra regnum, statim potuerunt condemnari ad pęnam illã conuentionalẽ quatuor mille ducatorum, ex quo dictis Alcaldis constabat fideiussores prædictos (existente vera sua respõsione) non posse restituere dictũ Cadrado carceribus ad eorum interpellationẽ, & infra terminum eis assignatum, per l.si eum.§.homo. ibi Alex.& doct.ff.si quis cautio.& l.non solum.§.morte.in fi.vbi etiam Alex.ff.de noui ope.nun.no.idem Alexan.post Rom.in l.si finita.ff.de dam.inse.& in l.3.ff.qui satisd.cog.& Fran.de Areno.in l.qui iurasse.§.si ei qui.ff. de iureiur.& certè posset etiã attentari q̃ ista pœna quatuor mille ducatorum fuerit per quemlibet fideiussorum cômissa. Pœna etenim vř à pluribus insolidum cômissa in facto indiuiduo.per rationẽ quã tradit Alex.post Bar. in l.§.fi.contra Imo.ff.de verb.oblig. & idem Bar.in l.4. §.Cato.eod.tit.& in l.stipulatio ista §.si quis dolum.euã
5 eod.tit. † Imputetur etenim fideiussoribus antedictis qui ita sibi legem statuerunt, vt statim q̃ essent interpellati, deberent dictum relaxatũ repræsentare, qui etiam de iure côi, vbi nullus fuisset appositus terminus, eodẽ die potuerunt interpellari.per tex.in l.eũ qui calendis.& ibi doctor.ff.de verb.oblig.& purgationi moræ locus non fuit cùm ex verbis contractus appareat ipso facto pœnã commissam efficaciter, in non repræsentando dictũ relaxatũ. vt no.Bal.in authen.habita.C.ne filius pro patre. allegat glo.in cle.ne in agro.§.nos eorũ in ver.ipso facto.de stat. monachorũ.& sequitur Fran.de Aretio côsi.mihi 54.incip.Respondeo breuiter, &c.col.pe.versi.ad vltimũ.Ad quod etiã est gl.in cle. cupiẽtes.§.q̃ si per viginti.in ver. expectati.& ibi Gemi.& alij de elect.lib.6.ad qđ est lex regni, videlicet l.35.& 36.tit.12.5.parti.suprà allegata.& l.sancimus.C.de fideiuss.cui conformis est lex regni, titu.12.l.7.ead.5.parti.non obstant: cùm illis fuerit per dictos fideiussores renuntiatũ. qñquidem & de iure côi, & hoc etiam de iure regni prædicti potest quis tum expressè cùm tacitè iuri in suum fauorẽ introducto renũtiare. primũ probatur in l.si quis in conscribendo.cũ sua materia. C.de pact.& de iure regni côstat p l.29.tit.29.in 3.parti.

Nec facit q̃ dictos fideiussores certioratos non appareat fuisse de iurib.& illorũ effectu, quibus renuntiabant: quod obesse vř, iuxta ea quæ no.Bal.in addi.ad Specu.tit. de renuntia. & côclu.versi.sed an valeat. Dico.n.post dominum Ias.in l.si quis in côscribendo, suprà allegata, ad fi. vers.vlt.circa pñtem materiã.& in l.scien dũ.post alios doctores.ff.de verb.oblig.esse speciale, in muliere & minore, (in quibus etiã loquiř Bal.vbi suprà) p̃p præsumptam ignorãtiam iuris. secus aũt est in alijs, præsertim his quibus ignorare ius non conceditur: vt resoluit p multa idẽ do.meus Ias.& Moderni, vbi suprà. Et posito q̃ mora de iure côi, vel regni purgari posset, attamen verba conuentionis quæ pręcisa sunt, debẽt intelligi q̃ aliquid operentur.arg.l.si qñ.in prin.ff.de leg.3.& no.Bal.in rubr.C. de contrahen.emptio.q.9.ideò verba contractus fideiussionis prædictæ ita præcisa videntur omnem moram pacto excludere.si & vbi posset aliàs purgari.

Nec omitto potuisse dictos fideiussores pro hmôi debito quatuor mille ducatorũ ex priuilegio fisci incarcerari (etiã si expresse nô se submisissent) iuxta l.nemo carcerẽ.vbi Ange.in repet.l.illius.C.de exacto.tribu.lib.10.

Vnde resoluendo consilij pñtis massam in vnam summam, dico partes esse iudicare debẽtis declarare malè fuisse per fideiussores prædictos appellatum: quos in d.pœna quatuor mille ducatorũ auri condemnare debet: declarado prius (aut si velit in eadem sententia) pęnam prædictã fuisse cômissam: iuxta theoricã Inn.in c.côsuluit. in gl.in ver.expectare.extrà, de offi.deleg.& Bar.in l.si desertorem.si ad diem.ff.de re milit.& Rom.in l.stipulatio.§.alteri.ff.de verb.obligat. Quos etiã fideiussores credo etiã condẽnari posse ad arbitrium iudicis, tanquã commẽtarienses (vt suprà dicebamus.) Et ita vt præmissum est & conclusum decidebã & resoluebã Barchinonæ 1529. ad laudẽ & gloriam Dei: saluo, &c. In quorũ fidem pñtibus me subscripsi, & solito sigillo sigillaui. ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum tunc demum appellatur quod est perfectum, ita quòd molat, aliàs non.*
Perfectum quando dicatur esse aliquod.
2 *Facultas quæ est facti, nec vendi potest, nec cedi: sed nec ad hæredes transmitti.*
Industria personæ quando videatur electa esse, ita quòd in alium huiusmodi concessio non transeat.

CONSILIVM CXXII.

ILLVSTRIS Admiraldus Castellæ & Granatæ (cùm prius nulla molendina constructa essent in valle de Villanna dara, qui est terminus nobilis villæ suæ Metinæ de Rioseco) anno 1496. concessisse dicitur licentiam p̃p vtilitatẽ publicã Bartholomęo Nuños familiari suæ dnationis, ædificandi vnũ vel plura molẽdina aquarum, in quocũq; loco videretur d.Bartholomæo aptè construi posse in d. termino: voluitq; illustris Admiraldus præfatus à nullo posse impediri vel turbari. Quæq; molendina prædicta per dictum Bartholomæum côstructa & ædificata essent ipsius Bartholomęi & suorũ hæredum & successorũ in perpetuũ: & illa vendere posset, & hypothecare, & permutare, ac etiã quouis titu.alienare, & aliàs de ipsis molẽdinis ipse Bartholomæus facere possit prout eidẽ videretur. Dictus aũt Bartholomæus in vim côcessionis prędictæ construere cœpit quoddã molendinũ in d.termino: & illud ita construi & ædificari cœptũ (priusquã tñ completũ esset) triginta post concessionẽ prædictã, aut circiter annis, vẽdidit hæreditario iure cuidã Io.Pinto. qđ molendinũ biẽnio postea Gũdisaluus Pinto vendidit Ioã. Ferdinando Cadrado certis pretijs in instrumẽto desup confecto designatis.

Quæritur ergo vtrum valuit dicti molendini venditio, quam fecit Bartholomæus prædictus.

Et in terminis nostris do.meus Iacobin.de S.Geor.in suo tract.feud.in glo.in ver.& cum molendinis, &c.decidit hanc nostrã quęstionem: dicens molendinũ non dici

quod

quod non sit perfectũ,& non molat:cùm dicatur molendinum (secundũ eius propriã significationem & etymologiam) à molendo. & sic significat rem prout est in actu l.tugurij.& l.vt Alpheus.ff.de verb. sig.& ita resoluit Bal. in c.1.§. si de manso.ad fi.in tit.de contro. inuesti.in vsib. feud.allegat in arg.l.debitor.ff.de pig.& l.cętera.ad fi.ff.de leg.1. & in casu nostro minus videtur habere difficultatis si ponderentur.illa verba: *y hedificados, y hechos los dichos molinos cõmo dicho es sean vuestros y de vuestros herederos y successores para siempre jamas . y que los podais vender,* &c. (vt suprà in themate dicebatur.) quæ verba designãt tunc demum huiusmodi molendina esse d.Bartholomæi & suorum,& vendi posse, &c.qñ perfecta essent. Dicitur autem perfectum id cui de substantialibus nihil addi potest.vt per Spe.tit.de salario.§.3.vers.sed nunquid aduocatus.& not. abundè Soci.in l.possideri.§. ex pluribus.ff.de acquir.poss.& not.in l.iurisperito.§.1.ff.de excusat.tutorum.ad ꝙ fac.tex.in l.fi.C.de his quibus vt indig.præsertim ꝙ non potest dici molendinum esse factum aut constructum:sed nec propriè molendinum,ꝙ non molat, vt
2 suprà dicebamus.† Minus autem dicere possumus ꝙ molendinum illud incœptum vendi potuerit:aut venditum perfici in vim datæ facultatis Bartholomæo prædicto de ædificando & construendo molendina.Qñquidem facultas illa quæ est facti, nedum vendi aut cedi prohibetur: imò etiam illam nõ transmisit ad suos hæredes d. Bartholomæus.Ita not. Bart.in l.cũ quis. vbi etiam Alex. qui d.l. legit cum l.in stipulationibus.ff.de verb.obli.idem Bar.in l.si stipulatus fuerim'.vbi etiã moder.eod. tit.& in l.si quis stipulatus.post.gl.ff.de sol. & hoc maximè ex quo circunscripta etiam vtilitate publica, quæ nunc cessat (cum alia molendina cõstructa sint,videtur industriam elegisse personæ d.Bartholomęi.ponderando verba illa, *en qual quier lugar del dicho termino que vos vieredes disposicion para los hazer y hedificar.* & sequitur, *y para que podais abrir todas y quales quier fuentes douos vieredes qui podase sacar agua.* quę etiam industria personæ etiam pręmissis cessantibus electa fuisse videtur.l.inter artifices.ff.de sol.l.nemo.ff.de dno. reis. & vtrobique doct.& l. fideicõmissa.cũ ibi not. per Din.& Bart.ff.de lega.3. Vnde consequens est ꝙ nullus se põt intromittere in vim dictæ cõcessionis de d. molẽdini & molẽdinorũ structura nisi ipse solus Bartholomæus.d.l.inter artifices. & l.stipulatio.§. siue autẽ.ff. de no.ope.nun.& c.fi.ext.de off.dele.cum simil. refert & sequitur Lud.Bol.cons.6.inci.Reuerendissimus in Christo pater.colum.mihi 6.vers. ex quo necessario dicimus, &c. & ita tenui suprà cons.34.versic.4.

Ex quibus in vnum redactis,cõcludo Bartholomęum prædictum non potuisse in vim dictæ concessionis molendinum aliquod vendere vel alienare,nisi ꝙ ipse prius cõstruxisset & ædificasset integraliter & pfectè.Et ita vt præmissum est & conclusum,decidebã & resoluebã Barchinonæ 1529.ad laudẽ & gloriã Dei: saluo,&c.in quorũ psentib.me subscripsi,& solito sigillo sigillaui.ego Celsus.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari non potest quis in catalonia, vel captus detineri pro debito ciuili, nisi per instrumentum guarentigiatum se ad id submiserit: vel nisi debitor esset cessans, aut fallitus.*
Regulã iuris qui habet pro se, dicitur suam intentionem habere fundatam, nisi de exceptione constat.
2 *Qualitas quæ est causa quòd quis audiatur, aut admittatur debet ante omnia probari. vbi maximè qualitas illa iurisdictionem tribuit.*
3 *Debitor latitãs vt quis dicatur, & adhoc quòd procedi possit contra talem ad bonorum immissionem, necessaria.*
4 *Liber rationum, an & quando, & contra quos probet?*
5 *Debitor cessans distinguitur à fallito, & quando dicatur aliquis cessans, aut fallitus?*
Reus criminis non dicitur esse quis ex quo est accusatus, donec pro tali declaretur.
6 *Mandatum speciale requiritur ad hoc quòd quis carcerari possit, aut carceratus relaxari.*

CONSILIVM CXXIII.

PEr Georgium Fernandez militẽ assertum procuratorem serenissimi Portugalliæ Regis die 14. Iunij anni præsentis 1529. instatum est, ꝙ procederetur ad capturã personarum Michaelis Stene, patris & filij,& Frãc. Agulo mercatorũ ciuitatis huius Barchi.quos d.procurator debitores esse dicebat d.sereniss. Regi in summa decẽ & septem mille ducatorũ ex negotiationib.habitis cũ certis negotiorũ gestoribus dicti Regis, vt dicebat apparere ex quibusdã cõputis dictorũ institorũ, vt asserebatur, & ad iustificandã dictã prætensionẽ & capturã,cùm ex constitutionib. Reges Petri secundi,in secunda curia Barchi. c.26. Alphonsi etiã secũdi in curia Montisoni,c.23. & Iacobi etiã secundi in 1.curia Barch. c.23.& eiusdẽ in curia Gerund.c.5.& ex alijs iuribus municipalib. & cõstitutionib.esset prohibitũ,aliquẽ pro debito ciuili psonaliter capi posse,aut captũ detineri, nisi qualitas instrumenti guarentigiati (quã scripturã tertij appellant) aut instrumentũ commendę adesset. Quod etiã est conforme iuri cõmuni,vt suprà cons.71.vers.3. Quæ quidem qualitas cùm in huiusmodi prętenso debito cessaret, dictus procurator ad aliam recurrit: allegans dictos mercatores esse fallitos & cessantes, cõtra quos petit veluti contra fallitos & cessantes procedi. Et loco informationis dicti fallimẽti & cessationis produxit quendam processum contra dictos mercatores,& eorũ socios dudum factũ & ductum instantib. quibusdã creditoribus. Necnon & pro sui debiti demonstratione exhibuit cõputa quædam domus cõtractationis domus Regiæ in India,super quib.duo testes,qui sunt Portugallenses,& nautę,patroniq́;(vt dicunt) siue pręfecti carauelarũ Regiarũ d.serenissimi Regis, deposuerunt, dicentes ꝙ huiusmodi cõputis solet in d.regno fides adhiberi,qñ illa subscriptiones hñt & signaturas,quales in exhibitis cõputis apparent.ex quibus quidẽ decimaseptima dictorũ mensis & anni processum est ad capturam dictorũ Stene patris & filij,& Michaelis Agulo:de cuius quidẽ capturæ validitate cùm agatur, quæritur à me quid iuris?
1 † Et posito pro constanti quòd pro debito ciuili quis capi nõ possit aut carcerari:sequitur dictæ capturę nullitas(nisi constat nos esse in casu excepto per d.serenis.Regis procuratorem allegato.) Quãdoquidem qui pro se regulã iuris habet,dicitur intentionem suam habere fundatam, vt est glos.ordi.Ioan.Andr.in rubr.de regu.iur.lib.6.not.Bar.in l.quoties.ff.qui satisd.cog.& in l.2.ad princ.ff.si quis in ius voc.non ierit.not.Bald.in c.1.col.3.ext.de alie.iud.mutandi causa facta.Abb.in rub.extrà, vt lite nõ contest.& dominus Philipp. Dec.in regula prima. ff. de reg.iur. & bene porbat tex.in l.suus quoque. versi.puto, &c.ff.de hæred. insti.& in c.venerabil.versi.potest quoque.extrà, de sent. excom.Ita etiam dicebat Bald.in l.1.vers.sed quid in deportato.C.de sacrosa.ecc.& in l.si tutor.C.de ser.pig.dato manu.vbi no.ꝙ regulis iuris tenaciter inhærere debemus nisi contrarium specialiter & expressè inueniamus. & ita cõsulendo resolui suprà cons.65.vers.10.& cons.84.vers.
2 4.& in multis alijs consilijs.† Cõsequens est igitur ꝙ cùm non possit quis (vt est dictum) pro ciuili debito capi, ꝙ dictorũ mercatorum est nulla captura. & nulliter facta, cùm non fuerit probata qualitas intentata: quę tñ omnia probanda erat, antequam (dico) ad huiusmodi capturam deueniri potuisset. Qualitas etenim quæ est causa ꝙ quis admittatur vel audiatur, debet ante omnia probari.l. ait prætor.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius voc.est,&c.no. Bart.in l.id quod pauperib.C.de episc.& cler. & Io.And. in rubr.& seu ca.1.ext. de homic. & ita resolui in diuersis locis,vt patet suprà cons.115.vers.9.maximè ex quo qualitas

litas illa deducta iurisdictionē tribuit in hac causa, & iudi
cio cui dedit principium. Istud fuit dictū singulare Inno.
in c.cūm sit generale.& ibi Io.Andr.post eū.extrà, de fo-
ro cōpet.& prosequitur abundè And.Sicu.consi.mihi 56.
incip.à Ioue princi.col.3.vers.facit ꝙ pulchrè voluit,&c.
vol.3.& do.meus Hip.de Marsil.in l.si quis ne quæst.col.
26.ff.de quæst.vbi ad hoc accumulat multa. & secundum
hanc determinationem consului suprà consi.71.versic.9.
3 † Videamus ergo specialiter & sigillatim de qualitate &
qualitatibus fallimenti & cessationis ac suspicionis fugæ
parte d.serenissimi Regis deductis. & præsuppono ꝙ ad
hoc ꝙ procedi possit contra aliquem tanquam contra la-
titantem ad bonorū immissionem,& successiuè ad vendi
tionē,requirit̃ ꝙ ille qui citatus fuit latitet,& ꝙ latitet ad-
uersus eū qui fecit,eū citari,& ꝙ ad circunscriptionē iuris
sui: quoniam si respectu alterius latitaret,& non respectu
illius, non posset ille venditionem impetrare.vt ff.ex qui
bus causis in poss.eatur.l.Fulci.§.ꝙ si aduersus. tertiò re-
quiritur ꝙ ille non defendatur.quartò ꝙ summatim con-
stet de debitō. quintò ꝙ ante venditionem fiat immissio.
& sexto ꝙ inter immissionem & venditionem labatur
tempus aliquod iudicis arbitrio. fundatur ista theorica in
l.cū proponas.vbi Bart.Bal.Sal.& alij.C.de bo.autho.iud.
possid. Debet ergo ante omnia debitor citari, & latitare
(de quo non constat in casu nostro:) debet etiā constare
summatim de debito (intelligo quòd summaria cognitio
debeat interuenire:) Probatio autem debet esse plena, qñ
proceditur ad vēditionem bonorū: vt omnino per Salic.
in d.l.cùm proponas.col.2.in 5. oppo.& per Bart. in d.l.
Fulci.§.2.& in l.2. C.vbi in rem actio detur.& do.Ant. &
moderniores in ca.qm̃.§.ꝙ si.& §.fin aūt.ext.vt lite non
4 contestat.† Et certè non potest dici constare plenè de de-
bito per dicta computa,qm̃ illa non probant.Est.n.notis-
simum ꝙ libri rationum alicuius priuati regulariter non
probant pro scribente. vt notat do. meus Iason in l.1.C.
de edēdo.& in l.quidam.§. numularios.ff.eo.& in repeti.
l.admonendi. nu.61.62.92.& 120.ff.de iureiur.& Andr.
Barb.consi.53.col.mihi 3.vers.præterea faciat, &c.vol.3.
Et testes super dictorum computorum veritate recepti
non probāt:cùm sint vasalli officialesque ac familiares di-
cti serenissimi regis.vt not. Lanfr.de Oria.in repeti.c.qm̃
cōtra falsam in ver.testes.& ibi mod.ext.de proba.Et ali-
unde si probarent,attendatur ꝙ ipsi deponunt de consue
tudine quæ in regno Portugalliæ circa huiusmodi priua-
tas scripturas attenditur.Quæ tñ consuetudo etiam si pro
bata esse legitimè, extendi non debet ad hunc principa-
tum Cataloniæ.etiam si subesset eadē ratio, vt not.Guliel.
de Cugn.in l.cūctos populos.vbi Bar. & alij. C.de sacros.
eccl.& prosequitur Franc. de Aret.cons.mihi 114.incip.
clarissimè & excellentissime, &c.col.2.versi.2.respon.&
& consi.132.col.3.versi.non obstat 2.respon.& Franc.de
Curte cons.44.col. mihi 6.versic.transgrediamur, &c.&
Roma.consi.516.versi.4.maxime cum huiusmodi cōsue
tudo exorbitet à iure communi,ꝙ vult ꝙ scriptura priua
ta regulariter nō probet pro scribēte,vel in alterius quàm
ipsius preiudiciū: vt suprà dicebatur: & latius prosequor
suprà con.72.versi.4. & multo minus probat ista priuata
scriptura ab istis suspectis prepositis negotiationi per re-
gem scripta. vt not. Bald.in d.l.cunctos populos. col.38.
vers.quintum exemplum.& in l.Cassius.ad fin.ff.de sena-
to. & præter id debuisset interuenire præsentia vel man-
datum debitorum in scribendo dictos libros:ad effectum
dico ꝙ probent.per text.in l.si quis ex argentarijs. §.per-
tinere.& ibi not.ff.de edendo.

Cōsidero insuper ꝙ ex dictis cōputis seu libro rōnum
non apparet aut probatur dictos carceratos cum dicti se-
renissimi regis negotiorum gestoribus vel institoribus
cōtraxisse, & per cōsequens nō cōstat eos dicto regi ob-
ligatos esse.& sic ꝙ tanquā debitores illius potuissent ca-
pi & carcerari. Et mandata producta in processu non fa-
ciunt ad casum (saltem quoad dictum Michaelem Stena
iuniorem, & Francisc.Agul.quorū non apparet,manda-
tū aliquod vel potestas data Balthasari Stena qui dicta de-
bita dicitur contraxisse.) Quinimò dicta debita (vt ex di-
ctis computis apparet) pro maiori parte erant per dictum
Balthasarē creata antequā datū esset ei mandatū aliquod
ex his quæ producta sunt à suo patre Michaele Stena se-
niore vno ex carceratis. Quinimò etiam si de debito pre
tenso constaret plenè contra dictos carceratos,& appare
ret eos esse veros debitores (cuius tñ neutrū apparet) non
tñ potuissent illi capi aut capti detineri:resistentibus con-
stitutionibus & iuribus Cataloniæ, vt suprà dicebamus, at
tento ꝙ debitum illud qualificatum non erat ea qualitate
quam dicta iura & constitutiones exigunt ad hoc ꝙ capi
5 posset pro huiusmodi debito. † Nec possunt dicti carce-
rati debitores dici cessantes aut falliti. qñquidem ius com
mune (ac etiā municipale) debitorem latitantē à cessante
distinguit. vt latitans dicatur ille cōtra quē laborat similis
suspitio, ꝙ in fraudem creditorum se absentauerit. Si.n.ex
alia causa se debitor absentauit, & domi suæ requisitus nō
reperiatur, dici nō potest ob id debitor latitans, etiā si fue
rit citatus, cùm non in fraudē creditorū se absentauerit. &
ex sola latitatione vel ꝙ debitor præsertim nō citatus, nō
cōparet, non potest de iure procedi cōtra debitorem hu-
iusmodi tanquā contra cessantem. Requiritur etenim ad
hoc ꝙ dici possit quis debitor cessans aut fallitus, ꝙ latitet
ad circūscriptionem debiti illius qui instat, & ꝙ tertiò ad
instantiam illius citatus non cōpareat. vt est gl. singularis
& aurea in l.si accusatoribus.in ver.per contumaciam.C.
de accusat. Refert & sequitur An.Sicu.cons.42.inci. Deū
inuocent, &c.vol.3.vbi in fortioribus terminis concludit
ꝙ consi.illius (oro) videatur omnino, quoniā est multum
singulare in materia debitoris cessantis. Sola ergo nō cō-
paritio vel non exhibitio sui ipsius, non facit debitorē ces
santē aut fallitum. sed requiritur ꝙ probetur ꝙ latitet ad
circunscriptionē debiti illius qui contra eū instat, vt actio
sua pereat, aut saltem retardetur, vt dicit gl.in d.l.cùm pro
ponas. quam sequuntur ibi doct.in d.l. Fulcin. §.si is qui.
ex quibus doctor. sumunt theoricam ad probandum ꝙ
debitor animo circunscribēdi ius instantis latitet, quo ca-
su dicitur turpiter latitare, vel si tertiò citatus ita latitans
copiā sui non fecerit, & non defendatur, posset illo casu
dici debitor cessans. & certè nihil præmissorum est verifi-
catū in processu quē dicti Regis procurator produxit ad
probādū dictos carceratos esse fallitos aut cessantes. Quā
uis.n. fuerit per certos creditores institū ꝙ procederetur
contra dictos carceratos ad bonorum suorum appræhen
sionem, vt consuleretur dictis creditoribus, attamen non
fuit illa qualitas latitationis aut fallimenti intentata. Qui-
nimò vnus eorum cui bona commissa fuerunt pro mani
festo curiæ fuit dictus Michael Stene iunior. & aliunde
etiā si in dicto processu producto qualitas illa latitationis
vel cessationis per dictos creditores intentata fuisset (ꝙ
nō) attñ nō diceret̃ ex hoc d.carceratos esse tales. Qñqui
dem nō statim ꝙ accusatur aliquis, reus est, sed qui cōuin
citur. vt dicit tex.in c.fi. 15.q.vlt.& c.laudabilē.ext.vt lite
nō cōtest.& ꝓsequitur do.meus Hi.in sua prac.criminali
§.diligēter.vers.170.& in l.1.vers.25.vbi ēt docet qñ dica
tur esse nomē rei receptum inter reos.ff. de quæst. Nec.n.
dicēdus est quis esse talis, donec pro tali declaret̃ aut pro-
nūcietur, vt dicit Spe.de instr.edi.§.restat.ver. quid si tab.
& vers.quid si cōsultim est & ꝓsequitur Soc.cōs.51.inci.
6 præstātissime doc.col.3.vol.1.† Quinimò datu ꝙ illa qua
litas intētata fuisset cōtra dictos carceratos per alios credi
tores qui cōtra ipsos agebāt in processu producto, dico ꝙ
per transactionem quæ secuta fuit, omnia iura acta, pro-
bationes & testes, annullata fuerunt & cassata ipso iure,
ita ꝙ in alio iudicio nō probarent. Ita not. pulchrè,& pro
sequitur abundè do.meus Ias.in l.fratris.ad medium.C.de
transact. Nec dici posset carceratos prędictos, quando fa-
ctus est contra ipsos processus, qui productus est, latitare
ad circūscriptionem debiti dicti serenissimi Regis (prout

suprà

ſuprà dicebamus requiri), qui inter horum carceratorum creditores non nominabatur, vt etiam dicti sereniſſimi Regis procurator in hoc iudicio deduxit.

Addo ꝙ poſito pro ficto ꝙ prædicta ceſſarent, attamen eſſet nulla dicta captura. cùm requiratur expreſſum mandatum & ſpeciale, ad hoc ꝙ poſſit quis incarcerari, vel à carceribus relaxari. vt proſequitur abundè Soc.conſ. mihi 120.inci.cùm in præſenti conſultatione. col.3.verſ. 3.quia in captura,&c.vol.1.repetito in conſ.231.vol.2.Ita etiam not.Ang.in §.eũ quoque.(qui eſt fi.)in princ.Inſti. de actio.allegat text.ſingularem in l.nõ ſolùm.§.fin. cum l.ſeq.ff. de procur. Et aliunde procurator conſtitutus fuit ad petendum 15.mille ducatos. & iudicium hoc intentauit pro 17.mille:etiam inſtãdo ad perſonarum capturam, & ſic fines mandati ſui exceſsit.

Nec omitto ꝙ licentiatus Gaſpar de Carual iudex, quẽ dicunt del Deſembargo, dicti Regis per ſuas literas requiſitorias in iuſtitiæ ſubſidiũ requirit ꝙ fiat executio in bonis dictorũ captorum: & facta fuit in eorum perſonis.& ſic in alia re & in plus quàm fuerit petitum. Ex quibus & alijs quæ reſultant ex præmiſsis concludo dictæ capturæ nullitatem: & in cõſequentiam debere ipſos à carceribus prædictis relaxari. Et ita vt eſt præmiſſum & dictũ, concludebam & reſoluebam, ſaluo,&c. Barchinonæ 1529.ad laudem & gloriam Dei.ego Celſus.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum à ſententia qui per viam iuris conſtituti ſunt, appellari non poteſt: ſed nec recurri: & quare?*

2 *Recurſus licet ſit appellationis ſpecies, attamen aliud eſt recurſus, & aliud appellatio. & in quo differunt? & coram quo iudice debeat intentari recurſus? numer.3.& infra quod tempus de iure communi? & quid ſecundum leges regni Caſtellæ? numero 4.*

5 *Appellans ab Epiſcopo non poteſt ſuã appellationem coram Archiepiſcopo dicti Epiſcopi ſuperiore proſequi.*

6 *Procurator cum libera de iure communi compromittere poteſt, & idem ſecundum leges Caſtellę.*

7 *Recuſationis exceptio eſt dilatoria, quæ debet ante alias dilatorias exceptiones allegari, & quid ſecundum iura dicti regni Caſtellæ? & proceſſus & ſententia arbitrorum poſt recuſationem non eſt ipſo iure nullus, præſertim vbi proponens huiuſmodi exceptionem poſtea comparet coram illis.*

8 *Compromiſſum an & quando expiret, ſi partes ad iudicem primitiuum reuertantur. & quid ſi vna partium tantùm ipſum iudicem deſuper adeat? & quid ſi pœnam compromiſſi ſoluere vellet?*

10 *Cõcluſio in cauſa fieri poteſt per iudicẽ cum ſolo alterius ex partibus in conſenſu. & ita etiam poteſt concluſionẽ aperire ſi videatur eidem. Et an ſufficiat tacitus iudicis aut partium conſenſus ad præmiſſa?*

11 *Actis debet fides, maior dari, quàm actorum notario, quinimò pluſquam iudici, vbi inter eos eſt contrarietas.*

Notarius actorum (ſi contrariatur actis) non creditur ei, ſed ipſis actis. & an magis illi quàm nuntio credatur, dicto nu.11. Et quòd non plus fidei debeat ei dari, quàm vni ſolo teſti, & aliquando minus. nu.12.

13 *Inſtrumentum aliquod ſi reperiatur in proceſſu, præſumitur pro legitima illius productione.*

Annus & dies ſi in principio alicuius libri, vel actorum, aut ſcriptura ponantur, an & quando cenſeantur eſſe repetiti in ſequentibus.

Recurrens ab arbitrorum ſententia, petit ineptè quod remittatur cauſa iudici primitiuo, qui de illa cognoſcebat priuſquam adirentur arbitri.

Et data laudi iniquitate an poſſit per iudicem reductionis de illius nullitate cognoſci, ibi, in additiuncula.

CONSILIVM CXXIIII.

VVLGARIS eſt determinatio iuris & doctorum, ꝙ appellari non poſsit à ſententia iudicis arbitri, qui per viã iuris duntaxat cognoſcebat. l.diem proferre.§.ſtare.ff.de arbit.l.p. C.eo.tit.not.Roma.in repeti.rub.ff.de arbi. & Abb.Sicu.in c.quintaualliſ.col.mihi 13.in 21.differentia inter arbitrum & arbitratorem.ext.de iurei.vbi ad hoc allegat tex.in l.ſocietatem. §.fin.ff. pro ſocio.iuncta l.ſeq. & eſt melior text.in l.non diſtinguemus.§.cùm quidam. ff.de arbi.& concord.l.fi.tit.de iudicibus.3.partita.& gl.in
1 l.1.in ver.fuere en pleyto.ti.15.foro legum.lib.2.† Quinimò plus voluit Abb. vbi ſuprà, dicens quòd ab huiuſmodi arbitri ſententia quales fuiſſe conſtat eos qui ſententiam prædictam tulerunt, nedum appellari non poteſt, vt ſuprà dicebamus: ſed nec etiam recurri aut peti reductio ad arbitrium boni viri: etiam ſi huiuſmodi arbitri grauaſſent aut læſiſſent enormiſsimè: & hoc ratione iniurię, quę iudici cuius erat iuriſdictio facta eſt in compromittendo in arbitros per viam iuris, qñquidem arbitri huiuſmodi locum iudicis obtinent: & procedere debent ſeruata forma & ſolennitate iuris. Ideò iudex ordinarius de iniquitate dictæ ſententiæ non ſe intromittit, vt dicit Bart.in d.§.arbitrorum per l.litigatores.ff.de arbit. Rationem aliam aſſignat Abb.præallegatus, quæ videtur eſſe magis cõſona, dicens ꝙ arbiter huiuſmodi electus non fuit vt procedat ſecundum ſuam voluntatem, ſed ſecundum iuris diſpoſitionem.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbit. Ideò non poteſt ab huiuſmodi arbitro reductio ad arbitrium boni viri peti: qm̃ bonus vir in huiuſmodi ſententia nihil poteſt. Nec poteſt ab illa appellari (vt prædixi) qm̃ ex tali ſententia non competit rei iudicatæ actio & per conſequens ceſſat appellatio, ꝙ illa non inueniret rem aliquam ſuſpenderet. vt legitur & notatur in l.j. ſuprà allegata. C.de arbit. Ideò Abb.præallegatus concludit, ꝙ poſtquam non inuenitur remedium cõpetens ad corrigendum vel emendandum huiuſmodi ſententiam, ꝙ illa ſeruari debet: & imputent ſibi compromittentes qui tali modo & forma com-
2 promiſerũt.† Præſuppono ꝙ aliud eſt appellatio, & aliud eſt reductio ad arbitrium boni viri, vel recurſus. vt not.gl. in c.cùm cauſam.extr.de elect.& 2.q.6.ca.à iudicibus. & probatur in l.1.pi ęal.& ibi Bal.C.de arbit.vbi prohibetur appellatio ab arbitrorum ſententia, & permittitur in certis caſibus ab huiuſmodi ſententia recurri, ſiue peti ꝙ reducatur ad arbitrium boni viri. & licet recurſus aut reductio prædicta ſit ſpecies appellationis., attamen in multis differunt ab appellatione, & non ſemper habent appellationis effectum.d.l.non diſtinguemus. §.cùm quidam. & præſertim differũt inter ſe circa introductionis eorum modum & formã.qm̃ qñ recurritur aut petitur reductio, non itur ad iudicem per viam appellationis, ſed per viam quærelæ: quę multum ab appellatione differt. vt not.in c. concertationi. per illum tex.de appell.lib.6. & not. Collect.in c.cũ dilectus. de arbit.& Fede. de Senis conſ.275. & Philip.Cor.conſ.mihi in litera o,& p. vol.2.& tanta eſt inter appellationem & recurſum aut reductionem differentia, de (qua etiam plenè per Cald.conſ.5.& 14.in rubr. de arbi.) ꝙ Abb.cõſ.77.inci.in quæſtione,&c. dub.6.vol. 2.voluit ꝙ ſi ab arbitratorũ ſententia (ꝙ eſt magis quàm in caſu noſtro) appellatur ſimpliciter, nõ valet appellatio. & ſic non eundo per emendicata ſuffragia eſt notoria nullitas appellationis ex aduerſo introducta. cùm appellauerit ſimpliciter ab arbitrorum ſnĩa: à qua ſnĩa nec appellari potuit, nec recurri (vt verſi. præcedẽti dicebatur) & concordat l.fin.tit.4.3.partita, ſuprà allegata, quæ ab huiuſmodi arbitrorum ſententia prohibet appellari & recurri quando pœna nulla in compromiſſo fuit appoſita: aut ſaltem vbi fuit appoſita aliqua pœna priuſquã illa ſoluatur.
3 † Præſuppono etiam ꝙ licet inter doctores ſit contentio quis ſit iudex cõpetens quando recurritur: an ordinarius illius qui recurrit, vel illius contra quẽ petitur recurſus: attamen

tamen omnes conueniunt, ꝙ qñ huiusmodi sententia per dispositionem legis municipalis aut statuti paratã habet executionem (prout est in regno Castellæ: vt est l.4a.ca.45.in libro pragmaticarum : etiam si pars cõdemnata recurrerit aut appellauerit ab huiusmodi sententia: quo casu ille qui petit executionem debet præstare cautionem de restituenda re si per iudicem recursus arbitrorum sentẽtia reuocatur) debet illo casu recursus intentari ante iudicẽ arbitrorum immediatũ: sicut appellatio debet, regulariter introduci ante iudicẽ immediatũ illius qui sententiã tulit. ita not.Bar.in l.2.C.vbi & apud quem. Abb.in d.c.quinta uallis.col.mihi 20.versi.sed dubitatur, & c.allegat text.in c.anteriorum.2.q.6.& in c.Romana.§. debet.de appell.li.6.& not.Flo.in d.§. arbitrorum.& Lãfr.de Oria.in tract.de arbit.par.5.q.9.& par.7.q.19.Cũ ergo huiusmodi sententia executionem habeat paratam sicut quæuis alia sententia,(vt suprà dicebatur. & probatur in d.l.fi.tit.4.3.partita.) consequens est ꝙ iste recursus (posito pro ficto ꝙ potuisset recurrri) ante Archiprætorẽ huius ciuitatis Toletanẽsis, qui est ordinarius dictorum arbitrorum, debuit intẽtari, & nõ ante alium quemuis, aut suam maiestatem,
4 vel dños cõsilij Regij Vallisoleti, prout est factũ.† Præsuppono similiter ꝙ si nos dicamus recursum esse speciẽ appellationis infra quinque dies (qui dati sunt ad appellandum, vt l.1.titu.de appellationibus. in ordinationibus regijs prouidet.& quę leges antiquas, quibus permittebatur infra decendium appellare, reuocauit) debuit recurri saltem infra dies decem, iuxta sæpe all.l.fi.quę loquitur in recursu, posito pro ficto ꝙ illa non esset per d.l.1.ordinationum reuocata. & illi decem dies ad recurrẽdum dati non essent redacti ad quinque dies: sicut terminus decem dierum ad appellandum per leges antiquas datus ad illos dies quinque fuit redactus per d.l. ordinationum. & ita in simili not.Bart.in tract.super statutis.in ver.statutum.versi.statutum ꝙ permittit.vbi dicit ꝙ recursus quoad tempus quo debet interponi & illius causa sequi & finiri, regulari debet quemadmodum appellatio & ita not. Bal.in l.1.C.de sent.Præfecti Præto. per gl.ibi.vbi si consideramus appellari non posse nec recurri ab arbitrorum prætatorum sententia, vt diximus vers.1. & posito pro ficto ꝙ recurri potuisset t non tñ appellari. & si attendamus etiam appellantem non videri recurrere, cùm sint diuersa remedia recursus aut reductio.& appellatio.(vt vers.2.dicebatur.) & posito etiam pro ficto ꝙ appellatio haberetur pro recursu secundum ll.regni (quoniam de iure cõmuni est expeditũ) debuit interponi ante Archipretorẽ ciuitatis Toleti, qui est iudex ordinarius arbitrorum: & nõ ad regiam maiestatem, aut dominos consilij regni Vallisoleti. prout fuit ex aduerso interposita. quodque dictus recursus aut appellatio debuit infra quinque dies, aut saltẽ (si dicimus recursum non esse appellationem) infra decem dies: (vt hoc eodem versi.dicebamus.) consequens est ꝙ postquã arbitralis sententia prædicta lata fuit 18.mensis Decembris, & eodem die fuit intimata procuratori nobilis Antonij de Marinis, qui ante præfatum Archiprætorem recurrit prima Decembris, ꝙ dictus procurator tardè, & extra tempus iuris recurrit. vnde videtur saltem tacitè dictam arbitralẽ sententiã approbasse & emologasse. prout disponit l.fin.tit.4.part.3.sæpeallegata, non obstante dicto
5 recursu.† Et cùm vrgeret dictum contrarium. quinimò (vt dicunt Itali) apponeret gladium ad decisionem hanc, partis alterius aduocatus dicit se altero die quo lata fuit illa sententia appellasse & recurrisse ad suam maiestatem & eius regium consilium, siue cancellariã regiã Vallisoleti. quam appellationis causam dicit se posse prosequi corã d. Archipretore Toleti: cùm iurisdictio d.regij consilij siue cancellariæ, & Archiprætoris sæpedicti, ab eodem fonte descẽdat. de quo dicit esse textuales determinationes iuris. Ad ꝙ fuit responsum, & bene, ꝙ sua ratio non concludit & est contra expressam determinationem tex. in c.solicitudinem.& ibi gl.in ver.de his.& doct.ext.de appell.vbi dicitur expressè, ꝙ si aliquis appellasset à sentẽtia lata per Epm ad papã, & sic (omisso medio) si postea Eps huiusmodi appellantem excõicet, quamuis ille recurrat ad Archiepiscopum, ꝙ dictam excõicationem post eius appellationem legitimã interpositam inflictã tanquã attentatam reuocet, ꝙ Archiepiscopus de hmõi attẽtato, sed nec de interposita appellatione cognoscere non poterit. cùm de appellatione ad papã aut sedẽ apostolicã interposita nõ cognoscat Archiepiscopus. Quinimò si dictus appellans ita recurrendo ad Archiepiscopũ (vt est dictũ) nõ fuerit protestatus ꝙ nõ intendit à sua appellatione desistere vel illi renuntiare, ꝙ illo casu videtur dictæ suæ appellationi renũtiasse. Quem saluaret dicta protestatio quoad renuntiationem appellationis, non tñ quoad effectum, ꝙ illam causam sequi posset coram d.Archiepiscopo. & per consequens in casu nostro dicendum est per illum text.ad literã ꝙ dictus appellans aut recurrens edum non potuit appellationem illam ad suam maiestatem & d. Regiam cancellariam interpositam prosequi coram dicto Archipretore. quinimò sequendo iudicium illud coram eo visus sit appellationi suæ prædictæ renuntiare, postquã non fuit protestatus, iuxta theoricam dictæ decretalis, ad ꝙ etiam facit decisio Rotæ 385.in no.quæ dicit ꝙ appellatio contra formam debitã (etiam ad papam) interposita non de-
6 uoluit ad apostolicam sedem negotium. † Sed fingamus Archiprætorem sæpedictum de illa causa cognoscere posse, discutiamus vtrum dicta sententia arbitralis retractari debeat vel emendari, prout fuit ex aduerso petitum? Allegatur autem primò contra dictã sententiam defectus iurisdictionis, ꝙ Anto. de Marinis prædictus compromittere non potuerit, ꝙ in illo negotio super quo cõpromissum est sua non interesset, nec etiam ab illis quorum intererat potestatem haberet, saltem ad compromittẽdum. Et certè processus est testis dicti nobilis Antonij aduocatum vel non bene vidisse processum, vel non custodijsse doctrinã Spe.tit.de aduo.ad prin. qui dicit aduocatum debere fideliter factum recitare. Qñquidem in processu ducto ante magnificum Archiprætorem Regium Ronquillo (super qua lite postea factũ est dictum cõpromissum) dictus nobilis Antonius petitionẽ suo nomine et tãquam procurator nobilium de Marinis intentauit contra nobilem Michaelem Iustinianum, & in dicto processu diuersas schedulas tum suo, cùm dictarum partium suarum nomine præsentauit. ex quibus constat ꝙ habebat in causa prædicta interesse. Et ad id ꝙ suprà dicebatur de mãdato, contrarium illius apparet, ꝙ mandatũ haberet à dictis suis partibus cũ libera & generali administratione. cuius mandati vigore tum de iure communi, cùm etiam per leges regni Castellæ compromittere potuit. primum probatur ex doctrina Bar.& moder.in l.qui Romæ.§.Callimach⁹.ff.de.verb. oblig.gl.& doct. in l.si procurator. ff.de cond.indeb.& in c.qui ad agendũ.de procur.li.6.& est bo.text. de iure ciuili. in l.transactionis. C.de transact. & ita not. Lanfr.de Oria.in tract.de arbi. part.3.q.3.& de iure regni
7 est l.expressa.tit.5.l.19.in 3.partita.† Opponitur etiã contra dictam sententiã ꝙ fuerit per dictos arbitros lata posteaquam fuerunt per dictum nobilem Antonium recusati, quam etiam recusationem dictus aduocatus (bona venia illius) infideliter refert, quoniam dicti arbitri non fuerunt simpliciter & indistinctè prout allegatur ex aduerso recusati, sed in certo & expresso casu qui locum non habuit, videlicet si dicti arbitri (qui assignauerunt partibus ad audiendum sententiam) denegarent præfato Antonio dare translatum actorum & processus. Vnde cùm dicti arbitri mandassent & iussissent notario actorum ꝙ dicto nobili daret translatũ petitũ (prout & fecit) nõ fuit locus dictæ recusationi. Quã etiã recusationem prænominati nobilis Michaelis procurator, vt aduocatus dixit tardè & extra debitum tẽpus appositã fuisse. cùm illa debuerit ante alias dilatorias exceptiones allegari. secundum Bald.in l.fi.C.de iudi.& in l.2.vers.ext. glos.quæro.ff. si quis in ius voc.

voc.non ierit.& in c.inter monasteriũ. vbi Feli:col.4.ext. de re iudi.not.doct.in c.qm cõtra falsam. & ibi Lani.post eos in ver.recusationes.extrà,de proba.nisi tñ suspicio illa postea superuenisset, iuxta text. & not.in l.non distinguemus. §. cùm quidam. ff.de arbi. refert & sequitur do. meus Hipo.de Marsi.in l.si quis ne quæstio.nu,17.versi. subdit etiam.ff.de quæstio.

Nec dicatur ius commune reuocatũ esse per l.1.in tit.5. li.3.regiorum ordinamentorum.potest.n.dici per dictam l.iuri communi solùm derogari quoad formam & modũ proponendi exceptionem recusationis:non autem quoad tẽpus quo proponi debet.de quo nõ fit ibi mẽtio. & aliàs l.2.d.tit.extendit illam l.quæ loquitur in ordinario ad iudices delegatos:etiam à regia serenitate: vel eos qui ex regia commissione cognoscunt.& sic non habet locũ in dictis arbitris de quibus non loquitur. Quinimò si & vbi fuisset allegata legitimè dicta exceptio recusationis, attamen illa non effecisset q̃ processus per dictos arbitros factus postea fuisset ipso iure nullus.d.l. non distinguemus. §.quidam.ff.de arbit.not.Inn.in c.cùm speciali.ext.de appel.Io.de Imol.in l.quidam.ff.de re iudi.& Spec.tit.de recusat.§.qualiter, &c.maximè q̃ dictus nobilis Antonius post appositã & allegatam recusationem prędictam corã dictis arbitris cõparuit.Ita not.Abb.& Prępo.in d.c.cùm speciali.col.14.& duabus seq. Et d.Anto.appellare nõ potuit à processu & procedimẽtis arbitrorũ prædictorum, vt suprà dicebamus.& data legitimitate appellationis antedictæ remansit illius appellatio deserta, cùm non fuerit eam secutus infra tempus iuris. de quo videatur Franc.de Aret.consi.mihi 106.inci.clarissime dñe, &c.per totum.
8 † Allegatur etiam contra d.sentẽtiam q̃ fuerit lata postea quam expirasset cõpromissum, ex quo partes cõpromittentes reuersæ fuerunt (vt prætenditur ex aduerso) ad d. Archiprætorẽ regiæ curiæ Ronquillo,iudicẽ primitiuũ. Sed certè dictum contrariũ calumniosè,prout & alia, fuit allegatum.&cùm illud locum habeat qñ pars vtraque post factum compromissum redijsset ad iudicem primitiuum antequam coram arbitro cõparuisset. Vbi autem vnus solus alio inuito ad iudicem primitiuũ redire vellet (prout in casu nostro dicitur Antonius præfatus fecisse) debuit ille ante omnia pœnã in cõpromisso appositam soluere.l. sed si seruũ.§.fi.cũ l.seq.& l.si quis rem.ff.de arbitr.& cõcordat lex regni.tit.4.l.30.in 3.par.Non tñ pono pro constanti q̃ vna partiũ altera inuita vel contradicente possit post cõpromissum factum ad iudicẽ primitiuũ redire,soluendo pœnã cõpromissi,quoniam super hoc articulo nõ modica est inter doctores cõtẽtio. vt scribit Bar.in l.quidam. C.de transact.& Bal.in l.eos.§.apostolos. de appel. C.& in præall.l.si quis rem contrariatur. Bart.& d.l.30.videtur se resoluere pro negatiua.& quicquid sit,in casu nostro cessat omnis scrupulus. quoniã ambæ partes non redierunt ad dictũ iudicem primitiuum, & altera para quæ
9 dicitur redijsse non soluit pœnã compromissi.† Opponitur similiter contra dictam sententiã q̃ præfatus nobilis Michael Iustinianus tẽpore latæ per d.arbitros sententiæ erat debitor cessans & fallitus,de quo tñ nõ cõstat in processu.& in casu isto defuerũt illa quæ suprà consi.præced. vers.3.& 5. diximus esse necessaria ad hoc q̃ posset cõtra aliquẽ tanquã contra debitorẽ cessantẽ aut fallitũ, vel etiã tanquã cõtra latitantẽ procedi.Et aliũde cùm sñia arbitralis effectũ & robur sumat ex cõpromisso,ad cuius etiã executionẽ nõ agatur ex laudo, sed ex cõpromisso: vt no.doc. in l.2.§.ait pretor.ff.qui satisd.cog.& in auth.si verò.C.de iudi.& Spe.tit.de arbit.§.sequit.satis esset q̃ d. Iustinianus tẽpore facti cõpromissi cõtrahere potuisset, quãuis post-
10 ea factus cessans aut fallitus contrahere nõ potuisset. † Postremò contra d.sententiã opponitur q̃ fuerit lata per instrumenta falsa,quæ quidẽ allegatio vt responsum est (& bene) satis excusabilis erat,si dñs aduocatus considerasset q̃ non potest dici lata sñia ex falsis instr̃is,qñ illa non sunt in se falsa,licet fuerint in processu producta extra tẽpus à iure permissum, (prout dicitur esse factum in isto casu.)

Et ad ostendendum nec vnum nec etiã alterum contrarium procedere,sed esse (bona allegantis venia) calumniosè propositum,considero,q̃ sicut potest iudex cũ alterius ex partibus voluntate concludere in causa, ita potest (si videatur eidem expediens) conclusionem huiusmodi aperire,cum consensu vnius partis, Ita not.do. Antonius in c.1.de re iud.refert,& sequitur And.Sicu.in c.pastoralis.in 3.charta.extrà,de causa poss.& propr. Et in casu nostro dubitari non potest q̃ facta fuerit legitimè, cùm ad partis vtriusque petitionem (aut saltem cũ vtriusque partis consensu) facta sit.Constat autẽ de petitione d.Antonij per suam schedulã oblatã coram arbitris prædictis, 6. Octobris. per quam petinit sibi dari translatũ actorũ & processus,vt allegare posset de sua iustitia.q̃ certè heri nõ potuit, si tunc erat conclusum in causa (prout erat cùm esset ad sententiã assignatũ) citra cõclusionis aperturam. Et sic cùm altera pars non contradixit prouisioni arbitrorũ, qua mandabant d. nobili Antonio dari translatum d. processus & actorum, apparet de partis vtriusque consensu fuisse factã d.conclusionis aperturam. quæ etiã de iure fieri potest,cum iudicis aut partium cõsensu tacito, vt per Card.in cle.testibus.colu.2.de testibus.Abb.& moder.in c.cũ dilectus.el 1.ext.de elect.mod.in c. fraternitatis.ext. de test.& Iason in l.admonendi.in repeti.illius l.col. mihi 30.vel l.ex ista schedula.ff.de iureiu.& sic cùm instrumenta illa fuissent producta post d. aperturã conclusionis, & priusquam iterum fieret in d.causa conclusio, non potest dici instrumenta illa producta fuisse post conclusionem
11 in causa. † Nec etiã obstat q̃ Alphonsus Ferdinandus de Ossaguera d.causę notarius,& Franc.Lopus eius scriptor, dicuntur deposuisse, coram eis factam non fuisse productionem dictorum instrumẽtorum.quoniã præter id q̃d ipsi à nõ cõpetenti iudice recepti fuerũt (cùm per Archipraetorem Toleti recipi debuissent, coram quo causa recursus prædicta cœpta erat,data cõpetẽtia iudicij sui) pręter id etiam q̃ iudicium super quo deposuerunt est summarium,& sic in hoc iudicio fidẽ non facerent huiusmodi attestationes,vt per Fel.c.causam quę.col.3.ext.de testi. & in c.veniens.vbi de hoc est melior text.eo.tit. respõdetur non dari de iure tãtam fidem notario actorum, q̃ illi credatur vel detur maior fides quàm ipsis actis,quoniã sequeretur aliàs q̃ maioris esset pęrogatiuæ & fidei quàm ipse iudex, cuius assertioni non creditur nisi quatenus ex actis apparet.ita q̃ si iudex in sententia dicat se aliqua vidisse de quibus in processu non appareat,non stabitur huiusmodi iudicis assertioni,c.cùm à nobis.vbi doct.ext.de testi.& not.in sæpeal.c.quoniã cõtra falsam.post gl.in ver. viros.extrà,de proba. Et aliàs in vanum disputarẽt doct. in d.c.quoniam contra falsam.in ver.citationes.cui debeat plus dari fidei vtrũ notario actorũ, an verò nũtio vel seruitori causę? resoluẽtes q̃ cæteris paribus notario plus debeat dari fidei, nisi aliqua vrgens esset ratio quæ iudicem moueret vt potius nuntio quàm notario prędicto credatur,qm officiũ nuntij est multũ vile,secũdum Bal.in l.fi. q.8.C.de edicto diui Adri.toll.de quibus etiam nuntijs & eorũ fide not.Bolog.consi.52.per totum. & dominus cõpatriota meus dominus Barth.de Chassenay,in suo cõsuetudinario Burgũdiæ,in tit.de iusti.& iure.§.6. per totum. & signanter in gl.in ver. creditor.vbi tñ esset contrarietas inter acta & notarium actorum.stabitur actis,etiam si notarius illis contradiceret. vt in d.c. quoniam cõtra falsam. & in c.Alberi.ext.de testi.& in c.ad audientiã.ext.de pręscri.doct. not. & in terminis nostris ita resoluit Io.Andr. & post eum Lanfr.de Oriano in d.c.quoniã cõtra falsam. in versi.testes.col.18.versi.consequenter quęritur quid de tabellione,&c.& Phil.Cor.omnino consi.mihi 141.incip. licet in hac consultatione, &c.per totum. vol.3.vbi dicit nõ debere stari dicto notarij dicentis aliquod instrumentum fuisse sibi productũ, nisi tale instrumentũ reperiatur in actis.subdens rationem,quoniã maioris auctoritatis &

fidei sunt

fidei sunt acta quàm attestatio notarij ipsorum actorum.
quam etiã conclusionẽ firmant. Inn.in c.cùm in iure peri
tus.ext.de off.dele.Host.in d.c.qm̃ contra falsam.Bart.in
l.chirographis. ff.de admi,tut. Bal.in l.nostrá.col.pe.C.de
test. & Ang.in l.2.C.de testi.& in auth. vt fratrum filij.§.
illud.per illum text.& in l.sciendum.ff.de verb. oblig. vbi
dicunt ꝙ etiã si notarius actorũ scripserit in ipsis actis ꝙ
Titius produxit instrumentum suæ potestatis.non crede
tur sibi si non constat ex actis & processu. per rationẽ su-
prà dictam. Refert & sequitur Alex. cons.6.inci.pondera
tis his,&c.col.mihi 2.vers.nec obstat ꝙ in actis,&c.volu.
12 3.† Omitto ꝙ notarius qui circa negotium aliquod testi-
ficatur,non plus probat quã vnus solus testis.l. dominus
Labeo,ff.de testa.& c. cũ Ioa. eremita.& vtrobique doct.
extrà,de fide instr.Quinimò in casu nostro dici pôt ꝙ nõ
haberet vim etiã vnius testis:quia nõ deposuit in forma iu
ris,citatio d.Michaele Iustiniano.prout resoluit Abb.cõs.
16.inc.ad clariorem decisionẽ.ad fi.vers.Itẽ notarius,&c.
vol.1.allegat ca.insuper.& c.tuis.& ibi not.extrà de testi.
Similiter omitto ꝙ posito pro ficto ꝙ d.Alphõsus Fer
dinandus de Ossaguera notarius,& Franc. Lupus scriptor
eius, fuissent legitimè & debitè recepti & examinati,atñ
nõ probarẽt id ad ꝙ fuerũt producti. ex quo sunt singula
res. quæ quidẽ singularitas vel ex eo mõstratur ꝙ quilibet
eorũ deponit de facto suo proprio:licet videãtur ad eun-
dem finẽ cõcludere . ideò nõ probãt.textus est apertus &
in terminis nostris in c.bonæ.lo 1.ext.de elec. vbi dicitur
ꝙ nõ probatur ꝙ capitulũ citatũ nõ fuerit : licet quilibet
canonicorũ testificetur & deponat ꝙ citatus non fuerit:
licet omnes conueniant ad probandum illã vniuersalẽ po
sitionem ꝙ capitulum non fuit citatum : ꝙ consistit in di
ctis canonicis.ad ꝙ etiã est tex.in c.cùm dilecti.eo.tit.vbi
etiã patet ꝙ non probatur ꝙ canonici nõ consenserunt
in Titiũ,quẽ certi cõpromissarij elegerant: licet omnes ca
nonici examinati deposuissent ꝙ ipsi non consenserunt
in dictum electũ,vbi assignatur ratio,quia dicti canonici
sunt singulares in suis dictis, cũ quilibet eorũ de solo suo
consensu deponat . Ita notabiliter referens sequitur Abb.
consi.mihi 42.inci.ex multis agitatis, &c.col.mihi 3.vers.
nunc probo,&c.vol.1.allegat ad hoc multa iura & aucto
ritates.& inter cætera tex.in c.tã literis. ext.de testi.secun
dum quæ iura dicit esset intelligendam gl.in l.ob carmen.
§.1. ff.de testi. & his accedant quæ dixi suprà consi.105.
vers.6.† Quare dicendum est, ꝙ ex quo dicta instrumen
13 ta reperiantur consuta & continuata in processu, quodli-
bet eorum consecutiuè ad instrumenta mandati (quæ nõ
negantur producta) quòd præter id quòd est præsum-
ptio iuris pro dictis actis:credi etiã debeat quòd dicta in-
strumenta & obligationes fuerint simul producta & con
suta in dicto processu post dicta mãdata, quãuis in eis nõ
sit aliqua cõtinuatio præsentationis per notariũ apposita,
maximè quia dictus notarius cõfitetur ꝙ vtrũque man-
datũ illustriũ Marchionũ fuit sibi præsentatũ,cũ tñ in solo
mandato illustris Marchionissæ de Villena est continua
ta dicti notarij præsentatio, & non in alio mandato illu-
stris Marchionis de las velas. Vnde credendũ est indubiè
ꝙ sicut dictus notarius omisit in hoc secundo mandato
continuare præsentationem (quia veniebat consecutiuè
post aliud) similiter omisit ponere dictam continuationẽ
in dictis instrumentis obligatorijs,indicando satis esse ꝙ
in primo instrumento (qđ illa consecutiuè præcedebat)
apponeretur dicta cõtinuatio.prout etiã de iure satis erat
vt est tex.singularis in l.si quis ex argentarijs.§.si initium
tabularũ.secundum Bal.Alex.in moder.ibi.ff.de edendo,
vbi dicunt per illũ tex.ꝙ annus, dies & consul,qui est po-
situs in alicuius libri principio , aut in aliqua alia scriptu-
ra, videtur esse in consecutiuis in quibus deficit ac conti-
nuatus vel appositus nõ fuit.sed qđ videas Lanfr. de Oria.
in sæped.c.quoniã contra falsam,in ver.instrumentorum
productiones.col.12, vers.nũquid autẽ dies.ext.de proba.
aliàs.n.nihil operarẽtur dicta mãdata)quę nõ negãtur esse
producta,nisi ẽt essent productæ obligationes prædictę.)
Nec moueatur aliquis ꝙ suprà cons.46.vers.5.conclu-
debam instrumentum non posse dici productum , qđ ita
esset notario productum,quoniã in regno Castellæ est ge
neralis consuetudo(præsertim Toleti) ꝙ instrumẽta pro
ducantur notario,etiam si illa per schedulam non produ-
cantur qđ in Catalonia, vbi causa d.consilij 46.agebatur,
14 non esset satis. † Ex quibus apparet dictũ Archipresbyterũ
Toleti cognoscere nõ posse de huiusmodi causa , de qua
posito ꝙ cognoscere posset, illius esse partes in confirmã
do dictam arbitrorum sententiã, quæ etiam indubiè præ
sumitur esse iusta,præsertim ꝙ contra illã nihil est proba-
tũ,iuxta theoricam Bart.in l.societatem.§.arbitrorum.su
prà alleg.ff.pro socio, cum similibus, quæ etiã sentẽtis ex
causis prædictis reduci non debet,& multò minus d.Ar-
chipræsbytero curiæ regiæ Ronquillo remitti , vt petitur ex
aduerso valde inepte(bona allegãtis venia)vt in terminis
cõcludit Pau.de Cast.cõs.73.inc.visis & ponderatis omni
bus,&c.vbi dicit ꝙ ille qui recursum intẽtauit, ineptè pe
tit ꝙ remittatur causa Iudici primæuo.Et ita vt est dictũ
suprà & præmissum decidebam & concludebã,saluo,&c.
Toleti 1530. ad laudem & gloriam Dei.ego Celsus.

Additio ad præcedens Consil. 124.

Post redditum consiliũ,aduersæ partis aduocatus laudi
dicitur allegasse nullitatẽ,quã secundum leges regni dicit
se allegare potuisse infra dies 60. vt in l.2.tit.15.li.3.ordi-
namentorũ regiorũ, per quã l.2.tit.26.in 3.par.quæ per-
mittebat allegari nullitatẽ vsq; ad 20.annos,corrigitur,&
cũ me accingerẽ responsioni , superuenerunt cões amici
qui rẽ componere voluerũt. super quo tñ videatur Bal.in
c.1.§.fin.in tit.quo tẽpore miles, &c.vbi tractat an index
qui de laudi iniquitate per viã recursus cognoscere potest
de illius etiã nullitate cognoscere possit.& Abb.cons.64.
t.dub.volu.1. vbi faciens differentiã inter nullitatẽ & ini
quitatẽ examinat plenè vtrum data laudi iniquitate possit
de illius nullitate cognosci.Idem qui suprà Celsus.

F I N I S.

Series Chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE.

Omnes sunt quaterniones, præter EE, Ternionem.

VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
M D LXXV.